This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

KF
16987
NEDL TRANSFER
HN 4RJH L

Digitized by Google

KF 16987



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NAI NII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS DECIMUS.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WURTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXV.

Digitized by Google

~~H85~~
~~LMem11 29.1~~
KF 16987

1894, Feb. 1.
Transferred from
Harvard College Library
to
Harvard University
Commerce Library

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS DECIMUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI TRIGESIMI QUARTI.

Lex Oppia, quam C. Oppius tribunus plebis bello Punico de finiendis matronarum cultibus tulerat, cum magna contentione abrogata est; quum Porcius Cato auctor fuisset, ne ea lex aboleretur. Is, in Hispaniam profectus, bello, quod Emporiis orsus est, citeriorem Hispaniam pacavit. T. Quinctius Flamininus bellum adversus Lacedaemonios et tyran-

C. Oppius tribunus plebis] *Cnaei* praenomen ei tribuunt Leid. Voss. Berg. Boend. et edd. Frobeniana anni 1531. antiquiores, Aldo excepto, qui vulgatum primus admisit. Praeterea vox *Oppius* deest in Voss. Utrumque male.

Bello Punico] Obscurus et mutilus locus. Supplemus nos, nota numeri, quae exciderat, interjecta, *bello Punico II.* In summo enim ejus fervore A. V. DXLI. latam esse novimus. REINESIUS 1. Var. lect. 21. p. 89. Hoc eruditi senis acumen vanum est: nec magis necessarium, quam 45, 14, 2. ubi senatus Romanus respondet Masinissae filio: *populum Romanum ab eo* (nempe patre) *bello Punico forti fidelique opera adjutum.* Et sic aliis locis multis. JAC. GRON. Ex eo quoque, quod c. 1. et 6. consules, quibus lata est, nominantur, satis intelligitur, bello Punico II. latam fuisse. DUKER.

De stringendis cultibus matronarum] Vet. lib. *de fingendis cultibus.* SIG. *de fingendis cultibus* Sigonius ex vett. libris, cum ederetur *stringendis.* Sed illa veterum librorum scriptura una litera adjuvanda est, ut sit *de finiendis. Finire cultus* est modum finemque cultibus et eo

Digitized by Google

num eorum Nabidem prospere gestum, data iis pace, qualem ipse voluit, liberatisque Argis, qui sub ditione tyranni erant, finivit. Senatus tunc primum secretus a populo ludos spectavit: ut id fieret, Sex. Aelius Paetus et C. Cornelius Cethegus censores intervenerunt, cum indignatione plebis. Coloniae pleraeque deductae sunt. M. Porcius Cato de Hispania triumphavit. Res praeterea in Hispania, et adversus Bojos et Insubres Gallos feliciter gestae referun-

rum sumptibus statuere. Cicero 2. de Leg. [26.] *Sepulchris autem novis finivit modum. nam super terrae tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorem.* 2. de Finib. 9. *De cupiditatibus finiendis.* Hoc libro [c. 6, 10.] *Si ista lex ideo lata esset, ut finiret libidinem muliebrem.* V. ad l. 35, 7. Qnin etiam Gud. alter minore forma, ut conjeceramus, *de finiendis matronarum cultibus tulerat, cum magna contentione.* Sic enim quoque, ut et major, Vossianusque, non *maxima:* quod aliquotiens in his epitomis pro illo inculcatum est. J. FR. GRON. *stringendis*, quod ante Sigonium vulgo legebatur, in nullo meorum codd. supereſt; neque id in alio invenit Hearnius, quam in Norvic. perpetuo typis descriptorum adsecla. Frustra igitur Doujatius hanc lectionem defendit, et *stringere* simplex interpretatur per compositum adstringere, aut, quod idem esse contendit, arctare, comprimere: *constringere* autem eo sensu usurpari docet infra c. 3. et l. 35, 7. *fugiendis* est in Berg. et Boend. *fingendis*, ut Sigonius malebat, in Voss. At Gronovio recte adsentitur Leid. Supra 9, 34, 9. *Ira finitae potestatis Mam. Aemilium aerarium fecerunt.* ubi quod *finire potestatem* dixit, 4, 24, 5. et 7. *modum*, vel *temporis modum inponere magistratui* adpellavit. Tum *matronarum cultibus* Voss. Leid. Boend. et ed. Campani. Vox *cultibus* deerat in Berg. Hinc *cum magna contentione* Leid. Voss. Berg. Boend. Exc. Pithoei, et ed. Camp. V. ad Epit. Liv. 51. Mox *quum M. Cato auctor fuisset* Boend. et ed. Camp.

Data iis pace, qualem ipse voluit] *qualem voluit* Boend. *qualem ipse volebat* Leid. et Berg. Mox *sub ditione erant*, omissa media voce, Boend. Tum *finiit* Leid. et Berg. *finit* Voss.

Et L. Cornelius Cethegus] *C. Cornelius* ex Capitol. censura. SIG. Ita et in Boend. fuisse videtur. Paullo ante *ut fieret*, omisso pronomine, Voss. Berg. et Boend. *ut fierent* ed. Camp. *ut id fierent* Rom. anni 1472.

Coloniae pleraeque deductae sunt] Vet. lib. *Coloniae plures.* SIG. Non est audiendus liber ille. *Pleraeque* est multae, magna pars. 10, 13, 14. *Eo anno plerisque dies dicta ab aedilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent.* et c. 31, 8. *In exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos*

Digitized by Google

tur. T. Quinctius Flamininus, qui Philippum Macedonum regem et Nabidem Lacedaemoniorum tyrannum vicerat, Graeciamque omnem liberaverat, ob hanc rerum gestarum multitudinem triduo triumphavit. Legati Karthaginiensium nunciaverunt, Hannibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. Tentaverat autem Hannibal per Aristonem Tyrium, sine literis Karthaginem missum, ad rebellandum Poenos concitare.

nunciatum est. 35, 6, 8. *Privatim plerisque senatoribus M. Claudius scripserat.* Hoc. c. 8, 4. dicit *ad magnam partem senatorum.* Suet. in Tiber. 76. *Dedit et legata plerisque.* DUK. Sigonii vet. lib. consentiunt ex meis Voss. Leid. et Berg. cum editione Campani. Probavit hanc lectionem etiam Crevier.

Res praeterea adversus Bojos et Insubres Gallos feliciter gestae referuntur] Vet. lib. *Res praeterea in Hispania et adversus Bojos et Insubres.* SIG. Similiter Voss. Leid. Berg. et edd. antiquae. *Res praeterea in Hispania, et in Gallia adversus Bojos* Boend. et ed. Campani. *Res praeterea adversus Bojos* primus Aldus, mox Froben. anno 1531. ediderunt. Ceterum omnia haec verba post voces *tyranni erant*, *finivit* inserunt Berg. Boend. et edd. antt.

Graeciamque omnem liberaverat, ob hanc rerum gestarum multitudinem] *rerum factarum* Voss. Leid. Berg. Boend. et pleraeque edd. antt. V. viros doctos ad Ovid. 9. Her. 105. (* Adde ad 39, 54, 10.) At insuper *Graeciam omnem liberavit. Ob hanc* etc. Berg. Mox *ad Antiochum regem confugerat, bellum moliri* ed. Camp. *bellum moliri* etiam Boend. *bellum commoliri* Leid.

Tentaverat autem per Aristonem] Vet. lib. *Tentaverat autem Annibal per Aristonem.* SIGON. Similiter Voss. Leid. et Berg. *Tentaverat enim Hannibal* Boend. et ed. Camp. Mox *ad bellandum* Leid. Voss. Boend. et ed. Camp. Verum *rebellare* hic est iterum bellare, ut saepe apud Livium et alios usurpatur. Solent autem *bellare* et *rebellare* a librariis commutari. V. ad 40, 38, 5.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS QUARTUS.

2 **I. Inter bellorum magnorum, aut vixdum finitorum, aut inminentium, curas interceſſit res parva**

§. 1. *Aut vixdum finitorum*] *hauddum vix finitorum* Mead. 1. et Gaertn. Male. De voce *vixdum* v. ad 32, 28, 4. Solent autem *haud* et *aut* commutari. V. ad 28, 2, 11.

§. 3. *Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis*] Editio Moguntinensis anni CIↃIↃXIX. refert, *Tulerant eam M. Oppius et T. Romuleus tribuni plebis.* eamque lectionem probaſſe videtur Aymarus Rivallius Jurisconsultus Allobrox. contra quem merito cum vulgata passim lectione faciunt amplissimus Antonius Auguſtinus, et clarissimus Fr. Hotomannus, Jurisconsulti nobiles. Ceterum lata haec fuit ab Oppio lex *in medio*, ut aït, *ardore belli Punici* secundi, hoc eſt, anno ab urbe condita IↃXL. V. Tacitum 3. [Ann. 33. et 34.] et Valerium Max. 9, 1. MOD. Ed. ant. *Tulerant eam M. Oppius et T. Romulejus tribuni plebis;* quod damnat cum Ant. Auguſtino Fr. Modius. GEBH. Eadem lectio, vel similes haud multum inde diversae exſtant in plerisque Mſtis meis, et omnibus excusis usque ad Aldum, qui ex codicis Moguntini excerptis, quae ad calcem ed. Moguntinae subjecta sunt, primus vulgatum recepit. [*M. Oppius* Bamb.] Paullo ante etiam §. praec. quidam codd. *et L. Valerius T. Romulejus plebei.* Sed paſſim librarios ita peccaſſe vidimus ad 31, 6, 4. [*tribuni plebi.* Bamb.]

Q. Fabio, T. Sempronio consulibus] *Ti. Sempronio*, ut supra. SIG. V. eumdem Sigonium ad 22, 57, 9. [*T. Sempr.* Bamb.] Passim librarii praenomina *T.* et *Ti.* sive *Titus* et *Tiberius*, in Mſtis commutarunt. V. ad 40, 44, 12. Ceterum Ti. Sempronius bis consul fuit, primum anno IↃXXXVIII. cum Q. Fabio, illo Cunctatore; iterum anno IↃXL. cum Q. Fabio, Cunctatoris filio. Ad utrum autem consulatum ejus lex Oppia referenda sit, dubitari posse exiſtimat Cl. Crevier. Verum quum infra c. 8, 3. tradat Livius, anno vigesimo poſt abrogatam esse legem Oppiam, quam lata fuerat, et M. Porcius Cato ac L. Valerius Flaccus, in quorum consulatu abrogata eſt, consules fuerint anno IↃLVIII. patet, secundum Livium latam fuiſſe anno IↃXXXVIII. in primo Ti. Sempronii consulatu, et male Modium ad verba praecedentia latam exiſtimaſſe anno IↃXL.

Ne qua mulier plus semuncia auri haberet] Secus nobis tradidit Livius 26, [36, 5.] Consulibus enim M. Marcello IV. ac Valerio Levino II. ubi privati conferunt pecuniam, uxori filiaeve singulae unciae auri relinquebantur, et pondo argenti. Hic autem non

Digitized by Google

dictu, sed quae studiis in magnum certamen excesserit. M. Fundanius et L. Valerius tribuni plebei 2
ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tu- 3
lerat eam C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio, Ti. Sempronio consulibus, in medio ardore Punici belli, *Ne qua mulier plus semunciam auri haberet: neu vestimento versicolori uteretur: neu juncto vehiculo in urbe oppidove, aut propius inde mille passus, ni-*

licuit plus semuncia auri ullam habere mulierem, lege Oppia. De qua lege ne unum quidem verbum fecisse Livium l. 23. quando Q. Fabius suffectus Posthumio cum Sempronio fuit consul, anno quarto ejus belli, admodum miror. Quare videat lector, uter ex altero locus sit emendandus. Deinde utrum Livium memoria lapsum, an diversos utroque in loco secutum authores (ut fit saepe) credamus. GLAR. De difficultate hac a Glareano mota v. ad 26, 36, 6. Praeterea *plus semii uncia auri* Lov. 1. *plus semiuncia auri* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. uterque. V. ad 7, 27, 3. utroque modo *semiuncia* et *semuncia* in Mstis obcurrere, vidimus ad 27, 1, 15. Insuper *plus semionciam auri* Gaertn. *plus semiunciam auri* Voss. et Lov. 4. ac 6. *plus semunciam auri* Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. quam scripturam recepi. V. ad 41, 12, 8.

Neu vestimento versicolori uteretur, neu juncto vehiculo] Hoc esse, quod Graeci dicunt ἀνθινὸν ἱμάτιον, docent Casaub. ad Athen. 7, 6. et Salmas. ad Vopisc. Aurel. 46. ex cujus sententia *versicolor vestimentum* idem est, quod varium, id est, quod varios colores simul intextos habet. Ita Eugraph. ad Terent. Eun. 4, 4, 16. *variam* vestem eunuchi *versicolorem* dicit. Casaub. l. d. scribit, versicolores vestes olim luxuriosis et impudicis propriae fuisse, atque ideo lege Oppia cautum, *ne qua mulier vestimento versicolori uteretur*. Sane, apud Graecos quosdam non nisi meretrices ἀνθινὰ gestasse, ex Athen. 12, 4. Suida in v. Ἑταίρων et Ζάλευκος, aliisque ostendit Petitus in Legib. Att. l. 6. tit. 5. p. 476. Sed alia videtur Oppio fuisse causa mulieribus interdicendi veste versicolori; haec nimirum, ne mulieres in miseria et inopia civitatis, per quam omnium privatorum pecuniae in usum publicum, quod Valerius tribunus plebis c. 6. dicit, vertendae erant, pecuniam in vestes, quae aliis pretiosiores erant, effunderent: a quo luxu quum sibi, ne in publica quidem inopia, temperare non possent, Oppius eum lege prohibendum putavit. Res ipsa ostendit, aliter Graecos, aliter Romanos de mulieribus, quae versicolori vestimento utebantur, sensisse. Nam si Romani versicoloria honestis foeminis non convenire existimassent, nec matronae sibi usum eorum reddi petiissent, nec tribunos plebis adjutores ad eum recuperandum nactae fuissent, nec Cato hoc argumento ad impugnandam legem, qua Oppia abrogabatur, uti neglexisset. DUK. *ne vestimen-*

Digitized by Google

4 *si sacrorum publicorum caussa, veheretur.* M. et P. Junii Bruti tribuni plebis legem Oppiam tuebantur, nec eam se abrogari passuros ajebant. Ad suadendum dissuadendumque multi nobiles prodibant. Capitolium turba hominum faventium adversantiumque
5 legi complebatur. Matronae nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum, contineri limine poterant: omnes vias urbis aditusque in forum obsidebant, viros descendentes ad forum orantes,

to, et *ne juncto* Voss. et Lov. 3. ac 6. *ne juncto* etiam Lov. 1. Solent passim *neu* et *ne* a librariis commutari. V. h. l. cap. 35, 9. [*nec vestimento* Bamb.] Tum *versi coloris* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *aurei coloris* Hearnii L. 1. Male. *vestis versicolor* mamoratur etiam supra 7, 10, 7. Hic vero intelligi videtur vestimentum purpureum ex c. 7, 3. *juncto vehiculo*, ut 42, 65, 3. *Juncta vehicula mille admodum capiuntur.* Vellej. Pat. 2, 114. *Erat desiderantibus paratum junctum vehiculum.* V. Gronov. Diatr. Stat. c. 9. Plene Cic. dixit *rheda equis juncta* 6. ad Att. 1. circa fin.

Nisi sacrorum publicorum caussa] V. Lips. ad Tac. 12. Ann. 42. et Spanh. de Praest. et usu numism. differt. 11. p. 248. DUK. *Tò nisi* exsulat a Voss. et Lov. 1. *publicorum* a Lov. 2.

§. 4. *M. et P. Junii Bruti tribuni plebis*] Editio Moguntina *M. et P. Junii Bruti.* MOD. Non ferendum, quod habetur in Pall. et prisca ed. *Marcus et Titus Junius et Brutus tribuni plebis.* GEBH. *Publium Junium Brutum* aedilem curulem memorat Livius 35, 41. anno V. IDLXI. praetorem 36, 45. et 37, 2. anno V. IDLXIII. propraetorem ibid. c. 50. et 57. anno V. IDLXIV. Sed Pighius ad omnes hos annos *D.* non *P. Junium* habet: quod, etsi dissentire videntur MSS. tamen consideratione dignum est. nam praenomen *Decimus* in gente Junia usitatissimum fuit, *Publius* admodum rarum; nec adhuc usquam id inveni, nisi in Cic. 1. Verr. 50. et 58. quibus locis nullam quidem discrepantiam scripturae adnotavit Graevius, sed tamen dubito, an itidem scribendum sit *D. Junius.* DUK. *M. et T. Junius Brutus Titus Romuleus plebei* Lov. 1. *Marcus et Titus Junius Brutius Titus Romuleus plebei* Voss. et Lov. 6. nisi quod ultimus ignoret *tò et. Marchus et Titus Junius Brutus Romuleus plebei* Hearnii L. 1. *Marcus Titus et Junius Brutus tribuni plebis* Mead. 1. a quo non aliter dissentiunt Lov. 2. et Mead. 2. quam quod ille *M. Titius*, hic *Brutius* legant. Similes fere lectiones praeferunt reliqui mei, et Hearnii codd. ut et primae edd. [*M. et TITI Juni Bruti* Bamb.] Ea, quae nunc vulgo exstat, lectio debetur editioni Mog. Eorum alterum pro *P. Junio Bruto* passim Pighius in Ann. vocavit *D. Junium Brutum*; quem v. ad ann. IDLIII. p. 244. Verum in omnibus locis Livii, quae Cl. Dukerus laudavit,

Digitized by Google

ut, florente republica, crescente in dies privata omnium fortuna, matronis quoque pristinum ornatum reddi paterentur. Augebatur haec frequentia 6
mulierum in dies. nam etiam ex oppidis conciliabulisque conveniebant. Jam et consules praetoresque 7
et alios magistratus adire et rogare audebant. ceterum minime exorabilem alterum utique consulem M. Porcium Catonem habebant, qui pro lege, quae abrogabatur, ita disseruit:

constanter ei *Publii* praenomen vindicant Msti: id tamen in gente Junia rarissimum esse confiteor.

§. 5. *Matronae nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio*] *Matronae nullae nec auct.* Lov. 1. *Matronae ulla nec auctoritate* Lov. 6. Male. 35, 10, 7. *Nihil nec petierat a populo, nec adeptus erat.* c. 48, 6. *Quas gentes nullae umquam nec arte, nec virtute navali aequassent.* ubi unus etiam *ullae.* c. 50, 2. *Nulla enim nec disceptatio, nec dubitatio fuit,* 37, 6, 7. *Nihil enim nec legatione Atheniensium, nec placido Africani responso profectum videbant.* 38, 53, 11. *Nullum* bellum *neque majus, neque periculosius Romani gessere.* (* 44, 36, 8.) V. etiam ad 4, 7, 5. Mox *descendentes in forum* Lov. 3. quam locutionem probam esse, docui ad 3, 48, 2. Sed nec alterum, quod in omnibus reliquis superest, propterea repudiandum. Similiter enim loquitur etiam 24, 7, 3. *Qua descendere ad forum rex solebat.* Insuper *privata hominum fortuna,* pro *omnium,* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. V. ad 3, 54, 6.

§. 6. *Nam etiam ex oppidis conciliabulisque conveniebant*] Vet. lib. *convenerant.* SIG. Probandum potius, quod comparet in Pall. et antiq. ed. ac Sigonius indicavit *convenerant.* GEBH. Similiter omnes mei, et edd. priscae. Alterum in cod. Mog. esse, Carbachius in ejus excerptis docuit; quod Aldus adoptavit. Et recte. Non enim frequentia mulierum in dies augebatur, quia ex oppidis conciliabulisque jam *convenerant*, sed subinde *conveniebant.* Scripturam igitur, male a Sigonio primum, tum Gronovio, et deinde recentioribus omnibus repudiatam, revocavi. [*conciliabulis*, omisso, *que convenerant.* Bamb.]

§. 7. *Alterum utique consulem*] *consulum* Lov. 2. 4. et Harl. V. ad 9, 32, 2.

Pro lege, quae abrogabatur] Vet. lib. *pro lege, ne abrogaretur.* Quod placet. Citat enim Priscianus hanc orationem cum hoc indice. *Cato in Oratione: Ne lex Oppia abrogetur.* Item alibi [3, 602.] *Cato Nepos de actionibus ad populum: Ne lex sua abrogaretur.* Item alibi [9, 863.] *Aemilius Porcina in oratione: Uti lex Aemilia abrogetur.* Festus [v. *Rogat.*] *Cato in dissuasione, Nec lex Bebia derogaretur.* SIG. *ne abrogaretur* videtur primus reposuisse Sigonius. nam et alii, de quibus no-

Digitized by Google

1 II. *Si in sua quisque nostrûm matre familiae, Quirites, jus et majestatem viri retinere instituisset, minus*
2 *cum universis feminis negotii haberemus. nunc domi victa libertas nostra inpotentia muliebri, hic quoque in foro obteritur et calcatur: et, quia singulas sustinere*

bis compertum est, vetustiores libri, et Moguntinae longe vetustissimae membranae, cususque ibidem quo diximus anno Livius praeferunt: *pro lege, quae abrogabatur, ita disseruit.* MOD. *quae abrogabatur* MSS. non, ut pleraeque editiones, et fecit Sigonius: *ne abrogaretur.* Neque aliter infra in concione Valerii [c. 6, 7.] *Ex utro tandem genere ea lex esse videtur, quam abrogamus.* Latinius immo est, et hoc verbo non modo eventus effectusque, sed etiam intentio et praesumtus finis actionis susceptae significatur. 21, [63, 2.] *Memori veterum certaminum cum Patribus, quae tribunus plebis, et quae posteà consul, prius de consulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat.* Quem tamen consulatum invitis Patribus ille gessit. Cic. 7. Att. ep. 23. *Mutavi consilium de mulieribus, quas, ut scripseram, ad te Romam remittebam.* id est, in eo eram, ut remitterem. Rursus Livius 32, [22, 8.] *Minis pervicit, ut postero die conjungeret iis se, qui referebant.* hoc est, referendum censebant; vel, referre gestiebant. J. FR. GRON. Sigonio consentit Harl. idemque pro varia lectione est in margine Voss. *pro lege, quae abrogaretur* Lov. 1. Reliqui mei, omnesque Hearnii stant cum Gronovio, qui recte vulgatum exposuit, et contra Sigonium defendit. Plura supra v. ad 1, 23, 6. 25, 33, 5. 27, 25, 3. Epit. Liv. 49. Goes. ad Suet. Caes. 15. Graev. ad Cic. 10. ad Att. 5. et Cel. Burmann. ad Lucan. 3, 597.

§. 1. *Si in sua quisque nostrum matrefamilias, Quirites*] Libri omnes nostri *matrefamiliae.* GEBHARD. *matrefamilias* in prima reperio Tarvisina. Romae Andreas et ex eo Mediolani dederunt *matrefamiliae.* Neque aliter scripti, et sic maluerant interdum. Infra c. 7, 3. iidem: *Matremfamiliae tuam purpureum amiculum habere non sines.* 8, 22, 3. omnes libri; *quod eum die dicta ab aedilibus crimine stupratae matrisfamiliae absolvissent.* Similiter 39, 53, 3. scripti et eaedem primae editiones: *hunc tamen justa matrefamiliae, illum pellice ortum esse.* Et hoc primum Tarvisii mutatum video. M. Seneca Controv. 1, [1.] *Quamvis filiusfamiliae sim, licet mihi et stipem porrigere mendico, et humum cadaveri.* Idem praefat. 5. *Dixit enim: Nunquam audivi patremfamiliae disertiorem. Erat cum patremfamiliae praeferret, oratorem subduceret.* Sic in tribus scriptis inveni. J. FR. GRON. *matre familiae* etiam Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Supra 1, 45, 4. *Bos in Sabinis nata cuidam patri familiae dicitur,* 2, 36, 1. *Servum quidam pater familiae sub furca caesum medio egerat circo.* 5, 30, 8. *Ut agri Vejentani septena jugera plebi dividerentur; nec patribus familiae tantum.* Et ita sem-

Digitized by Google

non potuimus, universas horremus. Equidem fabu- 3
lam et fictam rem ducebam esse, virorum omne genus in aliqua insula conjuratione muliebri ab stirpe sublatum esse. Ab nullo genere non summum peri- 4
culum est, si coetus, et concilia, et secretas consul-

per optimae membranae Saugerman. scriptum praeferunt in Colum. Ut 1, 2, 1. *Diligentem patrem familiae decet.* c. 3, 4. *Servos quoque, qui secuturi patrem familiae sunt.* c. 4, 3. *Industrii patris familiae est.* §. 8. *Optime pater familiae debet habitare.* c. 7. 6. *In quos non est facilis excursus patris familiae.* c. 8, 14. *Quem pater familiae tali poena multaverit.* 3, 20, 5. *Diligentiam nisi per ipsum patrem familiae exhiberi posse.* c. 21, 4. *Pater familiae libentius ad spectaculum rei suae descendit.* 7, 11, 2. *Quod pertinet ad religionem patris familiae.* 8, 11, 9. *Idque fieri maxime patris familiae ratione conducit.* c. 16, 6. *Hunc etiam quaestum villaticum patris familiae demonstrabimus.* 9, 1, 6. *Contentus tamen non debet esse diligens pater familiae cibis.* c. 6, 3. *Pertinet ad utilitatem solius patris familiae.* 11, 1, 4. *Cum etiam de patre familiae prisci moris exemplum Cato dixerit.* et alibi. Quibus omnibus locis nunc *familias* editur. V. enim Torren. ad Val. Max. 7, 3, 3. et Corte ad Plinii 5. ep. 19, 2. Praeterea *Quisque vestrum* Hearnii L. 1. V. ad §. seq.

§. 2. *Domi victa libertas nostra*] *libertas vestra* Hearnii L. 1. sollemni scribarum errore, nato ex similitudine literarum *n* et *u* in scriptura Longobardica: per compendium enim *nra* et *ura* pro *nostra* et *vestra* scribi solet. Similiter etiam commutantur *nos* et *uos*. Si omnia, quae in Mstis Livii obcurrunt, exempla laudare vellem, taedio forem. Vide, quae notavi ad Silii 11, 117. et Corte ad Plinii 2. Ep. 18, 4. Mox *singulas restituere non potuimus*, pro *sustinere*, Voss. et Lov. 6. a m. 1. *singulas non potuimus restringere* Lov. 1. [*sustinere* omittit Bamb.]

§. 3. *Conjuratione muliebri a stirpe sublatum esse*] Vet. lib. *ab stirpe*. SIG. Ita et Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. 2. V. ad 9, 34, 19. *Tò esse* exsulat a Mead. 1. Paullo ante *dicebam esse*, pro *ducebam*, legunt Voss. Lov. 3. 5. 6. et Gaertn. V. ad 38, 43, 1.

§. 4. *Ab nullo genere non summum periculum est*] Vet. lib. *non aeque summum*. SIG. *Tò aeque* perinde hic a Sigonio insertum est ex vet. ut ait, libro, quod aeque tamen rursus tam a scriptis manu, quam typis monumentis nostris Moguntinensibus abest: et recte, meo judicio. Nescio enim, quomodo ita erit similis locutio illi Terentianae [in Adelph. 2, 3, 1.] *Abs quivis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas.* MOD. Emovetur a libris omnibus *τὸ aeque* intrusum a Sigonio; quod tot librorum consensu ejeci. GEBH. *Tò aeque* deest etiam in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. quorum auctoritate vocem a Sigonio insertam ejeci. Cl. Crevier. malebat *Ab nullo genere aeque summum*, id est tam magnum, *periculum est*; supple, atque a mulieribus:

Digitized by Google

tationes esse sinas. Atque ego vix statuere apud animum meum possum, utrum pejor ipsa res, an pejo-
5 *re exemplo agatur. Quorum alterum ad nos consules reliquosque magistratus, alterum ad vos, Quirites, magis pertineret. nam utrum e republica sit, nec-*

ita enim melius sibi constare putat orationem, quum supra agatur de atroci facinore a feminis patrato; et magis decoram esse Catoni, non solum gravi, sed etiam truci oratori. Verum non tantum *aeque* in paucissimis exstat codd. sed etiam omnes constanter tuentur negationem, quam sublatam cupit. *sine summo periculo*, pro *summum periculum*, Lov. 2. 3. et Gaertn. Ceterum *genus* hic non accipiendum cum Doujatio pro natione seu gente, ut barbari et inmites populi designentur, sed pro sexu. Ita paullo ante h. c. *Virorum omne genus*. Sic *nullum genus non* est omnis sexus, non tantum virilis, sed et muliebris.

Atque ego vix statuere apud animum meum] In Pall. et ant. ed. deficit *τὸ ego*. GEBH. *Τὸ ego* exsulat ab omnibus scriptis meis, et edd. usque ad Moguntinos, qui ex cod. sui auctoritate receperunt: cui etiam cedendum arbitror. De locutione *statuere apud animum suum* v. supra ad 5, 30, 2. et infra ad 42, 50, 8.

§. 5. *Alterum ad vos, Quirites, magis pertinet*] Codex longe optimus Moguntinus exaratus manu *pertineret*, pro *pertinet*, refert. MOD. Omnes quidem codd. mei stant pro vulgato: et tamen Mog. Mßi lectionem recepi, quam etiam Cl. Chrißius praestare existimabat. Forte scriptum fuerat *pertin'et*, id est *pertineret*; pro quo, evanescente compendii nota, datum est *pertinet*. V. ad 40, 14, 3. [*pertinet* Bamb.]

Vestra existimatio est] Vir doctus ad Curtium [Freinsh. in Indice Curtii v. *Aestimare*] *aestimatio*. Et quamvis hoc fortasse quis toleret, inquit, ego interesse putem: eorum enim, qui in suffragium ibant, non *existimationem* tantum, sed etiam *judicium* fuisse: quae duo longe separat Cicero pro Cluentio 29. Equidem non hic modo, sed et 5. Verr. 68. et alibi, haec duo separat; non tamen ut genera alia atque alia, sed ut gradus quosdam sub eodem genere: ita, ut judicium faciat aliquid amplius et plenius. Sed quum Cicero dicit: *existimare vere de omni causa: ex quibus existimari de ingeniis potest: ex eventu homines de tuo consilio existimaturos:* quid aliud hoc verbo vult intelligi, quam judicare? quum *existimatorem doctum, intelligentem, acerrimum*, num quid aliud, quam judicem? Et sic noster 9, [26, 15.] *Qua de causa vos existimare, quam me pro magistratu quicquam incompertum dicere, melius*. 22, [59, 14.] *Utrum avarior, an crudelior sit, vix existimari potest*. Retineamus igitur et hic: tam hercle, quam apud Trogum 12, 6. *In locum irae successit existimatio*. Ubi etiam subjecerunt nuper Musis non probantibus *aestimatio*. J. FR. GRON. Freinshemius potuisset confirmare conjecturam ex Livio 26, 16, 4. *Quid magis ex republica duceret, ae-*

Digitized by Google

ne, id, quod ad vos fertur, vestra existimatio est, qui in suffragium ituri estis. Haec consternatio mu- 6
liebris, sive sua sponte, sive auctoribus vobis, M. Fundani et L. Valeri, facta est, haud dubie ad culpam magistratuum pertinens, nescio vobis, tribuni,

stimationem sibi permissam. Sed recte censet Gronov. hic nihil mutandum. Adde Perizon. Anim. Hist. c. 7. p. 280. DUK. *vestra aestimatio est*, ut Freinsh. malebat, Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. Rom. princeps, Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *vestra extimatio est* Lov. 1. 2. 3. et Voss. Solent passim librarii *existimare*, *extimare* et *aestimare* in Mstis confundere. V. ad 3, 19, 6. c. 63, 9. c. 72, 3. 4, 16, 2. c. 30, 3. 5, 23, 10. c. 25, 8. 6, 26, 2. c. 37, 10. c. 39, 10. 7, 21, 8. c. 32, 7. et innumeris aliis locis. Adde Casaub. ac Cel. Burm. aliosque ad Suet. Aug. 3. et 35. Graev. ad Cic. 4. ad fam. 5. Corte ad Sall. Jug. 14, 14. et 20, 4. et in Excurs. 4. ad Jugurt. §. 4. ad Plinii 3. ep. 9, 30. 4. ep. 9, 18. et ep. 17, 3. Torren. ad Val. Max. 1, 8, 7. 2, 6, 8. et 3, 7. ext. 1. Recte autem Gronov. vulgatum tuetur, et *existimare* atque *existimatio* pro judicare et judicatio poni docet. Livius 4, 15, 1. *Tumultuantem deinde multitudinem incerta existimatione facti ad concionem vocari jussit.* c. 20, 8. *Si in ea re sit error*, etc. *existimatio communis omnium est.* c. 41, 2. *Quanta prudentia rei bellicae in C. Sempronio esset, non militis de imperatore existimationem esse.* ubi v. Gronov. 31, 48, 5. *Ubi coram disceptantes audissent, verius de caussa existimaturos esse.* V. Gronov. ad Gellii 1, 3. p. 43. Cel. Burm. ad Quinctil. 5. Instit. 10. p. 404. Cortium ad Sall. Catil. 2. et Torren. ad Val. Max. 6, 5, 6.

§. 6. *Auctoribus vobis M. Fundanio et L. Valerio*] Vocativi sunt *Fundani* et *Valeri*, sicut sequenti versu *tribuni*, non *tribunis*. GELEN. *Fundanio*, vel *Fundano*, et *Valerio* omnes mei, et Hearnii L. 1. Mox etiam *tribunis* Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Sed veram lectionem Gelenium restituisse existimo. Paullo ante vox *muliebris* deest in Voss. et Lov. 1.

Haud dubio ad culpam magistratuum pertinens] Mogunt. *pertineret.* Scribe *haud dubie ad culpam magistratuum pertinet, nescio vobis, tribuni, an consulibus, magis deformis.* J. FR. GRON. *haud dubio* primum obcurrit in postrema Gruteri ed. quod recentiores servarunt. Verum non tantum priores excusi, sed et omnes manu exarati, quibus usus sum, ut et Hearnii L. 1. et N. constanter *haud dubie*, quod in Victor. suo etiam Crevier. invenit, et recte recepit. Passim ita Livius locutus est. Supra 3, 24, 3. *Falsus haud dubie testis in Kaesonem.* ubi vide. 7, 19, 8. *Haud dubie juventutem ejus populi inter praedatores fuisse.* 24, 7, 6. *In Dinomenem, jam haud dubie obstantem, tela conjiciuntur.* 37, 24, 3. *Haud dubie dexterum cornu hostium in fugam inclinabat.* 38, 23, 9. *Numerus captivorum haud dubie millia quadraginta explevit.* Quod autem Gronov. *pertineret* in membranis Mog. fuisse tradat, ex properantia peccavit. Non enim hic, sed §. praec. ita

Digitized by Google

7 *an consulibus, magis sit deformis. vobis, si feminas ad concitandas tribunicias seditiones jam adduxistis: nobis, si, ut plebis quondam, sic nunc mulierum se-*
8 *cessione leges accipiendae sunt. Equidem non sine rubore quodam paullo ante per medium agmen mulierum in forum perveni. Quod nisi me verecundia singularum magis majestatis et pudoris, quam universarum, tenuisset, ne compellatae a consule vide-*
9 *rentur, dixissem: Qui hic mos est in publicum procurrendi, et obsidendi vias, et viros alienos adpellandi?*

codex ille exhibuit. Concidit itaque simul, quae huic lectioni innitebatur, ejus conjectura. Si quid tamen mutandum, mallem *haud dubie ad culpam magistratuum pertinet, et nescio vobis, tribuni, an consulibus, magis sit deformis.* ut etiam Cl. Dukero visum est.

§. 7. *Nobis sic feminas ad concitandas tribunicias seditiones jam adduxistis*] Pro *nobis sic*, *vobis si* repositum est. sequenti versu, pro *sicut*, *si ut*. GELEN. Pal. prior *magis sit deformis nobis. ad feminas concitandas tribunitias seditiones jam adduxistis.* Neque differt Pal. 2. nisi in unico *vobis*. Ant. vero ed. *vobis sic ad feminas concitandas tribunitias jam adduxistis.* GEBH. Non video in his alium sensum, quam hunc, si foeminas subornastis, ut ad vos adirent, legem Oppiam abrogari petentes, ut ipsi per causam honoris foeminarum seditiones tribunicias concitaretis. Sed hoc satis contortum est. Omnia plana forent, si vel solum *ad concitandas seditiones*, vel *ad concitandas seditiones muliebres* dixisset. Cato non *tribuniciam*, sed *muliebrem seditionem*, dicit c. 3, 8. Idque repetit Valerius c. 7, 14. *Invidiosis nominibus utebatur modo consul, seditionem muliebrem et secessionem appellando. jam* quoque frigere videtur; quo omisso satis constat oratio et sententia; addito nihilo melior fit. DUK. *vobis sit ad feminas concit.* Lov. 1. unde non differunt Voss. et Lov. 5. nisi quod ille *nobis* pro *vobis*, hic *sic* pro *sit* legant. *vobis sic feminas ad concit.* Lov. 2. et 6. *vobis sicut feminas concit.* Lovel. 3. *vobis sicut feminas ad concit.* Hearnii L. 1. *nobis ad feminas concit.* Lov. 4. et Mead. 2. *vobis feminas ad concit.* Harl. *vobis sit ad concit.* Mead. 1. *vobis sicut plebem ad concit.* idem in marg. *feminas ad concit.* duabus prioribus vocibus omissis, Gaertn. [*si ad feminas*, (omisso, cum vacuo spatio, concitandas) mox *nobis sicut plebis* Bamb.] Mox *sicut plebis quondam* omnes mei.

§. 8. *Singularum magis majestatis*] Quid sit *majestas matronarum*, exponit Casaub. ad

Digitized by Google

di? Istud ipsum suos quaeque domi rogare non potuistis? An blandiores in publico, quam in privato, et 10
alienis, quam vestris, estis? quamquam ne domi quidem vos, si sui juris finibus matronas contineret pudor, quae leges hic rogarentur, abrogarenturve, curare decuit. Majores nostri, nullam, ne privatam 11
quidem, rem agere feminas sine auctore, voluerunt; in manu esse parentum, fratrum, virorum. nos (si Diis placet) jam etiam rempublicam capessere eas patimur, et foro prope, et concionibus, et comitiis inmisceri. Quid enim nunc aliud per vias et compita 12

Trebell. Poll. Gallienos c. 14. *compellatae* interpretor increpitae, objurgatae: quo sensu hoc Cicer. 3. Phil. 7. *Q. Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto*, Manutius et alii accipiunt. Nec raro contemtus, convicii, et reprehensionis significationem habet. 9, 40, 17. *Samnitiumque nomine compellarunt.* 22, 12, 12. *Pro cunctatore segnem, et cauto timidum adfingens vicina virtutibus vitia, compellabat.* Sic *compellatio* in Cicer. 12. Famil. 25. *Itaque crebras, vel potius quotidianas, compellationes meas non tulit.* DUK. *To magis* deest in Lov. 6. qui etiam *appellatae*, pro *compellatae*, exhibet; ut contra §. seq. *compellandi*, pro *appellandi* Mead. 2. a manu pr.

§. 11. *Majores nostri nullam, ne privatam quidem, rem*] Quae ad hoc argumentum pertinent, late exsecutus Cl. Otto in Dissert. de Perpet. femin. tutela, et in Praefat. tom. 4. Thesauri Jur. civ. DUK. *Majores quidem nostri* Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1531. Mox *sine auctoritate* Lov. 1. et 3. V. Schult. ad Ulp. tit. 11. §. 25. [*sine tutore auctore* Bamb.]

Nos (si Diis placet) jam etiam rempublicam capessere] Pall. et ant. ed. *Nunc (si Diis placet) jam rempublicam etiam capessere.* GEBH. *Nunc, si Diis placet* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. Rom. anni 1472. Camp. et Parm. Similiter variatur supra 9, 1, 5. Tum *jam etiam rem capessere* Voss. et Lov. 1. [Bamb.] *jam rempublicam etiam capessere* Lov. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. *jam rempublicam capessere* Lov. 6. *jam et rempublicam capessere* Harl.

Et foro prope, et concionibus, et comitiis inmisceri] Vet. lib. *et foro quoque, et concionibus.* SIG. Eamdem lectionem ego etiam in omnibus meis inveni, quam habent itidem vett. edd. [et cod. Bamb.] Sed *foro prope* ei subfituit Aldus, auctoritatem Mog. cod. secutus: quod a Sigonio ejectum revocavi. *In forum* enim descendisse mulieres non constat. Supra cap. praec. dicuntur *omnes vias urbis aditusque in forum obsedisse, viros*

Digitized by Google

faciunt, quam rogationes tribunorum plebis suadent,
13 *aliae legem abrogandam censent? Date frenos inpo-*
tenti naturae et indomito animali: et sperate, ipsas
14 *modum licentiae facturas, nisi vos feceritis. Mini-*
mum hoc eorum est, quae iniquo animo feminae sibi

descendentes ad forum orantes. et cap. seq. *vix foro se et concione abstinere.* Recte igitur *foro prope.* Multo minus se concionibus et comitiis inmiscuisse dici possunt. Moguntini lectionem probabat etiam Cl. Christius; cui insuper non optimae notae videbatur *et foro quoque.*

§. 12. *Quam quod aliae rogationes tribunorum suadent*] Voces *quod aliae* non adparent in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. [*quam rogationem.* Bamb.] Unde verisimile fit, Livium scripsisse: *Quid enim nunc aliud per vias et compita, quam rogationes tribunorum suadent, aliae legem abrogandam censent.* Vocem *quod* male huc inculcatam conjicit Cl. Crevier. Sed, voces *faciunt*, et *quod* ex sollemni more loquendi Liviano a mala manu esse, suspicatus est diu antea Cl. Duker. ad Flor. 3, 23, 3, ubi ejusdem locutionis plura exempla laudavit. Ita supra 4, 3, 3. *Quid aliud, quam admonemus, cives nos eorum esse.* 6, 41, 7. *Quid igitur aliud, quam tollit ex civitate auspicia.* 22, 60, 7. *Quid enim aliud, quam admonendi essetis.* 35, 11, 5. *Nihil prius, quam flammam tectis injecturum.* V. quae notantur ad 31, 24, 3. Adde Gronov. ad 4, 26, 12. in pr. ed. notarum ad 41, 23, 12. Praeterea Perizon. ad Sanctii Minerv. 4, 5, 11. et Cel. Burm. ad Suet. Caes. 20. Certe voces *quod aliae*, a Mstis damnatas *vo3etas*, expunxi: non tantum, inquam, *τὸ quod*, sed etiam *τὸ aliae:* nam et ea similesque brevitatis caussa ex his locutionibus, ubi vulgo bis adhiberi solent, priori loco omittuntur. V. supra ad 3, 37, 8. Praeterea vox *plebis* deest in Harl. ejus loco *pleb̄* legit Lov. 3. *plebi* Lov. 5. 6. [Bamb.] et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *plebei* Lov. 1. et Voss. in quo inter versus adscriptum erat *plebejorum.* [*aliam legem abrogandam.* Bamb.] Paullo ante *per vicos*, pro *per vias*, Gaertn. Similis varietas supra erat 22, 15, 5.

§. 13. *Et sperate, ipsas modum licentiae facturas, nisi vos faciatis*] Rursus manuscriptus Mogunt. *nisi vos feceritis.* MOD. Pall. et ant. ed. *desperate, ipsas modum licentiae facturas, nisi vos facietis.* GEBH. *disperate*, pro *et sperate*, Voss. Lov. 1. et ed. Parm. *desperate* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. reliquae, usque ad Moguntinos, qui recte ex cod. suo dederunt *et sperate.* Tum *eas non licentiam facturas* Lov. 3. in cujus margine adscribitur *ipsas mō licentiam facturas*, id est *modo.* quod posterius praefert Hearnii L. 1. Deinde *nisi vos facietis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. [Bamb.] *nisi vos feceritis* Mog. cod. quod et ipsum recepi, et Cl. Christius etiam probabat. Clericus in Arte Crit. part. 3. sect. 1, 12, 3. vel negatione opus esse, ac legendum censet *nec sperate*, vel in sequentibus, sublata

Digitized by Google

aut moribus aut legibus injuncta patiuntur. omnium rerum libertatem, immo licentiam, (si vera dicere volumus) desiderant. Quid enim, si hoc expugnaverint, non tentabunt?

III. *Recensete omnia muliebria jura, quibus li-* 1

negatione, pro *nisi vos faciatis*, scribendum esse *ubi vos feceritis*. Repetiit eamdem conjecturam in notis ad h. loc. pro posteriori tamen conjectura aliam *si vos faciatis* subposuit. At recte vulgatum *et sperate* ac *nisi* defenderunt Anonymus in Observ. select. Hallens. tom. 7. diss. 11. §. 6. et Cl. Heumann. in Parerg. Crit. p. 154. Existimant autem illud Cleric. permovisse, ut ita conjiceret, quod existimaret, *date frenos* poni pro injicite frenos, frenis cohibete; quum notet laxate, remittite frenos. Ita Ovid. 6. Met. 230.

Proximus, audito sonitu per inane pharetrae,
Frena dabat Sipylus: veluti quum praescius imbris
Nube fugit visa, pendentiaque undique rector
Carbasa deducit, ne qua levis effluat aura.
Frena dabat. dantem non evitabile telum
Consequitur.

Eques vel auriga *dat frena*; contra equus ea *accipit*. Lucan. 2, 500.

Haec ubi dicta, levis totas accepit habenas
In campum sonipes.

V. Scheff. 1. de Re vehic. 13. p. 176. et Cerdam ad Virg. Aen. 63. ubi Graecos similiter ἐνδιδοῦναι τὸν χαλινόν, Euripidem autem eadem metaphora δοῦναι χαλινοὺς γυναικὶ dixisse docuerunt. Id etiam effecisse videtur, ut Clericus locum corruptum crederet, quia non animadvertebat, *et sperate* poni per ironiam.

§. 14. *Si vera dicere volumus*] Iterum Longobardico charactere scriptus codex Moguntinus *si vere dicere v.* et hoc, nescio quo pacto, magis Catonem sapit; cujus puto in similibus et non nimis obsoletis voluisse nostrum Patavinum etiam prope verba operi suo inserere, petita ex orationibus ejus, quae tum erant in manibus, quarumque ad nos pauca fragmenta, tanquam exiguae magno ex naufragio tabulae, pervenere. Porro mox quoque, pro *non tentabunt?* pertinaciter pertendens adversari, idem manuscriptus habet *non tentaverint?* MOD. Pall. uterque *si vere dicere volumus*. GEBH. Vulgatum *si vera dicere volumus*. quod in omnibus superest excusis, in uno tantum Lov. 5. inveni. *si vera dicere voluntas* legit Gaertn. *si vere volumus* Voss. et Lov. 1. ac 6. a m. 1. *si vere considerare volumus* a m. 2. *si vere dicere volumus* Lov. 2. 3. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. uterque. Vulgatum tamen praefero. Ita 7, 15. 3. *Vera audiebant*. ubi etiam plures codd. *vere* 21, 13, 2. *Si periculum est apud vos vera referentibus*. V. Freinsh. ad Flori 3, 7, 1. Neque placet Mogunt. lectio *tentaverint*, quomodo librarius ejus per errorem dedisse videtur, quia praecedit *expugnaverint*. V. cap. seq. §. 2. Paullo ante *eorum est, qui*, etc. *injunctum patiuntur* Voss. a m.

Digitized by Google

centiam earum adligaverint majores nostri, per quaeque subjecerint viris: quibus omnibus constrictas vix
2 *tamen continere potestis. Quid? si carpere singula, et extorquere, et exaequari ad extremum viris patiemini, tolerabiles vobis eas fore creditis? extemplo, si-*
3 *mul pares esse coeperint, superiores erunt. At, Hercule, ne quid novum in eas rogetur, recusant. non*
4 *jus, sed injuriam deprecantur. Immo ut, quam accepistis, jussistis suffragiis vestris legem, quam usu tot annorum et experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis: id est, ut unam tollendo legem ceteras in-*
5 *firmetis. Nulla lex satis commoda omnibus est: id*

2. *eorum est, quo* etc. *invictum patiuntur* Mead. 1. et Gaertn. *eorum est, quae* etc. *invictum patiuntur* Mead. 2. et Lov. 3. *eorum est, quae* etc. *injunctum patiuntur* Voss. a m. 1. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. [Bamb.] et edd. omnes usque ad Gronov. qui anno 1665. *injuncta* substituit.

§. 1. *Per quae quamque subjecerint viris*] Pro *per quae quamque* repositum est *per quaeque subjecerint viris*. GELEN. Hinc Cic. 4. de Republ. *Ne vero mulieribus praefectus reponatur, qui apud Graecos creari solet, sed sit censor, qui viros doceat moderari uxoribus.* SIG. Pall. *per quamque subjecerint.* Prisca ed. *per quae quamque subjec.* v. GEBH. *per quae quamque subjecerint* Lov. 4. *per quae quamque subjecerunt* Lov. 2. *per quaeque quamque subjecerint* Lov. 5. *per quam subjecerunt* Lov. 3. *per quamque subjecē*, sive *subjecere*, Gaertn. a m. 1. *per quaeque subjecē* a m. 2. *per quamque subjecerunt* Mead. 1. *per quamque subjecerint* Mead. 2. *per quaeque subjecerunt* Lov. 6. *per quaeque subjecerint* Harl. [*per q̄: subjecerint*] Tota periodus *quibus licentiam earum adligaverint majores nostri, per quaeque subjecerint viris* exsulat a Voss. et Lov. 1. librariorum culpa, quibus fraudi fuit *τοῦ quibus* repetitio. [Ante *Recenset ea omnia* et *majores vestri.* Bamb.]

§. 2. *Extorquere, et exaequari ad extremum viris patiemini*] Membranae optimae *e. a. e. viri patiemini.* ut *τὸ viri* sit vocandi casus, quemadmodum paullo ante [c. 2, 6.] *sive auctoribus vobis, M. Fundani*, etc. ubi perinde ante, sed mendose, legebatur *auctoribus vobis M. Fundanio* etc. MOD. Libri omnes *extorqueri et aequari ad extremum viris patiemini.* GEBH. Th. *et aquiri.* Voss. *et acquiri.* Volunt *et aequari*, ut habet prima editio. JAC. GRONOV. *extorqueri* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Ascensianam anni 1513. Scriptura haec librariis errantibus tribuenda est, qui ita dederunt

Digitized by Google

modo quaeritur, si majori parti et in summam prodest. Si, quod cuiquam privatim obficiet jus, id destruet ac demolietur, quid adtinebit universos rogare leges, quas mox abrogare, in quos latae sunt, possint? Volo tamen audire, quid sit, propter quod 6 *matronae consternatae procurrerunt in publicum, ac vix foro se et concione abstinent. Ut captivi ab Han-* 7 *nibale redimantur parentes, viri, liberi, fratres earum? Procul abest, absitque semper, talis fortuna reipublicae. sed tamen, quum fuit, negastis hoc piis precibus earum. At non pietas nec sollicitudo pro suis,* 8 *sed religio, congregavit eas. Matrem Idaeam, a*

propter sequens *exaequari*. V. ad cap. praec. §. 14. V. etiam ad 31, 11, 10. Deinde *et acquiri* Lov. 1. et 6. *et aequari* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. pro quo Aldus ex membranis Mogunt. *et exaequari* dedit, quod servandum existimo. *Exaequare* enim Livium saepe usurpasse, vidimus ad 3, 39, 8. Ejus autem prima syllaba *ex* elisa est a vocula praecedente *et*. Simili modo vocula *et* sequentem praepositionem *ex* saepe intercepit. V. ad 30, 4, 7. Si quis autem probare vellet cod. Mogunt. lectionem *viri patiemini*, id accipiendum erit pro *vos viri patiemini*; de quo v. ad 32, 21, 16. Mox *tolerabiles nobis*, pro *vobis*, Voss. V. ad h. lib. c. 2. 2. Vox illa deest in Harl. Tum *simul cum pares esse coeperint* Gaertn. *simul ut pares esse coeperint* Lov. 2. Sed v. ad 6, 1, 6. *simul pares esse coeperunt* Voss. et Lov. 1. Denique *superbiores*, pro *superiores*, Lov. 2. quem errorem librarii etiam supra commiserunt 4, 28, 5.

§. 4. *Immo ut, quam accepistis*] *Immo et* Lov. 1. 6. et Voss. Voculam *ut* neglegit Harl. Sed librarius videtur ferre non potuisse particulam illam duplicari; de qua elegantia, saepius apud Livium obvia, v. ad 22, 11, 4. Mox vocula *quam* exsulat a Voss. particula *et* ab eodem Voss. Lov. 6. et Harl. Tum *comprobatis* legunt Voss. et Lov. 1. Hinc *id est, unam tollendo*, omissa media particula *ut*, Lov. 1. et Mead. 2.

§. 5. *Et in summam prodest*] MS. Mogunt. *et in summa prodest*. ac statim *quid attinet*, pro *quid attinebit*. iterumque *matronae consternatae procurrerunt*, pro *m. c. procurrant*. MOD. *in summam* omnes mci, quod hic praefero. Quinctil. 1. Inst. 1. *Hoc per singulos annos prorogatum in summam proficit*. V. ad 3, 61, 12. Mox §. seq. membranae Mog. non tantum *procurrerunt*. ut Modius monuit, sed etiam *abstinent*, pro *abstineant*. quod utrumque, auctoritate optimi cod. motus, recepi. [*procucurrerint* et *abstineant*. Bamb.] Tum *foro et concione*, sine pro-

Digitized by Google

Pessinunte ex Phrygia venientem, accepturae sunt. Quid honestum dictu saltem seditioni praetenditur
9 *muliebri? Ut auro et purpura fulgeamus, inquit; ut carpentis, festis profestisque diebus, velut triumphantes de lege victa et abrogata, et captis et ereptis*

nomine *se*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 8. *Non pietas, nec sollicitudo pro suis*] *non pietas, non sollicitudo* Harl. quod verum videtur; certe stilum Livii redolet. Supra 8, 34, 10. *Non signa, non ordines servent.* ubi vide, quae notantur; et ad 40, 15, 5.

Matrem Idaeam Pessinunte ex Phrygia venientem] MS. *a Pessinunte.* MOD. Mog. *a Pessinunte.* Ut etiam e Put. restituimus 29, 10, 5. *Si mater Idaea a Pessinunte Romam advecta foret.* J. FR. GRON. Eadem lectio fuisse videtur in Lov. 3. et Gaertn. Certe ex codd. his, cum editione lectionem illam praeferente conlatis, nihil notatur. [*Id eam Pessinunte*, omisso *a*, Bamb.]

§. 9. *Ut auro et purpura fulgeamus, inquiunt*] Scripti et editi ante Mogunt. *Ut auro et purpura fulgeamus, inquit.* Observavimus scriptoribus antiquis, ante alios Senecae, perpetuam formulam proponendae adversationis esse, *inquit*, sic absolute, ut intelligere videantur, aliquis ex isto numero, aliquis contradicturus. Sic 1. de Ira 3. *Irascimur, inquit, saepe non illis, qui laeserunt.* Ubi Henricus Stephanus conjectat *inquis.* Infinitis sic locis Seneca: nos paucula notabimus, quae Gruterus et Stephanus, aut alteruter, mutari perperam censuere. 2. de Ira 15. *Ut scias, inquit, iram habere in se generosi aliquid, videbis liberas gentes, quae iracundissimae sunt.* 2. de Benef. 34. *Quid ergo, inquit? retulit gratiam, qui nihil fecit.* 3, 29. *Quicquid, inquit, est, quod dat patri filius, utique minus est.* 4, 2. *Quid, inquit, tua refert? Et ego sine virtute nego beatam vitam posse constare.* Eodem, c. 7. *Natura, inquit, haec mihi praestat.* Eodem c. 39. *Quare ergo, inquit, Zeno vester, quum quingentos denarios mutuos cuidam promisisset*, etc. Itaque et restituendum ex melioribus MSS. 1. 5, 18. *In infinitum, inquit, me obligas.* ubi vulgati ante nostram *inquis.* 7, 4. *Non ideo, quod habeo, meum non est, si tuum est: potest enim idem esse meum et tuum. Is, inquit, cujus prostitutae sunt, leno est.* Sic optimus Nazarianus comite uno ex Pall. sic et codices Erasmi: non *inquis*, ut vulgo. Sic de Vita beata 18. *Aliter, inquit, loqueris, aliter vivis.* quum tamen, et quae praecedunt, et quae sequuntur, ad plures dirigantur. Valerius Max. 5, 3. *At, inquit, aerario abesse tribunus plebis querebatur quindecim millia aeris.* Ubi par offensio Lipsii. J. FR. GRON. Non prima est Mogunt. quae *inquiunt* vulgavit; sed ea quinquennio antiquior Ascens. anni 1513. At recte Gronov. *inquit* revocavit ex edd. prioribus et libris scriptis, quibuscum faciunt mei omnes, et Hearnii L. 1. Praeter Senecam et Valer. Max. similiter loquitur Liv. 6, 40, 8. *Sub conditione, inquit, nos reficietis decimum tribunos. Quid est aliud dicere, quod petunt alii,*

Digitized by Google

suffragiis vestris, per urbem vectemur: ne ullus modus sumtibus, ne luxuriae sit.

IV. *Saepe me querentem de feminarum, saepe de virorum, nec de privatorum modo, sed etiam magistratuum, sumtibus audistis; diversisque duobus nos adeo fastidimus, ut sine mercede magna non accipiamus. Sed quae tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis habeamus? ut rogationes, inquit, nostras* etc. *omnes conjunctim accipiatis.* Et ita 8, 23, 8. quum de Samnitibus numero plurali locutus esset, eorum nomine subjungit: *Quid perplexe agimus, inquit?* Cic. 1. de Finib. 2. *Synephebos ego, inquit, potius Caecilii* etc. *legam? a quibus tantum dissentio.* Phaedr. Praefat. l. 3. vers. 4.

Verum, inquit, tanti non est ingenium tuum.

ubi v. Cel. Burm. Ovid 2. Art. Am. 95.

Det tamen ulla viro mulier, non expedit, inquit.

Ubi Inl. Heinsio *Et* in *Det* mutanti subscribo, non item *inquis*, pro *inquit*, reponenti. Ceterum, licet codd. omnes *inquit* hoc loco servent, non tamen omnes librarios locutionem illam intellexisse inde patet, quod *fulgeam* legant Voss. et Hearnii L. 1. *fulgeant* Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Ut carpentis, profestis quoque diebus] Vet. lib. *ut carpentis festis profestisque diebus.* Quod venustius et gravius est. SIG. Ita non tantum omnes codd. quibus utor, legunt, sed etiam typis excusi usque ad Froben. qui lectionem a Sigonio damnatam anno 1535. recepit.

Per urbem vectemur] *nectentur* Mead. 1. *vectentur* Lov. 2. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *veheremur* Voss. *vehentur* Lov. 6. Nihil mutandum. Verbum *vectare* inlustravit Gronov. pr. ed. notarum ad Livii 38, 17. Ovid. 8. Met. 273.

Ambo conspicui, nive candidioribus ambo
Vectabantur equis.

Justin. 41, 3. *Equis omni tempore vectantur.* Gell. 11, 3. *Motandi corporis gratia aut spatiamur. aut vectamur.*

Ne ullus modus sumtibus nec luxuriae sit] *ne ullus modus sumptibus, ne luxuriae sit* Pall. et ant. ed. GEBH. Thuan. *ne nullus modus sumptui, ne luxuriae.* Quod est egregium, nisi quod MS. habebat *sumptus.* Etiam prima edit. *ne ullus modus sumptibus, ne luxuriae.* JAC. GRON. *nec ullus modus sumtibus luxuriaeve sit* Lov. 3. *nec ullus modus sumtibus luxuriae sit* Lov. 6. *ne ullus modus sumtibusve luxuriae sit* Gaertn. *ne ullus modus sumtibus, ne luxuriae sit* Voss. Lov. 4. 5. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. quod recepi. Supra 3, 17, 12. *Ne Sabini, ne Vejens hostis moveretur.* 4, 2, 5. *Ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit.* 41, 23, 7. *Ne legatos, ne nuncios admitteremus regum.* Plin. 3. ep. 9. *Verebamur, ne nos dies, ne vox, ne latera deficerent.* Similes locutiones Livium amare, vidimus ad 5, 35, 4.

Digitized by Google

vitiis: avaritia et luxuria, civitatem laborare: quae
3 *pestes omnia magna imperia everterunt. Haec ego, quo melior laetiorque in dies fortuna reipublicae est, imperiumque crescit, et jam in Graeciam Asiamque transcendimus, omnibus libidinum inlecebris repletas, et regias etiam adtrectamus gazas, eo plus horreo,*
4 *ne illae magis res nos ceperint, quam nos illas. Infesta, mihi credite, signa ab Syracusis inlata sunt huic urbi. jam nimis multos audio Corinthi et Athenarum ornamenta laudantes mirantesque, et antefixa*
5 *fictilia Deorum Romanorum ridentes. Ego hos malo propitios Deos; et ita spero futuros, si in suis ma-*

§. 3. *Quo magis imperium crescit*] Ita MS. Sed cusus tamen Moguntinus aliique veteres libri *imperiumque crescit*. MOD. Ex uno Moguntino admissum. Prius edebatur, ut omnes, quos vidimus scripti: *quo melior laetiorque indies fortuna reipublicae est, imperiumque crescit*. Quod mutarunt, qui non crederent *τὰ quo melior laetiorque* dividenda esse hoc modo, *quo magis bona laetaque:* atque duas inde particulas ad eam, qua sequens membrum adnectitur, subaudiendas, perinde ac si dictum quoque esset, *et quo magis imperium crescit*. De quo compendio et arcana elegantia diximus ad 1, 25, 13. *Eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat*. J. FR. GRON. Codicis Mog. lectionem primus in contextum Froben. anno 1535. admisit. Sed illud, quod editi priores ostentant, *imperiumque crescit*, superest in omnibus scriptis meis, et Hearnii L. 1. ac N. quod recte Gronovius probavit, et, quo sensu accipiendum sit, docuit. Ita 2, 35. *Quo major ira in suos eminebat, crebraeque nunc querelae, nunc minae percipiebantur*. [§. 2. *omnia imperia*, omisso *magna*, Bamb.]

Et jam in Graeciam Asiamque] *etiam in Graeciam* Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 39, 10, 6. *et in Graeciam* Lov. 2. et Mead. 2. Mox voculam *etiam* omittunt Lov. 2. et Harl. Tum *attractamus* Lov. 2. 5. et Gaertn. cum edd. antiquis. Alius *attrectamus* dedit ex Msto Mog. V. ad 5, 22, 5. [*adtrectemus* Bamb.]

§. 4. *Antefixa fictilia Deorum Romanorum*] *Antefixa* scribendum est, ut una vox sit tantum. Sic enim Festus: *Antefixa, quae ex opere figulino tectis affiguntur sub stillicidio*. SIG. V. ad 26, 23, 4. Paullo ante *nam nimis multos* Lov. 2. 3. 6. Harl. et Mead. 1. V. ad 9, 17, 5.

§. 5. *Ego hos malo propitios Deos, et ita spero futuros*] *Hos ego malo* Lov. 2. 5. et edd. Froberiana anni 1535. priores. Sed ordo, qui vulgo exstat, placet. V.

Digitized by Google

nere sedibus patiemur. Patrum nostrorum memoria 6
per legatum Cineam Pyrrhus, non virorum modo, sed etiam mulierum animos donis tentavit. nondum lex Oppia ad coërcendam luxuriam muliebrem lata erat: tamen nulla accepit. Quam caussam fuisse 7
censetis? Eadem fuit, quae majoribus nostris nihil de hac re lege sanciendi. nulla erat luxuria, quae coërceretur. Sicut ante morbos necesse est cognitos 8
esse, quam remedia eorum; sic cupiditates prius natae sunt, quam leges, quae iis modum facerent. Quid legem Liciniam excitavit de quingentis jugeribus, 9
nisi ingens cupido agros continuandi? Quid legem

ad 21, 3, 6. Deinde *si ita spero* Voss. *eosque ita spero* Lov. 6. *sed ita spero* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Mog. qui *et ita* ex cod. suo recte dederunt. Alterum inde natum est, quod ultima τοῦ *Deos* litera adcreverit capiti sequentis *et*. V. ad Epit. Liv. 48.

§. 6. *Tamen nulla accepit*] Hanc sententiam sic expressit Varro de vita Populi Romani 2. auctore Nonio [v. *Negativas duas.*] *Qua abstinentia viri mulieresque Romanae fuerint, apparet, quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere.* SIGON. *tum nulla accepit* Harl. librarii errore. V. ad 22, 17, 5. Paullo ante *ad coërcendum luxuriam* Voss. et Harl. V. ad 40, 49, 1.

§. 7. *Nihil de hac re lege sanciendi*] *legem sanciendi* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Utrumque dici, *sancire legem*, et *lege* vidimus ad 3, 55, 5. hic tamen librarios perperam lapsos esse, evincit τὸ *nihil*. Mog. codex *lege sanciundi*. Paullo ante *fuisse consentis* Harl. *fuisse censeas* Gaertn. Tum *Tandem fuit* Lov. 3. a m. 1. V. ad 7, 35, 12. *Tò fuit* omittitur in Lov. 1. Deinde *majoribus uris*, id est *vestris*, pro *nris*, id est *nostris*, Lov. 1. 4. et Mead. ambo. [*vestris* Bamb.] V. ad 10, 2.

§. 8. *Cupiditates prius natae sunt, quam leges*] *cupiditates privatae sunt* Voss. *cupiditates primitus sunt* Lov. 1. *cupiditates priores sunt* Lov. 3. a m. 1. Lov. 6. et Gaertn. Mox *modum fecerunt* codex Mog.

§. 9. *Quid legem Liciniam excitavit de quingentis jugeribus*] Stolonis legem, 6, [35, 5.] et 7, [16, 9.] SIG. Se in Livio *de D. jugeribus* scribere, quum in mani errore *de L. jugeribus* ederetur, jactat Dausquej. ad Silii 7, 261. sive p. 303. Sciendum tamen, errorem hunc, tantum in duabus tribusque edd. obvium, jam sponte a viris doctis, antequam Dausq. moneret, emendatum esse.

Digitized by Google

Cinciam de donis et muneribus, nisi quia vectigalis
10 *jam et stipendiaria plebes esse senatui coeperat? Ita-*
que minime mirum est, nec Oppiam, nec aliam ul-
lam tum legem desideratam esse, quae modum sum-
tibus mulierum faceret, quum aurum et purpuram
11 *data et oblata ultro non accipiebant. Si nunc cum*
illis donis Cineas urbem circumiret; stantes in publi-
co invenisset, quae acciperent. Atque ego nonnulla-
rum cupiditatum ne caussam quidem aut rationem
12 *inire possum. nam ut, quod alii liceat, tibi non lice-*
re, aliquid fortasse naturalis aut pudoris aut indi-
gnationis habeat; sic, aequato omnium cultu, quid
unaquaeque vestrum veretur, ne in se conspiciatur?
13 *Pessimus quidem pudor est vel parsimoniae, vel pau-*
pertatis: sed utrumque lex vobis demit, quum id,

Quia vectigalis jam et stipendiaria plebes esse senatui coeperat] V. Brummer. ad l. Cinciam c. 2. §. 15. DUK. *plebs* Mog. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Voss. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *plebis* Lov. 5. et ed. Camp. Mox §. seq. vox *aliam* omittitur in Lov. 3. et Hearnii L. 1. vox *ullam* in Voss. et Lov. 1. ac 6. vox *tum* in Lov. 6. quas tres alio ordine *ullam tum aliam* exhibet Gaertn. Deinde *datam et oblatam* legunt edd. antt. pro quo Moguntini ex Membranis suis dederunt *data et oblata*, consentientibus codd.

§. 11. *Stantes in publico invenisset eas, quae acciperent*] *eas* redundat. GELEN. Pall. *invenisset et quae acciperent*. Hinc factum in ed. prisca *invenisset eas, quae acciperent*. GEBH. *et quae acciperent* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. *et stantes in publico invenisset, quae acciperent* Gaertn. Verum utroque loco τὸ *et* natum videtur ex ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 39, 18, 8. *invenisset eas, quae acciperent* Lov. 5.

Ne caussam quidem aut rationem inire possum] Editio vetus Moguntina *invenire possum*. MOD. Causa *inveniri* dicitur, non *iniri*. Ratio *iniri* et *inveniri*. Itaque videri queat, scribendum esse *invenire possum*, quod hic in aliis legi adnotant Modius et Hearnius. Sed fortassis tutius est nihil tentare. Saepe enim observatum est, pluribus nominibus unum verbum, quod non omnibus illis, sed uni tantum conveniat, adponi. DUK. *invenire* per errorem ed. veterem Mog. praeferre inde colligo, quod codex Mog. omnes codd. reliqui, quibus usus sum, ac tandem omnes, praeter unam

Digitized by Google

quod habere non licet, non habetis. Hanc, inquit, 14
ipsam exaequationem non fero, illa locuples. cur non insignis auro et purpura conspicior? cur paupertas aliarum sub hac legis specie latet, ut, quod habere non possunt, habiturae, si liceret, fuisse videantur? Vultis hoc certamen uxoribus vestris injicere, Quiri- 15
tes, ut divites id habere velint, quod nulla alia possit; pauperes, ne ob hoc ipsum contemnantur, supra vires se extendant? Nae, simul pudere, quod non 16
oportet, coeperit; quod oportet, non pudebit. quae de suo poterit, parabit: quae non poterit, virum rogabit. Miserum illum virum, et qui exoratus, et qui 17
non exoratus erit! quum, quod ipse non dederit, datum ab alio videbit. Nunc vulgo alienos viros rogant, 18
et, quod majus est, legem et suffragia rogant, et a

illam, editiones *inire* tueantur. Et quidem lectio illa ita exponenda est, ut fecit Cl. Dukerus. De illo autem loquendi genere videbimus ad 40, 42, 12.

§. 12. *Aequato omnium cultu quid unaquaeque vestrum veretur*] Moguntini ex cod. suo ediderunt *aequato omnium cultu, quid unaquaeque vestrum vereretur.* Frobenius deinde *veretur*, pro *vereretur*, anno 1535. recte substituit. Crediderat librarius scriptum fuisse *ver'etur;* de quo errore v. ad 39, 52, 6. Typis descripti priores praeferunt *aequat omnium cultum, quod unaquaeque.* Et ita etiam Harl. in marg. sed *aequat omnium cultum, quid unaquaeque* Voss. Lov. sex, et Mead. 2. *aequat omnem cultum, quid unaquaeque* Gaertn. Prima erroris origo fuit, quod ultima *τοῦ aequato* litera a prima vocis sequentis intercepta sit. Certe *aequat omnium cultu* in Mead. 1. superesse dicitur. Mox §. seq. *Pessimus pudor est vel parsimoniae* Lov. 2. et Harl. *Pessimus quidem est pudor vel parsimoniae* Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535. *Τὸ est* exsulat a Lov. 4. Tum *habeatis* Lov. 1. 2. et 3.

§. 14. *Ut, quod habere non possunt, habiturae, si liceret, fuisse videantur*] *et quod habere* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Quod si probandum, insuper *videantur* mutandum in *videntur.* Sed vulgatum malo. *et* atque *ut* saepe in Mstis confunduntur. V. ad 21, 28, 8. [§. 15. *Quirites* omittit Bamb.]

§. 16. *Nae, simul pudere*] Prima vocula non adparet in Lov. 4. et Mead. 2. [*ne simul pudore quod . . coeperit* Bamb.]

§. 18. *Et a quibusdam im-*

Digitized by Google

quibusdam impetrant, adversus te, et rem tuam, et liberos tuos inexorabiles. Simul lex modum sumtibus uxoris tuae facere desierit, tu numquam facies.
19 *Nolite eodem loco existimare, Quirites, futuram rem,*
20 *quo fuit, antequam lex de hoc ferretur. Et, hominem inprobum non accusari, tutius est, quam absolvi: et luxuria non mota tolerabilior esset, quam erit nunc, ipsis vinculis, sicut fera bestia, irritata, de-*
21 *inde emissa. Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo. vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.*

petrant] MS. *et id a quibusdam imp.* MOD. Incertum est, utrum *et id a quibusdam*, ut Modius monet, an *id a quibusdam* in Mſto Mog. fuerit. Mox *si lex modum sumtibus uxoris tuae* Lov. 2. 3. et Harl. *si lex modum sumtibus tuis* Gaertn. *simul lex modum sumtibus uxori tuae* Voſſ. et Lov. 1. [§. 17. *non dederit ab alio videbitur. nunc vulgo alios viros rogant* Bamb.]

Adversus te, et rem tuam, et liberos tuos inexorabiles] Dubium, ex prioribusne pendeant haec verba, an ex sequentibus. Quidam etiam de solis puellis, non pueris, intelligi contendunt, quod equidem nescio. GLAR. Ex sequentibus pendere nequeunt. Consequens igitur, ut referantur ad priora. [*liberos tuos exorabilises.* Bamb.]

§. 19. *Nolite eodem loco existimare, Quirites, futuram rem, quo fuit*] Vocem *Quirites* non agnoscunt Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. [Bamberg.] et Gaertn. quorum ultimus etiam praefert *fu'it*, id est *fuerit*, sollemni scribarum errore. V. ad 40, 14, 11.

§. 10. *Luxuria non mota tolerabilior esset*] *tutior est* Harl. *tolerabilior est* Voſſ. Lovel. 2. Mead. 1. et Gaertn.

Ipsis vinculis solutis, sicut ferae bestiae irritatae, deinde emissae] Legendum *ipsis vinculis sicut fera bestia irritata, deinde emissa.* Ubi aliquis participium *vinculis solutis* addidit, cum nihil opus esset. GELEN. Editio Moguntina *ipsis vinculis solutis, sicut ferae bestiae irritatae, deinde emissae.* Videat lector, quid velit, quid ne velit. MOD. Pall. multitudinis numero *ferae bestiae irritatae, deinde emissae.* Prisca ed. *nunc ipsis vinculis solutis, sicut ferae bestiae irritare, deinde emissae.* GEBH. [Vulgatum] ab Gelenio est, qui recte delevit τὸ *solutis*, quod adjecerant in editionibus. Sed scripti, *ipsis vinculis, sicut ferae bestiae irritatae, deinde emissae.* Forsan erit, cui placeat: tamen esse durius judico, et legendum *ipsis vinculis, sicut ferae bestiae, irritata, deinde emissa.* Nihil impedit, quo minus luxuria cum multis feris recte comparetur. 35, [18, 6.] de

Digitized by Google

V. Post haec tribuni quoque plebei, qui se inter- 1
cessuros professi erant, quum pauca in eamdem sententiam adjecissent; tum L. Valerius pro rogatione ab se promulgata ita disseruit. *Si privati tantummodo ad suadendum dissuadendumque id, quod a nobis rogatur, processissent, ego quoque, quum satis dictum pro utraque parte existimarem, tacitus suffragia vestra exspectassem. nunc, quum vir gra-* 2
vissimus consul M. Porcius, non auctoritate solum, quae tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiam longa et adcurata insectatus sit rogationem no-

Philippo: *nosse se spiritus ejus, nosse animum: ferarum modo, quae claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras eum in pectore volvere.* Lib. 36, [7, 13.] *Ille quidem ferae bestiae vinctae aut clausae, et refringere claustra cupienti regis iram verbis aequabat.* J. FR. GRON. *Tò solutis* neque Hearnius in L. 1. et N. neque ego in ullo cod. invenimus, nisi in solo Lov. 5. qui, ut alibi semper, ita hic etiam veterrimis edd. consentit. Deinde omnia numero plurali efferunt et Hearnii codd. et mei. [et Bamb.] Verum *omissae* legunt Lov. 1. 6. et Gaertn. *obnixae* Lov. 3.

§. 21. *Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo: vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim*] Nota egregiam claudendae suasionis formulam: et cui gemina germana illa sit P. Decii Muris, ubi ait 10, [8, 12.] *Ego hanc legem, quod bonum, faustum, felixque sit vobis, ac reipublicae, uti rogastis, jubendam censeo.* imo germanior adhuc illa, qua utitur in dissuasione sua libro 7. finiens ita: *Omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. Quod faxitis, Deos velim fortunare.* MOD. Utrumque Livii exemplum Modium hausisse ex Brisson. 2. de Formul. 132. inde colligo; quod, quum, Brisson. alterum eorum l. 7. exstare dixisset, licet tamen l. 6, 41, 12. reperiatur, eumdem errorem etiam Modius hic commiserit. Ceterum *vos quod facitis* perperam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 1. *Post haec tribuni quoque plebis*] MS. *Post haec tribuni plebei.* MOD. Pall. *tribuni quoque plebei.* GEBH. *plebei* etiam omnes mei. idque Gronov. recepit. V. ad 2, 33, 2. [*plebi* Bamb.] Mox *Si privatim tantummodo* Lov. 1. et 3. *Si privati modo* Lov. 6.

§. 2. *Nunc, quum vir gravissimus consul M. Porcius*] MS. *vir clarissimus consul M. Porcius.* et posset sane ita legi commode. nam licet haud ulla fere re alia, quam gravitate, commendetur prolixius, quis tamen peccet eum *clarissimum virum* nominando, qui in sua civitate

Digitized by Google

3 *stram, necessum est paucis respondere. qui tamen plura verba in castigandis matronis, quam in rogatione nostra dissuadenda, consumsit: et quidem, ut in dubio poneret, utrum id, quod reprehenderet, matronae sua sponte, an nobis auctoribus, fecissent.*
4 *Rem defendam, non nos; in quos jecit magis hoc*

elogium hoc tulerit, ut uno omnium ore *optimus orator, optimus imperator, et optimus quoque senator* salutaretur? MOD. Pal. alter *vir grandissimus*. Modius ex aliquo *vir clarissimus*. quod nolim cum ipso tam sollicite asserere. GEBH. Codices nostri nihil mutant, nisi quod *vir gratissimus* legant Lov. 1. et Voss. Ita autem librarios interdum errasse, vidimus ad 30, 10, 20. Utrumque epitheton *gravissimus* et *clarissimus* Catoni competit: *gravissimus* propter auctoritatem, qua in republica floruit; *clarissimus* ob gloriam pacis bellique artibus partam. qui enim auctoritate praestant, *graves;* qui gloria, *clari*, vocantur. Cic. 2. de Orat. 37. *Certe non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores, aut auctoritate graviores, aut humanitate politiores P. Africano, C. Laelio, L. Furio.* Jam vero *auctoritatem* Catonis *perpetuo tenore vitae partam* memorat Liv. 37, 57, 13. ejusque *auctoritatem tacitam satis momenti habere* verbis seq. hoc loco additur. Neminem etiam Catone *graviorem* in laudando fuisse, indicat Cic. de Clar. Orat. 17. Praeterea, Catonem belli pacisque artibus excelluisse, constat ex Livii 39, 40. Accedit, eum hoc tempore consulem fuisse; consulibus autem *clarissimi* titulum convenire. V. Corte ad Sall. Catil. 51, 19. Ceterum cod. Mog. non tantum *clarissimus*, ut viri docti monuerunt, sed insuper *nunc ut vir clarissimus consul* praefert: in qua lectione *τὸ ut* non alio sensu, quam pro postquam accipi posse videtur. Sed, quo minus lectio illa placere possit, illud obstat, quod *τῷ ut* jungendum sit *insectatus sit*, atque huic voculae eo sensu non subjunctivus, sed indicativus, jungatur. V. ad 35, 23, 3.

Quae tacita satis momenti habuisset] Pall. nec non vetus ed. *qua tacita satis momenti habuisset*. GEBH. *qua tacita* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. antt. *quae tacita* demum Moguntini ex cod. suo vulgarunt. Omnia haec vocabula deerant in Gaertn. Mox *orationem, nostram*, pro *rogationem*, Voss. et Lov. 1. V. ad c. 8, 2.

Necesse est paucis respondere] Manuscriptus *necessum est p. r.* MOD. Cod. Mog. lectionem *necessum est* primus recepit Gronov. anno 1665. Infra 39, 5, 9. *Num omne id aurum in ludos consumi necessum esset.* ubi vide. Omnes tamen nostri, et Hearnii L. 1. *necesse* servant. [§. 3. *id, quod reprenderet* Bamb.]

§. 4. *Rem defendam, non nos*] Pall. et vetus ed. perperam *an nobis auctoribus fecissent rem defendam*. GEBHARD. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. antt. Quum autem Moguntini mo-

Digitized by Google

consul verbo tenus, quam ut re insimularet. Coe- 5
tum, et seditiones, et interdum secessionem muliebrem adpellavit, quod matronae in publico vos rogassent, ut legem, in se latam per bellum temporibus duris; in pace et florente ac beata republica abrogaretis. Verba magna, quae rei augendae caussa con- 6

nuissent, in cod. suo se *rem defendendam* invenisse, egregie Aldus ex ea lectione restituit *Rem defendam*, quod et in Lov. 6. ex quo nihil notatur, superfuisse videtur. Paullo ante §. praec. *in rogatione nostra discutienda* male Lov. 6.

In quos jecit magis consul verbotenus] Vet. lib. *in quos jecit magis haec consul.* SIG. Scribendum est *verbo tenus*, ut duae voces sint, non una composita. Ita recte editum est in Cic. 3. de Legib. 6. et saepe in Pandectis Juris. Ammian. Marc. 26, 4. ed. Gronov. alia voce interposita separat: *ne verbo quidem tenus insidiarum indicio ullo reperto.* Nec alia in hoc ratio est, quam in *ore tenus, titulo tenus*, et multis aliis, in quibus *tenus* casui suo postponitur. DUK. Pronomen omiserat Basil. ed. anni 1554. errore, ut videtur, typographorum. Omnes priores habent *in quos jecit magis hoc consul.* Concinunt autem Lov. 1. 3. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Neque Moguntini membranas suas dissentire monuerunt; quare id revocavi, licet reliqui codd. cum vet. lib. Sigonii facere videantur. Divisis vocibus *verbo tenus* recte Crevier. edidit. Mox *quam ut re simularet* Mead. 1. *quam ut rem simularet* Gaertn. *quam ut rem insimularet* Lov. 3. 6. et Harl.

§. 5. *Quod matronae in publico vos rogassent*] Vet. cod. cusus Moguntiae *in publicum v. r.* MOD. Libri omnes *in publicum vos rogassent.* GEBH. *in publicum* etiam Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. usque ad Aldum, qui *in publico* ex cod. Moguntino vulgavit. Tum *nos rogassent* Lov. 3. 5. Harl. et edd. ante Ascens. anni 1513. Paullo ante *Coetum et successionem* Lov. 3. [*Coetum et seditionem* Bamb.] Deinde *et interdum seditionem muliebrem adpellavit* Lov. 6. ex glossa interpretis. V. ad 26, 40, 9. *et interdum successionem adpellavit* Harl. Vox *muliebrem* exsulat etiam a Lov. 2.

Legem in se latam per bellum temporibus duris] *in se datam* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. Ejus loco Mog. recte ex membranis suis substituerunt *in se latam.* V. ad 1, 4, 7. Tum *in temporibus duris* Lov. 2. et Gaertner. Mox *in pace conflorenti ac beata republica* Lov. 3. *in pace et florenti ac beata republica* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. uterque. [Bamb.] *in pace florenti ac beata republica* Lov. 6. et Gaertn. Livium casum sextum singularem participiorum activorum praesentis partim in *i*, partim in *e* finiisse, vidimus ad 6, 14, 13. hic tamen cum reliquis codd. vulgatum malo, in quod etiam codex Mogunt. consensisse videtur. Tum *abrogetis* Lov.

Digitized by Google

quirantur, et haec, et alia esse scio: et M. Catonem oratorem non solum gravem, sed interdum etiam trucem, esse scimus omnes, quum ingenio sit mitis.
7 *Nam quid tandem novi matronae fecerunt, quod frequentes in caussa ad se pertinente in publicum processerunt? Numquam ante hoc tempus in publico adparuerunt? Tuas adversus te Origines revolvam.*
8 *Accipe, quoties id fecerint, et quidem semper bono publico. Jam a principio, regnante Romulo, quum, Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro signis conlatis*

1. 2. 3. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *abrogaretis*.

§. 6. *Et M. Catonem*] Sic MS. Thuan. et principes editionum. Nunc vulgo negligunt praenomen, nescio qua auctoritate. JAC. GRON. Praenomen Catonis, quod etiam omnes mei codd. servant, ex editis prima omisit postrema Gruteri editio, sine dubio operarum errore. Mox *trucem scimus omnes* Lov. 5. 6. Harl. et edd. antt. usque ad Frobenium, qui anno 1535. edidit *trucem esse scimus omnes;* quomodo Moguntini se in membranis suis invenisse monuerunt: quibus adsentiuntur reliqui mei.

§. 7. *Tuas adversus te Origines revolvam*] Hic Livium parum accurate versatum fuisse, qui Valerio sermonem tribuerit, huic tempori non convenientem, quum Cato multis post annis Origines scripserit, post Vossium 1. de Histor. Lat. 5. observarunt Reines. 1. Var. Lect. 25, et Noris. ad Cenotaph. Pis. Diss. 1, 1. DUK. Observat id etiam ad h. loc. Crevier.

§. 8. *Nonne intercursu matronarum inter acies duas proelium sedatum est*] Non improbo hanc lectionem etiam in antiqua ed. restitantem. Pall. tamen uterque alia forma: *non sine intercursu matronarum inter duas acies proelium sedatum est.* GEBH. Similiter Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Sed per interrogationem conceptam orationem praestare puto. Paullo ante *equidem semper bono publico*, pro *et quidem*, Harl. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 5, 54, 3.

§. 9. *Nonne id agmen, quo obruta haec urbs esset, matronae averterunt*] *quo obtrita* Voss. sed eadem manus mox adscripsit *obruta*. Solent hae voces commutari. V. ad 3, 56, 8. Vulgatum omnes defendunt reliqui; nisi quod *abrutam* praeferat Lov. 1. V. ad 36, 35, 4. Tum vox *matronae* non adparet in Gaertn. Praeterea *verterunt* legunt Harl. et Mead. 2. *adverterunt* Lov. 1.

Jam, urbe capta a Gallis, aurum, quo urbs redemta est, nempe consensu omnium matronae in publicum contulerunt] O languidum abrogandae legis suaso-

Digitized by Google

latis dimicaretur, nonne intercursu matronarum inter acies duas proelium sedatum est? Quid? regi- 9
bus exactis, quum, Coriolano Marcio duce, legiones Volscorum castra ad quintum lapidem posuissent, nonne id agmen, quo obruta haec urbs esset, matronae averterunt? Jam, urbe capta a Gallis, quo redemta urbs est? nempe aurum matronae consensu omnium in publicum contulerunt. Proximo bello (ne 10
antiqua repetam) nonne et, quum pecunia opus fuit, viduarum pecuniae adjuverunt aerarium, et, quum Dii quoque novi ad opem ferendam dubiis rebus ar-

rem, si sic dixit: sed neque dixit, neque scripsit ita Livius, verum ita, uti nunc ex Longobardico Moguntinensi membranaceo libro legendum dicam, hoc nempe modo: *Jam, urbe capta a Gallis, quo redempta urbs est? nempe aurum matronae consensu omnium in publicum contulerunt.* sicque et praecedentia statim, et statim consequentia energiae causa non nisi per interrogationem pronunciari debent. MOD. *nempe* hoc loco friget, nec apparet ratio, cur Livius in hac periodo orationem variare, et a schemate interrogationis, quo et ante, et post eam utitur, ad rectam orationem transire voluerit. Melius est, quod e MS. Moguntino adfert Modius. Si quis tamen non patietur, vocem *aurum* invitis aliis scriptis sede sua moveri, ei tamen legendum puto *nonne matronae consensu omnium in publicum contulerunt?* DUK. Monuit me vir doctus, sibi ex vestigiis cod. Mog. legendum videri, *Jam urbs capta a Gallis quomodo redemta est? Nempe aurum matronae consensu omnes in publicum contulerunt.* Putat autem *quomodo* per compendia literarum in *quo* transisse, et postremum *urbs* e glossa esse: deinde *consensu omnium* ad rem nihil facere. *consensu* autem simpliciter poni pro uno consensu, quod probabat locis Taciti ex 1. Ann. 44. 14. Ann. 26. et 1. Hist. 55. Si tamen usque adeo ab editis recedere displiceat, legendum existimat ex Mog. cod. *Jam, urbe capta a Gallis, quo redemta urbs est? nempe aurum matronae consensu omnes in publicum contulerunt.* At contra *consensu omnium*, pro unanimi consensu poni, docuit Cl. Crevier. ex Livii loco infra c. 32, 8. *Thessalos, et Phocenses, et Locrenses, consensu omnium scimus partium Philippi fuisse.* Id autem praestare puto. Certe cod. Moguntini lectionem recepi. Ne vero displiceat repetitio vocis *urbs*, vide, quae notantur ad 1, 3, 9. [*nempe matronae*, omisso *aurum*, Bamb.]

§. 10. *Dii quoque novi*] Membranae *Dei quoque novi.* MOD. V. ad 10, 40, 13. Adde, quae notantur ad 25, 29, 5. 30, 2, 13. et c. 31, 10.

Digitized by Google

cesserentur, matronae universae ad mare profectae
11 *sunt ad matrem Idaeam accipiendam? Dissimiles, inquis, caussae sunt. Nec mihi caussas aequare propositum est. nihil novi factum, purgare satis est.*
12 *Ceterum, quod in rebus ad omnes pariter viros feminasque pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in caussa proprie ad ipsas pertinente miramur fecis-*
13 *se? Quid autem fecerunt? superbas, me-Dius-fidius, aures habemus, si, quum domini servorum non fastidiant preces, nos rogari ab honestis feminis indignamur.*

§. 11. *Dissimiles, inquit, caussae sunt*] Eaedem membranae *dissimiles, inquis, caussae sunt.* optime. ut ad ipsum consulem converterit orationem; non de consule ad coronam haec dixerit. MOD. Placet, quod reperi in Pall. respondens Modianae lectioni, *dissimiles, inquis, causae sunt.* Vult enim occurrere objectioni consulis. GEBH. Ita etiam Lov. 1. 3. 4. Harl. uterque Mead. et Gaertn. Proxime accedunt Voss. qui librarii aberratione *iniquis*, et Lov. 2. ac 6. qui *inquies* legunt. Solus tantum Lov. 5. editis adhaerens *inquit* exhibet. Recepi igitur, quod plurium consensus probabat; licet non exciderint, quae notantur ad c. 3, 9. Verum alia ibi ratio est; nam *inquit* usurpatur eo loco pro quaedam ex numero mulierum inquit; hic vero Valerius, oratione ad consulem conversa, ipsum adlocutus est, et nunc quasi respondentem inducit. Cui schemati commodum est *inquis*, non *inquit*. [*aequare repositum est* Bamb. qui §. 12. *feminas*, pro *feminasque*.]

§. 2. *Et illa communis pro legibus visa consularis oratio est, et haec adversus luxuriam severissimis moribus conveniebant*] Priora sic leguntur in editione Moguntina; *et illa communis pro legibus suis consularis oratio est.* pessime. neque enim pro legibus suis hic disceptat consul, et illud, *visa consularis oratio est*, illud significat: dignam consule eam orationis partem videri merito posse, utpote cujus maxime interesset, sartas tectas eas servari curare. Ceterum quod hic peccat, mox corrigit eadem editio, reponens *et haec adversus luxuriam severissimis moribus conveniebat. et haec*, oratio puta. dixerat enim, *Venio nunc ad id, de quo agitur: in quo duplex consulis oratio fuit.* MOD. Libri omnes *conveniebat*; ut referatur ad praecedens *oratio.* GEBH. Non sola ed. Mog. in prima parte horum verborum *pro legibus suis* edidit, sed etiam reliquae omnes priores. Eamdem autem lectionem servant Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Aldus vero ex membranis Mogunt. recte recepit *pro legibus visa consularis oratio est.* Nec multum abludunt Voss. et Lov. 1. quorum

Digitized by Google

VI. *Venio nunc ad id, de quo agitur: in quo* 1
duplex consulis oratio fuit. nam et legem ullam omnino abrogari est indignatus; et eam praecipue legem, quae luxuriae muliebris coërcendae caussa lata esset. Et illa communis pro legibus, visa consularis ora- 2
tio est: et haec adversus luxuriam severissimis moribus conveniebat. Itaque periculum est, nisi, quid 3
in utraque re vani sit, docuerimus, ne quis error vobis obfundatur. Ego enim, quemadmodum ex 4
his legibus, quae non in tempus aliquod, sed perpetuae utilitatis caussa in aeternum latae sunt, nullam

prior dedit *pro legibus suis an consularis oratio est*, alter *pro legibus suis ac consularis oratio est*. In quo posteriore τῶν *suis ac* si primam literam *s* et *ultimam c* expunxeris, quae perperam partim ex ultima praecedentis, partim ex prima sequentis vocis repetitae sunt, et, quae supersunt, in unam vocem jungas, habebis Moguntini *visa*. Omnia autem illa *et illa communis pro legibus visa consularis oratio est* desunt in Harl. In posteriore vero parte non iterum sola ed. Mog. *conveniebat* praefert, sed etiam omnes priores, omnesque codd. *conveniebant* autem demum obcurrit in Paris. ed. anni 1573. Paullo ante §. praec. *lata est*, pro *esset*, Lov. 3. Harl. et Gaertn.

§. 3. *Nisi, quid in utraque re vani sit*] *re* superest. GELEN. Pall. *nisi quid in utraque re vani sit*. GEBH. Vocem *re*, quam, praeeunte Gelenio, expunxit ed. Frobeniana anni 1535. et reliqui editores usque ad Gronovium omiserunt, non agnoscit unus Voss. Reliqui codd. eam constanter tuentur: unde Gronovio adhaerendum putavi.

Ne quis error vobis obfundatur] Ita audacter satis quidam reposuerunt, cum membranae aliae habeant *defendatur*, aliae *defundatur*: quod posterius nisi verum est, certo minore mutatione et solenniore variatione scripserim *diffundatur*. MOD. Cur displicet haec lectio *offundatur* Modio? Comparet ea certe in Pall. utroque. Parvo discrimine prisca ed. *nobis effundatur*. Ille tamen, quem dixi, vel *defundatur*, vel *diffundatur* praefert. GEBH. Priscae edd. fere omnes praeferunt *effundatur*; quae lectio superest in Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Quum autem Moguntini in cod. suo *defendatur* invenissent, pro eo in ed. sua substituerunt *defundatur*. Non igitur in ullis id exstitit membranis, ut Modius nobis persuadere conatus est, qui vel scripturam illam probabat, vel conjiciebat *diffundatur*: quum tamen neutrum ferri possit, et tutius fuisset, ut Aldum secutus foret, qui *offundatur* substituit. Ita enim non tantum praeferunt Voss. Lov. 4. et Mead. uterque, sed etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm. De hoc verbo v. supra ad 33, 7,

Digitized by Google

abrogari debere fateor, nisi quam aut usus coarguit,
5 *aut status aliquis reipublicae inutilem fecit; sic, quas*
tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (ut ita
6 *dicam) et temporibus ipsis mutabiles esse video. Quae*
in pace latae sunt, plerumque bellum abrogat; quae
in bello, pax: ut in navis administratione alia in se-
cundam, alia in adversam tempestatem usui sunt.
7 *Haec quum ita natura distincta sint, ex utro tan-*

8. *nobis* etiam, pro *vobis*, Voss. Lov. 3. 5. 6. et quaedam edd. [§.4. *ex iis legibus*, mox *nisi aut usus* Bamb.]

§. 5. *Quas tempora aliqua desiderarunt leges*] MS. *quas tempora aliqua desiderabunt leges.* MODIUS.

Ita ut dicam] Ita Gronov. anno 1665. edidit. Sed recte Hearnius et Crevier. veterem scripturam *ut ita dicam* revocarunt, quam servant Mog. Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn.

§. 6. *Alia in secunda, alia in adversa tempestate usui sunt*] Idem MS. sine ulla litura *alia in secundam*, *alia in adversam tempestatem usui sunt.* MOD. Mog. *secundam*, et *adversam tempestatem.* Ut 37, [15, 7.] *In duas res magnas id usui fore.* Voss. *alia in secundam, alia adversa tempestate usui sunt.* Quae varietas alicui placere posset. J. FR. GRON. Vulgatam scripturam tuentur omnes mei, etiam Voss. nisi ejus excerpta fallant, quae testantur, in eo tantummodo ipsum a reliquis dissentire, quod praeferat *alia in secunda, alia adversa tempestate*, praepositione posteriori loco omissa. Praefero tamen Mogunt. lectionem. V. ad 4, 46, 8. et 10, 18, 12. [*in pace lata*, et mox *abrogant.* tum *in secunda* etc. *adversa tempestatem* Bamb.]

§. 7. *Quid vetus regia lex, simul cum ipsa urbe nata? Aut, quod secundum est*] Quidam codices habebant *Num vetus lex*, quod non displicet: sed utrumque intelligitur. Dicere enim vult, legem Oppiam neque veterem regiam esse legem, quas multas a Romulo latas Dionysius refert, neque a decemviris proditam. Exemplum autem matronarum, quod de Capitolii obsidione paulo ante refert L. Valerius, a Livio eo anno non habetur l. 5. sed quarto ante anno, hoc est proximo post Vejos captos, ab urbe condita CCCLX. GLAR. Vet. lib. *An vetus regia lex, simul cum ipsa urbe nata? An, quod* etc. SIG. Doctissimi Jurisconsulti, Hotomannus, Balduinus, et Janus a Costa ex hoc loco ostendi putarunt, *legem regiam*, qua de principis imperio lata populum Rom. ei et in eum omne imperium suum et potestatem concessisse auctor est Justinianus §. 6. Instit. de Jure Nat. gent. et civ. primum a Romulo latam fuisse. Non perspicio, quomodo id ex his verbis effici possit. Nam quae haec est consequentia? Livius hic memorat *veterem legem regiam, simul cum ipsa urbe natam*, ergo *lex illa regia*, de qua Justinianus agit, primum a Romulo lata fuit. Valerius sine dubio intelligit veterem aliquam legem ex iis, quae

Digitized by Google

dem genere ea lex esse videtur, quam abrogamus? An vetus regia lex, simul cum ipsa urbe nata? An 8 *(quod secundum est) ab decemviris ad condenda jura creatis in duodecim tabulis scripta? Sine qua quum majores nostri non existimarint decus matronale servari posse, nobis quoque verendum sit, ne cum ea pudorem sanctitatemque feminarum abrogemus? Quis* 9 *igitur nescit, novam istam legem esse, Q. Fabio et*

olim a regibus latae, iis exactis propter aequitatem et utilitatem vel in usu manserant, vel, quum odio regum primum neglectae fuissent, deinde ob easdem causas rursus revocatae fuerant. Ita hoc recte exposuit Sigonius 1. de Ant. Jur. civ. Rom. 5. DUK. Vel caeco adparet, per *veterem legem regiam* intelligi unam veterum illarum legum, quas varii reges Romani tulerunt paullo post urbem conditam. Livius 6, 1, 10. *Leges (erant autem eae duodecim tabulae et quaedam regiae leges) conquiri, quae comparerent, jusserunt.* Non igitur intelligenda lex, qua populus Romulo regi detulit supremam potestatem, ut, post alios Jctos, somniat etiam Doujatius ad h. loc. Neque urguendum est, numero singulari hic *legem regiam*, loc. laud. Livii numero plurium *regias leges* memorari: certe ita etiam Jctus l. 2. ff. De mortuo infer. *Negat lex regia, mulierem, quae praegnas mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur.* Ceterum Sigonio *An* pro *Quid*, et iterum *An* pro *Aut* emendanti adsentitur Harl. posteriori loco etiam Mead. 2. Reliqui codd. simul cum edd. antt. legunt perperam *Quia vetus regia lex s. e. i. u. nata. Aut, quod secundum.* Glareani *Num vetus regia lex* demum adparuit ad marginem ed. Ascens. anni 1513. quae etiam prima in contextu dedit *Quid vetus regia lex.* [*Quae vetus regia lex* etc. *Aut, quod secundum est* Bamb.]

§. 8. *Non existimarint matronale decus servari posse*] *existimaverunt* Voss. et Lov. 1. ac 6. *existimaverint* Lov. 5. et Mead. 2. cum omnibus edd. etiam Moguntina, usque ad Aldum; qui dedit *existimarint*, consentientibus reliquis, nisi quod *existimarit* sit in Mead. 1. Tum *decus matronale* vocibus transpositis Voss. Lov. sex, Harlej. uterque Mead. et editiones, etiam Moguntina, quod Aldus iterum mutavit. Sed, Msstis adhaerens, priorem ordinem vocabulis reddidi. Parvum est, fateor, et eodem redit. Verum vel propterea nihil invitis codd. mutandum erat. [*decus* omittit Bamb.] Hinc *posse servari* Lov. 6. et Gaertn. Mox *verecundum sit*, pro *verendum sit*, librarii aberratione, membranae Mog. Tandem *sanctitatemque matronarum*, pro *feminarum*, Mead. 2.

§. 9. *Quis igitur nescit*] *nesciat* Lov. 5. et edd. antt. usque ad Frob. qui anno 1535. substituit *nescit*. Et ita Msti Mog. omnesque mei reliqui praeter Lov. 1. cujus librarius perperam vocem hanc omisit. Mox copulam *et* inter utriusque consulis nomina interponunt Voss. Lov. 1.

Digitized by Google

Ti. Sempronio consulibus viginti annis ante latam? sine qua quum per tot annos matronae optimis moribus vixerint, quod tandem, ne abrogata ea effundantur
10 *ad luxuriam, periculum est? Nam si ista lex ideo lata esset, ut finiret libidinem muliebrem, verendum foret, ne abrogata incitaret: cur sit autem lata, ipsum*
11 *indicavit tempus. Hannibal in Italia erat victor ad Cannas: jam Tarentum, jam Arpos, jam Capuam*

2. 3. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Mog. editio, aliaeque et priores et posteriores usque ad eamdem Frob. quam male ab eo omissam restitui. Deinde *viginti ante annis* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. uterque Mead. et Gaertn. [Bamb.] Supra 6, 37, 9. *Quaestores quoque paucis ante annis ex plebe coeptos creari.*

§. 10. *Nam si ista lex ideo lata esset*] Pal. prior, *Nam si ista lex aut ea lex ideo lata esset.* Pal. alter, et prisca ed. *Nam si ista lex aut ideo lata esset.* GEBH. *Nam si ista lex aut lata esset* Mead. 1. *Nam si ista lex aut ideo esset* Lov. 6. a m. 1. in quo τὸ *aut* deletur a m. 2. *Nam si ista lex aut ideo lata esset* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et primae edd. Postea Aldus ob voculam *aut* locum asterisco notavit. Frobenius tandem anno 1531. τὸ *aut* delevit.

Cur sit autem lata, ipsum indicavit tempus] Si jam indicavit, non opus te dicere. Lege *indicabit.* J. FR. GRON. *indicavit* servant Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *cur sit autem ipsa lata, indicat tempus* Lov. 3. *cur sit autem lata, indicat tempus* Hearnii L. 1. Si itaque vulgatum displicet, malim *indicat*, quam Gronovianum *indicabit*; quod, nullius codicis auctoritate nisum, malo more in contextum receptum est.

§. 11. *Ad urbem Romam admoturus exercitum videbatur*] *moturus* Lov. 2. 6. et Harl. Male. 10, 27, 5. *Ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant.* 26, 10, 3. *Ad Anienem fluvium castra admovit.* 32, 23, 3. *Exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoveri.* 41, 16, 7. *Exercitum ad Mutinam admovit.*

§. 12. *Non socios navales ad classem tuendam*] Horum verborum sententiam non puto esse, non habebamus socios navales, qui classem tuerentur; sed non poteramus tueri classem, quia socios navales non habebamus: quod narrat Livius 24, 11. et 26, 35, et 36. Nam alibi non socii navales, sed respublica *classes* et exercitus navales *tueri* dicitur. 23, 38, 12. *Pecunia ad classem tuendam bellumque Macedonicum ea decreta est.* Ibid. c. 48, 6. *Occurrebat animis, quantos exercitus terrestres navalesque tuerentur.* 28, 41, 12. *Unde classes tueamur, unde commeatibus praebendis sufficiamus, nihil reliqui est. Tuetur* autem respublica *classem*, quum curat, et de publico praebet quum alia ad eam instruendam et ornandam necessaria, tum remiges et socios navales, et denique omnia, sine

Digitized by Google

habebat: ad urbem Romam admoturus exercitum videbatur: defecerant socii: non milites in supple- 12
mentum, non socios navales ad classem tuendam, non pecuniam in aerario habebamus; servi, quibus arma darentur, ita ut pretium pro iis bello perfecto dominis solveretur, emebantur: in eamdem diem 13
pecuniae, frumentum et cetera, quae belli usus postulabant, praebenda publicani se conducturos pro-

quibus classis haberi, et usui esse non potest: quorum indicem quemdam habet Livius 28, 45. Nam, in haec omnia impensam ex aerario factam fuisse, ostendit ex Livio aliisque Scheffer. 4. de Milit. Nav. 1. Eadem significatione *tutelam classis* dicit Justinus 16, 3. *Quum rerum potirentur Athenienses, victisque Persis Graeciae et Asiae tributum in tutelam classis descripsissent.* ubi hoc aliquanto angustius, quam pro re, interpretatur Vorstius, *ad classem sartam tectam servandam.* DUK. [*aut pretium*, pro *ita ut pr.* Bamb.]

§. 13. *In eadem die deerant pecuniae, frumentum, et cetera*] Locus egregie vitiatus scioli alicujus opera. Sincera lectio *in eandem diem frumentum et cetera. In eandem diem*, hoc est, postquam debellatum esset. GELEN. Andreas et proximi *in eadem die pecuniae frumentum.* Ascensius *emebantur: deerant pecuniae frumentum:* et in margine pro varia lectione *in eadem die:* quod ex eodem expressit Saveterius. At nescio, quo errore Mog. et inde Aldus, Juntas, Frobenius *in eadem die deerant pecuniae.* Pro hoc Gelenius dedit, quod nunc receptum est. Indigebat locus sectione, sed una voce plus recidit, quam decuit. Nam legi volunt scripti: *in eandem diem pecuniae frumentum et caetera, quae belli usus postulabat, praebenda publicani se conducturos professi erant. Dies pecuniae* est dies solutionis ex aerario faciendae: ut jurisconsultis *diem venire, diem cedere.* Cicero 10. ad Attic. [5.] *Diem pecuniae Idus Novembres esse.* Nostr 35, [7, 3.] *Et ex ea die pecuniae creditae, quibus debitor vellet legibus, jus creditori diceretur,* Cato de Re rust. 147. *Dies argento ex Cal. Novemb.* Columella 1, 7. *Sed nec dominus in unaquaque re, cui colonum obligaverit, tenax esse juris sui debet, sicut in diebus pecuniarum.* J. FR. GRON. De re v. Liv. 23, 48. et 49. Sed dubito, an locus ex l. 35, 7. hinc alienus sit. nam ibi verba *pecuniae creditae* non videntur jungenda praecedentibus *ex ea die*, sed sequentibus *jus diceretur:* ut eodem loco, *Ut cum sociis ac nomine Latino pecuniae creditae jus idem, quod cum civibus Romanis, esset.* DUK. *in eadem die pecuniam, frumentum* Lov. 2. *in eadem die pecunias,* Lov. 6. *in eadem pecuniae frumentum* Harl. Lov. 3. et Mead. 2. *in eodem die pecuniae frumentum* Gaertn. *in eadem die pecuniae frumentum* Voss. Lov. 1. 4. 5. et Mead. 1. [Bamb.] Sed palmaria est Gronov. emendatio.

Quae belli usus postulabant]

Digitized by Google

fessi erant: servos ad remum, numero ex censu
14 *constituto, cum stipendio nostro dabamus: aurum et argentum omne, ab senatoribus ejus rei initio orto, in publicum conferebamus: viduae et pupilli pecunias suas in aerarium deferebant: cautum erat, quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus signati*

postulabat Lov. 3. 5. et Harl. Fruſtra; quamvis ita etiam Gronov. ad verba praecedentia malle videatur. Reliqui enim codd. ſtant pro recepta scriptura. Et ita Livius saepe locutus eſt. Supra 6, 25, 9. *Qua quemque suorum usuum caussae ferrent.* 26, 43, 7. *Unde terra marique, quae belli usus poscunt, suppeditentur.* 36, 26, 5. *Pecuniam, quae ad usus belli necessaria erat, legatis dedit.* 41, 20, 7. *Ut quaeque usus eorum postulaverunt, dona dedit.* Similiter etiam alii. Curtius 5, 6, 6. *Namque ad usus belli secum portare decreverat.* Sed plura v. apud Cel. Burm. ad Rutilii Iter 1, 152.

Servos ad remum etc. *dabamus*] Id eſt, qui remiges eſſent. Paullo poſt. *Cur privati non damus remiges, sicut dedimus? Ad* saepe notat miniſterium. V. Scalig. ad Catull. carm. 10. Turneb. 3. Advers. 23. Paſſerat. ad Prop. 4, 8. p. 662. et Gronov. ad Livii 22, 19. 4. Sueton. Aug. 16. *Viginti servorum millibus manumissis, et ad remum datis.* Hoc non recte de poena accipiunt Torrent. Brodaeus 2. Miscell. 30. et P. Faber 2. Semeſtr. 5. quos, tacitis eorum nominibus, verbo notat Casaub. ad Sueton. DUK. *Servos dare ad remos*, ut *servos emere ad militiam* 22, 61, 2. *Magna jam summa erogata in servos ad militiam emendos armandosque.*

§. 14. *Quo ne plus auri et argenti facti*] De aere facto nihil cautum fuerat. Causam exponit Perizon. in Dissert. de Aere gravi §. 18. DUK. *ne plus auri*, prima vocula omissa, Voſſ. Lov. 1. 2. 6. Gaertn. et margo Mead. 1. qui *ne quoque plus auri* in contextu praefert. *ne quo plus auri* Lov. 4. Harl. Mead. 2. Paullo ante *ejus initio orta*, una voce omissa, Harl. qui in sequentibus neglexit vocem *domi*.

§. 15. *Tali tempore in luxuria et ornatu matronae occupatae erant*] Haec nisi ironia gravi pronunciata intelligamus, interrogative legenda videntur. Vult autem adversus Catonem oſtendere, non ob luxum ac ornatum immodicum matronarum coërcendum hanc latam legem, sed misera ac inopia, quod hiſtoria ejus temporis probat, cum in tanto luctu tum matronae fuerint, ut Cereris etiam sacrum intermissum: unde et senatum juſſiſſe, intra triginta dies finiri luctum. GLAR. Vet. lib. *Tali eo tempore.* SIG. Glareanus dubitat, utrum hoc per ironiam, an cum interrogatione dictum sit. Mihi videtur sermo interrogantis eſſe. DUK. Sigonii lectio in nullo meorum codd. adparet. *Tali tempore et luxuria et ornatu* legit Lov. 6. Male. *luxuria et ornatu* eſt luxurioso ornatu. [mox *Oppia lex* Bamb.]

§. 16. *Cui non adparet, inopiam et miseriam civitatis, et quia* etc. *istam legem scripsisse*]

Digitized by Google

argenti et aeris domi haberemus. Tali tempore in 15
luxuria et ornatu matronae occupatae erant, ut ad eam coërcendam lex Oppia desiderata sit? quum, quia Cereris sacrificium, lugentibus omnibus matronis, intermissum erat, senatus finiri luctum triginta diebus jussit. Cui non adparet, inopiam et miseriam 16

Vet. lib. *ob inopiam et miseriam* etc. *istam legem scriptam.* SIG. Turbant hic egregie libri Moguntinenses, in quorum membranaceo legas, *Cui non apparet inopia et miseria civitatis, et quia* etc. *scripsisse legem istam.* cuso vero *Cui non apparet miseria et inopia civitatis, et quia* etc. perinde ut in Mſto. An forte legendum? *Cui non apparet inopia et miseria civitatis, quia omnium privatorum pecuniae in usum publicum vertendae erant, istam legem scriptam esse, tam diu mansuram* etc. Mihi quidem ita hic locus legendus videtur, néque tam temere discedendum a veteri scriptura, proba praesertim: imo aliquanto probiore, quam nobis malo exemplo supposuerunt novellae istius emendationis auctores. quis enim nescit, optimum quemque scriptorem hoc, quo nos volumus, modo maluisse loqui? Nam quod ajunt iidem, sic se in veteri libro reperisse, oportet sane illos, quamvis veteres, libros aut mirae notae fuisse, aut dominis suis, quam par est, obsequentiores. MOD. Antiq. ed. *Cui non apparet, miseria et inopia* etc. *istam legem scripsisse?* Pall. *Cui non apparet inopiam et miseriam civitatis, et quia omnium privatorum pecuniae in usum publicum vertendae erant, istam legem scripsisse?* GEBH. *ob inopiam et miseriam civitatis* etc. *istam legem scriptam* Sigonius ex interpolato codice; nam nostri multo elegantius, ut ante illum editiones habebant, *Cui non apparet, inopiam et miseriam civitatis,* etc. *istam legem scripsisse?* Ita Plinius 8. epist. 18. *Quo laudabilius testamentum est, quod pietas, fides, pudor scripsit,* Cicero in 3. Agrar. [2.] *Est invidiosa, lex sicut dixi; verumtamen habet excusationem: non enim videtur hominis lex esse, sed temporis.* Dionysius Longinus *Περὶ ὕψους* [c. 15. circa fin.] laudat merito illud Hyperidis: *Τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐχ ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ' ἡ ἐν Χειρωνείᾳ μάχη.* Salvianus de suo Timotheo ad Catholicam: *Nam sicut Theophili vocabulo amor, sic Timothei honor divinitatis exprimitur. Itaque quum legis, Timotheum ad Ecclesias scripsisse, hoc intelligere debes, pro honore Dei ad Ecclesiam scriptum esse: immo potius ipsum honorem Dei scripta misisse: quia recte ipse scripsisse dicitur, per quem factum est, ut scriberetur.* Q. Aurelius, reperto se inter proscriptos, apud Plutarch. in vita Sullae [p. 472.] *Οἴμοι τάλας, διώκει με τὸ ἐν Ἀλβάνῳ Χωρίον.* Libanius in oratione *περὶ προσαδιῶν* [p. 12.] *Τῆς ψήφου δὲ τελείσης, ἣν τὸ κράνος καὶ ὁ θώρηξ ἤθελεν.* Livius 8, 12, 14. *Dictatura popularis et orationibus in Patres criminosis fuit, et quod tres leges secundissimas plebi, adversas nobilitati tulit.* Sigonius pari temeritate legit *Dictator:* nam sequi-

Digitized by Google

civitatis, et quia omnium privatorum pecuniae in usum publicum vertendae erant, istam legem scripsisse, tamdiu mansuram, quamdiu caussa scri-
17 *bendae legis mansisset? Nam si, quae tunc temporis caussa aut decrevit senatus, aut populus jussit, in perpetuum servari oportet, cur pecunias reddimus privatis? cur publica praesenti pecunia locamus? cur*
18 *servi, qui militent, non emuntur? cur privati non damus remiges, sicut tunc dedimus?*

1 VII. *Omnes alii ordines, omnes homines muta-*

tur, ait, *leges tulit:* alioqui fiet, ut dicamus: *dictatura leges tulit.* Et cur non diceremus? Cicero Bruto [c. 27.] de Graccho: *propter turbulentissimum tribunatum ab ipsa republica est interfectus.* 3. Fam. 11. *Quod te ab ipsa republica defensum scribis.* J. FR. GRON. Eadem ratio est illius, quod paullo ante dixit: Leges, *quae in pace latae sunt, plerumque bellum abrogat; quae in bello, pax.* DUK. *ob inopiam et miseriam civitatis, et quia* etc. *istam legem scripsisse* Lov. 1. et 2. Nec aliter Mead. 1. nisi quod posterius *et* omittat. *inopia et miseria civitatis, et quia* etc. *istam legem scripsisse* Lov. 5. et 6. *miseria et inopia civitatis, et quod* etc. *istam legem mansisse* Lov. 3. in contextu; sed *scripsisse* in margine. *inopiam et miseriam civitatis, et quia* etc. *istam legem scriptam* Harl. qui tamen *ob inopiam* in margine praefert. *inopiam et miseriam civitatis, et quia* etc. Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. Neque dissentit Voss. nisi quod legat *et qui.* Gronovii conjectura prae aliis placet; non audeo tamen posterius *et,* quod in omnibus ferme Mstis est, expungere. *Inopia et miseria* eodem modo dicuntur *scripsisse legem*, id est caussa fuisse, cur lex scriberetur, quo *mortui* dicuntur *urbem lamentis implere* supra 5, 39, 4. ubi videnda, quae notantur. Mox voces *tamdiu mansuram* desunt in Lov. 3.

§. 17. *Aut decrevit senatus, aut populus jussit*] Particulam *aut* priori loco Aldus addidit ex cod. Mog. quae in omnibus codd. meis, [Bamb.] et excusis superioribus omittitur. Mox §. seq. reposui *sicut tunc dedimus.* Gronovius anno 1665. eumque secuti recentiores editores neglexerunt voculam *tunc*, quam servant omnes scripti mei, et edd. priores. *sicut tunc dedimus* se in L. 2. et ed. principe invenisse, Hearne testatur.

§. 2. *Praetextati in magistratibus, in sacerdotiis*] Vir Clariss. de Aedil. colon. c. 12. p. 418. ex his Livii verbis probare conatur, sacerdotibus non tantum Romanis, sed etiam municipalibus, datam esse praetextam. Sed pace ejus dixisse liceat, mihi potius contrarium ex illis efficiendum videri. Quum enim viros Romae in magistratibus, in sacerdotiis, praetextatos dicat, addat deinde magistratibus municipiorum et

Digitized by Google

tionem in meliorem statum reipublicae sentient: ad conjuges tantum nostras pacis et tranquillitatis publicae fructus non perveniet? Purpura viri utemur, 2 *praetextati in magistratibus, in sacerdotiis; liberi nostri praetextis purpura togis utentur; magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romae infimo generi magistris vicorum togae praetextae habendae jus permittemus; nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui:* 3 *feminis dumtaxat purpurae usum interdicemus?*

coloniarum togae purpura praetextae habendae jus permissum fuisse, nulla sacerdotum in municipiis et coloniis mentione facta, consequens esse puto, illis etiam jus hoc tribui non posse. Quod vero ad idem probandum etiam laudet locum Pacati in Paneg. c. 37. qui *reverendos municipali purpura flamines* memorat, ex eo tantum sequitur, id tempore Theodosii permissum fuisse, non sub libera republica, neque etiam id Livium hoc loco dixisse. Verba etiam Livii ibidem laudata perperam interpunguntur.

Magistratibus in coloniis municipiisque togae praetextae habendae jus est] Desunt aliquot voces. Integra lectio haec: *magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romae infimo genere magistris vicorum togae praetextae habendae jus permittemus.* GELEN. MS. *hic Romae infimo generi magistris vicorum togae praetextae habendae jus permittemus.* MOD. Haec verba omnia *hic Romae infimo genere magistris vicorum* absunt a Pall. et antiq. ed. in quibus admissum est, *magistratibus in coloniis municipiisque togae praetextae habendae jus est.* GEBH. Supplementum illud Gelenii est ex cod. Mog. qui tamen non *genere*, sed, ut Modius monuit, *generi* habet. At omnes mei Msti, et Hearnii L. 1. [Bamb.] exhibent lectionem, quae vulgo ante Gelenium exstitit, nisi quod *jus erit* praeferat Harl. Qui autem hic *magistratus in coloniis municipiisque* vocantur, verius *magistri*, quam *magistratus*, fuerunt. V. viros doctos ad Suet. Aug. 2. [*jus est*, pro *jus permittemus*, Bamb.]

§. 3. *Nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui*] Lipsius 1. Elect. 6. citat *habeamus* et *crememur*. dubium errore, an consilio; quod ita legendum putaret. Kirchmann. tamen id 1. de Funer. 10. bona fide ex eo descripsit. DUK. Quae Modius ad hunc locum notarat de veste, qua induti mortui cremabantur, delevi, quia ex Lipsii loco laud. verbo tenus descripserat, ubi videri possunt. Adde Cl. Otton. de Aedil. colon. c. 12. p. 419. Ceterum *habeamus et crememur* in nullo apud me cod. superest. [*nec ut vivi solum habent* Bamb.]

Digitized by Google

et, quum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti, matrem familiae tuam purpureum amiculum habere non sines? et equus tuus speciosius instratus
4 *erit, quam uxor vestita? Sed in purpura, quae teritur, absumitur, injustam quidem, sed aliquam tamen, caussam tenacitatis video: in auro vero, in quo praeter manus pretium nihil intertrimenti fit,*

Feminis dumtaxat purpurae usu interdicemus] Illud animadvertendum, habere editionem Mog. *feminis dumtaxat purpurae usum interdicemus.* quam syntaxim de grammaticorum schola pueri qui non admittunt, quid facient Senecae, cujus est illud 3. de Ira [23.] *Si jubes, Caesar, statim illi domum meam interdicam.* Quid Suetonio, qui ait in Nerone [32.] *Et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris, praeclusit vinctos negotiatores.* MODIUS. Non tantum ed. Mogunt. sed et omnes ante Froben. anni 1535. et editionum illarum lectionem firmantes Msti, quibus usus sum, *usum* servant: cujus loco Froben. *usu* dederat: sed Gruter. priorem scripturam revocavit. Utramque locutionem Livio et aliis usitatam fuisse, vidimus ad 5, 3, 8. Oportet igitur, ut scriptos sequamur. [*usui* Bamb. qui mox *in vestem stragulam.*] Mox *matrem familias* Lov. 2. Sed *matrem familiae* reliqui mei, et omnes Gronovii scripti. V. ad c. 2, 1.

Et equus tuus speciosius instratus erit] Hic quidam pro *equus* legebant *lectus.* Eos notat, et locum de stratis equorum ex auro et purpura, quibus equi magistratuum et eorum, qui in imperio erant, ornabantur, intelligendum esse, docet Lipsius 3. de Milit. Rom. 7. Adde Cerdam ad Virg. 7. Aen. 277. DUK. *speciosius instinctus* Lov. 1. *Insternere* in hac re proprium verbum. V. ad 21, 27, 9. Frontin. 2, 4, 6. *Agasones lixasque armatos simul ire jussit, jumentorumque magnam partem instratorum centunculis.* Virg. 7. Aen. 177.

Instratos ostro alipedes pictisque tapetis.

ubi v. Cerdam. [*et*, ante *equus*, omittit Bamb.]

§. 4. *Quae teritur, absumitur, injustam quidem, sed aliquam tamen*] Pall. *in his justam quidem.* antiqua ed. *quae teritur absumiturque, non injustam quidem* etc. GEBH. *absumiturque* Voss. Lov. 2. 6. Gaertn. et edd. vett. Primus Frob. anno 1535. copulam expunxit; cui concinunt reliqui mei. Deinde *in his justam quidem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. [Bamb.] et Mead. 1. in quo posteriore tamen vulgata lectio sedet in margine. *in his injustam quidem* Harl. et Mead. 2. *non injustam quidem* Lov. 5. et primae edd. usque ad Frob. anno 1535. nisi quod interim Ascens. anno 1513. 1516. et Paris. anno 1529. dederint *non justam quidem.*

In quo praeter manus pretium nihil intertrimenti fit] Omnes omnino libri typis et calamis descripti duabus vocibus *manus*

Digitized by Google

quae malignitas est? praesidium potius in eo est et ad privatos, et ad publicos usus, sicut experti estis. Nullam aemulationem inter se singularum, quando 5 *nulla haberet, esse ajebat. At, Hercule, universis dolor et indignatio est, quum sociorum Latini nominis uxoribus vident ea concessa ornamenta, quae sibi ademta sint; quum insignes eas esse auro et* 6

pretium; quod alii contracte una voce efferunt *manupretium*; sive, ut antiquissimae membranae scribunt, *manipretium*. [*manui pretium* Bamb.] V. Victor. ad Cat. de Re rust. 14. et Hardoin. ad Plinii 33, 11. De voce *manupretium* v. Leopard. 12. Emend. 16. Sunt, qui negent, *manus pretium* probe dici, et ubique *manupretium* rescribant. V. Briss. Select. Antiq. 4, 23. Sed alterum etiam admittere videtur Erasm. in Adag. tit. *Industriae* p. 939. Neque etiam damnavit Hotom. ad Cic. 1. in Verr. 56. Caussam etiam non video, cur displicere deberet. Praeterea *nihil inde trimenti fit* Voss. et Lov. 2. *nihil inde trimenti fuit* Lov. 1. 3. 4. *nihil inde detrimenti fuit* Lov. 6. *nihil detrimenti fuit* Harl. et Gaertn. *nihil inde trimento fuit* Mead. 2. *fuit* etiam plerique antiquiores typis exarati. Sed librariis fraudi fuisse videtur minus frequens vox *intertrimentum*. Eadem tamen, licet paullo alio sensu, etiam supra Livius usus est 32, 2, 2. sed ibi ferme similiter errant librarii. Passim quoque *fit* et *fuit* commutantur in scriptis. V. ad 40, 15, 2. Mox *et ad privatos et ad publicos usus* Voss. Lovel. sex, Harl. et Mead. 2. *ad privatos et ad publicos usus* Mead. 1. et edd. antt. Primus Aldus *et ad publicos et ad privatos usus* dedit, idque reliqui editores adoptarunt. Sed codicum lectionem admisi. Dein *sicut experti estis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 5. *Nullam aemulationem inter eas singularem, quando nulla haberet, esse ajebat*] Lege *inter se singularum*. GELEN. MS. *Nullam aemulationem inter eas singularem, quoniam nulla haberet, esse ajebat*. Legendum fortasse, ut alicui antiquario videri possit, *Nullam aemulationem inter se singulariam* etc. MOD. *inter eas singularem* primus Aldus ex cod. Mog. recepit; quod recte Gelenio displicuit. *inter se singularum*, ut iis restitutum volebat, Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et priscae edd. *inter se singularem* edd. Mediol. anni 1480. Parm. et quaedam Venetae. *inter singularum* Lov. 1. Cl. Christius legendum putabat *Nullam aemulationem inter eas singularum*: praenominis enim *se* reciprocationem hic laborare. Tum *qm̄ nulla haberet* Lov. 2. 4. 6. et Gaertn. Hoc compendium varie alii interpretati sunt. *quam nulla haberet* Voss. et Harl. *quoniam nulla haberet* Mog. Lov. 3. et Mead. ambo. Error inde ortus est, quod, quum per compendium *qn̄*, id est *quando*, scriptum fuisset, ejus loco alii dederint *qm̄*, id est *quoniam*. Solitos fuisse librarios has voces

Digitized by Google

purpura; quum illas vehi per urbem, se pedibus sequi: tamquam in illarum civitatibus, non in sua,
7 *imperium sit. Virorum hoc animos vulnerare posset: quid muliercularum censetis, quas etiam parva mo-*
8 *vent? Non magistratus, nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, nec dona, aut spolia bellica his*
9 *contingere possunt. Munditiae, et ornatus, et cultus, haec feminarum insignia sunt: his gaudent et gloriantur; hunc mundum muliebrem adpellarunt ma-*

inter se commutare, videbimus ad Epit. Liv. 57. [*quando* omittit Bamb.] Mox *universis dolor, indignatio est*, omissa copula, Lov. 1. et 6. *universis dolor et indignatio*, sine verbo *est*, Mead. 2. Deinde *quum* etc. *videant*, pro *vident*, Mſtum Mog. Hinc *ademta sunt*, pro *sint*, Lov. 3. et Gaertn.

§. 6. *Quum illas vehi per urbem, se pedibus sequi*] De carpentorum usu, et eorum postea loco lecticarum, v. amicissimum Lipsium Electorum 1, 9. et ad Taciti Annal. l. 12, [42.] MODIUS.

§. 7. *Virorum hoc animos vulnerare posset: quid muliercularum censetis, quas etiam parva movent*] Supra 6, 34, 7. *Is risus stimulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit.* GEBH.

§. 9. *Hunc mundum muliebrem adpellarunt*] *Mundiciarum* nomine ea, quae hic Livius, etiam Ovidius comprehendit 2. Art. am. 677.

Illae mundiciis annorum damna rependunt.

et Medic. Fac. 28.

— — — *Mundiciae crimina nulla merent.*

Sed JCtos arctius definire *mundum muliebrem*, quam alios scriptores, ostendit Ferrandus Adduensis in Interpret. et Explic. in Pandect. tom. 2. Thes. jur. civ. p. 542. Adde Cujac. et Schulting. ad Paulli 3. Sentent. 6. §. 83. 84. Phaedrus quoque 4, 4. *vestem* a *mundo* separat; sed tamen ibid. et hunc et illam nomine *cultus* et *ornatus* appellat. Locum Livii 32, 40, 11. e quo discrimen inter *aurum*, *vestem*, et *mundum* videtur statuendum, non male explicat Ferrandus: sed de eo quoque dici potest, scriptores veteres modo laxiore, modo arctiore significatione dicere *mundum muliebrem*. DUK. V. etiam Brisson. Lexic. v. *Mundus muliebris*. Ceterum *adpellaverunt* Lov. 5. Harl. et edd. omnes usque ad Frob. anni 1535. [*majores vestri* Bamb.] Insuper in initio hujus §. *Mundiciae, ornatus et cultus* Lov. 5. Praeterea §. praec. voces *nec insignia* desunt in Harl. Tum *nec dona, nec spolia bellica* legit Gaertn. [*spolia bellica iis* Bamb.]

§. 10. *Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? quid, quum eluxerunt, sumunt*] V. Cujac. ad Paull. 1. Sentent. 21, 14. et Kirchmann. 2. de Funer. 17. DUK. *quid autem, quum eluxerunt* Harl. *quum edu-*

Digitized by Google

jores nostri. Quid aliud in luctu, quam purpuram 10
atque aurum deponunt? quid, quum eluxerunt, sumunt? quid in gratulationibus supplicationibusque, nisi excellentiores ornatus, adjiciunt? Scilicet, si le- 11
gem Oppiam abrogaveritis, non vestri arbitrii erit, si quid ejus vetare volueritis, quod nunc lex vetat. minus filiae, uxores, sorores etiam quibusdam in manu erunt. Numquam, salvis suis, exuitur servi- 12
tus muliebris: et ipsae libertatem, quam viduitas et

xerunt Lov. 5. et ed. Camp. *quum luxerunt* Lov. 3. et Gaertn. Male. De verba *elugere* v. Noris. ad Cenot. Pis. diss. 3, 2. p. 368.

Excellentiorem ornatum adjiciunt] Multitudinis numero vet. ed. *excellentiores ornatus*. Pall. uterque, *excellentiores ornatus adjiciuntur*. GEBH. *excellentiores ornatus* etiam omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. Neque aliter edd. usque ad Frob. qui anno 1535. *excellentiorem ornatum* dedit. Si cod. fide, per me licet. Interim tamen, donec id constet, priorem scripturam revocavi. [*excellentiorem ornatum* Bamb.] Insuper *adsciscunt* vir Clariss. legendum censebat. Id tamen necesse non videtur. Feminae, quum eluxerunt, sumunt purpuram et aurum; in gratulationibus autem supplicationibusque purpurae et auro excellentiores ornatus adjiciunt. V. ad 10, 7, 9.

§. 11. *Scilicet, si legem Oppiam abrogaveritis*] Haec, contra atque praecedentia [c. 6, 15.] quia per ironiam dicuntur, meo quidem judicio venustiora erunt, si enunciative absque interrogatione legantur. Habebunt enim plus gratiae. GLAR. *Τὸ scilicet* exsulat a Lov. 2. 3. Gaertn. et Harl. *Oppiam* etiam ab eorum primo. [*abrogaritis, non vestri erit, si quid eietare ejus volueritis* Bamb.]

Minus filiae, uxores, sorores etiam quibusdam in manu erunt] Pall. et prisca ed. *minus fide uxores*. GEBH. Similiter omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. *fide* etiam vel *fidae* omnes typis excusi usque ad Ascens. qui anno 1513. *in fide* edidit. Sed recte Aldus ex cod. Mog. emendavit *minus filiae*; eam enim lectionem veram esse, indicant sequentia: *Debetis malle, patres vos aut viros, quam dominos, dici.*

§. 12. *Numquam, salvis suis, exuitur servitus muliebris*] Quemadmodum Livius hic *servitutem* mulierum dicit, quae viris et patribus subjiciuntur; sic Virgil. uxorem marito *servire* 4. Aen. 103.

— — — *Liceat Phrygio servire marito.*

Hoc non inproprie dici, putat Cl. Noodtius 2. Probab. Jur. 9. Aliter, et rectius, ni fallor, sentit Eruditiss. Wechtlerus in notis ad illum locum. Mulieres, quae in manum viri convenerant, in mancipio viri erant; v. Schulting. ad Ulpiani tit. 9. et tit. 10.

Digitized by Google

13 *orbitas facit, detestantur. In vestro arbitrio suum ornatum, quam in legis, malunt esse. Et vos in manu et tutela, non in servitio, debetis habere eas; et malle patres vos aut viros, quam dominos, dici.*
14 *Invidiosis nominibus utebatur modo consul, seditionem muliebrem et secessionem adpellando. Id enim periculum est, ne Sacrum montem, sicut quondam*
15 *irata plebs, aut Aventinum capiant. Patiendum huic infirmitati est, quodcumque vos censueritis. quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debetis.*

VIII. Haec

§. 1. nec tamen illius mancipia. Et hoc est, quod dicit Servius ad Virg. l. d. *Mulierem, quae in potestatem viri cedit, sustinere conditionem liberalis servitutis.* Nec Livius hic magis proprie *servitutem muliebrem* feminarum dicit, quamdiu in manu virorum ac patrum erant, quam illarum *libertatem*, quum viduae et orbae factae erant: sed hoc vult, illas, dum in manu ac potestate virorum ac patrum sunt, nihil, nisi ex eorum arbitrio, posse gerere; viduas et orbas factas magis sui juris et arbitrii esse. Ita *servitutem* mulieris pauperis, quae marito diviti nupsit, dicit Terent. Phorm. 4, 3, 48. *In servitutem pauperem ad divitem dari.* et contra Eurip. in fragm. Melanippes dotem uxoris divitis, quam pauper duxit, δουλοῦν τὸν ἄνδρα, et maritum ὀυκ ἔτι ἐλεύθερον εἶναι. In quam sententiam alii quoque multa dixerunt. Perizon. in Triade differt. diss. 1. p. 17. scribit, Livium oratoria ἀυξήσει *servitutem muliebrem* modo eodem dicere, quo maritus *dominus uxoris* vocatur. DUK. Vir doctus, agnoscens haec verba interpretationem, eamque elegantem, admittere, et *suos* esse necessarios, quales erant pater, avus, maritus, socer, fratres, aliquanto tamen faciliorem lectionem fore existimat, si legamus *salvis vobis.* Sed, spero, veniam dabit, si codd. vulgatum defendentibus me adhaerere profitear. Mox *orbitas fecit*, pro *facit*, Lov. 3. et Gaertn.

§. 13. *Et mallent patres vos aut viros*] Lege *et malle patres*, non *mallent*. GELEN. Ita omnes scripti et edd. Ascensius primo anno 1510. perperam edidit *mallē*, alii *mallem*; Froben. deinde anno 1531. *mallent*.

§. 2. *Unoque agmine omnes tribunorum januas obsederunt*] Lege *Brutorum januas*, non *tribunorum*. GELEN. Scimus initio (c. 1, 4.) dictum: *M. et P. Junii Bruti tribuni plebis legem Oppiam tuebantur.* Cum tamen hic et in scripto et in cuso Moguntinensi libro legatur *tribunorum januas obsederunt*, ferri eam lectionem posse judicamus, neque temere mutari deberi, cum non minus scite intelligi, quam nominatim exprimi Bruti possint, et sequatur statim de

Digitized by Google

VIII. Haec quum contra legem proque lege dicta 1
essent, aliquanto major frequentia mulierum postero
die sese in publicum effudit, unoque agmine omnes 2
tribunorum januas obsederunt, qui collegarum ro-
gationi intercedebant: nec ante abstiterunt, quam
remissa intercessio ab tribunis esset. Nulla deinde 3
dubitatio fuit, quin omnes tribus legem abrogarent.
anno vigesimo post abrogata est, quam lata. M. Por- 4
cius consul, postquam abrogata est Oppia lex, ex-
templo viginti quinque navibus longis (quinque so-
ciorum erant) ad Lunae portum profectus, eodem

iisdem, *nec ante abstiterunt, quam remissa intercessio a tribunis est.* MOD. *tribunorum* etiam omnes nostri Msti. Si autem *Brutorum* Gelenio in Msto obvium fuit, id ex alterius interpretatione natum censendum videtur. [*omnes Brutorum januas* Bamb.] Mox *collegarum orationi* Lov. 5. et edd. principes. Quum autem Moguntini *rogationi collegae* in cod. suo prostare monuissent, ex hac et editionum lectione recte Aldus vulgavit *collegarum rogationi*, quod in reliquis membranis meis constanter superest. *Rogatio* et *oratio* etiam supra commutabantur hoc lib. c. 5, 2. V. etiam ad 37, 17, 5.

Nec ante abstiterunt, quam remissa intercessio ab tribunis esset] *nec ante abstinuerunt* Lov. 6. solito scribarum errore. V. ad 31, 17, 10. Deinde *a tribunis est* Lov. 5. Gaertn. et edd. fere omnes. *ac tribunis est* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. Gronovius deinde anno 1665. vulgavit *ab tribunis esset*, quod recentiores editores servarunt. Eam autem lectionem se in cod. suo invenisse, jam Moguntini monuerunt. Nec aliter fuisse videtur in Voss. et Mead. 1.

§. 3. *Anno vigesimo post abrogata est*] Ita Pighius emendavit in Annal. ad ann. 1DLVII. p. 265. cujus conjecturam primus Gruter. anno 1628. recepit, et postea recentiores servarunt. Antea edebatur *annis viginti post*, quod retinet solus Lov. 5. Sed *annis post viginti*, vel *XXti*, Lov. 2. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *annis post XXXI* Lov. 4. *anno XI post* Hearnii L. 1. *XIo*, vel *undecimo anno post* Voss. et Lov. 1. ac 3. *vigesimo anno post* Lov. 6. [XX *annis post* Bamb.]

§. 4. *Navibus longis, quarum quinque sociorum*] Thuan. excludit τὸ *quarum*. Lege, *navibus longis* (*quinque sociorum erant*) *ad Lunae*. Adde infra ad c. 56, 1. JAC. GRON. Τὸ *quarum* exsulat etiam ab Hearnii L. 1. V. ad 40, 57, 3. [*quarum quinque* Bamb.] Paullo ante *M. Porcius Cato*, addita ultima voce, Harl. Tum *abrogata lex Oppia est* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.

Digitized by Google

5 exercitu convenire jusso, et, edicto per oram maritimam misso, navibus omnis generis contractis, ab Luna proficiscens edixit, ut ad portum Pyrenaei sequerentur. inde se frequenti classe ad hostes iturum.
6 Praetervecti Ligustinos montes sinumque Gallicum, ad diem, quam edixerat, convenerunt. inde Rhodam ventum, et praesidium Hispanorum, quod in castel-
7 lo erat, vi dejectum. Ab Rhoda secundo vento Emporias perventum. ibi copiae omnes, praeter socios navales, in terram expositae.

1 IX. Jam tunc Emporiae duo oppida erant muro divisa. Unum Graeci habebant, a Phocaea, unde

qui mox *ad Lunae portum profectus est.*]

§. 5. *A Luna proficiscens*] Vet. lib. ?*ab Luna proficiscens.* SIG. Ita etiam codex Mog. Item Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [*proficiscens dixit* Bamb.]

Ad portum Pyrenem] Lege *portum Pyrenaei*, non *Pyrenem.* GELEN. Similiter omnes nostri, uno excepto Harl. qui *Pyrené* legit. Per *portum* autem *Pyrenaei* intelligi, qui *inter Pyrenaei promontoria portus Veneris in sinu salso* Melae 2, 5. vocatur, docet P. Marca in Marca Hispan. 1, 9, 4.

§. 6. *Praetervecti Ligustinos montes sinumque Gallicum*] Cato in oratione de consulatu suo, teste Charisio [l. 2. p. 185.] *Postquam Massiliam praeterimus, inde omnem classem ventus auster lenis fert, mare velis florere videres ultra angulum Gallicum, inde noctis aura profecti sumus.* SIGON. [*quam dixerat* Bamb.]

§. 7. *Ab Rhoda secundo vento Emporias*] De utroque oppido v. P. de Marca in Marca Hispan. 2, 18. [*Ab Rhodia* Bamb.]

§. 1. *Graeci habebant a Phocea, unde et Massilienses oriundi*] Admonuimus etiam 5, [34, 8.] hoc in loco recte legi *a Phocaea*, cum illic perperam in omnibus, quotquot nos vidimus, exemplaribus legatur *a Phocide*, quae regio Graeciae est, unde adagium Φωκέων sive Φωκικὴ ἀπόνοια, id est, *Phocensium desperatio:* cum Phocaea, a qua urbe et hi et Massilienses orti, sit in Aeolide Asiae; unde adagium alterum Φωκαιέων ἀρά, id est, *Phocaeensium exsecratio.* In Latinis fefellit *Phocensis* a *Phocide*, et *Phocaeensis* a *Phocaea.* GLAR. Lexica tradunt, *Graeci a Phocaea* dici, pro Graeci Phocaeenses, ut *Turnus ab Aricia*, et multa hujus generis apud alios. Sed, si Livius hoc ita dictum voluisset, credo eum potius scripturum fuisse *Graeci a Phocaea habebant.* Recte distinguit Vossius 1. de Idolol. 33. a-

Digitized by Google

et Massilienses, oriundi: alterum Hispani. sed Graecum oppidum in mare expositum, totum orbem muri minus quadringentos passus patentem habebat: Hispanis retractior a mari trium millium passuum in circuitu murus erat. Tertium genus, Romani coloni ab Divo Caesare, post devictos Pompeji liberos, adjecti. nunc in corpus unum confusi omnes; Hispanis prius, postremo et Graecis in civitatem Romanam adscitis. Miraretur, qui tum cerneret, aperto mari ab altera parte, ab altera Hispanis, tam ferae et bellicosae genti, objectos quae res eos tutaretur. disciplina erat custos infirmitatis, quam inter vali-

pud Hearnium *Graeci habebant, a Phocaea, unde et Massilienses, oriundi*. 26, 19, 11. *Emporiis, urbe Graeca, oriundi et ipsi a Phocaea sunt*. DUK. Tanto magis haec interpunctio admittenda, si probari debet Lov. 3. lectio, qui praepositionem omittit. Utroque autem modo, *oriundi Phocaea*, et *a Phocaea*, Livius locutus est. V. ad Epit. Liv. 63. Verum, quamvis reliquorum codd. nihil mutantium consensus efficiat, ut vulgatum servandum putem, Vossii tamen distinctionem probavi.

§. 2. *Millium passuum in circuitu*] Vet. lib. *trium millium*. SIG Error est a typographis in ed. Basil. anni 1554. commissus. Omnes enim scripti et editi reliqui *trium millium* servant.

§. 3. *Post devictos Pompeji liberos adjecti*] Vet. ed. *allecti*. GEBH. *adjecti* recte Aldus ex eod. Mog. edidit, adsentientibus Lov. 2. 3. 6. Mead. ambobus, et Gaertn. *abjecti* proxime verum Voss. et Lov. 1. ac 4. Tota illa vox deest in Harl. Olim ante Aldum vulgatum erat *allecti*, quod est in solo Lov. 5. scribarum errore. V. ad 35, 2, 9. Mox *postremo Graecis*, omissa media vocula *et*, Voss. et Lov. 1. ac 6.

§. 4. *Miraretur quis, cum cerneret*] Pall. et ant. ed. *Miraretur, qui cum cerneret*. Perperam post Pall. uterque, nec non vet. ed. *ab altera Hispanis, tam fera et bellicosa gente, objectis*. GEBH. Non video, cur spreverint, quod est in scriptis, Andrea, Tarvis. *Miraretur, qui tum cerneret*. Sua enim respicit tempora Livius, quibus id non cernebatur. 29, [17, 17.] *Miretur, qui sciat, quomodo aut nos ad patientiam sufficiamus, aut illos, qui faciunt, nondum tantarum injuriarum satietas ceperit*. J. FR. GRON. *Miraretur, qui tum*, vel *tunc*, etiam Lov. 4. 5. 6. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et edd. Rom. 1472. Camp. aliaeque. *Miraretur qui cum* Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. Hinc factum est facile *Miraretur quis, cum*, quod superest in Harl. Idem autem primum vidi in ed. Me-

Digitized by Google

5 diores optime timor continet. Partem muri versam in agros egregie munitam habebant, una tantum in eam regionem porta inposita: cujus assiduus custos 6 semper aliquis ex magistratibus erat. nocte pars tertia civium in muris excubabant: neque moris tantum aut legis caussa, sed, quanta si hostis ad portas esset, et servabant vigilias, et circumibant, cura.

diol. anni 1480. hinc in Ven. anni 1498.' Mediol. anni 1505. Ascens. anni 1513. et inde in reliquis. Mox *ab altera Hispanis, tam fera et bellicosa gente, objectis,* quod recte Gebhardo displicet, omnes Msti mei, et edd. usque ad Froben. qui anno 1535. id recte subposuit, quod nunc vulgo exstat. [*tam fera et bellicos agenti esse objectis* Bamb.]

§. 5. *Cujus assiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat*] Vet. ed. *cujus vel assiduus custos aliquis,* emoto vulgari *semper,* a Pall. quoque spreto. GEBH. Ita videtur loqui 35, 16, 8. *Uno et perpetuo tenore juris semper usurpato, nunquam intermisso.* Sed et illic post τὸ *juris* nota distinctionis ponenda est, et hic vocabulum *sempèr* plane ignorat membrana Thuan. Certe absque illo scribit 35, 10, 6. *Alter decimum jam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat.* et 1, 20, 3. dixit, *ut assiduae templi antistites essent,* non addito isto adverbio. neque nunc magis desideratur. JAC. GRON. Non necessario hinc abesse debet *semper.* Cic. pro Rosc. Amer. 18. *Qui se fatetur esse rusticum, quum ruri assiduus semper vixerit.* Et Ovid. 4. Fast. 585.

— — — *natalia rura petebam*
Parva, sed assiduis uvida semper aquis.

Nec dissimili pleonasmo Livius 5, 42, 6. *Nec ullum erat tempus, quod a novae semper alicujus cladis spectaculo cessaret.* Et Catull. carm. 64. in fine.

Ibi semper omne vitae spatium famula fuit.

Sed et *assiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat* ita accipi potest, semper servatum fuisse, ut unus e magistratibus custos portae esset, eaque custodia per vices in orbem iret, ita ut is, cujus vices erant, assiduus ibi adesset, nec usquam a custodia discederet. In eo, quod e Livii 35, 16, 8. adfertur, distinctio post vocem *juris* posita non potest efficere, ut *semper usurpato* non debeat jungi cum *uno et perpetuo tenore.* Aliud esset, si ibi legeretur *semper usurpati, numquam intermissi.* DUK. *ciuil' assiduus* Lov. 4. *cui vel assiduus* Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *cujus vel assiduus* Lov. 5. et edd. principes. Tum vocem *semper* ignorant etiam omnes mei Msti, [Bamberg.] et edd. principes. Aldus est, qui primus ex Mog. cod. recepit *cujus assiduus custos semper aliquis.* Quum autem pleonasmum hunc *assiduus semper* haud insolitum esse Clariss. Dukerus docuerit, ob cod. optimi fidem vulgatum servavi. Paullo ante *Et partem muri* idem Msus

Digitized by Google

Hispanum neminem in urbem recipiebant. ne ipsi 7
quidem temere urbe excedebant. ad mare patebat
omnibus exitus. porta ad Hispanorum oppidum ver- 8
sa numquam nisi frequentes, pars tertia fere, cu-
jus proxima nocte vigiliae in muris fuerant, egre-
diebantur. Caussa exeundi haec erat: commercio 9
eorum Hispani, inprudentes maris, gaudebant:

Mog. Sed vocula *Et*, quam reliqui omnes ignorant, repetita videtur ex literis ultimis vocis praecedentis. Praeterea *in ea regione porta imposita*, pro *in eam regionem*, Voss. et Lov. 1. ac 2. Reliqui receptum servant.

§. 6. *Nocte pars tertia civium in muris excubabat*] Scripti elegantius *excubabant*. J. FR. GRONOV. Adsentiuntur Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. Ex nostris solus Lov. 5. ex Oxoniensibus solus L. 1. (Bamb.) vulgatum servant. V. Gronov. ad Livii 36, 16, 6. Livianam locutionem inlustravi ad 5, 38, 5. Mox *neque moris aut legis caussa* Lov. 6. *neque moris caussa, aut legis tantum* Harl. *neque moris caussa tantum, aut legis* Mssum Mog.

Sed, quanta si hostis ad portas esset, observabant vigilias, et circumibant, cura] Continet hanc lectionem vet. ed. Sed Pall. *sed, tamquam si hostis ad portas esset, et servabant vigilias, et circuibant cura*. GEBH. Membranae *servabant*. Et ita fere malunt. 26, (43, 1.) *Cum monuisset praefectos navium, ut vigilias nocturnas intenti servarent*. 36, (11, 3.) *Nec quisquam eorum aut arma induit, aut stationem, aut vigilias servavit*. Seneca de Tranq. anim. 3. *Vigiliasque servat, et armamentario praeest*. Tacitus 2. Hist. (93.) *Non principia noscere, non servare vigilias, neque labore firmari*. J. FR. GRON. *tamquam*, pro *quanta*, Harl. et Lov. 6. a manu 2. Deinde *servabant vigilias* Lov. 3. et Hearnii L. 1. ac N. (Bamb.) *et servabant vigilias* Lov. 4. 6. a m. 2. Harl. et Mead. ambo. Supra 32, 26, 16. *Vigiliae per vicos servatae*. 33, 4, 2. *Qui neglegenter custodias servassent*. Pari modo Graeci adhibent locutionem τηρεῖν φυλακάς. V. Raphel. Observ. ex Polyb. ad D. Lucae Act. Apost. 12, 6. et φυλάττειν φυλακάς. V. eumdem Obs. ex Xenoph. ad D. Lucae Euang. 2, 8. Tum *circuibant* Lov. 2. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. V. ad 26, 29, 3.

§. 7. *Temere urbe excedebant*] Media vox deest in Lov. 1. *urbem excedebant* Harl. quod non displiceret, si aliorum codd. testimonio stabiliretur. Livium autem ita loquutum esse, vidimus ad 2, 37, 8. Sed et alterum, quod in reliquis codd. superest, eidem frequens. V. ad 10, 2, 3.

§. 9. *Et agrorum exigere fructus volebant*] *exhibere* lege. Nam Graeci illi nullos agros habebant. GELEN. Libri omnes *agrorum exigere fructus*. GEBH. Omnes scripti et antiquitus cusi *agrorum exigere fructus*. Sed Gelenius, lege, ait, *exhibere*.

Digitized by Google

mercarique et ipsi ea, quae externa navibus inveherentur, et agrorum exigere fructus, volebant. hujus mutui usus desiderium, ut Hispana urbs Graecis
10 pateret, faciebat. Erant etiam eo tutiores, quod sub umbra Romanae amicitiae latebant: quam sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebant fide. tunc quoque consulem exercitumque comiter
11 ac benigne acceperunt. Paucos ibi moratus dies Cato, dum exploraret, ubi et quantae hostium copiae essent; ut ne mora quidem segnis esset, omne

Nam Graeci illi nullos agros habebant. Ego tamen, ne illi adsensum praebeam, Latinosque *exigere merces* dixisse pro eo, quod Horatius dicit *venales extrudere*, putem, adducor imprimis loco singulari ex Declamationibus, quae Quintiliani sub nomine feruntur, Undecima, quae inscribitur Pasti cadaveribus [c. 19.] *Sacrosanctus mercator opportunum, opinor, invenit mercis exactum.* Quod nihil aliud est, quam forum, nundinas, locum, et occasionem mercis exigendae, et magno cum lucro venumdandae. Graecis quoque recepta ἐξάγειν σῖτον pro exportare, ἐξαγωγὴ σίτου, unde Plautus [Trucul. 4, 2, 6.] *facere exagogam, et τὰ ἐξαγώγιμα* merces, quae exportantur. Est auctor alter Columella, magis etiam adfirmans, l. 10, [315.]

— — — *nexos deferte maniplos,*
Et celebres Fortis Fortunae dicite laudes,
Mercibus exactis, hilaresque recurrite in hortos.

Nam *τὸ deferre* eodem pertinet, estque venale proponere. Petron. [12.] *Cum ergo et ipsi raptum latrocinio pallium detulissemus.* Plinius 36, 6. *Duas fecerat, simulque vendebat, alteram velatae specie, quam ob id praetulerunt optione, quorum conditio erat, Coï, cum alteram etiam eodem pretio detulisset.* Sic malim, quam *velata. Mercibus exactis*, est venditis, traditisque, et distractis. J. FR. GRON. *exigere* etiam omnes omnino mei, et Hearnii L. 1. ac N. quod optime Gronov. exposuit per vendere. Hispani a Graecis emere volebant, quae navibus ad eos delata erant, contra vero iisdem vendere, quae ex agris perceperant.

§. 10. *Ita pari colebant fide*] Scripti brevius: *quam sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebant fide.* Non erat necesse, ut editores adjicerent *ita pari*. J. FR. GRON. *ita pari* servant tantum Lov. 3. et 5. *sic pari* Harl. Reliqui omnes codd. qui mihi ad manus fuerunt, *τὸ ita* ignorant: similiter Hearnii L. 1. et N. Supra 9, 17, 4. *Ea, sicut ab aliis regibus gentibusque, ab hoc quoque facile praestant invictum Romanum imperium.* Ita plures ibi legunt codd. pro *ita ab hoc quoque.* 39, 41, 1. *Hunc, sicut omni vi-*

Digitized by Google

id tempus exercendis militibus consumsit. Id erat 12
forte tempus anni, ut frumentum in areis haberent.
itaque, redemtoribus vetitis frumentum parare, ac
Romam dimissis, *Bellum*, inquit, *se ipsum alet.* Pro- 13
fectus ab Emporiis agros hostium urit vastatque:
omnia fuga et terrore complet.

X. Eodem tempore M. Helvio, decedenti ex ulte- 1
riore Hispania cum praesidio sex millium, dato ab
Ap. Claudio praetore, Celtiberi agmine ingenti ad
oppidum Illiturgi obcurrerunt. Viginti millia arma- 2

ta, tum prensantem premebat nobilitas. ubi v. Gronov. Sall. Jug. 2. *Corporis et fortunae bonorum, ut initium, finis est.* V. ad eum locum Cortium. [*ac be nigne* omittit Bamb.]

§. 11. *Ut ne mora quidem segnis esset*] Alter Pall. *ut ne mora segnis esset.* GEBH. *ut ne mora segnis quidem esset* Lov. 6. Vocem *segnis* neglexerunt Voss. et Lov. 1. Paullo ante *ibi dies moratus Cato* Lov. 2. et Harl. *dies ibi moratus cos. Cato* membranae Mog. Sed addita voce nihil opus est. Quin et *consul* modo praecessit. [*hostium essent copiae* Bamb.]

§. 12. *Ut frumentum in areis haberent*] Ita, praeter edd. antiquas, omnes Msti mei, nisi quod *in horreis* ostentet Lov. 3. in contextu. *in areis Hispani haberent* Mog. [Bamb.] quod mox Aldus probavit, et reliqui servarunt, usque ad Gronov. qui vocem *Hispani* iterum expunxit; in prima ed. notarum caussatus, eam calamo exaratos nescire, et sponte patere, agricultores, et qui messem fecerant, fuissent, qui frumentum in areis habebant. Si igitur Moguntini lectio, a qua haud temere discedo, displicet, referendum est ad morem Livii, qui verbum tertia persona plurali sine nomine adhibuit. V. infra ad c. 56, 2. Mox *ac dimissis Romam, bellum* Voss. Lov. 3. in margine, et Lov. 6. *ac dimissis, Romanum bellum* Lov. 1. et 3. in contextu.

§. 1. *Eodem tempore Helvio decedenti ex ulteriore Hispania*] Pro *Helvio* alii libri habent *Helio.* At in literis facile error is accidere potest, ut *M. Aelium* mutarint in *Helium*; deinde aliquis ex *Helio* fecit *Helvium.* M. Aelius fit praetor ulterioris Hispaniae anno quarto hujus decados, non ita longe a fine libri 32. ubi tamen *Helvius* quidam legunt. GLAR. *M. Helvio* ex cod. Mogunt. Frob. anno 1535. In prioribus deerat praenomen; quod etiam ignorant omnes mei, et Hearnii L. 1. [Bamb.] Praeterea *Helmo* est in Lov. 1. *Helio* in Harl. *Aelio* in Lov. 2. 3. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Similiter variant codd. mox §. 3. V. ad 32, 26, 2. Mox *ab A. Claudio* Lov. 3. *ab P. Claudio* Harl. *a proconsule Claudio* Lov. 2. *ab consule Claudio* Lov. 1. *ab proconsule Claudio* Voss. et Mead. 1. *ab A. proconsule Claudio* Lov. 4. et Gaertn.

Digitized by Google

torum fuiſſe, Valerius scribit; duodecim millia ex iis caesa, oppidum Illiturgi receptum, et puberes
3 omnes interfectos. Inde ad caſtra Catonis Helvius pervenit. et, quia tuta jam ab hoſtibus regio erat, praesidio in ulteriorem Hispaniam remiſſo, Romam

Agmine ingenti ad oppidum Illiturgi obcurrunt] *Illiturgi* haud ita procul ab *Indibili*, quod in Itiner. Antonini poſt Dertosam ponitur, abfuisse ex Livii 23, 49. colligitur. Aliud ergo *Illiturgi* fuit, quod in Baetica circa Baetin fluvium memorat Plinius 3. Hiſt. Nat. 1. DUK. *ad agrum*, pro *ad oppidum*, perperam Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *Liturgim* Voſſ. Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Lov. 6. in marg. [*Liturgi* Bamb.] *Liturgum* Lov. 1. et 2. *Lyturgim* Gaertn. *Iliturgem* Lov. 3. *Iliturgim* Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535. *Illitrogũ* Lov. 6. in contextu. Sed v. ad 21, 24, 1. Mox etiam *Liturgi* Lov. 2. [Bamb.] *Iliturgi* Lov. 3. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. *Illiturgi* Gaertn. *Illitrogi* Lov. 6. Tum *occurrerunt* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. ante ultimam Gruteri. Priscam igitur lectionem Livio reddidi. [*accurrunt* Bamb.] Praeterea §. seq. *VII millia*, pro *duodecim millia*, Lov. 2. V. ad 39, 29, 7. [*Viginti* omittit, et *duodecim ex his caesa* exhibet Bamb.]

§. 4. *Quatuordecim millia pondo*] Iterum scripti *decem quatuor pondo*. Vox quidem *millia* in optimis quoque libris omissa saepe, ubi abeſſe non poteſt per usum Latini sermonis. Quod inde ortum crediderim, quia, et reliquo numero notis scripto, virgula superducta significata erat: cujus rationem secuti poſt-ea librarii non habuerunt. J. FR. GRON. *decem quatuor millia* Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. [*decem IIII milia*] Vide, quae notantur ad 10, 21, 6. et 29, 37, 6. *decies quatuor millia* Hearnii L. 1. *decem et quatuor millia* Lov. 2. quomodo saepe Sigonius mutat. Ita *decem et octo* dedit pro *decem octo* 10, 21, 6. *decem et septem* pro *sexdecim* 27, 11, 15. Similiter *septem et decem*, pro *septemdecim*, multi codd. infra praeferunt 38, 51, 11. Praeterea vox *pondo* deeſt in Hearnii N. Mox *septingentum triginta duo* Lov. 1. 2. et 4. [Bamb.] *septingentum triginta et duo* Lov. 6. *septingenti et triginta duo* Gaertn.

Bigatorum septemdecim millia viginti tria] *decem et septem viginti tribus* Lov. 1. 3. 4. 6. et Voſſ. *X et septem et XX tribus* Mead. ambo, *X et VII. et XX tribus* Hearnii L. 1. et N. *viginti tribus*, priori numero omisso, Lov. 2. et Harl. *et viginti tribus* Gaertn. [XVII. XXIII. Bamb.]

Et Ascensis argenti centum viginti millia quadringenta triginta octo] Emendatiora exemplaria *Oscensis* habent: nec tam ab eo crediderim, quod veteres *osca*, *sacra* dixerunt, quam ab *Osca* Hispaniae urbe. Argentifodinae in Hispania plurimae fuerunt. SABELL. Helvium ovantem in urbem ingressum argenti Oscensis cxx millia ccccxxxviii in aerarium tulisse scribit Livius, et paullo poſt [c. 46, 2.]

Digitized by Google

est profectus, et ob rem feliciter gestam ovans urbem est ingressus. Argenti infecti tulit in aerarium 4
quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo: et signati bigatorum septemdecim millia viginti tria; et Oscensis argenti centum viginti millia quadrin-

M. Porcium Catonem ex Hispania triumphantem ejusdem argenti Oscensis IDXL. Et deinceps [hoc cap.] Q. Minutium argenti Oscensis DCLXXVIII millia. Et 40, [43, 6.] quod Q. Fulvius Flaccus ex Hispania triumphans signati Oscensis nummum centum septuaginta tria millia ducentos. Quale autem esset argentum Oscense, neminem explicantem hactenus me legisse scio; qua de re operae pretium me facturum existimo, si, quid in hac re sentiam, literis mandabo. Oscos populos Latii in Campania fuisse, tradit Strabo [5, 233. etc.] ubi de Latio novo verba facit. Annius ex Manethone l. 16. Commentariorum scribit, Oscum apud Turrhenos regnasse, cujus insigne fuit serpens, quem Oscum appellavere Hetrusci, a quo rege Osci populi dicti. Plinius l. 3, 5. Oscos populos in Latio veteri constituit. Livius 10, [20, 8.] Oscae linguae meminit, inquiens: *Gnarosque Oscae linguae exploratum, quid agatur, mittit.* Oscae fabellae, seu ludi, idem autor verba facit in principio l. 7, [2, 12.] *Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus, nec ab histrionibus pollui passa est.* De eisdem Cic. epist. l. 7, [1.] Mario scribens ait: *Non enim te puto Graecos aut Oscos ludos desiderasse, praesertim quum Oscos ludos vel in senatu nostro spectare possis.* Propert. 4. el. 2. meminit *Oscae terrae.* Et Horat. 1. sat. 5. *Messi clarum genus Osci.* Ab hujuscemodi populis argentum, *Oscense* dictum, denominationem sumpsisse, quis arbitrari possit. Verum id probari non debet, quum populos istos parum potentes, et satis arctae ditionis, ex historica lectione observemus, quin imo et a propria sede dimotos narrat Strabo, et ad internecionem deletis ipsis, immissam Latinam gentem, unde *Latium novum* ea regio appellata; quod etiam comprobare possumus, quum neque bello Punico primo, neque Gallico cisalpino, neque Punico secundo, ulla fiat Oscensium seu Oscorum mentio apud scriptores inter Latii populos, qui auxilia Romanis miserunt, sicuti aliorum fere omnium populorum, quibus Latium tunc temporis incolebatur, et quorum Polybius et Livius nomina memoriae tradiderunt, nempe Marsos, Samnites, Campanos, Pelignos, Sabinos, Umbros, Picenses, Etruscos commemorantes. Non itaque a populis hisce Oscis, *Oscense argentum* dictum affirmandum. Quamobrem cogitabam, forte *Oscenses nummos* ab avibus, quae *oscinae* appellabantur, dictos, quod scil. oscinae avis imago in illis esset insculpta. Quales autem essent hujusmodi aves, docet Servius in 1. Aen. [393.] ibi:

Aspice bis senos laetantes agmine cycnos.

In auguriis, inquit, *non solum aves considerantur, sed volatus in praepetibus, et cantus in oscinibus.* Et 3. Aen. [361.] in eum locum:

Digitized by Google

5 gentos triginta octo. Caussa triumphi negandi sena-

Et volucrum linguas, et praepetis omina pennae.

Aves, ait, *oscinae sunt, aut praepetes: oscinae, ab os et cano dictae, ore futura praedicunt; praepetes vero a volatu.* Et rursus 4. Aen. [462.] ad illud:

Solaque culminibus ferali carmine bubo.

Omnes aves, ait, *oscines bonae, praepetes malae.* De his Cic. l. 1. et 2. de Nat. Deor. et l. 6. Ep. 6. ad Caecinnam, et Plinius 10, 19. et Amm. Marc. l. 22. et 28. Corvum autem in nummis argenteis, *Oscensibus* dictis, signatum fuisse, conjicere licet, quum Liv. 10, [40, 14.] de ave, oscea seu oscina dicta, ita scribat: *Ante consulem haec dicentem corvus voce clara occinuit.* et Horat. 3. od. 2.

Oscinem corvum voce suscitabo
Solis ab ortu.

At quum inter argenteos nummos antiquos, quos pene infinitos vidi, corvum signatum non observaverim, quumque videam, Livium non modo *signati Oscensis* verba facere, sed et simpliciter de *Oscensi argento* loqui, aliam interpretationem, hac omissa, indagandam judico, veramque subsequentem esse non dubito, *Oscenses* scil. *nummos* vocatos, seu *argentum Oscense*, ab *Oscea*, Hispaniae urbe, cujus Ptolem. 2. Geogr. 6. et Plinius 3, 17 et 3. meminere. hodie vocant *Hisca*, *Huesca*, et *Guisca*. Oscenses vero inter populos Hispaniae non ignobiles fuisse non modo, sed inter principes connúmeratos, docet Caesar 1. de B. Civ. [60.] *Interim Oscenses et Calagurritani, qui erant cum Oscensibus contributi, mittunt ad eum legatos, seseque imperata facturos pollicentur: his Tarraconenses, et Lacetani, et Auretani, et paucis post diebus Lurgavenenses, qui flumen Iberum attingunt, insequuntur.* In Oscensium autem ditione argentifodinas celebres fuisse, conjiciendum. Nam Hispaniam argentifodinis abundare, docet Livius 28, [3, 3.] scribens: *Hispanae gentis ager frugifer, argentum etiam incolae fodiunt.* Polybius quoque [apud Strab. 3, 147.] argentifodinas, quae sunt in Hispania, connumerans, citra Novam Carthaginem, ait: *quatuor decurias* [immo myriadas] *hominum operantium, qui tunc in dies singulos vicena quina drachmarum millia populo Romano referrent.* Plinius 33, 6. de argento scribit: *Reperitur in omnibus pene provinciis, sed in Hispania pulcherrimum, id quoque in sterili solo, atque etiam in montibus, et ubicunque una inventa vena est, non procul invenitur alia.* Et paulo post: *Mirum adhuc per Hispanias ab Annibale olim inchoatos puteos durare, sua ab inventoribus nomina habentes. Ex queis Bebelo hodie appellatur, qui CCC pondo Annibali subministravit in dies.* Apud Tacit. Annal. 6. [19.] legimus, Sex. Marium, Hispaniarum ditissimum delatum incestasse filiam, saxo Tarpejo dejectum, ac, ne dubium haberetur, magnitudinem pecuniae malo vertisse, aurarias ejus, quamquam publicantur, sibimet Tiberium seposuisse: quo in loco per *aurarias* non modo auri, sed et argenti fodinas intelligendum; nam a nobiliori appellationem desumpsit Tacitus. Posidonius Hispaniae subterranea non infernum, sed Pluton, id est opulentiae et divitiarum Deum, vocavit. tanta est in eo terrarum tractu metallorum fo-

Digitized by Google

tui fuit, quod alieno auspicio et in aliena provincia

cunditas. Et in sacra scriptura Macchab. 1, 8. legimus, quod Romani multa fecerunt in regione Hispaniae, et quod in potestatem redegerunt metalla argenti et auri, quae illic sunt. Livius ipse 34, [21, 7.] de Catone consule, in Hispania bellum gerente, tradit: *Pacata provincia, vectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisque. quibus tum institutis, locupletior in dies provincia fuit.* His ita se habentibus inducimus, *argentum Oscense* dictum a Livio, quod in Osca, Hispaniarum urbe, colligebatur et coquebatur ex Hispanicis argentifodinis, ibique etiam cudebatur; quodque pulcherrimum fuisse et optimum conjiciendum, tum ex Plinio loco supra allato, tum ex eo, quod a Livio illius mentio fiat in omnibus praedictis triumphis, in quibus latum est a triumphantibus ex Hispania, sicuti et de Illyrico argento meminit idem Livius 45, [43, 5.] in triumpho L. Anicii. Glareanus in annot. ad hunc locum [ad §. 7.] scribit: „Osca urbs est Illergetum apud „Ptolemaeum in Hispania, ubi „videntur fuisse argentifodinae. „Caeterum id argentum melius„ne fuerit, an pejus, alio argen„to, clarius mihi non constat." MARC. DONAT. In numerum Oscensis argenti consentiunt tantum non omnes codd. nisi quod *VIIII*, sive *novem*, pro *octo*, habeant Lov. 2. 3. 6. Mead. ambo, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Pauci tantum omittunt numerum *centenarium*, ut Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. quod arripuit Gruterus, cujus ultima editio praefert *Oscensis argenti viginti millia quadringenta triginta octo;* eamdem autem scripturam servarunt recentiores omnes. Ego vero priorem, in quam plerique conspirant, reduxi. [*et Oscensis argenti* CXIX. CCCC. XXXVIIII. Bamb.] Ceterum Cl. Crevier. ad haec verba subintelligit *tò pondo*. Et hinc mox §. 7. ut et infra c. 46, 2. quibus locis verba Livii per eamdem vocem supplenda existimat, in numero mendam esse arbitratur, quod tot librae pondo argenti, quot ibi memorantur, omnem fidem excedant. Eidem favet unus Lov. 3. qui ultimae voci subjungit vocem *pondo*. Nihilominus potius subintelligendam arbitror vocem *nummorum*, vel *nummos:* Livium enim de signato argento loqui, proxime praecedentia verba ostendunt: argenti autem signati non pondus, sed numerus, indicari solet. Certe *signati Oscensis nummos* memorat Livius 40, 43, 6. Si igitur ea vox subintelligenda est, insuper legendum erit *et Oscensis argenti* [nummùm] *centum viginti millia quadringentos triginta octo*, non *quadringenta*. Hic autem error iterum Grutero tribuendus. Quum enim omnes priores vulgassent *CXX millia CCCC XXXVIII*, is in ultima editione, notas numerales per verba reddens, *quadringenta* dedit, pro quo *quadringentos* reposui. Utrum vero nummus argenti Oscensis Romanorum sestertio aequiparari debeat, ut statuit Crevier. ad l. 40, 43. mihi incertum est. Videtur enim intelligendus nummus in Hispania ab ipsis Hispanis cusus; qui cujus valoris fuerit, aliquem indicare non memini. Recte autem Sabell. et Donat. *Oscense argentum* ab Hispaniae urbe Osca nomen accepisse putant; quod inde firmatur, quia ejus Livius non, nisi in rebus Hispanicis, mentionem fecit.

§. 5. *Caussa negati triumphi*

Digitized by Google

pugnaſſet. Ceterum biennio poſt redierat, quum, provincia succeſſori Q. Minucio tradita, annum insequentem retentus ibi longo et gravi morbo fuiſſet.

fuit] Vetus lectio potius *Causa triumphi negandi senatui fuit.* GELEN. Non dubito, quin vera haec sit lectio, maxime cum eandem referat et Moguntinus Longobardico charactere exaratus codex. Cusus tamen ibidem Moguntiaci maluit *Caussa negati triumphi fuit.* MOD. *Caussa negati triumphi fuit* unus habet Lov. 5. *Caussa negandi triumphi senatui fuit* Gaertn. Reliqui mei Mſto Mog. consentiunt. Mox *alieno hospicio* Lov. 3. sollemni scribarum errore. V. ad 21, 2, 5. Deinde *in aliena patria* Lov. 1.

Biennio post redierat] Nempe, quam provinciam sortitus fuerat, vel in eam venerat. Sortitus fuerat eam praetor A. V. ıɔlvi. Liv. 32, 28, 2. Romam rediit, morbo in provincia retentus, A. V. ıɔlviii. quum redire debuisset A. V. ıɔlvii. Nam provinciae, si prorogatae non fuissent, tum annuae erant. DUKER.

Quum provincia quoque successori Q. Minucio tradita] Ulterior Hispania, in qua anno hujus belli quarto praetor fuit M. Aelius, ut jam diximus, anno quinto obvenit Q. Fabio Buteoni: at Q. Minutio citerior. Quare M. Aelii successor non fuit Q. Minutius, sed Q. Fabius. Et Q. Minutio in ulteriore Hispania P. Manlius successit, ut poſt hanc, quae jam sequitur, pugnam ipse fatetur Livius. Fieri autem potuit, ut Livius in re non admodum magni momenti lapsus fuerit memoria, videlicet in tanta rerum geſtarum mole: et fortassis duo Q. librariis errorem fecere. GLAR. Q. Minucius successisse dicitur M. Helvio, cum tamen Helvius ulteriorem Hispaniam, Minucius citeriorem sit sortitus, quia Helvius ex sua provincia decedens in aliena rem bene gessit, id eſt in citeriore. Quia vero Minucius citeriorem obtinuit, idcirco successor ejus appellatur. Quare nihil mutandum eſt, contra atque censet Glareanus. †. „Glareanus non aït quicquam „mutandum; sed dubitat, ut so„let.“ †. SIG. Glareanus vel aliquid in Livio deesse, vel eum memoria lapsum fuisse suspicatur, qui hic Q. Minucium successorem M. Helvio in provincia fuisse dicat, quum 32, 28, 2. M. Helvium A. V. ıɔlvi. Hispaniam ulteriorem provinciam habuiſſe, eique A. V. ıɔlvii. Q. Fabium Buteonem successisse, et eodem anno Q. Minucium Thermum citeriorem Hispaniam sortitum fuisse 33, 26, 1. scribat. Quae adversus eum disputat Sigonius, mihi non satisfaciunt; et miror Pighium ac Perizonium, qui in Animadv. Hiſtor. ſtudiose consectatur ea, in quibus neglegentia aliqua Livii accusari poteſt, hoc intactum praeteriisse, quod mihi inexplicabile videtur. Nam primum quo tempore Helvius ad Illiturgi cum Celtiberis pugnavit, Catonem jam in citeriore Hispania, sua provincia scilicet, fuisse, ex his verbis Livii liquet, *Inde in castra Catonis Helvius pervenit.* Minucius ergo tum non amplius provinciae illi praeerat, nec Helvius dici poteſt, rem in illius provincia gessisse. Deinde, etiamsi ea tum adhuc Minucii provincia fuisset, tamen Helvius non ob id, quod, ex sua decedens, et iter per Minucii provinciam faciens, in ea, ut Sigonius putat, rem gessit, Minucio

Digitized by Google

Itaque duobus modo mensibus ante Helvius ovans 6
urbem est ingressus, quam successor ejus Q. Minucius triumpharet. Hic quoque tulit argenti pondo 7

provinciam tradidisse, et hunc successorem habuisse, dici potest: quum ille ulteriorem, hic citeriorem Hispaniam provinciam habuerit. Alia erat solvendi hujus nodi, et tollendae suspicionis Glareani ineunda ratio, quam ego non invenio. Quod secundo loco suspicatur Glareanus, duo Q. id est, quod et Fabio, successori Helvii in Hispania ulteriore, et Minucio praenomen erat Q. librariis errorem fecisse, eosque bis Q. *Minucium* pro Q. *Fabio* scripsisse, probabilius esset, si ostendere potuisset, Q. Fabium ex Hispania ulteriore triumphasse. DUK. *successori quoque Minucio* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *quoque successori Minucio* Lov. 5. et priscae edd. Quum vero deinde Moguntini cod. suum *successore Q. Minucio* habere monuissent, mox Aldus, utraque lectione juncta, *quoque successori Q. Minucio* vulgavit: quod obtinuit usque ad Frob. qui anno 1535. locum ad Msti Mog. exemplum emendans *τὸ quoque* expunxit. Et ita in Lov. 3. fuisse videtur, unde nihil notatum invenio.

Annum insequentem retentus ibi longo et gravi morbo fuisset] Pall. *retentus ibi et longo et gravi fuisset morbo.* GEBH. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. *longo et gravi fuisset morbo* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] *gravi et longo fuisset morbo* Voss. Praeterea *sequentem annum* Lov. 3. *annum sequentem* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. Ascens. deinde anno 1513. dedit *in annum sequentem*; pro quo Frob. anno 1535. refinxit *annum insequentem.* V. ad 6, 22, 1. Mox §. seq. vox *modo* exsulat a Voss. et Lov. 1. Deinde Helvii praenomen abest a Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. verbum denique *triumpharet* a Mead. 2.

§. 7. *Argenti pondo triginta quatuor millia octingenta, bigatorum septuaginta octo millia*] Numerum ita concipiunt Pall. *Hic quoque tulit argenti pondo XXX quatuor DCCC, et bigatorum septuaginta tria millia.* GEBH. *Tò millia* priori loco omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Ratio esse potest, non tantum quam reddidit Gronov. supra h. cap. §. 4. verum etiam quod vox illa indicata sit hac nota ⊂. quam librarii non adsecuti sunt, et hinc neglexerunt. V. ad 39, 42, 3. Duo insuper praecedentia vocabula omiserunt Lov. 2. et Harl. Hinc *novem centum*, pro *octingenta*, legunt Lov. 3. in contextu, et Hearnii L. 1. Ejusdem autem N. post eam vocem ostentat lacunam, quasi aliquid deesset. Deinde *et bigatorum septuaginta octo millia* Voss. *et bigatorum septuaginta tria millia* Lov. 1. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Moguntina priores. *et bigatorum LXXX millia* Lov. 6. in contextu. *LXX millia* inter versus. *et bigatorum tria millia* Lov. 2. et Harl. *bigatorum septuaginta tria millia* Lov. 5. [*argenti pondo* XXX. IIII. DCCC. *et bigatorum* LXXIII. omisso postremo loco *millia* Bamb.]

Et Oscenses argenti ducenta

Digitized by Google

triginta quatuor millia octingenta, bigatorum septuaginta octo millia, et Oscensis argenti ducenta septuaginta octo millia.

1 XI. In Hispania interim consul haud procul Em-

septuaginta octo millia] Osca urbs est Illergetum apud Ptolemaeum in Hispania [2, 6.] in qua videntur fuisse argenti fodinae. Caeterum id argentum meliusne fuerit alio argento, an pejus, mihi non constat. Certe quae hic ponitur summa, si Budaeana supputatione in singulas libras decem statuamus coronatos, in immensum cresceret: quare numerum suspectum puto, aut non libras intelligendas: quod equidem magis crediderim. Sed judicet lector. GLAREAN. *ducenta LXXXVIII* Lov. 6. *ducenta LXXVII* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ducenta LXXVIIII* Lov. 2. Harl. et Hearnii N. Vocem deinde *millia* non agnoscunt Lov. 2. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Ceterum Crevier. etiam Oscensis argenti libras intelligens numerum itidem suspectum habet. Sed potius, nummos intelligendos esse, ad §. 4. dictum est.

§. 2. *In quibus unus filius ejus erat, venerunt*] Pall. et vet. ed. *convenerunt*. GEBH. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et edd. ante Froben. anni 1535. *conveniunt* Mead. 1. et Gaertn. Deinde *filius ejus erat* omnes mei, [Bamb.] eaedemque edd. Qua vero auctoritate Frobenius τὸ *ejus* omiserit, incertum est. Paullo ante *Balistage* Lov. 6.

Nisi praesidium Romani misissent] In veteribus legitur *praesidio Romanus miles esset. tria millia* etc. GELEN. Iterum cusus Moguntinus Livius *nisi praesidium Romani misissent*. MOD. Libri omnes habent *nisi praesidium Romani misissent*. GEBH. Sic quidem [*nisi praesidio Romanus miles esset*] Gelenius e Moguntino. At nostri retinent omnes prius vulgatum: *nisi praesidium Romani misissent*. Displicuit scilicet, quod *misissent* dixit pro *mitterent*. Sed hoc neque nostro, neque purgatissimis aliis scriptoribus insolens. Cicero in Topic. [c. 10.] *Agens de eo, qui testamento sic haeredem instituisset, ut, si filius natus esset in decem mensibus, isque mortuus prius, quam in suam tutelam venisset, secundus haeres haereditatem obtinuisset*. id est, obtineret. Caesar 1. de B. Civ. [19.] *Si qua facultas fuisset, ad se cum omnibus copiis veniret*. Cicero Philipp. 2, [15.] *Ut frangerer animo propter vitae cupiditatem, quae me manens conficeret angoribus, dimissa molestiis omnibus liberasset*. Male corrigit Lambinus *liberaret*. Curtius 4, [1, 9.] *Si saniora consilia pati potuisset, contentus patrio cederet alieni imperii finibus*. Statius equo maximo Domitiani [1. silv. 1, 61.]

——— *portaret culmina montis*
Coeliferique attrita genu durasset Atlantis.

Ubi frustra Bernartius *duraret*. Sic vicissim, quod est apud Ulpianum [l. 69. ff. pro Socio] *Societas coïretur et conveniret*, pro coïta esset, et convenisset, non tantum illius, et Spartiani, et Lampridii aevo frequens erat, ut sollicite vir primarius, (qui etiam dubitat, an Latinitas patiatur, *societas coïta esset*; imme-

Digitized by Google

poriis castra habebat. Eo legati tres ab Ilergetum a regulo Biliftage, in quibus unus filius erat, venerunt, querentes, *castella sua obpugnari, nec spem ullam esse resistendi, nisi praesidio Romanus miles esset.*

mor eumdem Ulpianum in l. 7. eod. tit. dixisse, *videtur colta esse universorum*) sed et longe pariorum in sermone scriptorum. Caesar 5. de B. Gall. [10.] *Prope omnes naves adflictas atque in litore ejectas esse, quod neque anchorae funesque subsisterent, neque nautae gubernatoresque vim tempestatis pati possent.* Sallustius Jug. [59.] *Neque diutius Numidae subsistere quivissent, ni pedites equitesque permixti magnam clademincongressufacerent.* Plautus Mercat. [5, 4, 33.] *Si, Hercle, scivissem, sive adeo joculo dixisset mihi, Se illam amare, numquam facerem, ut illam amanti abducerem.* Rudente [2, 6, 10.]

Utinam, te priusquam oculis vidissem meis,
Malo cruciatu in Sicilia perbiteres.

Sic Milite 1, 1, [30. et 53.] est *transmitteres* et *occideres*, pro transmisisses, et occidisses: perperamque *transmitteras* et *occideras* supponunt. Sic Mercat. 1, 1, [66.] *Neque nisi quinto anno quoque posse tum visere urbem.* Ubi *adsuetum* alii volunt; alii fingunt nescio quam crasin in *posse*, pro *potuisse*. Tacitus 15. Ann. 68. *Percontanti Neroni, cur in caedem suam conspiravisset, breviter respondens: non aliter tot flagitiis ejus subveniri posse.* Utro modo interpreteris, non tanta apud me in tali quidem re unius libri auctoritas, ut immutatum velim *potuisse*. Insigne est illud Juliani l. 7. §. 3. de Curat. furiosor. *Eum quoque, qui ab altero ex curatoribus fundum furiosi legitime mercaretur, usucapturum.* J. FR. GRON. *nisi praesidium Romani misissent* etiam omnes, quos consului, Msti, ut et Hearnii L. 1. et N. quae lectio si placet, plusquam perfectum positum erit pro inperfecto; quam figuram ex aliorum auctorum scriptis Gronovius ad hunc locum idoneis exemplis inlustravit. Verum eamdem quoque Livius saepe adhibuit. Ut 5, 42, 7. *Quin, etsi omnia flammis ac ruinis aequata vidissent, quamvis inopem parvumque, quem tenebant, collem virtute defenderent.* 6, 3, 3. *Cujus spei moram quum pati fortuna obsessorum non potuisset*, etc. c. 35, 6. *Conterriti Patres quum trepidassent, collegas adversus tribunicias rogationes compararunt.* 7, 6, 9. *Consul circumventus ab inseiis, quem interfecissent, occideretur.* Quibus locis partim Sigonius, partim Faber perperam substituerunt *viderent*, *posset*, *trepidarent*, *interficerent*. 45, 40, 9. *Quum de suis rebus gestis disseruisset, memorabilis ejus oratio fuit.* pro *dissereret*. V. etiam Cortium ad Sall. Jug. 14, 24. et Markl. ad Statii 1. Sylv. 1, 100. Contra inperfectum pro plusquam perfecto poni, videbimus ad 38, 2, 2. Utrum tamen, quam Gronov. vindicat, lectio genuina sit, ut dubitem, causa est cod. integerrimus Mog. Ex quo quum hac parte operis Liviani tot praestantissimae lectiones receptae sint, etiam in illis, in quibus ab aliis omnibus Msfis dissentiens aeque commodam,

Digitized by Google

3 *Tria millia militum satis esse: nec hostes, si tanta manus venisset, mansuros.* Ad ea consul, *Moveri quidem se vel periculo eorum, vel metu,* dicere:
4 *sed sibi nequaquam tantum copiarum esse, ut, quum magna vis hostium haud procul absit, cum qua mox signis conlatis dimicandum sibi in dies exspectet, di-*
5 *videndo exercitum minuere tuto vires posset.* Legati, ubi haec audierunt, flentes ad genua consulis provol-

ac vulgo obtinet, scripturam obfert, ipsi fides non videtur abroganda. Quin et lectionem ejus repudiasse videntur, quibus *miles Romanus* numero singulari pro plurali positum displicebat. Id tamen Livio frequens esse, vidimus ad 7, 35, 2. ubi inter alia huc praecipue facientem locum laudavi ex 6, 7, 1. *Novus hostis veteri adjunctus commovit animos militis Romani.* Ibidem etiam dictum est, saepe librarios in his singularem in pluralem mutasse. *praesidio esse*, ut 24, 11, 3. *Duas* legiones placuit *urbi praesidio esse.* 25, 31, 10. *Propinquis etiam inquisitis honori praesidioque nomen ac memoriam ejus fuisse.* 37, 19, 8. *Ut urbi praesidio essent, Aemilius et Eumenes venerunt.* V. ad 9, 15, 3. Similiter passim *esse documento, emolumento, exemplo, miraculo.* V. ad 5, 54, 5. Moguntinam lectionem probat etiam Cl. Christius: eamdem itaque, a Gronovio ejectam, recepi. [*praesidium Romanis missis et tria millia* Bamb.]

§. 3. *Quina millia militum satis esse*] Longobardicus codex *Tria millia militum satis esse.* MOD. *Quinquaginta millia*, numero inmensum aucto, Voss. et Lov. 1. *Quatuor millia* Lov. 6. reliqui mei vulgatum servant. Verum hic etiam Moguntinum cod. *Tria millia* praeferentem, sequor, consentiente Cl. Christio, qui hanc recte reddit rationem, Livium, si alterum maluisset, potius dicturum fuisse *Legionem satis esse*, quum legio eo tempore ex tot ferme militibus constaret.

Moveri quidem vel periculo eorum, vel metu] Ita primus Grut. in ultima ed. vulgavit, quum priores dedissent, *Moveri quidem se vel periculo:* iis autem concinunt omnes mei, Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui recte vocem sine caussa expunctam Livio redonavit. Sed aliquid humani passum existimo Gronov. qui ad 40, 42, 3. monuit, Andream invitis scriptis *Moveri se* edidisse.

§. 4. *Cum qua mox signis conlatis dimicandum sibi in dies exspectet*] Thuan. *et quam mox signis collatis dimicandum sit in dies exspectet.* Quod est oppido elegans, et purum putum Livii. 3, 37, 5. *Exspectabant, quam mox consulibus creandis comitia edicerentur.* 5, 45, 1. *Corpora curant, intenti quam mox signum daretur.* Cicero pro Q. Roscio 15. *Quid exspectas, quam mox ego Luscium*

Digitized by Google

volvuntur. Orant, *Ne se in rebus tam trepidis deserat. Quo enim se, repulsos ab Romanis, ituros?* 6 *Nullos se socios, nihil usquam in terris aliud spei habere. Potuisse se extra id periculum esse, si de-* 7 *cedere fide, si conjurare cum ceteris voluissent. nullis minis, nullis terriculis se motos, sperantes satis opis et auxilii sibi in Romanis esse. Id si nullum* 8 *sit, si sibi a consule negetur, Deos hominesque se testes facere, invitos et coactos se, ne eadem, quae*

et Maxilium dicam, ordine esse senatores. Sic apud eundem [1. de Divin. 48.] Ennius. Sic Plautus. Festus, *Quam mox significat quam cito; sed si per se ponas mox, significabit paulo post, vel postea.* JAC. GRON. Eamdem lectionem suos L. 1. et N. servare, Hearnius auctor est, neque inde Victor. dissentire, nisi quod pro *quam* praeferat *quod*, Crevier. testatur. *et qua mox s. c. dimicandum sibi* Voss. Harl. et Mead. 2. *et qua mox s. c. dimicandum sit* Lov. 4. 6. et Gaertn. *et quā mox s. c. dimicandum sibi* Lov. 1. *et quia mox s. c. dimicandum sit* Lov. 2. *et quod mox s. c. dimicandum sit* Lov. 3. [*et quam mox signis collatum dimicandum sit* Bamb.] Ter. in Phorm. 1, 3, 9. *Dum exspecto, quam mox veniat.*

§. 5. *Legati, ubi haec audierunt*] *Tò haec* primus Aldus ex Mog. Msto recepit, adstipulantibus plerisque meis. Nam *hoc*, ut ante Aldum edebatur, in solis tantum Lov. 3. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. superest. Praeterea *audiverunt* Lov. 3. et Harl. [Bamb.] quomodo Frob. anno 1535. exhibuit. Idem servarunt reliqui editores usque ad Gron. qui anno 1665. *audierunt* substituit. Nec aliter reliqui codd. et edd. principes. V. ad 5, 53, 3. [*orantes, Ne se* Bamb.]

§. 7. *Potuisse se extra id periculum esse*] Pronomen *se* exsulat a Mead. 1. et Gaertn. Saepe id Livium omisisse, pluribus locis supra docui. Quum tamen in reliquis omnibus supersit, hic in codd. illis paucis a syllaba finali vocis proximae elisum fuisse, verius videtur. Alia ejusdem erroris exempla obcurrunt 3, 43, 4. c. 71, 8. 4, 24, 4. 21, 10, 3. 27, 36, 3. 28, 34, 9. 39, 26, 4. c. 47, 4. c. 54, 7. et pluribus locis.

Nullis minis, nullis periculis se motos] In veteribus legitur, pro *nullis periculis se motos*, *nullis terriculis*. GELEN. *nullis periculis* Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. *nullis terriculis*, praeter Moguntinum cod. etiam Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. Apage igitur *nullis terriculamentis*; quam vocem, Livio aliisque ejusdem aetatis scriptoribus indignam, Clericus, nescio qua auctoritate, ne monito quidem lectore, in contextum recepit. At voce *terricula* utitur Livius 5, 9, 7. *Sine tribunicibe potestatis terriculis inventam esse aliam vim majorem ad coërcendos magistratus.* Eadem voce ex antiquis utuntur

Saguntini passi sint, patiantur, defecturos: et cum ceteris potius Hispanis, quam solos, perituros esse.

1 XII. Et illo quidem die sic sine responso dimissi. Consulem nocte, quae insecuta est, anceps cura
2 agitare: nolle deserere socios, nolle minuere exercitum; quod aut moram sibi ad dimicandum, aut in
3 dimicando periculum adferre posset. Stat sententia, non minuere copias, ne quid interim hostes inferant ignominiae: sociis spem pro re ostendendam
4 censet. Saepe vana pro veris, maxime in bello, valuisse: et credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia, et sperando atque
5 audendo servatum. Postero die legatis respondit, *Quamquam vereatur, ne suas vires, aliis eas com-*

Aceius apud Non. v. *Terriculae.* Afranius apud eumdem v. *Numerum.* Lucilius ex emendatione virorum doctorum apud Lactant. 1. Div. instit. 22. ex recentioribus auctor de Mort. persec. 16. *Omnes adparatus ac terriculas tyrannicae potestatis fide stabili et robore animi profligasti.* ubi v. Cuper. et Columb.

§. 8. *Eadem, quae Saguntini passi sunt*] Potius *sint*, ut in orationibus obliquis. DUK. Ita legunt Voss. Lov. 1. 3. et Mead. 1. quorum fide ita edi jussi. Paullo ante *τὸ Id* deest in Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

§. 1. *Consulem nocte* etc. *anceps cura agitare*] *anceps cura agere* Harl. *anceps cura angebat* Lov. 6. *anceps cura angebat cogitare* Lov. 2. *consul nocte* etc. *anceps cura cogitare* Lov. 4. et Mead. ambo. *consul nocte* etc. *anceps cura cogitare coepit* Lov. 5. et Gaertn. Nihil mutandum. *cura agitat consulem*, ut *terror agitat animos* 3, 20, 8. et similia passim. Paullo ante prima capitis vocula *Et* exsulat a Lov. 6. [*sic* a Bamb.]

§. 2. *Nolle deserere socios, nolle minuere exercitum*] *non ille deserere socios velle, minuere exercitum* Voss. *non velle deserere socios, nolle minuere exercitum* Lov. 6. Sed placet repetitio verbi *nolle.* Supra 2, 3, 3. *Esse gratiae locum, esse beneficio.* 3, 37, 2. *Primores Patrum odisse decemviros, odisse plebem.* 5, 16, 9. *Aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine sinas.* Et alibi saepe.

§. 3. *Sociis spem pro re ostendendam censet*] Vet. lib. *ostentandam.* Sic paulo post [c. 13, 1.] *Consul ubi satis, quod in speciem fuit, ostentatum est.* Hujus consilii Catonis meminit Frontin. 4, [7, 31.] SIG. Vulgatum

Digitized by Google

modando, minuat; tamen illorum se temporis ac periculi magis, quam sui, rationem habere. Denunciari militum parti tertiae ex omnibus cohortibus jubet, ut cibum, quem in naves inponant, mature coquant: navesque in diem tertium expediri jussit. 6
Duos ex legatis Biliſtagi atque Ilergetibus nunciare ea jubet; filium reguli comiter habendo, et muneribus apud se retinet. Legati non ante profecti, quam inpositos in naves milites viderunt: id pro haud dubio jam nunciantes, non suos modo, sed etiam hoſtes, fama Romani auxilii adventantis impleverunt. 7 8

XIII. Consul, ubi satis, quod in speciem fuit, oſtentatum eſt, revocari ex navibus milites jubet. 1

supereſt in Lov. 3. et 6. *hostendenda* Voſſ. et Lov. 1. *ostentanda* Lov. 4. *ostentandam* reliqui mei, et Mſtum Mog. V. ad 28, 3, 11.

§. 6. *Denunciando militum parti tertiae* etc.] Diſtinguuntur haec et interpunctione, et alia literarum forma, quasi priora ad legatos dixerit Cato, (quamvis etiam sic ineptum plane et alienum esset τὸ *jubet*) poſteriora sint Livii. Conjungenda neceſſario omnia, expungendumque τὸ *jubet*, sive sint ipsius auctoris verba, seu potius Catonis ad legatos, atque ita insuper pro *jussit* scribendum *jussisse*. JAC. PERIZ. Ad eundem tamen modum ter repetitum habes τὸ *jussi* 31, 11. bis 32, 26, 17. JAC. GRON. *jubet* et *jussit* omnes codd. quibus utor, servant, nisi quod *jubet*, pro *jussit*, sit in Lov. 3. V. ad 31, 11, 9.

Ex omnibus cohortibus jubet, ut cibum] Legionarias, non alarias, quae sociorum sunt, intelligit Schelius ad Polyb. c. 15. quem et v. c. 7. de eo, quod hic Livius de cibo a militibus coquendo dicit. DUKER.

§. 7. *Bilistagi atque Ilergetibus nunciare*] *Biligasti* literis transpositis Voſſ. et Lov. 1. *Bilistagis* Lov. 2. *Balistagi* Lov. 6. et Mead. 1. V. ad cap. praec. §. 2. Mox *comiter habendo cum muneribus apud se retinet* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. Insuper §. seq. *viderint*, pro *viderunt*, Lov. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *viderent* Harl.

§. 1. *Consul, ubi satis, quod in spem fuit, ostentatum est*] In veteribus legitur non male *quod in speciem fuit*. GELEN. Moguntiaci cusus liber *quod in spem fuit*. MOD. *quod in spem fuit* Lov. 3. 6. Mead. 1. et Harl. in marg. *quod in speciem fuit* Mog. codex, et reliqui mei, cum

Digitized by Google

2 ipse, quum jam id tempus anni adpeteret, quo geri res possent, castra hiberna tria millia passuum ab Emporiis posuit. inde per occasiones, nunc hac parte, nunc illa, modico praesidio castris relicto, praeda-
3 tum milites in hostium agros educebat. Nocte ferme proficiscebantur, ut et quam longissime a castris procederent, et inopinatos obprimerent. Et ex-

edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Recte. *Species* hic eo sensu, quo saepe *rei* obponi infra videbimus ad 39, 35, 4. Solent passim hae voces a librariis confundi. V. ad 3, 9, 13.

§. 2. *Quum jam id tempus anni adpeteret*] Cato in Hispaniam venit, quum Hispani frumentum in areis haberent, c. 9, 12. Ab eo tempore usque ad id, quo castra hiberna ad Emporias posuit, nihil rerum gessisse videtur, nisi quod agros hostium vastavit; fortassis quod propter calores Hispaniae ibi per aestatem res geri non poterant. Adde 35, 7. DUK. Pronomen *id* deest in Gaertn. vox *anni* in Voss. Male. Supra 5, 2, 4. *Jam ne hiemi quidem, aut tempori anni cedere.* Ibid. *Aliquo tempore anni parentes invisere.* c. 6, 4. *Tempestatibus captandis et observando tempore anni.* 22, 32, 1. *Tum enim autumni erat tempus.* 34, 9, 12. *Id erat forte tempus anni, ut frumentum in areis haberent.* Propert. 1, 8, 9.

O utinam hibernae duplicentur tempora brumae.

Castra hiberna mille passuum ab Emporiis posuit] Manuscriptus *castra hyberna tria millia passuum ab Emporiis posuit.* MOD. *mille passuum* locutio est Livio familiaris. V. ad 5, 26, 5. 21, 61, 1. 37, 1, 5. Eam tamen lectionem ferre non potuerunt librarii, unde *mille passus* datum est in Voss. *mille passuum spatio* in Lov. 6. Huc tamen an referenda sit lectio cod. Mog. *tria millia passuum*, admodum dubito. Quamvis enim reliqui codd. in vulgatum consentiant, unius tamen istius Msti, ex quo tot praestantissimae lectiones Livio restitutae sunt, auctoritas efficit, ne temere ei adversari audeam. Forte scriptum fuerat *III passuum* [ita Bamb.] vel *III^m passuum;* quod in *mille passuum* facile abire potuit. V. ad 32, 30, 5. 38, 4, 4. 42, 51, 3. Ceterum *castra hiberna* memorantur etiam supra 29, 35, 13. *Castra hiberna in promontorio communit.* Alibi vero semper simpliciter *hiberna*, similiterque *aestiva* ac *stativa*, non *castra aestiva*, *castra stativa* dixit, licet alii, etiam optimi, scriptores, addita voce, plene locuti sint. Si igitur codices faverent, τὸ *hiberna* expungerem. Certe quum tempus anni rebus gerendis idoneum adpeteret, vix *hibernis* locus est. Mox *idem per occasiones*, pro *inde*, Lov. 1. 5. Voss. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. sollemni errore, quem Vossian. etiam mox admisit §. 6. Alia exempla v. ad 1, 19, 7. et 31, 38, 9. Praeterea voces *castris relicto* desunt in Lov. 5. et iisdem edd. [*agros ducebat* Bamb.]

§. 3. *Nocte ferme proficisce-*

Digitized by Google

ercebat ea res novos milites, et hostium magna vis excipiebatur: nec jam egredi extra munimenta castellorum audebant. Ubi satis admodum et suorum 4 et hostium animos est expertus, convocari tribunos, praefectosque, et equites omnes, et centuriones jussit. *Tempus*, inquit, *quod saepe optastis, venit,* 5 *quo vobis potestas fieret virtutem vestram ostendendantur*] Praeter consuetudinem. V. Schelium ad Polyb. c. 9. DUKER.

Quam longissime e castris procederent] Ita primus edidit Gronov. anno 1665. sed verisimiliter operarum lapsu, licet eamdem lectionem deinde etiam adoptarint Cleric. Hearn. et quidam alii. Non tantum enim omnes edd. priores, sed et omnes codd. legunt *a castris*, quod revocavi. Eamdem lectionem probabat etiam Cl. Duker. et Livio similiter restituit Crevier. Mox *inopinantis* Lov. 4. 5. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *inopinatis* Mead. 1. *inopinatos* Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. V. ad 21, 52, 10.

§. 4. *Ubi satis admodum et suorum*] Non ausim rejicere *satis admodum*, etsi nondum alibi inveni. Conjiciebam tamen *satis ad hunc modum*. Cicero 2. Tusc. 4. *Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus.* DUK. [*satis* omittit Bamb.]

Tribunos, praefectosque, et equites omnes, et centuriones] *praefectos* accipio sociorum, qui tribunis pares. Miror tamen de *omnibus equitibus*. Nam duas legiones Cato habuit, ergo equites sexcentos. Adde centum viginti centuriones, duodecim tribunos, totidem praefectos sociales, concio ista, non consilium. Dubitavi legere *praefectosque equitum omnes*. Atque ii sint decuriones, merito sane vocati, ubi omnes centuriones. De equitibus aliquid indicasse Virgil. videtur 9. Aen. [226.]

Ductores Teucrûm primi, et dilecta juventus,
Consilium summis regni de rebus habebant.

Ut quid enim juvenes consilio tam arduo miscet, nisi consideratione Romani moris, (ita poëta hic amat) quo equites admissi? qui fere e juventute. LIPS. 2. de Milit. Rom. 8. Sunt honoratissimi castrorum, ut alibi Livius. Tamen Lipsius in militia emendat. Ego potius ejecerim copulam *et*, quae ante *centuriones* est. Neque habetur in Ven. ut velit, quotquot fuerint centuriones equis bellantes, qui certe primorum erant ordinum inter suos. GRUT. In conjectura Lipsii hic scrupulus est, quod ea in hoc consilio non dat locum *praefectis sociorum*, qui quum fere cives Romani non infimi loci, et tribunis militum jure ac potestate pares essent, ut ipse Dial. 10. docet, minus a consilio excludendi erant, quam *decuriones equitum*, illis dignitate longe inferiores. *Centuriones primorum ordinum* e quis militasse, Grutero prolatis testimoniis veterum probandum fuerat. Vix credibile est, a Ca-

Digitized by Google

di. Adhuc praedonum magis, quam bellantium,
6 *militastis more: nunc justa pugna hostes cum hosti-*
bus conseretis manum. non agros inde populari, sed
7 *urbium opes exhaurire licebit. Patres nostri, quum*
Hispania Karthaginiensium, et imperatores ibi et exer-
citus essent, ipsi nullum imperatorem, nullos in ea
milites haberent; tamen addere hoc in foedere volue-
8 *runt, Ut imperii sui Iberus fluvius esset finis. Nunc,*
quum duo praetores, quum consul, quum tres exer-

tone omnes equites ad consilium advocatos fuisse; sed, quia emendationes hujus loci suis incommodis laborant, vulgatam scripturam retinendam puto, donec libri scripti aut acutiora ingenia melius aliquid suppeditent. DUK. [§. 5. *virtutem vestram ostendere* Bamb.]

§. 6. *Cum hostibus conseretis manus*] MS. *conseretis manum.* MOD. Prisca ed. *conferatis manus.* Modius e Longobardico cod. *conferetis manum.* Pall. *confertis manus.* Forte *conferetis.* Nam et sic loqui Livium demonstravi ad 9, 5, 10. GEBH. *confrictis manus* Mead. 1. *confertis manus* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. *confertis*, altera voce omissa, Lov. 6. *confertis manum* Hearnii L. 1. *conferamus manus* Lov. 3. *conseratis manus* Lov. 5. et edd. ante Aldum. *conferetis manus* Gaertn. [*consertis manus* Bamb.] *conseretis manus* Harl. quomodo Aldus edidit; qui quidem quum *conseretis* ex cod. Mog. receperit, non video, quid causae fuerit, cur *manum*, quod idem cod. obfert, spreverit: praesertim quum optimis scriptoribus ipsique Livio non tantum *conserere* et *conferre manus*, sed etiam *conserere* et *conferre manum* in usu fuerit. V. quae notantur ad 6, 42, 5.

Non agros inde populari, sed urbium opes haurire licebit] MS. *opes exhaurire licebit*, non *haurire.* MOD. Mog. *exhaurire.* 38, [14, 12.] *Quinque et viginti talenta tyrannidem tuam exhaurient?* Et [c. 59, 9.] *In domo, quam sumptus non exhauserint.* 43, [17, 3.] *Oneribus impensisque, quibus alia aliis imperantibus exhauriebantur.* 5, [22, 3.] *Humanae opes egestae asportataeque a Vejis essent.* 9, [31, 5.] *Praedae plus pene, quam ex omni Samnio, egestum.* J. FR. GRON. *idem populari* Voss. V. ad hujus cap. §. 2. *Exhaurire* autem, ut 10, 44, 2. *Exhaustis deinde tectis ignem injecit.* 26, 30, 9. *Praeter moenia et tecta exhausta urbis, nihil relictum Syracussis esse.* 37, 19, 4. *In hiberna copiae reductae exhauriant commeatibus praebendis socios.*

§. 7. *Quum in Hispania Karthaginiensium et imperatores ibi et exercitus essent*] Aut τὸ *in*, aut τὸ *ibi* recidendum. Sed potius illud: nam et editi veteres, non modo scripti, ignorant. Primum video Moguntiaci additum. J. FR. GRON. Recte Gronov. praepositionem *in* ex contextu ejecit, quam neque ullus meorum, neque Hearnii L. 1.

Digitized by Google

citus Romani Hispaniam obtineant, Karthaginiensium jam prope decem annis nemo in his provinciis sit, imperium nobis citra Iberum amissum est. Hoc ar- 9
mis et virtute recuperetis oportet: et nationem, rebellantem magis temere, quam constanter bellantem, jugum, quo se exuit, accipere rursus cogatis. In hunc 10
modum maxime adhortatus pronunciat, se nocte ad castra hostium ducturum. ita ad corpora curanda dimissi.

et N. agnoscunt. Non tamen primi Moguntini addiderunt, sed jam vidi in Ven. ed. anni 1498. et Mediol. anni 1505. Praeterea, τὸ *ibi* in ed. Rom. principe non conspici, Hearne testatur, quod etiam exsulat a Lov. 2. Mox *ipsi nullum in ea militem haberent*, omissis mediis, Voss. Lov. 1. 2. 3. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *ipsi in ea nullum militem haberent* Lov. 6. *ipsi nullum in ea milites haberent* Harl. et Gaertn. [Bamb.] Unde patet, vocis *nullos* post *nullum* repetitionem librariis errandi caussam fuisse. Nihil itaque muto. Supra 8, 36, 9. *Nulla arma, nullam vim, nec apertam, nec insidiis, expertus.* ubi vide, quae notavi.

§. 8. *Jam prope decem annis nemo in his provinciis sit*] *jam decem prope annis* Mead. 1. *decem jam prope annis* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] *decem jam prope annos* Voss. V. ad 10, 21, 6. Paullo ante *et Carthaginiensium*, addita priori voce, Lov. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. quae voculam expunxit. In sequentibus vero *circa Iberum* Lov. 1. *cura Iberum* Lov. 2. Solent autem voculae *circa* et *citra* mutari in Mstis. V. ad 21, 48, 6.

§. 9. *Hoc armis et virtute recuperetis oportet*] Pall. uterque *reciperetis*. Est enim a *recuperare*. GEBH. Ita et Lov. 1. ac 4. [Bamb.] V. ad 7, 18, 1. Reliqui tamen nostri, et, ut videtur, Hearnii Oxonn. vulgatum tuentur.

Jugum, quo exuit, accipere rursus] Vet. lib. *jugum, quo se exuit*. SIG. Illud *se*, quod Sigonius ex vet. lib. addidit, non tantum est in omnibus codd. [Bamb.] sed etiam edd. praeterquam in una Bas. anni 1554. unde operarum errore exsulat. Tum *accipere rursum* Voss. et Lov. 1. 3. 6. [*acciperet* Bamb.] Paullo ante *rebellantem temere, quam constanter bellantem*, omisso τῷ *magis*, Lov. 3. Eam vocem saepe omitti, videbimus infra hoc lib. ad c. 49, 10. quum tamen reliqui codd. eam servent, uni fidem non habendam existimo. Voces *magis temere, quam constanter bellantem* desunt in Harl. culpa librarii, cui similitudo vocum *rebellantem* et *bellantem* errandi ansam praebuit. Mox §. seq. *ad castra hostium exercitum ducturum* Lov. 3. Male. V. ad 1, 23, 5.

§. 1. *Media nocte, quum auspicio*] Ita primum editum vidi Basil. anno 1539. Omnes priores *Nocte media*: quem verborum

Digitized by Google

1 XIV. Nocte media, quum auspicio operam dediſſet, profectus, ut locum, quem vellet, priusquam hoſtes sentirent, caperet, praeter caſtra hostium circumducit, et prima luce, acie inſtructa, sub ipsum
2 vallum tres cohortes mittit. Mirantes barbari ab tergo adparuisse Romanum, discurrere ipsi ad arma.
3 Interim consul apud suos, *Nusquam, nisi in virtute, spes est, milites,* inquit, *et ego sedulo, ne esset, feci.*
4 *inter castra nostra et nos medii hostes. ab tergo hostium ager est. quod pulcherrimum, idem tutissimum est, in virtute spem positam habere.* Sub haec co-

ordinem servant etiam omnes calamo exarati. Quare ita vulgari curavi.

§. 2. *Ab tergo adparuisse Romanum*] Conſtans haec lectio eſt omnium codd. omniumque edd. usque ad Paris. anni 1573. quae per compendium praefert *adparuisse Rom.* idque similiter per proximas edd. propagatum eſt. Gruteri tandem poſtrema compendium illud reddidit *Romanos*, adprobante Heinsii Elzeviriana. Tandem Gronov. hunc errorem emendavit, veteri lectione revocata, supra ad 3, 2, 11. ubi plura vide.

Discurrere ipsi ad arma] Suspicor excidisse *et*, legendumque esse *discurrere et ipsi*. Hoc amat Livius. 1, 56, 1. *Qui quum haud parvus et ipse militiae adderetur babor.* 8, 3, 9. *Signiam Velitrasque, et ipsas colonias Romanas.* 27, 27, 7. *Cum Crispino consule, et Marcello adolescente, caucio et ipso, effugerunt.* Infra c. 40, 6. *Erecti et ipsi.* Et 29, 6, 11. 33, 47, 3. 35, 3, 3. 35, 9. Adde Gronov. ad 10, 40. DUK.

§. 3. *Et ego sedulo, ne esset, feci*] Etiam naves Massiliam ablegando Appianus p. 276. J. FR. GRON. [*sedulo ne essent.. castra*, omissis *feci inter*, Bamb.]

§. 4. *Ab tergo hostium ager est*] Libri omnes *et ab tergo hostium.* GEBH. Similiter Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, [Bamb.] et edd. antiquae. Frobenius demum anno 1535. copulam omisit. [*est*, poſt *tutissimum*, omittit Bamb.]

Ut barbaros simulatione fugae eliceret] Pall. et ant. ed. *simulatione fugae educeret.* Forte fuit *simulatione fugae eluderet.* Sed haec conjectura pugnat contra priora cap. praec. *Nec jam egredi extra munimenta castellorum audebant.* Vulgata lectio confirmatur c. 19, 9. *Consul ubi hostes ad pugnam elicere nequit.* GEBH. *educeret* Lov. 3. 4. 5. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. antt. *alliceret* Lov. 1. et 6. *eliceret* Voſſ. Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quomodo Aldus ex cod. Mog. recte edidit. Infra 37, 13, 10. *Insidiis medio ferme viae positis ad eliciendum extra moenia Macedonem. ad pugnam, ad proelium elicere* supra inluſtravimus ad 6, 31, 7.

Digitized by Google

hortes recipi jubet, ut barbaros simulatione fugae eliceret. Id, quod crediderat, evenit. pertimuisse et 5
cedere rati Romanos, porta erumpunt: et, quantum inter castra sua et hostium aciem relictum erat loci, armatis complent. Dum trepidant acie instruenda, 6
consul, jam paratis ordinatisque omnibus, incompositos adgreditur. equites primos ab utroque cornu in pugnam educit, sed in dextro extemplo pulsi, cedentesque trepidi etiam pediti terrorem intulere. Quod ubi vidit consul, duas cohortes dele- 7
ctas ab dextro latere hostium circumduci jubet, et

§. 5. *Inter castra sua et hostium aciem*] *et aciem hostium* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante *redire rati Romanos*, pro *cedere*, Lov. 1. et 6. Tum *portas erumpunt* Lov. 5. et ed. Camp. *et porta rumpunt* Lov. 6.

§. 6. *Equites primos ab utroque cornu in pugnam educit*] *equites primo* Lov. 3. Harl. et Gaertn. Frustra. Supra 1, 45, 6. *Ut prima apta dies sacrificio visa est.* ubi v. Gronov. 4, 18, 7. *Primos equites clamore sublato in hostem emisit.* c. 20, 3. *Prope Romuli spolia, quae, prima opima adpellata, sola ea tempestate erant.* ubi v. iterum Gronov. 29, 21, 4. *Primam religionis curam habuere.* 31, 29, 2. *Primi Macedones auditi sunt.* 32, 10, 7. *Thessalos primos omnium nominavit consul.* 36, 9, 10. *In eventu ejus urbis positum esse, quam primam adgressus esset.* 44, 19, 6. *Primi Alexandrini legati ab Ptolemaeo et Cleopatra regibus vocati sunt.* V. Jac. Gronov. ad 30, 33, 4. et quae notavi ad 6, 11, 7. 34, 39, 7. 39, 38, 12. et ad Silii 2, 235. Deinde, se *induxit* in cod. suo reperisse, Moguntini monuerunt; quomodo fere cap. seq. *Eo secundae legionis principes hastatosque inducit.* ubi vide. Ejus tamen loco Aldus edidit *eduxit*: id autem editores reliqui probarunt, donec Gronov. revocaret *educit*, quod servant codd. mei.

§. 7. *Duas cohortes delectas ab dextro latere hostium circumduci jubet*] Illud *ab dextero latere hostium* male quidem tinnit, intelligitur tamen. Nam circum latus hostium dextrum duae hae missae cohortes venerunt ad tergum sinistri cornu hostium, qui premebant dextrum Romanorum cornu. GLAR. *cohortes dejectas* Lov. 1. 3. et 6. V. ad 5, 21, 10. *cohortes disjectas* Voss. Vox *delectas* deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Paullo ante alio ordine *consul vidit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. [Bamb.]

Et ab tergo se ostendere] Pall. uterque cum prisca ed. *et ab tergo eos tendere.* GEBH. Praestantissimam opem Livio hic tulit eod. Mog. ex quo eam, quae nunc exstat, lectionem Aldus re-

Digitized by Google

ab tergo se ostendere, priusquam concurrerent pe-
8 ditum acies. is terror objectus hosti rem, metu Romanorum equitum inclinatam, aequavit. tamen adeo turbati erant dexterae alae equites peditesque, ut quosdam consul manu ipse reprehenderit, et adver-
9 sos in hostem verterit. ita, et quamdiu missilibus

cepit. *eos cedere* legunt Lov. 2. et Harl. *eos tendere* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. uterque, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *ad eos tendere* Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, aliaeque usque ad Aldum, quae tamen lectio in nullo cod. invenitur.

§. 8. *Is terror objectus hosti*] *abjectus* Lov. 1. et Mead. 1. sollemni scribarum errore. Illis, quae notavi ad 6, 14, 12. adde 36, 18, 6. et Cel. Burm. ad Suet. Ner. 34. *adjectus* Voss. Lov. 3. 6. et Mead. 2. quomodo etiam lapsi sunt librarii 10, 13, 3. V. ad 37, 27, 5. Mox *Romanorum militum*, pro *equitum*, Voss. V. ad 38, 13, 3. Deinde τὸ *aequavit* deest in contextu Lov. 6. cujus loco margini adscribebatur *parem fecit*.

Tamen adeo turbati erant dexterae alae equites peditesque] *tum adeo* Lov. 3. et Harl. V. ad 22, 17, 5. Hinc *conturbati erant* Voss. *turbatae erant dexterae alae* Mead. 2. Deinde *pedites equites* Gaertn. *pedites equitesque* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] V. infra ad c. 26, 2.

Reprehenderit, et adversos in hostem verterit] Pal. pr. et ant. ed. *verteritque in hostem*. Pal. posterior, *ut quosdam consul reprehenderit, verteritque in hostem, et quamdiu missilibus pugnatum sit*. GEBH. Si toleremus, tamen erit scribendum *aversos*, id est, qui aversi ab hoste erant, et fugam quaerebant. Sed admissum est ex Moguntino. Priores et nobis visi scripti, *ut quosdam consul manu ipse reprehenderit*, *verteritque in hostem*. J. FR. GRON. *verteritque in hostem* etiam omnes mei, Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victorin. Nihilominus codicis Mog. lectionem, quam Aldus primus recepit, probo; ita tamen, ut cum Gronov. pro *adversos*, legam *aversos*; qui error innumeris locis in Mssis obcurrit. V. ad 2, 31, 6. [*reprenderit verteritque in hostem*. Bamb.] Mox etiam deest τὸ *ita* in omnibus scriptis meis, editisque ante Aldum; qui hanc etiam voculam ex Mog. membranis recepit, sine qua oratio non recte cohaeret. Excidit autem ex aliis ob ultimas literas vocis praecedentis.

§. 9. *Aegre Romanus resistebat*] Quidam *Romanis* emendarunt, quod, nescio, ut placeat propter sequentia proxime verba. Sed sic etiam *resistebatur* emendandum, ut sit sensus, a sinistro cornu hostium aegre Romanis resistebatur, quod et a fronte barbari urgerentur, et instantes cohortes pavidi respicerent. Quamquam clarior erit sensus, meo quidem judicio, si *a sinistro cornu Romano* nova incipiatur sententia, et cohortes Romanas intelligamus, quas Cato emiserat in terrorem sinistri cornu hostium, ab dextero tamen

Digitized by Google

pugnatum est, anceps pugna erat: et jam ab dextra parte, unde terror et fuga coeperat, aegre Romanus restabat. Ab sinistro cornu et ab fronte urguebantur barbari, et cohortes ab tergo instantes pavidi respiciebant. Ut, emissis soliferreis falaricisque, gladios strinxerunt, tum velut redintegrata

eorundem latere ductas. GLAR. Legendum ex libris omnibus *restabat*. GEBH. Andreae *restabant*. In Tarvis. jam mutatum est. Voss. et alii scripti *restabat*: quod alibi quoque Livio restituimus. J. FR. GRON. *resistebat* in uno est Lov. 6. a m. 2. Editionum vero ante Tarvisinas exhibuit Mediol. anni 1480. *instabat* Lov. 1. *restabat* reliqui mei omnes, et Hearnii L. 1. ac N. V. ad cap. seq. §. 6. Paullo ante *ad dextra parte* Mead. 1. *ab dextra parte* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et edd. nisi quod quaedam earum habeant *ab dextera parte*. Gruterus demum *a dextra parte* dedit sine caussa, et invitis scriptis. Mox §. seq. *Ab sinistro cornu*, pro *A sinistro*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1. Perperam etiam *pavidae* edd. Ven. anni 1498. Mediol. anni 1505. et Mog. pro quo Aldus ex cod. Mog. restituit *pavidi*, ut exhibent omnes priores typis excusi, omnesque calamo exarati. [*et a fronte*, et *cohortes tergo instantes* Bamb.]

§. 11. *Et emissis soliferreis falaricisque*] Quidam pro *Et* legunt *Ut*. Ego pro *emissis* legendum puto *omissis*. *Soliferreum* autem teli genus, totum ferreum. *Phalarica* autem quid sit, ipse Livius 21, [8, 10.] in oppugnatione Sagunti elegantissime describit, et Veget. 4, 18. Quanquam hic magis quadrat ea significatio, qua hoc verbo utitur Virgil. 9. Aen. [705.] ubi Turnus Bitiam sternit, ab altera haud dubie deducta: poterant enim multi generis esse. GLAR. *Soliferreum* genus teli fuit, totum ferreum et solidum, hoc est, sine hastili ullo, et quasi totum ferreum dixeris; nam, *solum* totum et solidum significare, palam est. *Falarica* autem erat, ut idem et Livius interpretatur 21, [8, 10.] missile telum, hastili oblongo, et caetera tereti, praeterquam ad extremum, unde ferrum exstabat. id sicut in pilo quadratum stupa circumligabatur, linebantque pice, ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis corpus transfigere posset. sed id maxime, si haesisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod, quum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omittere cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus praebebat. De hujusmodi telo Virgil. 9. Aen. [705.] de Turno falaricam jaculante ait:

Sed magnum stridens contra falarica venit,
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis et auro
Sustinuit, collapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitum, et clipeum superintonat ingens.

De falarica autem plura ibidem

Digitized by Google

est pugna. non caecis ictibus procul ex improviso vulnerabantur: sed, pede conlato, tota in virtute ac viribus spes erat.

1 XV. Fessos jam suos consul, ex secunda acie subsidiariis cohortibus in pugnam inductis, accen-
2 dit. nova acies facta. integri recentibus telis fatigatos adorti hostes primum acri inpetu, velut cuneo,

Servius, et Vegetius 4. de Re milit. [18.] A falarica forte genus illud hastilis, quod nobiles nostrates ab equorum ephippiis inter equitandum pendens gestare apertum solent, et vulgo *Falarina* vocatur, dictum est. MARC. DONAT. *Ut emissis* recte Aldus ex cod. Mog. recepit, cui praeter unum Lov. 5. omnes Msti mei concinunt. V. ad 21, 28, 8. [*soliferis* Bamb.] (v. Fest. v. *Sollus.*)

Tum velut redintegrata est pugna] Sic quoque 24, 15, 6. sed ibi post *pugna* est copula. Nihil quidem moveo; sed vellem libri essent, in quibus desideraretur *est*. DUK.

Non caecis ictibus] Ant. ed. *non gesis ictibus*. Pall. *non caesim ictibus*. GEBH. *cesis ictibus* Voss. Lov. 1. 3. 5. et Gaertn. *caesim* Lov. 2. 4. 6. *caecim* Harl. et Mead. 2. *gesis*, *gessis*, *gessi*, *gesi*, *caesi* edd. priores. *caecis ictibus* primum adparuit in Frob. anni 1531. Infra c. 39, 6. *Ut non modo ad caecos ictus, sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum, loci quidquam esset. caecus ictus* hic est temere, casu, non destinato consilio inflictus; quo sensu fere hanc vocem inlustravi ad 9, 5, 7. at *caecus ictus*, quem infert latens aliquis, est apud Silium 9, 105.

Auctorem caeci trepidus circumspicit ictus.

§. 2. *Velut cuneo, perculerunt*] *precluserunt* Gaertn. *proculserunt* Lov. 2. *perculserunt* Lov. 4. et 6. *percusserunt* Voss. Lov. 1. Harl. et Mead. ambo, sollemni scribarum errore. V. ad 1, 27, 10. c. 47, 8. 2, 9, 5. c. 20, 4. 3, 8, 9. c. 14, 2. c. 19, 3. 4, 31, 9. 7, 10, 10. c. 23, 6. 8, 11, 9. 9, 22, 7. c. 44, 13. 30, 29, 4. et Duker. ad Flori 3, 16, 3. Mox *averterunt*, pro *averterunt*, Voss. et Lov. 1. ac 6. V. ad 10, 12, 4.

Effusoque per agros cursu castra repetebantur] Libri omnes *effuso per agros cursu repetebantur*. GEBH. *effusi per agros cursu repetebantur* Harl. *effusoque per agros cursu repetebantur* Mead. 1. et Gaertn. *effuso per agros cursu raptabantur* Lov. 2. et 6. *effuso per agros cursu repetebantur* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. pr. pro quo Ascens. anno 1513. dedit *effuso per agros cursu castra repetebantur*. [ut est in Bamb.] Froben. tandem anno 1531. id, quod nunc vulgo exstat. Aliquid latere videtur.

§. 3. *Quae in subsidio posita erat*] Cusus Moguntiae liber, *quae in praesidio posita erat*. sed aeque bene. MOD. *in praesidio* Lov. 5. et edd. principes; pro quo Aldus ex Mog. cod. *in subsidio*; quod recte recentiores servarunt: non aliter enim omnes mei reliqui Msti. *subsidium*

Digitized by Google

perculerunt: deinde dissipatos in fugam averterunt: effusoque per agros cursu, castra repetebantur. Ubi 3
omnia fuga completa vidit Cato, ipse ad secundam legionem, quae in subsidio posita erat, equo revehitur: et signa prae se ferri, plenoque gradu ad castra hostium oppugnanda succedere jubet. si quis 4
extra ordinem avidius procurrit, et ipse interequi-

autem numero singulari hoc sensu in usu esse, docet Cortius ad Sall. Catil. 59, 2. Paullo ante *omnia fuga repleta* Harl.

Equo revehitur] Omisso *equo*, libri omnes *posita erat, revehitur*. GEBH. Priorem vocem, qua carent omnes scripti mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes, Aldus ex cod. Mog. adsumsit. Potest illa etiam omitti. Ita 2, 47, 6. *Consul revectus in castra hostibus viam clauserat*. 3, 70, 6. *Conficerent equos virosque, ne quis reveheretur inde ad proelium*. Potest etiam addi. Nam revehimur non tantum equo, sed et curru. *citato equo revehi* inlustravi ad 7, 41, 3. Similiter *equo advectus*. V. ad 2, 47, 3. et 10, 42, 3. Mox *planoque gradu* Lev. 6. inter versus. Male. V. ad 4, 32, 10. Ubi etiam *planus* et *plenus* commutari a librariis docui. Adde Cel. Burm. ad Suet. Caes. 52.

§. 4. *Extra ordinem avidius procurrit*] *avidus* Voss. et edd. nonnullae ex antiquis. Sed Aldus ex membranis Mog. dedit *avidius*. Et recte. Id enim non tantum probat consensus reliquorum codd. sed et edd. Campani, Rom. anni 1472. et Parm.

Et ipse inter equites sparo percutit] Lege *interequitans*. GELEN. Servius in 11. Aeneïd. [682.] ad hoc Virgilii carmen: *Agrestisque manus armat sparus. Bene agrestis, inquit: Nam sparus est rusticum telum in modum pedi recurvum. Sallustius in Catil.* [56.] *Sparos, aut lanceas, alii praeacutas sudes portare*. Haec Servius. Nomen adhuc manet in Celtica lingua, qua etiamnum Helvetii utuntur. Quod ideo admonemus, quod quidam in hunc locum ita scripsit. „Sparum genus est lini in „Italia frequentis, cujus caule, „sicut vitibus, caedebantur mi„lites liberi." quasi idem sit *sparum*, ac *sparus*. GLAR. Hastile genus fuisse *sparum*, quo rustici armarentur, colligimus ex Virgilio, scribente 11. Aen. 682. *Agrestisque manus armat sparus*. Ubi Servius inquit: *Sparus est rusticum telum, in modum pedi recurvum*: cujus tamen sententiam minus veram ostendunt, quae de Epaminunda scribuntur, quem sparo eminus transfixum scribit Aemilius Probus, sive is sit Cornelius Nepos in illius vita [c. 9.] haec etiam addens: *At Epaminundas, quum animadverteret, mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim amissurum, eousque retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Boeotios. Id postquam audivit, satis, inquit, vixi, invictus enim morior. Tum ferro extracto confestim exanimatus*

Digitized by Google

tans sparo percutit, et tribunos centurionesque ca-
5 stigare jubet. Jam castra hostium obpugnabantur: saxisque, et sudibus, et omni genere telorum submovebantur a vallo Romani. ubi recens admota legio est, tum et obpugnantibus animus crevit, et

est. Ita et Diodorus [15, 503.] illum, nisi spiculo extracto, quo transfixus fuerat, animam efflasse scribit, quod et Pausan. in Arcad. [11.] et Cic. in Epist. famil. elaboratissima illa ad L. Lucceium Q. F. [5, 12.] et 2. de Finib. [30.] Aelian. 12. Var. hist. [3.] et Valer. Max. 3, 2. clare testatum reliquere. Si itaque sparo eminus transfixus Epaminundas, non utique sparus telum in modum pedi recurvum. Illud sane ab omnibus receptum lego, *sparum* seu *sparus* (nam utrumque observamus) armorum speciem vilem et ignobilem fuisse; quod ex jam dictis percipi potest. nec non ex modo dicendis. Festus tradit *spara* fuisse *minimi generis jacula.* et Lucilius ait:

Tum spara, tum rumices, portantur tragula porro.

Sallustius in Catil. non longe ab extrema parte [c. 56.] *Sed ex omnibus copiis circiter quarta pars militaribus armis instructa, caeteri, ut quosque casus armaverat, sparos, aut lanceas, alii praeacutas sudes portabant.* Mirum itaque videtur, Catonem, consulem et insignis exercitus imperatorem, in pugna armatum sparo, ignobili jaculo, exstitisse. Dicendum arbitror, Catonem, severissimum ducem, ac fastus contemptorem, quod ejusdem mores semper demonstraverunt, in ambitionis contemptum sparum, vile armorum genus, portare voluisse, ut suis militibus offenderet, in animi virtute et corporis robore, non armorum specie, victoriae spem constituendam esse. MARC. DONAT. *Tφ interequitare* Livius etiam supra utitur 6, 7, 3. *Ante signa obversus in aciem, ordines interequitans.* et infra 35, 5, 10. *Interequitantes alarii non patiebantur.* Omnes tamen scripti, quos adhibui, *inter equites.* Ceterum vir doctus. qui sparum genus lini interpretatur, quemque Glareanus recte eo nomine carpit, Ascensius est, quem v. in Explan. vocum Livianarum. De sparo teli specie vide, quae notavi ad Silii 3, 388. et Cortium ad Sall. Catil. 56. Pro *sparo* autem *spata* est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. 1. Gaertn. et margine Harl. errore librariorum, qui pro voce minus cognita substituerunt notius suo seculo vocabulum, quo tum gladium indicabant, ut docuit Du Cange in Glossar. med. Latin. ea voce. Sparum vero medio aevo *sparonem* vocatum esse, idem Du Cange monuit.

§. 5. *Jam castra hostium obpugnabantur*] Pall. *Jam castra oppugnantur*, excluso τφ *hostium.* GEBH. *In castra oppugnantur* Lov. 1. *Inde castra oppugnantur* Voss. et Lov. 6. *Jam castra oppugnantur* Lov. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *Jam castra oppugnabantur* Lov. 2. 5. Mead. 1. et edd. principes. *Tà hostium* Aldus ex Mog. cod. admisit. Poterat quidem ea vox abesse; nemo enim sua castra obpugnat: sed tamen cedendum puto auctoritati optimi codicis.

Digitized by Google

infensius hostes pro vallo pugnabant. Consul omnia 6
oculis perlustrat, ut, qua minima vi restatur, ea
parte inrumpat. ad sinistram portam infrequentes
videt: eo secundae legionis principes hastatosque
inducit. Non sustinuit inpetum eorum statio, quae 7

Ita 30, 3, 11. *Haec relata Scipioni spem fecerant castra hostium per occasionem incendendi.* 31, 38, 2. *Consulem quum equitatum hostium levemque armaturam fudisset, protinus ad castra hostium ducere debuisse.* Mox τὰ *a vallo* absunt ab Harl. [*summovebant* Bamb.]

Infensius hostes pro vallo pugnabant] Non facile quisquam, nisi infenso animo, in hostem pugnat, aut ei repugnat. Forte *impensius.* 1, 40, 2. *Tum impensius his indignitas crescere.* 4, 46, 2. *Certamina multo impensius in castris accendi.* DUK. Cl. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecerat *intentius*, adjecto loco Livii ex h. lib. c. 29, 10. *Intentiusque ab uno urbs defendebatur.* Vide, quae notantur ad 27, 24, 9. Solent autem *infensus* et *intensus* confundi. V. ad 29, 31, 12. Sed codd. nihil mutant, nisi quod *infensi* sit in Voss. *insensium* in Lov. 1. Vix igitur vulgatum mutare audeo. Ita Sallust. Jug. 57. Metello Zamam undique obpugnante, de Numidis praesidiariis inquit: *Neque ea res Numidas terret: infensi intentique sine tumultu manent.* ubi v. Cortium. Huc pertinet *hostis infensus*, de quo v. ad 4, 10, 3.

§. 6. *Qua minima vi resistitur, ea parte inrumpat*] *quam nimia vi resistebatur* Lov. 1. *nimia vi* etiam Lov. 6. Facili errore *minimus* sive *mintus* et *nimius*, literis tantum transpositis, et neglecta, quae superius adscripta erat, virgula, commutari possunt. V. viros doctos ad Suet. Calig. 47. Exemplum etiam infra est 38, 17, 14. *qua in una vir statur* Voss. *qua minima vi resistatur* eod. Mog. et, ut Hearnius testatur, Oxon. L. 1. et ed. Romana princeps. Id Aldus et reliqui editores probarunt usque ad Gronov. qui *resistitur* revocavit. Mihi vero ex hac librariorum varietate conjectura nata est, Livium scripsisse, *qua minima vi restatur;* quod postea in Harl. Mead. 1. et Gaertn. superesse vidi. Ita cap. praec. *Et jam a dextra parte Romanus aegre restabat.* 4, 58, 4. *Quia summa vi restare nunciabantur.* quibus locis vide, quae notantur. nam et ibi *restare* in *resistere* a librariis mutatum fuerat. Deinde *ea parte triumphat* manifesto errore Voss. nec minori aberratione mox *frequentes*, pro *infrequentes*, idem Voss. prima syllaba *in* ab ultima vocis praecedentis litera *m* elisa. V. ad 5, 27, 6. corruptius *frequens* Lov. 1. Paullo ante *omnia perlustrat*, omissa media voce, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *omnia cum oculis perlustrat* Gaertn.

Eo secundae legionis principes hastatosque inducit] *ea* Lov. 2. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Utrumque commodum sensum habere potest. Aequum igitur est, ut vulgatum, pro quo plures stant codd. probemus. [*eam* Bamb.] Tum *hastatosque ducit* Lov. 2. et Harl. Malc. 1, 37, 8. *Pergit*

portae adposita erat, et ceteri, postquam intra vallum hostes vident, ipsis castris exuti, signa arma-
8 que abjiciunt. caeduntur in portis, suomet ipsi agmine in arto haerentes: secundani terga hostium cae-
9 dunt, ceteri castra diripiunt. Valerius Antias supra qua-

porro in agrum Sabinum exercitum inducere. 27, 13, 11. *Cohortesque, quae signa amisissent, se in primam aciem inducturum.* Supra hoc cap. *Subsidiariis cohortibus in pugnam inductis.*

§. 7. *Statio, quae portae obposita erat*] *apposita erat* Doujat. ex Colbert. scribendum conjicit. Teneo, quae de verbo *obponere* notata sunt ad 23, 29, 4. Verum in omnibus Livii exemplis, in eum locum conlatis, τῷ *obponere* non additur casus tertius, nisi in uno hoc, quod Gronov. laudavit, sed vel *opponere adversus aliquem* Livius dixit, vel per ellipsin casus tertius omittitur, nempe *hosti*, vel simili. Displicet igitur hic *portae obposita*, pro quo Livius 2, 47, 6. 10, 36, 6. et alibi, dixit *ad portam obponere*, scilicet hosti. Potius itaque, Doujatio adsensus, revocavi priorem lectionem *apposita*, quae etiam constanter fuit in omnibus ante Curion. edd. et forte in cod. Mog. ex quo, qui eum excusserunt, nihil notarunt. Certe *adposita erat* tuentur etiam Voss. Lov. 1. 5. 6. et Harl. [*opposita* Bamb.] Vox *portae* non adparet in Lov. 1. quam reliqui omnes retinent. Mox *hostem vident* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn.

Ipsi castris exuti] Lege *ipsis castris exuti*, non *ipsi*. GELEN. *ipsi* omnes nostri, solo excepto Gaertn. qui ejus loco praefert *nisi*. Insuper *castris exustis* Lov. 1. [*ipsi exsutis*, omisso *castris*, Bamb. qui §. 8. *ceteri castra diripiunt* omittit.]

§. 9. *Supra quadraginta millia hostium caesa eo die*] *Τετρακισμυρίους* tantum in exercitu Hispanorum fuisse, scribit Appian. [p. 276.] J. FR. GRON. *eodem die* Lov. 1. 3. et Voss. V. ad 10, 10, 6.

Haud sane detrectator laudum suarum] Ut Ovidius [13. Met. 270.] *neque enim benefacta maligne Detrectare meum est.* MSS. vero apud Livium retinent *detractor*. Sic Tullius 4. Acad. 5. *Socrates de se ipse detrahens.* Et alibi non semel, ut vix ausim hoc rejicere. JAC. GRON. *dictator laudum suarum* Gaertn. *detrector laudum suarum* Lov. 1. et 6. *detractor laudum suarum* Lovel. 2. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. quod Jac. Gronov. non displicuit. Et ita ex Tacito dudum lexica laudarunt 11. Ann. 11. *Ipse haud quaquam sui detractor.* At recte Cel. Burm. ad Ovid. 5. Met. 246. *detractor* in Mstis pro *detractator* scriptum esse existimat, eamque orthographiam Brockhusium ad Prop. ac Tibull. probasse docet. Certe *detractator* superest in Voss. Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *obtrector* autem, pro *obtrectator*, pari errore in cod. Salmas. sive Memm. viri docti invenerunt apud Suet. in Caes. 45. Prae-

Digitized by Google

quadraginta millia hostium caesa eo die scribit. Cato ipse, haud sane detractator laudum suarum, multos caesos ait; numerum non adscribit.

XVI. Tria eo die laudabilia fecisse putatur. unum, quod, circumducto exercitu, procul navibus suis castrisque, ubi spem nisi in virtute haberent,

terea innumeris locis codices Liviani *detractare*, pro *detrectare*, scriptum exhibent. Exempli caussa v. ad 3, 43, 3. c. 45, 16. 3, 38, 12. c. 60, 6. c. 69, 2, 4, 18, 3. c. 53, 7. 5, 19, 5. 7, 11, 5. c. 28, 4. Omnia enim enumerare, longum foret. V. Cel. Burm. ad Nas. 13. Met. 270. ad Calp. Ecl. 3, 47. ad Seren. Samon. vers. 481. ad Suet. Caes. 54. Duker. ad Flori 1, 22, 2. Cortium ad Sall. Jug. 53. et Oudend. ad Front. 1, 1, 9. Ita aeque scripsere *retractare*, ac *retrectare*. V. ad 3, 49, 2. *attractare* atque *attrectare*. V. ad 5, 22, 5. quod et in nonnullis scriptis Virg. 2. Aen. 719. obvium esse, viri docti docuerunt.

Numerum non scribit] Vet. lib. *non adscribit*. SIG. Pall. consentiunt Sigonii libris, exhibentes *non adscribit*. GEBH. Consentiunt insuper Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *non adscripsit* est in Lov. 6. *non describit* in Gaertn.

§. 1. *Tria eo die laudabilia fecisse notatur*] Haec et sequentia usque ad illa, *Nihil deinde a victoria cessatum*, absunt et desunt in editione Moguntinensi. desunt, inquam, ut disertim apparet ex Longobardico cod. in quo sine ulla litura aut variatione, ita ut nobis hic expressa sunt, leguntur. MOD. Haec omnia, usque ad illa verba *Nihil deinde a victoria* desiderantur in Pall. utroque, et ed. antiqua, a Modio ex antiquo cod. Moguntino Longobardicis literis conscripto reducta. GEBH. Immo omnia illa, quae in nullo meo cod. ut nec in Hearnii L. 1. [nec in Bamb.] supersunt, jam Aldus ex auctoritate Msti Mog. recepit, ex quo reliqui editores omnes servarunt.

Ubi spem nisi in virtute haberent] Sic apud Ciceronem in scriptis notarunt Victorius, Turnebus, Gruterus, 1. de Legib. 20. *Hic nisi quod honestum esset, putarit bonum*. Addit Turnebus Columellam 7, 3. *Quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima (quae non comprehendantur hieme) novaque progenie repleatur numerus*. Inclino tamen eo, ut his omnibus locis excidisse negandi particulam suspicer: nisi forte Cicero scripserit *negavit*. Freinshemius Florum quoque sic locutum tradit 1, 12. *Adactus miles sua sponte jurejurando, nisi capta urbe remearet*. Ita enim Nazar. Sed aliae membranae, quarum partem ipsi vidimus, *nisi capta urbe non remeare*. Quibus omnino subscribimus. At similiter, inquit ille, Livius in re non absimili 10, 38, 10. *Jurare cogebatur diro quodam carmine in exsecrationem capitis familiaeque composita, nisi isset in proelium*. Hic *jurare cogebatur, nisi isset in proelium*, quantum distat, ait, a phrasi Floriana? Immo Livii verba ab ea, quam ille Flori formulam putavit, distant

Digitized by Google

2 inter medios hostes proelium commisit: alterum, quod cohortes ab tergo hostibus objecit; tertium, quod secundam legionem, ceteris omnibus effusis ad sequendos hostes, pleno gradu sub signis compositam instructamque subire ad portam castrorum
3 jussit. Nihil deinde a victoria cessatum. quum, receptui signo dato, suos spoliis onustos in castra reduxisset, paucis horis noctis ad quietem datis, ad
4 praedandum in agros duxit. Effusius, ut sparsis hostibus fuga, praedati sunt. quae res non minus, quam pugna pridie adversa, Emporitanos Hispanos
5 adcolasque eorum in deditionem compulit. multi et

plurimum? Non enim tantum Livius *jurare nisi*, sed *jurare composito carmine in exsecrationem*, *nisi*. Quod est jurare et dira imprecari in caput suum familiaeque, nisi isset. Plinium quid scripsisse velit pari ratione ὁ πάνυ, video, et poni pro sanctione, Pliniana locutio *nisi* pro *non nisi*: cur vel hoc, vel illud credam, nihil video. In Floro certe hanc locutionem idem non agnovit, apud quem fecit: *ne nisi capta urbe remearet*. J. FR. GRON. Sententia Gronovii, suspicantis omnibus locis veterum, quibus *nisi* poni videtur pro *non nisi*, particulam negandi excidisse, (de qua etiam vide, quae notavit ad Plinii 34. Hist. Nat. 14.) nondum omnibus viris doctis placere potuit, quod eamdem justo audaciorem putarent. De ea amplius cogitandum existimabat Cl. Duker. ad Flori 1, 12, 8. cujus judicium laudavit Cortius ad Sall. Jug. 54, 5. ubi ex Mstis emendabat: *Bellum renovari, quod, nisi ex illius lubidine, geri posset*. pro *non posset*. Eamdem etiam calculo suo non probavit Cel. Burm. apud Ovid. scribendum conjiciens 2. Art. Am. 693.

Haec bona non primae tribuit natura juventae,
Quae, nisi post septem lustra, venire solet.

ubi vulgo editur *Quae cito*, quod ferri nequit. Similiter Gronovii sententiam subrueret lectio, quae in multis codd. et edd. antt. exstat apud Liv. 26, 21, 4. *quod, nisi manente in provincia bello, decerneretur*, ubi vulgo editur *non decerneretur*. Eam tamen pro vera obtrudere non audeo. V. etiam ad 37, 5, 2.

§. 3. *Suos spoliis onustos in castra reduxisset*] Longobardicus cod. *milites spoliis onustos*. MOD. Omnes nostri vulgatum tuentur, nisi quod perperam *suis* sit in Lov. 1. [et in Bamb.] Lectionem itaque Mog. codicis ex interpretis glossa natam puto. Eo sensu *suus* usurpari, vidimus ad 4, 9, 5. Ita 24, 34, 9. *Ut sui vulnere intacti tela in hostes ingererent*.

Digitized by Google

aliarum civitatium, qui Emporias perfugerant, dediderunt se. quos omnes, adpellatos benigne, vinoque et cibo curatos, domos dimisit. Confestim inde 6
castra movit: et, quacumque incedebat agmen, legati dedentium civitates suas obcurrebant. et quum Tarraconem venit, jam omnis cis Iberum Hispania perdomita erat, captivique et Romani, et sociùm 7
ac Latini nominis, variis casibus in Hispania obpressi, donum consuli a barbaris reducebantur. Fama deinde vulgatur, consulem in Turdetaniam 8
exercitum ducturum, et ad devios montanos profecturum etiam falso perlatum est. Ad hunc vanum 9

§. 4. *Emporitanos Hispanos adcolasque eorum*] Vox *Hispanos* exsulat a Lov. 3. Male. Emporiae enim duo erant oppida, muro divisa; quorum unum Graeci, alterum Hispani habebant. Emporitani autem Graeci jam olim sub umbra Romanae amicitiae latebant. V. supra c. 9. Sed Emporitani Hispani nunc demum post victoriam Catonis in deditionem compulsi sunt. *Τὸ eorum* non adparet etiam in Gaertn.

§. 5. *Multi et aliarum civitatum*] *civitatium* Mog. quod recepi. V. ad 33, 20, 11. Mox *fugerant* Harl. *effugerant* Lov. 1. 6. et Voss. *perfugerunt* Lov. 3. et Gaertn.

Adpellatos benigne, domos dimisit] Vetus lectio plus habet *appellatos benigne, vinoque et cibo curatos*. GELEN. *vinoque et cibo curatos, domos dimisit* membranae Mog. quoque praeferunt, nisi quod *remisit*, pro *dimisit*, habent. MOD. Nulli meorum codd. ut nec Hearnii L. 1. [nec Bamb.] voces, quas Gelenius et Modius ex Mog. addiderunt, probant; et tamen eas genuinas esse existimo. De verbo *curare* v. ad 21, 54, 2. Omnes etiam iidem servant *dimisit*. Parum interest, utrum praeferatur: magis tamen placet vulgatum.

§. 7. *Domum consulis a barbaris reducebantur*] Vetus lectio *donum consuli*, non *domum consulis*. GELEN. Multi etiam meorum *donum consulis*, vel *donum consuli*. Solent voces *donum* et *domum* in Mstis stupore scribarum confundi. V. ad 5, 20, 8. [*in Hispania*, et mox *a*, omittit Bamb.]

§. 8. *Et ad devios montanos profecturum etiam falso perlatum est*] Lov. 2. et Mead. 1. ignorant vocem *montanos*; eorum prior insuper *τὸ etiam*. Sine dubio locus est corruptus. Cl. Crevier. conjicit *et ad devios montanos etiam falso perlata est*. Paullo ante *consulem* deerat in Lov. 2. *ducturum* in Lov. 1.

§. 9. *Bergistanorum civitates septem et aliquot castella*] Gravius erratum, quod legi debet

Digitized by Google

et sine auctore ullo rumorem, Bergiſtanorum civitatis septem caſtella defecerunt. eos, deducto exercitu, consul sine memorando proelio in poteſta-
10 tem redegit. Haud ita multo poſt iidem, regreſſo Tarraconem consule, priusquam inde quoquam pro-

Bergistanorum civitatis aliquot castella. GELEN. *Bergistani* qui sint, non memini me legere. *Bergidium* oppidum bis ponit Ptolemaeus; semel in citeriore Hispania [2, 6.] Sed lector videat, ut hic quadret. Sane apud hunc authorem, quod saepe nunc teſtati sumus, locorum nomina, praecipue Hispaniae, pleraeque corrupta videntur. Quamquam fieri potuit, ut, tot elapsis seculis, multa fuerint mutata nomina, ut paulo poſt de *Segestia* quoque suspicor. Vix Turdetani atque Celtiberi noti, nec tamen illi quidem satis apud poſteriores definiti ad antiquam descriptionem. tantum abeſt, ut ubi Seguntia, cujus paullo poſt mentionem faciet, olim fuerit, certo demonſtrare queamus. GLAR. Palat. et antiqua ed. *Bergistanorum civitates septem et aliquot castella defecerunt.* GEBH. Sic [*Bergistanorum civitatis septem castella*] Gelenius e Moguntiaco. Edebatur *civitates septem et aliquot castella.* Barber. *civitates et septem castella.* Buslid. *civitas et septem castella.* Sed, ut eruditior, ita verior Mog. scriptura: mutationum caussa, quod non intelligerent *Bergistanorum civitatem* dici, non pro una urbe, sed pro Bergiſtanis, pro ipsa gente. Ut Caesari *civitas Helvetiorum* pro Helvetiis, *civitas Aeduorum* pro Aeduis. Juſtin. 41, [8.] de Arsace Parthis jam potito, *Non magno deinde post tempore, Hyrcanorum quoque regiam occupavit, atque ita duarum civitatium imperio praeditus.* J. FR. GRON. Lectionem, quae ante Gelenium recepta erat, in uno tantum Lov. 5. qui ubique cum editis facere solet, inveni. *Bergistanorum civitates septem et castella* servant Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. neque inde differt Voſſ. nisi quod *Borgistanorum* legat. *Bergitanorum civitates septem castella* Lov. 2. *Bergistanorum civitas septem castella* Lov. 1. *Bergistanorum civitatis septem et castella* Mead. 1. Sed recte Gronov. scripturam Moguntini probavit. De illa vocis *civitas* significatione v. ad Epit. Liv. 65. *Bergistani*, qui non alibi, quam hoc loco et cap. seq. memorantur, paſſim *Bergitani* vocantur a Petr. de Marca in Marc. Hisp. 2, 23. quomodo id nomen in uno meorum scriptum eſſe dixi. At cap. seq. codd. quidam *Bergustani*, unus etiam *Bergitrani* exhibent.

Eos, deducto exercitu, consul sine memorando proelio in potestatem redegit] Manuscriptus, *eo deducto exercitu, consul sine memorando proelio in potestatem redigit.* Cusus vero Moguntiae Livius, *eos, deducto exercitu, compulsos ne memorando proelio in potestatem redegit.* MOD. Lego *educto.* J. FR. GRON. Lectio, quam Modius ex ed. Mog. adfert, visitur etiam in omnibus excusis eadem antiquioribus, nisi quod Camp. vulgarit *nec memorando.* Eam autem, quae nunc vulgo exſtat, Aldus ex veſtigiis MSti Mog. formavit. *eo deducto*

Digitized by Google

cederet, defecerunt. Iterum subacti: sed non eadem venia victis fuit. sub corona veniere omnes, ne saepius pacem sollicitarent.

XVII. Interim P. Manlius praetor, exercitu vetere a Q. Minucio, cui successerat, accepto, adjuncto 1

exercitu legit Voss. membranis Mog. consentiens; quorum librarii ita dedisse videri possunt vel eodem errore, quem indicavi ad 6, 3, 8. vel quia *eos* praecedenti *septem castella* non recte subjungi posse credebant. Verum per *septem* illa *castella*, quae defecerunt, intelliguntur eorum incolae, quorum ratione Livius dixit *eos*, non *ea*, quemadmodum etiam mox §. seq. *iidem defecerunt*, et *iterum subacti*, et *veniere omnes*. V. alia ad 8, 11, 12. Neque multum ab hac locutione differt *auxilia irati*, de quo v. ad 29, 12, 4. De locutione *educere exercitum*, nempe ex urbe Tarraeone et regione, quo Catonem venisse modo dixit, v. ad 3, 62, 5. Sed necesse non est, ut *educto* cum Gronov. vel *inducto* cum Crevier. scribamus, si ad *deducto* intelligamus in regionem, ubi sita erant septem, quae defecerant, castella. Quin et optimi cod. Mog. lectio *eo deducto exercitu* servari potest. *eo* nempe in regionem Bergistanorum: et ita ad vocem *redegit* ex praecedenti repetendum erit *septem castella*. Deinde *compulsos nec memorando proelio* Lov. 5. *compulsos ne memorando proelio* Lov. 2. et Gaertn. *compulsos ne memorando quidem proelio* Harl. *compulsos memorando periculo* Lovel. 3. *compulsos ne memorando periculo* Voss. Lov. 4. 6. et Mead. ambo, quorum ultimus *proelio* in margine ostentat. *consul ne memorando periculo* Lov. 1. Sed *proelium* et *periculum* alibi a librariis commutantur. V. ad 37, 30, 7. Tandem *in potestatem redigit* etiam Lov. 5. et 6.

§. 10. *Haud ita multo post iidem*] *eodem* Lov. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *Haud ita multo post cedem* Lov. 1. 6. et Voss. τὸ *iidem* exsulat ab Harl. Mox *inde quoquam procederet* Aldus ex Mog. recepit: et ita non tantum legunt edd. Camp. et Rom. anni 1472. sed etiam omnes codd. mei, nisi quod media vox non compareat in Lov. 3. quemadmodum nec postea *omnes* in Lovel. 2.

§. 1. *Adjuncto et a P. Claudio Nerone* etc. *exercitu*] Legendum *Ap. Claudii Neronis*, non *a P. Claudio*. GELEN. *et a proconsule Claudio Nenoris* Voss. *et a proconsule Claudio Nerone* Lov. 2. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn. *et a praetore Claudii Neronis* Mead. 2. *adjuncto proconsule Claudio Nerone* Lov. 1. *adjuncto proconsule Nerone Claudio* Lov. 6. *adjuncto et a P. Claudio Nerone* Lov. 5. *adjuncto et Ap. Claudio Nerone* Harl. Paullo ante *Interim proconsul Manlius populi Romani* Voss. Lov. sex, et Gaertn. *Interim proconsul populi Romani* Mead. 1. *Interim C. Manilius praetor* Harl. Deinde *vetere quone Minucio* Mead. 1. *vetere quove Minucio* Lov. 4. et Gaertn. *vetere quoque emito* Voss. *vetere quoque Minucio* Lov. 1. *vetere quoque a Minucio* Harl. *vetere Q. Minucio* Lov. 3.

Digitized by Google

et Ap. Claudii Neronis ex ulteriore Hispania vetere
2 item exercitu, in Turdetaniam proficiscitur. Omnium Hispanorum maxime inbelles habentur Turdetani. freti tamen multitudine sua obviam ierunt
3 agmini Romano. Eques inmissus turbavit extemplo aciem eorum. pedestre proelium nullius ferme certaminis fuit. milites veteres, periti hostium bellique,
4 haud dubiam pugnam fecerunt. Nec tamen ea pugna debellatum est. decem millia Celtiberûm mercede Turduli conducunt, alienisque armis parabant

In Turdetaniam proficiscitur] Loquitur de Catone consule in Turdetaniam movente. Qua de re sic Cato in oratione de consulatu suo, auctore Charisio [2, p. 190.] *Inde pergo porro ire Turtam.* item: *Itaque porro in Turtam proficiscor servatum illos.* Dixit enim *Turtam*, pro *Turdetaniam*, siquidem *Turdetani*, *Turduli*, et *Turti* etiam appellati sunt, auctore Stephano, qui ita scribit: *Τουρδιτανία Χώρα τῆς Ἰβηρίας. οἱ οἰκοῦντες Τουρδιτανοί, καὶ Τουρδοῦλοι. Ἀρτεμίδωρος δὲ Τουρτυτανίαν ἀυτὴν καλεῖ, καὶ Τούρταως τοὺς οἰκήτορας καὶ Τουρτανούς.* SIGON.

§. 2. *Omnium Hispanorum maxime inbelles habentur Turdetani*] *Hominum Hispanorum* Harl. Mead. 1. et Gaertn. ut *homines prisci Latini* 1, 32, 13. V. ad 23, 31, 11. Potius tamen inter errores scribarum refero, qui passim has voces commutarunt. V. ad 3, 54, 6. Tum *maxime habentur Turdetani inbelles* Gaertn. Mox *contra ierunt agmini Romano* Lov. 3. *obviam iverunt agmini Romano* Lov. 2. et Gaertn. *To obviam* non adparet in Lov. 1.

§. 3. *Turbavit extemplo aciem eorum*] Ita Froben. anno 1535. ex cod. Mog. edidit, consentientibus omnibus Mstis, quibus usus sum. Antea vulgabatur *acies eorum*. Praeterea *turbarat* Voss.

§. 4. *Decem millia Celtiberûm mercede Turduli conducunt*] Vet. lib. *Turdetani conducunt.* ut paulo post [c. 19, 1.] *Difficilius bellum in Turdetania praetori P. Manlio Celteberi mercede exciti ab hostibus faciebant.* SIG. Libri omnes *Turduli*; quod perperam immutavit Sigonius. GEBH. Sic [*Turdetani*] Sigonianus non optimus. Nostri omnes cum veteribus editis *mercede Turduli conducunt.* Et quum norit Sigonius, etiam sic appellatum populum, quae prurigo variationem hanc Livio invidere? Varro 2. de re Rust. [10.] *Non omnis apta ratio ad pecuariam, quod neque Basculus, neque Turdulus idonei.* Plinius 7. Nat. hist. 15. *Triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente.* Et infra noster [c. 20, 2.] *Dum consul exercitusque Turdulo bello est occupatus.* Jamque restituimus eidem 28, 39, 8. J. FR. GRON. Vox *Turduli* deest a Lov. 2. ejus loco *Turdulum* praefert Voss. *Tur-*

Digitized by Google

bellum. Consul interim, rebellione Bergiftanorum 5
ictus, ceteras quoque civitates ratus per occasionem
idem facturas, arma omnibus cis Iberum Hispanis
ademit. quam rem adeo aegre passi, ut multi mor- 6
tem sibimet ipsi consciscerent: ferox genus, nullam
vitam rati sine armis esse. Quod ubi consuli re- 7
nunciatum est, senatores omnium civitatium ad se
vocari jussit, atque iis, *Non nostra*, inquit, *ma-*
gis, quam vestra, refert, vos non rebellare: siqui-
dem id majore Hispanorum malo, quam exercitus

detani inter versus adscribitur in Lov. 6. Reliqui nostri [etiam Bamb.] vulgatum *Turduli* servant: quod etiam de Oxonn. suis testatur Hearnius, qui insuper videndum monet L. Nonii Hisp. c. 8. p. 29.

§. 5. *Consul interim, rebellione Bergistanorum ictus*] *Cato consul interim* Lov. 2. et Harl. *C. consul interim* Gaertn. Tum *Bergustanorum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *Bergistranorum* Lov. 3. qui mox *ceterasque civitates* legit. V. ad 5, 27, 1. Deinde *adimit*, pro *ademit*, Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.]

§. 6. *Mortem sibimet ipsis consciscerent*] *Tò ipsis* deest in Lov. 1. et Harl. *sibimet ipsi consciscerent* reliqui, quos vidi. Id autem recepi. V. ad 2, 19, 5.

Ferox gens, nullam vitam rati sine armis esse] MS. *ferox genus*. MOD. Hanc cod. Mog. lectionem recte Gronov. anno 1665. recepit. Supra 31, 35, 1. *Quadringentos Tralles (Illyriorum id genus) misit*. ubi alia vide. Justin. 2, 3. *Nec passuras, ut in posteritatem Scytharum genus per feminas intercidat*. c. 4. *Ne genus interiret, concubitum finitimorum ineunt*. Flor. 2, 3. *Durum atque velox genus, ex occasione magis latrocinia, quam bella faciebant*. ubi v. Cl. Dukerum, et Freinsh. ad Curtii 5, 1, 40. Solent autem librarii voces *genus* et *gens* commutare. V. ad 3, 11, 6. 7, 32, 14. c. 40, 8. 8, 24, 6. 31, 35, 1. 37, 40, 11. Adde Inl. Heins. ad Nason. 4. Fast. 711. et Cel. Burm. ad Suet. Caes. 6. [*ferox gens* Bamb.]

§. 7. *Quod ubi consuli renunciatum est*] Pall. *nunciatum est*. GEBH. Ita quoque Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et odd. principes. Frobenius demum anno 1535. *renunciatum est* edidit, praeeunte cod. Mog. Mox *civitatium* idem Mog. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. Praeterea *adesse vocari jussit* Voss. An voluit *ad sese vocari?* Alibi certe librarios ita peccasse, videbimus ad 40, 26, 5.

Vos non rebellare] Vet. lib. *non bellare*. optime, quia ait post: *si effectum erit, ne possitis rebellare*. SIG. Pall. duo *vos non bellare*, quod admodum probat Sigonius. GEBH. Ita et Lov. 2.

Digitized by Google

8 *Romani labore, semper adhuc factum est. Id ut ne fiat, uno modo arbitror caveri posse, si effectum*
9 *erit, ne possitis rebellare. Volo id quam mollissima via consequi. vos quoque in ea re consilio me adju-vate. nullum libentius sequar, quam quod vosmet*
10 *ipsi adtuleritis.* Tacentibus spatium se ad delibe-
11 randum dierum paucorum dare dixit. quum revocati secundo quoque concilio tacuissent, uno die muris omnium dirutis, ad eos, qui nondum parebant, profectus, ut in quamque regionem venerat,

8. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Ita saepe variant librarii. V. ad 40, 38, 5. Huic autem lectioni nullum praesidium video in verbis sequentibus, unde eam adstruere Sigonius conatur. Illa enim aeque conveniunt, si hic *rebellare*, quam si *bellare*, legimus.

§. 8. *Id ut ne fiat*] *Id ne fiat* Lovel. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. V. supra ad 10, 27, 2. Mox *cavendum arbitror posse* Lov. 5. et edd. antt. Moguntini ex cod. suo substituerunt *arbitror caveri posse*; quod firmant reliqui Msti, quibus usus sum. [Ante *semper factum est adhuc* Bamb.]

Si effectum erit, ne possitis rebellare] Postremum verbum non Livii, sed ex margine existimo esse. J. FR. GRON. Non aliam ita existimandi caussam habuisse videtur *ὁ πάνυ*, quam quod verbum illud modo praecessit. Sed vide, quae dicta sunt ad 1, 3, 9. Certe omnes codd. *τὸ rebellare* defendunt. Similis ferme locus supra est 27, 24, 9. *Monuit, ut in eo spem non moturos quidquam Etruscos poneret, si, ne quid moveri posset, cavisset. ne possetis rebellare* cod. Mog. Sed male. Mox §. seq. *vos quoque in ea re consilio me adjuvare*, pro *adjuvate*, Lov. 6. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, variae Venetae, aliaeque ad Mog. usque; ut pendeat ex praecedenti *Volo*. Sed reliqui vulgatum probant, consentientibus etiam Mog. membranis.

§. 9. *Spatium se ad deliberandum dierum paucorum dare*] *se ad deliberandum paucorum dierum spatium dare* Gaertn. *paucorum dierum* etiam Voss. qui insuper *τὸ se* omittit. *dierum quatuor* Mead. 2. Mox *secundo quoque consilio* Voss. Lov. sex, Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. Camp. Mediol. anni 1480. et Parm.

§. 11. *Muris omnium dirutis*] *muris eorum diruptis* Lov. 2. *diruptis* etiam Voss. et Lov. 1. frequentissimo errore. V. ad 9, 45, 17. [*muris omnibus dirutis* Bamberg.] Tum *circum incolebant* edd. principes. Aldus ex cod. Mog. dedit *circa incolebant*. Nec aliter omnes mei. V. ad 9, 2, 7. Insuper *in dictionem accepit* Voss. *in ditionem accepit* Lov. 1. 3. 4. 6. et Gaertn. saepius obvio errore. V. ad 33, 20, 5. [*in deditionem acceptis. Egesticam* Bamb.]

Digitized by Google

omnes, qui circa incolebant, populos in deditionem accepit. Segesticam tantum, gravem atque opulentam civitatem, vineis et pluteis cepit. 12

XVIII. Eo majorem habebat difficultatem in subigendis hostibus, quam qui primi venerunt in Hispaniam; quod ad illos taedio imperii Karthaginiensium Hispani deficiebant; huic ex usurpata libertate in servitutem velut adserendi erant: et ita mota omnia accepit, ut alii in armis essent, alii obsidione ad defectionem cogerentur: nec, nisi in tempore sub- 1 2

§. 12. *Segesticam tantum*] Pall. *Segestiam*. Vetus ed. *Segistiam*. GEBH. *Segestina* Hearnii L. 1. *Segistiam* Lov. 5. et ed. Camp. *Segestam* Lov. 3. *in se gestiam* Lov. 1. *inde Segestiam* Lov. 6. *Segestiam* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii N. Neque aliter reliquae edd. usque ad Frob. qui anno 1535. *Segesticam* dedit. De hac urbe ejusque situ varias Geographorum sententias recenset Doujatius. Ipse vel *Segedam* legendum conjicit, quam Plinius 3, 1. inter Baetim et oceani oram in mediterraneo memorat, et *Augurinam* cognominatam esse testatur: vel Livium, obversante ipsius menti bellorum sui temporis Pannonicorum memoria, *Segesticam* scripsisse, quae insula est Pannoniae, qua Colapis fluvius in Savum influit, juxta Sisciam; et tamen *Senticam* legi oportere, quae est Vaccaeorum urbs non ignobilis. Sed verior videtur sententia Glareani ad cap. praec. §. 9. tot elapsis seculis multa urbium nomina mutata fuisse. Quod praesertim in Hispania obvenire potuit, quae toties dominos mutavit, et saepius a barbaris gentibus occupata ac possessa est.

§. 1. *Quam qui primi venerant in Hispaniam*] Manuscriptum Moguntinense exemplar, *qui primi venerunt in Hispaniam*. MOD. Immo Moguntinenses se in cod. suo *qui primo venerunt in Hispaniam* invenisse testantur. Si quid tamen mutandum, *primi venerunt* mallem. Omnes mei stant pro vulgato. [*primi venerant* Bamb.] Paullo ante *Et majorem*, pro *Eo majorem*, Lov. 3. Deinde *difficultatem subigendis gentibus* Harl. et Mead. ambo, omissa praepositione, quam intercepisse videtur ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. *difficultatem in subjugandis gentibus* Hearnii L. 1.

§. 2. *Nec, nisi in tempore subventum foret, ultra sustentaturi fuerint*] Cl. Jac. Perizon. in margine Livii sui scribendum conjecit *sustenturi fuerint*. De verbo *sustinere* sine casu usurpato v. Cl. Oudendorp. ad Caesar. 2. de B. G. 26. Solent haec verba commutari. V. Cl. Cortium ad Sallust. Jug. 56, 6. 97, 5. 101, 9. Scripti nihil mutant, nisi quod *sustentatui* sit in Lov. 2. *susceptaturi* in Gaertn. Nihil igitur muto. Nam similiter *sustentare* absolute adhibetur. Caes. 2. Gall.

Digitized by Google

3 ventum foret, ultra sustentaturi fuerint. Sed in consule ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per se adiret atque ageret: nec cogitaret modo imperaretque, quae in rem essent, 4 sed pleraque ipse per se transigeret; nec in quemquam omnium gravius severiusque, quam in semet 5 ipsum, imperium exerceret; parsimonia, et vigiliis, et labore cum ultimis militum certaret; nec quidquam in exercitu suo praecipui, praeter honorem atque imperium, haberet.

1 XIX. Difficilius bellum in Turdetania praetori P. Manlio Celtiberi, mercede exciti ab hostibus, sicut ante dictum est, faciebant. itaque eo consul, 2 arcessitus literis praetoris, legiones duxit. Ubi eo venit, (castra separatim Celtiberi et Turditani habe-

14. *Quorum auxiliis atque opibus, si qua bella inciderint, sustentare consuerint.*

§. 3. *Pleraque ipse per se transigeret*] *ipse transigeret* Lov. 5. et edd. antiquae. Frobenius postea anno 1535. *ipse per se transigeret* ex cod. Mog. substituit. Consentiunt reliqui, quos vidi, codices, excepto Voss. qui, ordine mutato, dedit, *per se ipse transigeret*. De locutione *per se* v. ad 39, 12, 8.

§. 1. *Praetori P. Manlio*] Ita primus edidit Frob. anno 1535. quum antea vulgatum fuisset *Praetori Romano P. Manlio*, quod in uno etiam Lov. 5. inveni. *populi Ro. perfecto Manlio* habet Voss. *populum Romanum praefecto Manlio* Lovel. 1. 4. Mead. 1. et Gaertn. *populum Romanum profecto Manlio* Lov. 2. *populo Romano praefecto Manlio* Lov. 6. *praetore praefecto Manilio* Lov. 3. *praetori C. Manilio* Harl. Similiter turbasse librarios in voce *praetor*, ejusque loco saepe modo *populus*, modo *populus Romanus* dedisse, vidimus ad 31, 10, 4.

§. 2. *Incursantes in stationes eorum, Romani facere*] Cusus Moguntiae *faciebant*, et statim *abibant*. MOD. *facere*, et mox *abire* recte Aldus ex Msto Mog. admisit. Sed alteram lectionem perperam servant omnes mei, [Bamb.] et Hearnii L. 1. Moguntini lectionem probavit etiam Gebhard. ad 24, 15, 1. V. ad 1, 50, 5. Insuper praepositionem *in*, quam ignorant priores edd. et Lov. 5. primi ex cod. suo receperunt Moguntini, probantibus reliquis codd. meis, et Hearnii L. 1. Utrumque genus loquendi Livium usurpasse, vidimus ad 6, 36, 1. Aequum itaque est, ut codicibus adhaereamus. [§. 3. *Primum*, etc. *velint*, *duplex* Bamb.]

Digitized by Google

bant) cum Turdetanis extemplo levia proelia, incur-
santes in ſtationes eorum, Romani facere; semper-
que victores ex quamvis temere coepto certamine
abire. Ad Celtiberos in conloquium tribunos mili- 3
tum ire consul, atque iis trium conditionum electio-
nem ferre, jubet. Primam, si transire ad Romanos 4
velint, et duplex stipendium accipere, quam quan-
tum a Turdetanis pepigissent: alteram, si domos 5
abire, publica fide accepta, nihil eam rem noxae
futuram, quod hoſtibus se Romanorum junxissent:
tertiam, si utique bellum placeat, diem locumque 6
conſtituant, ubi secum armis decernant. A Celti- 7
beris dies ad consultandum petita. concilium in-
mixtis Turdetanis habitum magno cum tumultu: eo
minus decerni quidquam potuit. Quum incertum, 8

§. 5. *Nihil eam rem noxae futuram*] *noxiae* Voſſ. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Moguntina priores. Similiter se in Mſtis Pall. et vet. ed. invenisse, Gebhard. supra teſtatus eſt ad 10, 19, 2. V. ad 2, 54, 10. Mox *junxerunt* Lov. 2. [Ante *domos adire* Bamb.]

§. 6. *Diem locumque conſtituant*] *diem, locum conſtituant* Voſſ. et Lov. 1. omissa copula, quam Livius in simili locutione fere addere solet. ut 1, 9, 6. *Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus.* 7, 12, 11. *Quem tempus deteriorem in dies et locus alienus faceret.* c. 14, 3. *Ipsos sibi locum ac tempus pugnandi sumturos.* 33, 37, 7. *Si tempore locoque ad certamen destinatis, praeparatis animis concurrissent.* 34, 30, 5. *Dies locusque conſtituitur.* V. etiam ad Silii 5, 86. [*tereia, si utique* Bamb.]

§. 8. *Quum incertum, bellum an pax cum Celtiberis esset*] Pall. *Quum incerta bellum an pax cum Celtiberis essent.* GEBH. Scripti, *Quum incerta bellum an pax cum Celtiberis essent.* Nollem mutatum. 22, [15, 4.] *Quae urbs Vulturno flumine dirempta Falernum ac Campanum agros dividit.* 26, [11, 5.] *Minuere etiam spes ejus et alia parva magnaque res.* 33, [37, 7.] *Si tempore locoque ad certamen destinatis, praeparatis animis concurrissent.* 36, [45, 8.] *Fossa valloque circumdatis naves subductae.* 34, [4, 10.] *Quum aurum et purpuram ultro data et oblata non accipiebant.* 36, [39, 9.] *Aut pacem aut bellum utrobique habenda.* J. FR. GRON. *Quum incerta bellum an pax cum Celtiberis essent* etiam Voſſ. Lov. 1. 4. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii N. [Bamb.] nisi quod *ac pax* praeferat Voſſ.

Digitized by Google

bellum an pax cum Celtiberis esset, commeatus tamen, haud secus quam in pace, ex agris castellisque hostium Romani portabant: dein saepe munimenta eorum, velut communi pacto commercio pri-
9 vatis induciis, ingredientes. Consul ubi hostes ad pugnam elicere nequit, primum praedatum sub signis aliquot expeditas cohortes in agrum integrae
10 regionis ducit: deinde audito, Seguntiae Celtiberum omnes sarcinas inpedimentaque relicta, eo per-

aut pax Gaertn. a m. 1. *essent* etiam Lov. 3. *Quum in terra bellum an pax cum Celtiberis essent* Mead. 1. Cl. Hearne, qui Gronovio Mstorum lectionem displicuisse monet, non recte notas ejus consuluit. Plura v. ad 1, 31, 7.

Dein saepe munimenta eorum etc. *ingredientes*] Non video, quomodo haec oratio per participium suspensa non aliquid desideret. Sed judicet lector. GLAR. Glareanus suspensae huic orationi deesse aliquid arbitratur immerito. Non enim vitium est in participio *ingredientes*, ut suspicatur, sed in voce *dein*, quae vitiosa est, pro *perinde*; hoc sensu: Romani portabant commeatus ex agris hostium, haud secus quam in pace, perinde saepe munimenta eorum ingredientes, id est, aeque saepe. Vitium ex compendiosa scriptura natum est. *perinde*, quod *dein* factum est. SIG. Neque defectum hoc, neque vitiosum, ut suspicantur Glareanus et Sigonius. Ille suspensae orationi aliquid deesse censet, hic corrigit *perinde saepe*. Sed sententia veteris lectionis est, primum quidem ex hostico Romanos sine metu et injuria cujusquam pabulatos et frumentatos: deinde, quod majoris discriminis est, aucta securitate etiam intra praesidia Celtiberum venisse. Haec ellipsis τοῦ *primum* fraudi doctis viris fuit. 35, [11, 10.] *Numidae adequitare, dein refugere.* Sallust. Jug. [59.] *Quibus illi freti, non, uti equestri proelio solet, sequi, dein cedere, sed adversis equis concurrere.* Et idem [c. 74.] *Numidae ab Jugurtha eo tempore parati instructique sunt: dein proelium incipitur.* Seneca de ira 3, 2. *Sine more, sine auspiciis, populus ductu irae suae egressus fortuita, raptaque pro armis gessit; dein magna clade temeritatem audacis irae luit.* Idem de Tranquillitate animi c. 12. *Inconsultus illis vanusque cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, quae in summum cacumen, deinde in imum inanes agantur.* J. FR. GRON. Non ideo locum defectum Glareanus, vel vitiosum Sigonius existimarunt, quod Livius *dein*, omisso praecedente *primum* vel simili, adhibuerit; id enim, quo nihil frequentius, tum apud alios scriptores, tum apud Livium, est, non videntur ignorasse: sed quoniam, ut Glareanus inquit, oratio per participium *ingredientes* suspenditur, idque nihil habet, quo referri debeat. Huic igitur incommodo

Digitized by Google

git ducere ad obpugnandum. Postquam nulla mo- 11
ventur re, persoluto stipendio, non suis modo, sed etiam praetoris militibus, relictoque omni exercitu in castris praetoriis, ipse cum septem cohortibus ad Iberum est regressus.

XX. Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. 1
defecere ad eum Sedetani, Ausetani, Suessetani. Lacetanos, deviam et silvestrem gentem, quum insita 2
feritas continebat in armis, tum conscientia, dum

Sigonius mederi conatus est substituendo *perinde*, pro *dein*; cujus conjectura inde verisimilior redditur, quod *deinde*, non *dein*, sit in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et editis ante Frob. qui anno 1535. *dein* dedit. [*deni saepe* Bamb.]

§. 9. *Ad pugnam elicere nequit*] Pall. *elicere nequivit*. GEBH. *nequivit* etiam Lov. 4. et Mead. 2. An scripsit Livius *nequiit*? V. ad 5, 10, 10.

§. 10. *Seguntiae Celtiberûm omnes sarcinas*] Pall. et ant. ed. *Secuntiae*. GEBH. Pariter Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinam. *Saguntiae* Voss. quomodo etiam vocatur apud Plin. 3, 3. qui aliam ab hac diversam Saguntiam memorat 3, 1. Deinde *Celtiberorum* Voss. Sed v. ad 30, 8, 6.

§. 11. *Sed etiam praetoris militibus*] Pall. *praetoriis militibus*. GEBH. Similiter Lov. 4. 6. et Voss.

In castris praetorianis, ipse cum septem cohortibus] Vet. lib. *praetoriis*. SIG. Pall. *in castris praetoris*. GEBH. *in castris praetorianis* Frob. anno 1535. ex cod. Mog. recepit. Antea edebatur *in castris praetoris*, quod servant Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] *in castris, ipse praetor cum septem* Voss. [*ad Hiberum est progressus* Bamb.]

§. 1. *Defecere ad eum Sedetani, Ausetani, Suessetani*] *Sedetanos*, ut superiore etiam decade testati sumus, putamus a Plinio Ptolemaeoque dici *Edetanos*. *Ausetani* in quibusdam codicibus *Auxetani*, in quibusdam *Authetani*, sed librariorum errore, ut puto, nominantur. *Suessanos* l. 25. cum Indibili regulo nominat: libro autem 28. *Suessitanos* populi Romani amicos facit. Idemne sit populus, haud equidem scio. *Lacetanorum* autem meminit Caesar 1. de B. Civ. [60.] ubi et *Ausetanorum*. Mirum vero, quod Lacetanorum oppidum, longitudine latitudineque descriptum, non nominet hoc loco Livius. GLAR. De *Sedetanis* v. ad 28, 24, 4. de *Ausetanis* ad 21, 23, 2. et c. 61, 8. de *Suessetanis* ad 25, 34, 6. de *Lacetanis* ad 21, 60, 3. Ceterum *Auxetani* Lov. 5. et edd. Moguntina priores. *Assuetani* Voss. et Lov. 1, ac 6. Tum *Suesetani* Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Suestani* Lov. 3. In princ. cap. *Et tam exigua manu* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. am-

Digitized by Google

consul exercitusque Turdulo bello est occupatus,
3 depopulatorum subitis incursionibus sociorum. Igitur ad oppidum eorum obpugnandum consul ducit, non Romanas modo cohortes, sed juventutem etiam
4 merito infensorum iis sociorum. Oppidum longum, in latitudinem haudquaquam tantumdem patens, habebant. quadringentos inde ferme passus constituit
5 signa. Ibi delectarum cohortium stationem relinquens, praecepit eis, ne se ex eo loco ante moverent, quam ipse ad eos venisset. ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit. Maximum ex omnibus auxiliis numerum Suessetanae juventutis habebat. eos ad murum obpugnandum subire jubet.
6 Quorum ubi arma signaque Lacetani cognovere;

bo, Gaertn. et edd. Veneta anni 1495. et variae Ascensii.

§. 2. *Lacetanos, deviam et silvestrem gentem, quum insita feritas*] Plut. in Catone [342.] *Κατεστρέψατο μὲν τὸ Λακετανῶν ἔθνος.* SIG. *tum insita feritas* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 6, 23, 3.

§. 3. *Sed juventutem etiam*] Ita recte primus edidit Frob. anno 1535. neque aliter omnes mei, excepto uno Lov. 5. qui praefert *sed et juventutem etiam*, ut vulgo ante Froben. edebatur.

§. 4. *Haudquaquam tantumdem patens, habebant*] *habebat* Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. uterque, Gaertn. [Bamb.] et edd. principes, illa Campani excepta, quae *habebant* recte dedit.

§. 5. *Ibi delectarum cohortium stationem relinquens*] Libri omnes *Ibidem lectarum cohortium*. GEBH. Quae nunc vulgo exstat, lectionem Aldus ex cod. Mog. recepit: antea *Ibidem lectarum cohortium* edebatur; quod servant omnes codices, nisi quod *Ibidem lectaturum cohortium* praferant Voss. Lov. 1. Harl. et Mead. 2. *Ibi lectaturum cohortium* Mead. 1. *Ibidem lecticarum cohortium* Gaertn. Supra 2, 11, 8. *Valerius Coelio monte cohortes delectas educit.* c. 33, 7. *Cum delecta militum manu inpetum erumpentium retudit.* V. ad c. 29, 10. Mox *praecipit his* Lov. 1. [*praecepit iis* Bamb.] Deinde *ne se eo loco* Voss. Verum praepositio *ex* elisa est a sequenti *eo*. Tale exemplum habuimus supra 6, 17, 6.

Suessetanae juventutis] *Vescitanae* legendum putat Doujatius. Sed v. supra ad 25, 34, 6. Mox *ad murum expugnandum* Voss. V. ad 21, 57, 6. Insuper §. seq. *τὸ fugassentque* exsulat a Lov. 5. et edd. Rom. anni 1472. ac

Digitized by Google

memores, quam saepe in agro eorum inpune persultassent, quoties ipsos signis conlatis fudissent fugassentque; patefacta repente porta, universi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum, nedum inpetum, 7
Suessetani tulere: quod postquam, sicut futurum ratus erat, consul fieri etiam vidit; equo citato sub- 8
ter murum hostium ad cohortes advehitur: atque eas adreptas, effusis omnibus ad sequendos Suessetanos, qua silentium ac solitudo erat, in urbem inducit: priusque omnia cepit, quam se reciperent 9
Lacetani. mox ipsos, nihil praeter arma habentes, in deditionem accepit.

XXI. Confestim inde victor ad Vergium castrum 1
ducit. receptaculum id maxime praedonum erat: et

Parm. [*inpune insultassent* Bamberg.]

§. 7. *Quod postquam, sicut futurum ratus erat, consul fieri etiam vidit*] *quod postquam futurum ratus erat* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. uterque. *quod postquam futurum erat ratus* Gaertn. *quod postquam, sicuti futurum ratus erat* Lov. 5. et ed. Camp. Quum autem operae *suti* pro *sicuti* per errorem dedissent in ed. Rom. anni 1472. mox proximae substituerunt *quod postquam, futurum ut ratus erat:* et ita legunt Lov. 2. 6. et Harl. Vulgatum tandem Froben. anno 1535. dedit; incertum tamen, an ex Msto. *Tò etiam* deest in Lov. 2. et 6. *vidit etiam* legunt Lov. 1. 3. et Voss. [*Suessetani tulerunt* Bamb.]

§. 8. *In urbem inducit*] *ducit* Lov. 5. et edd. vett. *inducit* Aldus recepit ex cod. Mog. quod firmant codd. mei reliqui. Prima syllaba intercepta fuerat a litera finali vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6. Paullo ante *ad cohortes vehitur* Harl. [*avehitur* Bamb.] Mox §. seq. *prius omnia cepit* Lov. 1. et 6. Tum *se recepissent* Lov. 3. [*accepit* omittit Bamb.]

§. 1. *Confestim inde victor ad Vergium ducit castrum*] Ita omnes habent codices, quos nos vidimus: sed, Vergetanos, nescio, ubi invenias in Hispania. GLAR. Alii, in quibus et Moguntinus codex, *ad Regium castrum ducit.* MOD. Pall. et ant. ed. *ad Regium ducit castrum.* GEBH. *ad Rhegium ducit castrum* Gaertn. et edd. Venetae. *ad Regium ducit castrum* Lovel. 6. Mead. uterque, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae. *ad Vergium ducit castrum* Voss. *ad Vergium castrum*, una voce o-

Digitized by Google

inde incursiones in agros pacatos provinciae ejus
2 fiebant. Transfugit inde ad consulem princeps Vergestanus, et purgare se ac populares coepit; *non esse in manu ipsis rempublicam. praedones receptos*
3 *totum suae potestatis id castrum fecisse.* Consul eum domum redire, conficta aliqua probabili, cur
4 abfuisset, caussa, jussit. *Quum se muros subisse cerneret, intentosque praedones ad tuenda moenia esse; tum uti cum suae factionis hominibus memi-*
5 *nisset arcem occupare.* Id, uti praeceperat, factum. Repente anceps terror, hinc muros adscendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumvasit.

Hujus

missa, Harl. *ad Vergium castrum ducit* Aldus et cod. Mog. Hinc patet, non nimis antiquos codices, id est editiones, quas semper codicum nomine indicat, Glareanum vidisse: errasse etiam Modium; quum lectio, quam laudat, neque in cod. neque in ed. Mogunt. exstet. De castro *Vergio* v. P. de Marca in Marc. Hispan. 2, 13. §. 5.

§. 2. *Princeps Vergistanus*] *Vergitanus* lego: nam ut ab *Emporiis Emporitanus*, ab *Oreo Oritanus*; sic a *Vergio Vergitanus*, non *Vergistanus*, oritur. SIG. Sigonius praefert *Vergitanus*. Pall. uterque habent *Bergustanus*. GEBH. *Bergistanus* Lov. 3. et Hearnii L. 1. [*Vergestanos* Bamb.] *Vergetanus* Voss. et Lov. 6. Ex reliquis codd. nihil ad hunc locum notatur. Sed infra h. cap. §. 6. *Bergustanos* legunt Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, Hearnii N. et Colbert. apud Doujatium. [Bamb.] *Bergestanos* Gaertn. *Bergistanos* Lov. 3. *Vergustanos* Lov. 6. et Harl. Mox *in manu ipsius*, pro *ipsis*, Lov. 2. 3. 6. *in manu ejus* Hearnii L. 1. Insuper vox *totum* omittitur in Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§. 3. *Conficta aliqua probabili, cur abfuisset, caussa*] *laudabili cura fuisset caussam* Voss. *probabili cura fecisset eum* Lov. 1. Patet, olim lectum fuisse *cur afuisset*. V. ad 26, 41, 11. [*cura fuisset* Bamb.]

§. 4. *Muros subisse cerneret*] *subire* Lov. 1. 2. 6. et Voss. *subipse* Mead. 1. *subiisse* idem in marg. et Gaertn. Mox *monuisset arcem occupet* Voss. *monuisset arcem occuparet* Lov. 1. *movisset arcem occuparet* Lov. 6. *meminisset arcem occuparet* Lovel. 3. Mead. ambo, et Gaertn. quorum ultimus omittit etiam voces *Id uti praeceperat*. [*meminisse et arcem occuparet* Bamb.]

§. 5. *Hujus potius loci consul*] *potitus*, pro *potius*, reponi placuit. SABELL. *potius* perperam

Digitized by Google

Hujus potitus loci consul eos, qui arcem tenuerant, liberos esse cum cognatis, suaque habere jussit: Vergestanos ceteros, quaestori, ut venderet, imperavit: de praedonibus supplicium sumsit. Pacata provincia, vectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisque; quibus tum institutis, locupletior in dies provincia fuit. Ob has res gestas in Hispania supplicationem in triduum Patres decreverunt. 6 7 8

XXII. Eadem aestate alter consul L. Valerius Flaccus in Gallia cum Bojorum manu propter Litanam silvam, signis conlatis, secundo proelio conflixit. Octo millia Gallorum caesa traduntur: ceteri, omisso bello, in vicos suos atque agros dilapsi. Con- 1 2 3

in quibusdam codd. et edd. antiquis exstat. [*potiti* Bamb. qui ante *hic muros ascendentibus.*]

§. 8. *Ob has res gestas in Hispania supplicationem in triduum Patres decreverunt*] Pall. *Ob has res gestas supplicationes in triduum Patres decreverunt.* Et in prisca ed. desunt *in Hispania.* GEBH. Voces *in Hispania* desunt itidem in omnibus Mstis meis, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. prioribus. Primus eas Aldus ex cod. Mog. contextui inseruit. Praeterea *supplicationes* Lov. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *supplicatione* Mead. 1. ultima litera *m* absorpta a vocula sequenti *in* ob ductuum similitudinem. V. ad 37, 29, 5.

§. 1. *L. Valerius Flaccus in Gallia cum Bojorum manu propter Litanam silvam*] MS. optimus *cum Bojorum exercitu.* MOD. Valerii Flacci praenomen *L.* deest in omnibus Mstis meis, [Bamb.] et edd. antt. quod Frob. anno 1535. ex codice Mog. addidit. Deinde *cum Bojorum exercitu*, quod eaedem membranae Mogunt. praeferunt, in nullo meorum inveni. Hinc *prope Litanam silvam* Lov. 1. quod ex interpretis glossa natum puto. V. ad Epit. Liv. 49. Stewech. ad Front. 1, 6, 4. hunc locum laudans, male produxit *Litaniam silvam*, quo nomine eum reprehendit Tennul. ad d. l. Front. ubi etiam de situ hujus silvae egit. V. ad 23, 24, 7.

§. 2. *Ceteri omnes in vicos suos*] In manuscriptis legitur *Ceteri omisso bello in vicos* etc. GELEN. Pall. et Ant. ed. *Ceteri omnes in vicos suos.* GEBH. Unus tantum est cod. Mog. qui *omisso bello* exhibet: certe omnes mei, et Hearnii L. 1. *ceteri omnes in vicos.* [*ceteri*, sed syllaba *cet* punctulis notata, *misso in vicos* Bamb.] Paullo ante *Octo millia caesa traduntur*, una voce omissa, Voss. *Octo millia hominum caesa Gallorum dicuntur* Hearnii L. 1. *dicuntur*, pro *traduntur*, etiam Lov. 3.

Digitized by Google

sul reliquum aestatis circa Padum Placentiae et Cremonae exercitum habuit, restituitque, quae in iis op-
4 pidis bello diruta fuerant. Quum hic status rerum in Italia Hispaniaque esset, T. Quinctio, in Graecia ita hibernis actis, ut, exceptis Aetolis, quibus nec pro spe victoriae praemia contigerant, nec diu quies placere poterat, universa Graecia, simul pacis libertatisque perfruens bonis, egregie statu suo gaude-
5 ret, nec magis in bello virtutem Romani ducis, quam in victoria temperantiam justitiamque et moderationem miraretur, senatusconsultum, quo bellum adversus Nabin Lacedaemonium decretum erat,
6 adfertur. Quo lecto, Quinctius, conventu Corinthum omnium sociarum civitatium legationibus in diem certam edicto, ubi frequentes undique principes convenerunt, ita ut ne Aetoli quidem abessent,

§. 3. *Circa Padum Placentiae et Cremonae*] MS. optimus *circum Padum*, pro *circa Padum*. MOD. Omnes codd. nostri *circa* retinent. At insuper *circa Padum, Placentiam et Cremonam* Lov. 1. 4. 6. et Voss. *circa Padum et Placentiam et Cremonae* Mead. 2.

Restituitque, quae in iis oppidis bello diruta fuerant] *et restituit, quae in iis oppidis* Voss. et Lov. 6. Tum *bello* deest in Gaertn. Hinc *dirupta fuerant* Voss. et Lov. 1. V. ad 9, 45, 17.

§. 4. *Quibus nec pro spe victoriae praemia contigerant*] Pall. *quibus ne prosperae victoriae praemia contigerant*. GEBH. *prospe* Lov. 2. 3. 4. *quibus nec prosperae victoriae praemia* Harl. Mead. ambo, Lov. 6. et Gaertn. V. ad 28, 24, 3. *quibus nec pro victore praemia contigerant* Voss. *quibus nec pro spe praemia contigerant* Lovel. 1. [ante *T. Quinctius* Bamb.]

§. 5. *Nec magis in bello virtutem Romani ducis, quam in victoria temperantiam*] *virtutem Romanam* Mead. 2. Deinde *quam victoria temperantiam* Lov. 3. 4. a m. 1. et Harl. Sed v. ad 4, 58, 4. Mox *temperantiam, justitiam, et moderationem* Voss. et Lov. 3. Sed v. ad 2, 31, 1.

Senatusconsultum, quo bellum adversus Nabin] Eo non ipsum bellum decretum, sed Quinctio permissum erat, ut faceret, quae e republica censeret esse. V. supra 33, 45, 3. Id etiam Crevier. observavit; qui ideo Livii diligentiam hic requirebat.

§. 6. *Quinctius conventum Corinthum o. s. c. l. in diem cer-*

Digitized by Google

tali oratione est usus: *Bellum adversus Philippum* 7
non magis communi animo consilioque Romani et
Graeci gesserunt, quam utrique suas caussas belli
habuerunt. Nam et Romanorum amicitiam, nunc 8
Karthaginienses hostes eorum juvando, nunc hic so-
ciis nostris obpugnandis, violaverat; et in vos talis 9
fuit, ut nobis, etiamsi nostrarum obliviscerémur injuriarum, vestrae injuriae satis digna caussa belli fuerint. Hodierna consultatio tota ex vobis pendet. Re- 10
fero enim ad vos, utrum Argos, sicut scitis ipsi, ab
Nabide occupatos pati velitis sub ditione ejus esse:
an aequum censeatis, nobilissimam vetustissimam- 11
que civitatem, in media Graecia sitam, repeti in libertatem, et eodem statu, quo ceteras urbes Peloponnesi et Graeciae, esse. Haec consultatio, ut videtis, 12
tota de re pertinente ad vos est; Romanos nihil con-

tam edixit, ad quam u. f. ü. p. e. ita ut in ea ne Aetoli q. a.] *ad quam* et *in ea* redundat. Nam Livius scripsit *conventu edicto*, ut sit continua oratio. GELEN. Pall. *Quo lecto, Quintius conventum Corinthum omnium sociarum civitatum legationibus in diem certum edicit. ad quam* (alter Pal. *ad quem*) *ubi frequentes omnes principes convenerunt, ita ut in ea nec Aetoli quidem abessent.* Quae ita concepta quoque habet vet. ed. GEBHARD. Similiter etiam codd. mei, [Bamb.] nisi quod in paucis quibusdam dissentiant. Nam τὸ *conventum* deest in Lov. 6. *sociarum* in Lov. 2. *sociorum* legit Harl. *sociarum civitatium* ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. *sociorum civitatumque legationem in certum diem* Gaertn. Hinc *ibi frequentes* Voss. *ad quae ubi frequentes* Lov. 2. Postea *ita quidem, ut in ea Aetoli abessent* Lov. 6. Mox voces *tali oratione est usus* exsulant a Lov. 1. *usus est* legunt Lov. 6. et Gaertn.

§. 7. *Utrique suas caussas belli habuerunt*] Malim *bellandi.* J. FR. GRON. Vulgatum omnes codd. tuentur. At *belli* Gronovio displicuisse videtur, quod *bellum* modo praecessit. Sed v. ad 1, 3, 9. [§. 9. initio *et* omittit Bamb. *caussa belli fuerit* idem.]

§. 10. *Hodierna consultatio tota ex vobis pendet*] *Hodierna die consultatio tota* Harl. et Lov. 2. Mox *Propono enim ad vos* Harl. quod ex glossa interpretis ortum videtur. Deinde §. seq. *in medio Graeciae sitam* Lov. 3.

§. 12. *Quatenus libertatis Grae-*

Digitized by Google

tingit, nisi quatenus liberatae Graeciae, unius civitatis servitus, non plenam, nec integram gloriam
13 *esse sinit. Ceterum si vos nec cura ejus civitatis, nec exemplum, nec periculum movet, ne serpat latius contagio ejus mali; nos aequi bonique facimus. De hac re vos consulo, staturus eo, quod plures censueritis.*

1 XXIII. Post orationem Romani imperatoris, per-
2 censeri aliorum sententiae coeptae sunt. Quum legatus Atheniensium, quantum poterat gratiis agendis, Romanorum in Graeciam merita extulisset, *inplora-*
3 *tos auxilium, adversus Philippum tulisse opem; non rogatos, ultro adversus tyrannum Nabin obferre*

ciae] Livius scripsit *liberatae Graeciae*. GELENIUS. *libertatis Graeciae* Gebhardus infra defendit c. 32, 5. idque, ut ait, ductu Mstorum Pall. et auctoritate vet. ed. Sed *libertatis* in nullo mihi cod. obvium fuit, nisi in solo Lov. 5. *libertate* legunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [*libertate* Bamb.] Ex uno Voss. nihil in excerptis notatur; videtur itaque *liberatae Graeciae* habuisse.

§. 13. *Staturus eo, quod plures censueritis*] Quosdam scriptos *quod vos plures censueritis* perperam praeferre, supra monuit Gronov. ad 32, 21, 16. quod pronomen in nullo meorum codd. inveni. Singularem hanc lectionem praefert Lov. 1. *De hac re vos consulo; statuite*, reliquis hujus cap. verbis omissis. [*staturos* Bamb.]

§. 3. *Ultro adversus Nabin obferre auxilium*] Vox ultima sapit additamentum. Videtur enim scripsisse Livius: *imploratos auxilium adversus Philippum tulisse; opem non rogatos ultro adversus tyrannum Nabin offerre: indignatusque esset.* J. FR. GRON. Emendationem Gronovii probat etiam Cl. Crevier. Et sane, si ultima vox abesset, nemo eam facile desideraret. Quum tamen constanter in omnibus Mstis supersit, an satis justa vocabuli expungendi ratio sit, quod modo praecesserit, dubito. V. ad 1, 3, 9. Ceterum *conferre* Harl. *afferre* Voss. Lov. 1. 2. 5. et a m. 1. Lov. 6. cum edd. prioribus. Aldus demum recte dedit *offerre*, concinentibus reliquis scriptis. Solent haec verba *Afferre* et *Offerre* a librariis confundi. V. ad 37, 34, 1. N. Heins. ad Nas. 20. Her. 192. et Graev. ad Cic. 4. ad fam. 12. Mox *aliorum*, pro *aliquorum*, Gaertn. V. ad 25, 38, 3. Paullo ante *Romanorum in Graecia merita*, pro *in Graeciam*, Lov. 2. 5. 6. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed ultima li-

Digitized by Google

auxilium; indignatusque esset, *haec tanta merita sermonibus tamen aliquorum carpi, futura calumniantium; quum fateri potius praeteritorum gratiam* 4 *deberent*; adparebat incessi Aetolos. Igitur Alexan- 5 der princeps gentis, invectus primum in Athenienses, libertatis quondam duces et auctores, adsentationis propriae gratia communem caussam prodentes; questus deinde, *Achaeos, Philippo quondam* 6 *milites, postremum ab inclinata ejus fortuna transfugas, et Corinthum recepisse, et id agere, ut Argos habeant: Aetolos, primos hostes Philippi, semper* 7 *socios Romanorum, pactos in foedere suas urbes agrosque fore devicto Philippo, fraudari Echino et*

tera ejus vocis intercepta est a prima sequentis. V. ad 23, 8, 9.

§. 4. *Adparebat incensos Aetolos*] *incessi Aetolos* legendum. GELEN. Libri omnes *incensos*. GEBH. *incessos Aetolos* Mead. ambo, et Gaertn. Reliqui cum Hearnii L. 1. *incensos*.

§. 5. *Invectus primum in Athenienses, qui libertatis quondam* etc. *caussam proderent*] Pall. *assentationis propriae gratia communem causam prodentes*. GEBH. Barber. Petav. Naud. Voss. *in Athenienses, libertatis quondam duces et auctores, assentationis propriae gratia communem caussam prodentes; questus deinde*. J. FR. GRON. Gronovii codd. consentiunt ex meis Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. ambo, Mead. et Gaertn. Idem Hearnius testatur de suis L. 1. N. et ed. Rom. principe. Id si verum, mox in seqq. edd. mutatum est. Alteram enim lectionem in edd. Camp. Rom. anni 1472. omnibusque aliis inveni. Sed scriptam lectionem probavi. [*prodentis* Bamb.] Praeterea *invectus prius* Gaertn.

§. 6. *Questus deinde, Achaeos* etc. *postremum ab inclinata ejus fortuna transfugas*] *questus est deinde* Lov. 6. *questus deinde est* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] Eamdem lectionem se quoque invenisse in L. 1. et ed. Rom. principe, Hearnius auctor est. Verum *τὸ est* recte Aldus expunxit. Suspenditur enim oratio ad sequentia, et ita cohaeret, *invectus primum in Athenienses*, etc. *questus deinde* etc. *insimulavit fraudis Romanos*. Insuper *ac postremum* Lov. 1. *ad postremum* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Sed v. ad 40, 42, 10. Mox praepositio *ab* deest in Voss. [Bamb.] quam omnes reliqui tuentur. Tandem *fortuna ejus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, omnesque edd. ante Aldum.

§. 7. *Echino et Pharsalo*] E-

Digitized by Google

8 *Pharsalo*; insimulavit fraudis Romanos: *Quod, vano titulo libertatis ostentato, Chalcidem et Demetriadem praesidiis tenerent; qui Philippo, cunctanti deducere*
9 *inde praesidia, objicere semper soliti sunt, numquam, donec Demetrias, Chalcisque, et Corinthus*
10 *tenerentur, liberam Graeciam fore: postremo, quia remanendi in Graecia retinendique exercitus Argos et Nabin caussam facerent. Deportarent legiones in Ita-*

thineo Lov. 3. et Harl. *Achineo* Lov. 2. *Echinio* Gaertn. *Echineo* Voss. Lov. 4. 5. 6. Mead. uterque, Hearnii L. 1. [Bamb.] et ed. princ. Sed urbs illa vocatur *Echinus*. V. Cellar. 2. Geogr. ant. 13, 687. Memoratur et supra 32, 33, 16. ubi etiam nomen ejus varie corrumpebatur.

§. 8. *Objicere semper soliti sunt*] Lege *sint*, ut voluit pater meus. Mox in hac orat. *qui remanendi in Graecia Nabin caussam facerent*. JAC. PERIZ. Perisonii conjecturam firmat Mead. 2. Mox § seq. *Demetrias, Chalcis, et Corinthus*, pro *Chalcisque*, Voss. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Sed v. ad 2, 31, 1. [*donec* omittit Bamb.]

§. 10. *Postremo manendi in Graecia*] Pall. et ant. ed. *postremo, qui remanendi in Graecia*. GEBH. Iidem [Barber. Petav. Naud. Voss.] *Postremo, qui remanendi in Graecia retinendique exercitus Argos et Nabin caussam facerent, deportarent legiones in Italiam Aetolos polliceri, aut conditione*. Non secus editiones priscae. Gryphium et Curionem resecuisse *τὸ qui*, et fecisse *manendi*, mutata etiam distinctione, et *conditionibus*, primus video. At *conditio* non modo unum caput transactionis, sed eam totam, multis capitibus constantem, interdum significat. Sic Cicero 6. fam. 2. *Armis aut conditione positis, aut defatigatione abjectis, aut victoria detractis*. 1. de Offic. [7.] *Sunt autem privata nulla natura, sed aut veteri occupatione, aut lege, pactione, conditione, sorte*. In Topicis [21.] *A naturane jus profectum sit, an ab aliqua quasi conditione hominum et pactione*. Curtius 4, [11.] *Opimum regnum occupari posse conditione, non bello*. Quae in mentem si venissent Grutero, non mutasset 3. in Verr. cap. ult. *Hinc unae decumae lege et conditione trahantur*. Hoc est, certis et legitimis pactis. Sic fatetur fuisse et in Pall. probavit tamen aliorum *consuetudine*, quod plebejae pulpae est. Supra in eadem orat. [c. 16.] *Revera, hoc est, lege, edicto, conditione, plus etiam, quam dimidia*. J. FR. GRON. *postremo que manendi* Voss. a m. 1. *postremo qui manendi* Voss. a manu 2. et Lov. 1. ac 3. *postremo quia remanendi* Lov. 6. Harl. et Gaertn. *postremo qui remanendi* reliqui scripti cum edd. usque ad Frobenium, qui primus anno 1535. non vero Gryphius vel Curio, formavit *postremo manendi*. Id autem si fecisse, jubente Gelenio, cujus lectiones passim ea editione expressit, et Gelenium cod. integerrimum Mog.

Digitized by Google

liam. Aetolos polliceri, aut conditionibus et volun- 11
tate sua Nabin praesidium Argis deducturum, aut vi atque armis coacturos in potestate consentientis Graeciae esse.

XXIV. Hac vaniloquentia primum Aristaenum 1
praetorem Achaeorum excitavit. *Ne istuc*, inquit, 2
Jupiter optimus maximus sirit, Junoque regina, cujus in tutela Argi sunt, ut illa civitas inter tyrannum

quem hac parte Livii adhibuit, secutum esse constaret, ab ea lectione non alienus forem. Certe ea commodissima est, si ad *manendi* ex praecedenti §. 8. repetamus *quod*, et post *caussam facerent* majori distinctione interpungamus, ut praeit eadem Frobenii ἔκδοσις, et interpungendum esse Crevier. vidit. Duplicis enim fraudis Alexander Aetolus Romanos insimulavit: primo quod Chalcidem et Demetriadem praesidiis tenerent; postremo quod Argos et Nabin caussam manendi in Graecia facerent. Si itaque ad processum orationis adtendimus, *qui* hic locum habere nequit, sed vel legendum est *postremo manendi*, ut Frob. edidit, aut *remanendi*, vel *postremo quia remanendi*, ut est in nonnullis codd. Neque obstabit, quod post τὸ *quod* in altera periodi parte ejus loco inferatur *quia*. Id enim frequens esse, videbimus ad 39, 41, 2. Praeterea *conditione* eo sensu usurpari, quo Gronov. tradit, abunde evincunt exempla, quae laudavit: at, Livium illa voce hic ita usum esse, nondum certum est. Primo enim *conditionibus* hic neque Gryphius, neque Curio, sed Froben. iterum substituit, adeoque pro ea lectione eadem dici possunt, quae pro illa in verbis proximis, de qua modo vidimus. Deinde unus tantum meorum Mstorum Lov. 5. perpetuus editionum veterum adsecla, *conditione* servat; reliqui constanter tenent *conditionibus*. Id autem haud temere spernendum esse, patebit ex illis, quae superius notata sunt ad 23, 7, 1. V. etiam Nic. Heins. ad Vell. Paterc. 2, 3, 3.

§. 1. *Haec vaniloquentia primum*] Ita primum inveni in ultima Gruteri ed. Omnes priores *Hac vaniloquentia:* quod probant Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Id ergo reduxi. Oratio pendet ex superioribus. *excitavit* nempe Alexander princeps gentis Aetolorum.

§. 3. *Ne istuc, inquit, Jupiter optimus maximus siverit*] MSS. *Syria*. Legendum esse *sirit*, jam probavimus. J. FR. GRON. *Syria* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. ac N. *sinat* Lov. 5. Harl. Gaertn. et edd. ante Frob. qui anno 1535. dedit *siverit*. Sed recte *sirit* Gronov. quomodo tum ipse, tum Gebhard. ad 1, 32, 7. hoc loco legendum monuerunt, ubi plura vide.

Praemium sit posita] Thucyd. 3, 82. p. 3. Ὅς γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι προσάντες, μετ' ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεποῦς, πλήθους τε

Digitized by Google

Lacedaemonium et latrones Aetolos praemium sit posita, in eo discrimine, ut miserius a nobis recipiatur,
3 *quam ab illo capta est. Mare interjectum ab istis praedonibus non tuetur nos, T. Quincti. Quid, si in media Peloponneso arcem sibi fecerint, futurum nobis est? Linguam tantum Graecorum habent, sicut*
4 *speciem hominum. Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari, inmanes belluae vivunt. Itaque vos rogamus, Romani, ut et ab Nabide Argos recuperetis, et ita res Graeciae constituatis, ut ab latrocinio quoque Aetolorum satis pacata haec relinqua-*
5 *tis.* Romanus, cunctis undique increpantibus Aetolos, *responsurum se fuisse iis,* dixit, *nisi ita infensos*

ἰσονομίας πολιτικῆς καὶ ἀριστοκρατίας σώφρονας προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες, ἄθλα ἐποιοῦντο. J. FR. GRONOV.

Ut miserius a nobis recipiatur] Pal prior *ubi miserius a vobis recipiatur.* GEBH. *a vobis* etiam Lov. 2. 4. et Gaertn. [Bamb.]

§. 4. *Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari, inmanes belluae vivunt*] Vehementius est, quod in manuscriptis exemplaribus legitur, *quam ulli barbari, immo quam rapacissimae beluae utuntur.* GELEN. Pall. et ant. ed. *quam ulli barbari immanes belluae vivunt.* GEBH. Et hoc Gelenii est, non pro caeteris meritis. Omnes scripti adfirmant veterum editionum lectionem: *Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari, immanes belluae, vivunt.* Illud vehementius arbitratur esse. Vero, cavis et inanibus et impolitis auribus; at non doctis, et grandem orationem ex sententiae potius pondere, quam ex tumore et sono verborum aestimantibus. Hic appellantur et dicuntur esse *belluae*, quibuscum illic modo comparantur: *vivere* autem *moribus* quanto est efficacius, quam *uti?* Plautus Amphitr. [prol. vers. 75.]

Virtute, dixit, vos victores vivere.

Cic. 3. ad Att. 15. *Aut occubuissemus honeste, aut victores hodie viveremus.* J. FR. GRON. Non tantum Hearnii L. 1. et N. sed et omnes mei *inmanes belluae vivunt*, nisi quod solus Lov. 6. *quam ulli barbari inmanes vivunt* legat. Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii legendum conjecit *quam ulli barbari, inmanesve belluae vivunt.* Sed praefero scriptorum lectionem. [*quam ulli barbari, immo quam inmanes* etc. Bamb.]

Itaque vos rogamus, Romani, ut et ab Nabide Argos recuperetis] Pall. omisso *ut, Itaque vos rogamus, Romani, et ab Na-*

Digitized by Google

omnes in eos videret, ut sedandi potius, quam irritandi, essent. Contentum itaque opinione ea, quae de 6
Romanis Aetolisque esset, referre se, dixit, *quid de Nabidis bello placeret, nisi redderet Achaeis Argos?* Quum omnes bellum decressent; auxilia ut pro viri- 7
bus suis quaeque civitates mitterent, est hortatus. Ad Aetolos legatum etiam misit: magis ut nudaret animos, id quod evenit, quam spe impetrari posse.

XXV. Tribunis militum, ut exercitum ab Elatia 1
arcesserent, imperavit. Per eosdem dies et Antiochi 2
legatis, de societate agentibus, respondit, *Nihil se, absentibus decem legatis, sententiae habere. Romam eundum ad senatum iis esse.* Ipse copias adductas 3

bitte Argos recuperetis. GEBH. *Ita vos rogamus* Lov. 1. V. ad 21, 53, 7. Tum *rogamus, Romani, ut ab Nabide* Lov. 2. 3. 6. et Harl. Sed v. ad 2, 44, 3. *rogamus, Romani, et ab Nabide,* omissa vocula *ut,* Voss. Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. Eamdem autem post similia verba saepe omitti, vidimus ad 32, 35, 5. Deinde *recipiatis* Lov. 6. *receperitis* Voss. *reciperitis* Lov. 1. Forte Livius scripserat *reciperetis,* a *reciperare;* de quo v. ad 7, 18, 1. [*reciperetis* Bamb.]

§. 7. *Quum omnes bellum decressent*] *decrevissent* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes. Frobenius demum anno 1535. *decressent* ex fide cod. Mog. recepit; quod et in Mead. 1. fuisse videtur, ex quo in excerptis nostris nihil notatur. V. ad 2, 27, 8. Mox *quoque civitates mitterent* Lov. 1. 6. et edd. antt. Sed *quaeque* dederunt edd. Mediol. anni 1505. Ascens. anni 1513. et hinc reliquae. V. ad 40, 5, 6. Insuper *auxilia pro viribus suis,* neglecto τῷ *ut,* Lov. 6. V. ad 40, 11, 1.

Ad Aetolos legatum etiam misit] *ad Aetolos etiam misit legatum* Lov. 6. *ad Aetolos misit legatum* cod. Mog. *ad Aetolos legatos etiam misit* Lov. 5. et edd. antt. usque ad Froben. qui anno 1535. ita vulgavit, ut nunc editur, consentientibus ceteris Msstis meis.

Magis ut nudaret animos] Observat Cel. Burm. ad Phaedri Prolog. lib. 3, 47. *nudare* hic rariori significatu poni pro deprehendere mentem alterius; nisi quis forte mallet *nudarent,* id est, patefacerent; de quo v. ad 44, 38, 1. Addit tamen, sibi vulgatum placere: cui adsentior. Constanter enim omnes eodd. id tuentur.

§. 3. *Copias eductas ab Elatia*] Habetur in Pall. *copias adductas ab Elatia.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl.

Digitized by Google

ab Elatia ducere Argos pergit; atque ei circa Cleonas Aristaenus praetor, cum decem millibus Achaeorum, equitibus mille, obcurrit: et haud procul inde,
4 junctis exercitibus, posuerunt castra. Postero die in campum Argivorum descenderunt, et quatuor ferme
5 millia ab Argis locum castris capiunt. Praefectus praesidio Laconum erat Pythagoras, gener idem tyranni, et uxoris ejus frater: qui sub adventum Romanorum et utrasque arces, (nam duas habent Argi) et loca alia, quae aut opportuna, aut suspecta erant,
6 validis praesidiis firmavit. sed inter agenda haec pavorem injectum adventu Romanorum dissimulare

Mead. ambo. *copias abductas ab Elatia* Gaertn. Sed *adductas* recepi. Quinctius, habito Corinthi concilio, tribunis militum imperavit, ut exercitum ab Elatia arcesserent. Has itaque copias, opera tribunorum ab Elatia Corinthum adductas, ipse Argos duxit. *adductas ab Elatia* autem inlustratur ex illis, quae notantur ad 36, 40, 3.

Cum decem millibus Achaeorum, equitibus mille, obcurrit] Ita Frob. anno 1535. ex cod. Mog. edidit: cum quo stant ex nostris Voss. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Primae edd. perperam legebant *cum decem millibus Achaeorum militibus occurrit*, consentiente Lov. 5. *cum decem millibus Achaeorum peditum, equitibus mille occurrit* Aldus. *cum decem millibus Achaeorum peditibus, equitibus mille occurrit* Mead. 2. in margine. *cum decem millibus Achaeorum equi militibus occurrit* Lov. 1. 2. 4. et Mead. 1. *cum decem millibus Achaeorum equis militibus occurrit* Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§. 4. *Postero die in campum Argivorum descenderunt*] *Postremo die* Hearnii L. 1. V. ad 9, 7, 11. Tum *descendunt* Harl. V. ad 10, 12, 4. *ascenderunt* Gaertn. Mox *quatuor ferme millia*, pro *fere*, cod. Mog. V. ad 37, 38, 5.

§. 5. *Praefectus praesidio Laconum erat Pythagoras*] *Τὸ erat* omittunt Lov. 5. et edd. principes, quod Aldus demum adscivit, concinentibus reliquis meis. [*Praefectus praesidi* Bamb.] Mox *gener ipse tyranni* Lov. 3. et Gaertn. Deinde *uxori ejus frater* Lov. 1. ut apud Ovid. 3. Her. 48. *tribus, quae mihi, mater erat.* pro trium, et mea. vers. 74.

Cuique senex Nereus prosocer esse velit.

pro cujus prosocer. 8. Her. 28.

Et si non esses vir mihi, frater eras.

pro vir meus. Variatio etiam constructionis, *gener tyranni, frater uxori*, Liviana esse videri posset. V. ad 38, 39, 10. At uni

Digitized by Google

haudquaquam poterat: et ad externum terrorem inteſtina etiam ſeditio acceſſit. Damocles erat Argi- 7
vus, adolescens majoris animi, quam consilii: qui primo, jurejurando interposito, de praesidio expellendo cum idoneis conlocutus, dum vires adjicere conjurationi ſtudet, incautior fidei aeſtimator fuit. Conloquentem eum cum suis satelles a praefecto mis- 8
sus quum arceſſeret, sensit proditum consilium eſſe; hortatusque conjuratos, qui aderant, ut potius, quam extorti morerentur, arma secum caperent: atque ita 9
cum paucis in forum ire pergit, clamitans, ut, qui salvam rempublicam vellent, auctorem et ducem se

codici fidem habere non audeo. Insuper *sub adventu* Lov. 1. 3. et Gaertn. V. ad 2, 55, 1.

Duas habent Argi] Earum altera Larissa dicebatur, alterius nomen memoriae proditum non eſt. V. ad 32, 25, 5. Mox prius *aut* Aldus ex Mog. cod. adsumsit, quod non modo priores typis, sed et omnes mei calamo exarati [etiam Bamb.] ignorant.

§. 6. *Et ad externum terrorem intestina etiam seditio accessit*] Prima vocula non adparet in Voſſ. et Lov. 1. 3. ac 6. Tum *extremum terrorem* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. frequenti et facili scribarum lapsu. V. ad 2, 47, 8. 3, 14, 1. 6, 31, 4. 22, 1, 7. Adde (* Burm. ad Virg. 3. Aen. 43.) Markl. ad Statii 1. silv. 2, 98. et quae notavi ad Silii 9. 209. Vulgatum verum esse, ex obposito *intestina seditio* satis patet. Vox *etiam* omittitur in Lov. 3. Paullo ante *pavorem junctum* Voſſ. *pavorem interjectum* Gaertner. Male. V. ad 2, 36, 3.

§. 7. *Damocles erat Argivus*] Ita obvium fuit in edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Proximae, ut Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae, dederunt *Democles*, pro quo Aldus ex auctoritate Mſti Mog. *Damocles* revocavit. Nec aliter habent Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Reliqui variant quidem, in id tamen consentiunt, primam syllabam per vocalem primam scribendam eſſe. *Damodes* enim habent Lov. 3. et 6. literis *cl* in *d* coalescentibus. V. ad 10, 24, 2. *Damides* Hearnii L. 1. *Damedos*, et pro varia lectione *Damedes* Voſſ. *Democles* archon Atheniensium obcurrit apud Pausan. in Phoc. 24. quod nomen alia dialecto profertur *Damocles*. Id autem obcurrit apud Polyb. in Exc. l. 13, 1402. Ita *Demaratus* et *Damaratus*. V. ad 24, 22, 8. Mox *adulescens* cod. Mog. Lov. 1. 4. et Voſſ. V. ad 6, 34, 11. Deinde *quum vires adjicere* membranae Mog. Sed v. ad 1, 40, 7.

§. 8. *Hortatusque conjuratos, qui aderant*] Participium hoc

Digitized by Google

10 libertatis sequerentur. Haud sane movit quemquam, quia nihil usquam spei propinquae, nedum satis firmi
11 praesidii, cernebant. Haec vociferantem eum Lacedaemonii, circumventum cum suis, interfecerunt. com-
12 prehensi deinde quidam et alii. ex iis occisi plures, pauci in custodiam conjecti. multi proxima nocte, funibus per murum demissi, ad Romanos transfugerunt.

orationam suspendit, nec tamen habet verbum, quo referatur. Subveniunt nonnihil Lov. 2. et 6. *hortaturque* legentes. Neque obstare debet, quod tempore perfecto praecessit *sensit*. Ita enim ante hoc eodem cap. *descenderunt et capiunt*. V. ad 3, 46, 9, et 29, 27, 5. nisi malis mox voculas *atque ita* expungere, quae tamen in omnibus scriptis leguntur. Paullo ante *proditum consilium*, sine *τῷ esse*, Harl. Tum infra §. seq. *pergit ire*, mutato ordine verborum, Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 10. *Haud sane movit quemquam*] *commovit* Lov. 1. Deinde *quempiam* Lov. 2. et Harl. V. ad 35, 42, 7. Mox *nusquam spei*, pro *nihil usquam*, Lov. 6. a m. 1. et Harl. [§. 11. *comprensi* Bamb.]

§. 12. *Multi proxima nocte, funibus per murum demissi*] Primam vocem ignorant non tantum omnes, quos consului, codd. et Hearnii L. 1. [Bamb.] sed etiam edd. antiquiores: primus enim Ascens. anno 1513. eam addidit; quae etiam necessaria videtur. Tum vox *nocte* neglegentia librarii abest a Voss. qui insuper praefert *per murum funibus*. At voces *per murum* exsulant a Lov. 1. Hinc *dimissi* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *missi* Lov. 3. et Mead. 1. [mox *perfugerunt* Bamb.]

§. 1. *Si ad portas Romanus exercitus fuisset, non sine effectu futurum eum motum fuisse*] Pall. *si ad portas exercitus Romanus fuisset, non sine effectu futurum motum eum fuisse*. Ant. ed. *non sine effectu futurum motum illum fuisse*. GEBH. *ad portam* Lov. 5. et edd. priscae; pro quo *ad portas* Aldus recepit ex cod. Mog. probantibus reliquis meis. Deinde *exercitus Romanus fuisset* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *Romanus exercitus esset* Gaertner. Praeterea *non sine effectu motum eum futurum fuisse* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *non sine effectu motum eorum fuisse* Lov. 1. *non sine effectu motum illum futurum fuisse* Lov. 5. et edd. antt. [*motum eum esse* Bamb.] Quod vulgo nunc exstat, Aldus ex fide cod. Mog. dedit.

§. 2. *Et, si propius castra admoverentur, non quieturos Argivos*] Pall. *non quieturos Argos*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] Insuper *τὸ et* non adparet in iisdem codd. nec insuper in Lov. 5. vel priscis edd. Primus contextui Frob. anno 1535. inseruit.

Misit expeditos pedites equi-

Digitized by Google

XXVI. Quinctius, adfirmantibus iis, si ad portas 1
Romanus exercitus fuisset, non sine effectu futurum
eum motum fuisse, et, si propius castra admoveren- 2
tur, non quieturos Argivos, misit expeditos pedites
equitesque, qui circa Cylarabin (gymnasium id est
minus trecentos passus ab urbe) cum erumpentibus 3
a porta Lacedaemoniis proelium commiserunt, atque

tesque] *equites peditesque* Lov. 5. et edd. antt. Frobenius demum anno 1531. ordinem vocabulorum fide membranarum Mog. immutavit, quod probant omnes reliqui Msti, quos consului. Plerumque Livius *pedites equitesque*, quam inverso ordine, dicere amavit. Exempla v. 5, 34, 5. 33, 14, 7. c. 15, 5. 35, 32, 3. etc. Verum librarii, equites digniores, quam pedites, esse existimantes, etiam convenire putarunt, illos prius, quam hos, nominari, et ordinem vocum mutarunt. V. ad 2, 19, 3. 4, 27, 2. 21, 40, 7. c. 54, 2. 22, 28, 11. 24, 14, 1. c. 35, 5. 26, 5, 3. 29, 33, 6. 34, 14, 8. c. 38, 3. 35, 12, 16. et alibi. Verum, quid in his similibusque Livius aliique observare consuerint, videbimus ad 40, 10, 5. Obcurrunt tamen loca, ubi Livium *equites peditesque* dixisse integerrimi codd. testantur. Exemplum habemus 27, 13, 9. Horum itaque fide in his standum judico.

Qui circa Cylarabin (*gymnasium id est* etc.] Pausanias l. 2, [18. et 22.] ubi de Argis, Cylarabin, Stheneli filium, regem Argivorum fuisse dicit, et gymnasium quoque esse Argis ab eo nominatum. In multis codicibus perperam legitur *Cyralabin*. Sed in hoc nomine, quod ad *l* et *r* attinet, contrarium accidit, quod in *Sthenelo* et *Caralibus*, pro quibus vulgus *Sthelenum* ac *Calarim* dicit. GLAR. Legendum est, *qui circa Cylarabis gymnasium* (*id est* etc. Neque enim *Cylarabis* appellatus est ille locus, sed *Cylarabis gymnasium*. Pausan. *Κυλαράβου γυμνάσιον*, in Corinth. [22.] CASAUBONUS ad Strab. 3, 153. Habes tamen apud Plutarch. in Pyrrh. [404.] *Πύρρος ἐτοιῶν μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ βοῆς παρὰ τὴν Κυλαραβιν*. Et Livius quoque se defendit 41, 20, 7. *Cyzici in Prytaneo* (*id est penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur*) *vasa*, etc. JAC. GRON. Nomen auctoris gymnasii apud scriptores Graecos est *Κυλαράβης* et *Κυλλαράβης*. V. Sylburg. ad Pausan. Corinth. 18. et quae viri docti non ita pridem ad Plut. vit. tom. 4. p. 831. ed. Lond. adnotarunt. In Servio ad Virg. 8. Aen. 9. perperam est *Cyllabarus*, quod correxit Simson. in Chron. ad A. M. ↂ ↂ ιϛccxii. In eodem ad 11. Aen. 269. vetustae quaedam editt. itidem male habent *Cylarabus* et *Calabarus*. DUK. *Cylaribim* Lov. 1. *Cylabarim* Lov. 3. *Cyralabim* Lov. 6. *Cylarabim* Lov. 2. 4. et Gaertn. [Bamb.] Deinde *gymnasium ad. est* Lov. 1. Sed voces *id est* desunt in Lov. 3. earum ultima in Lov. 6. a m. 1. Ex his patet, quamvis in nomine gymnasii varient codd. plures tamen in *Cylarabin*, vel *Cylarabim*, consentire; ipsosque, qui dissentiunt, ab ea lectione haud multum abire; nullum

Digitized by Google

eos haud magno certamine compulerunt in urbem. et castra eo ipso loco, ubi pugnatum erat, impe-
4 rator Romanus posuit. Diem inde unum in speculis fuit, si quid novi motus oriretur. postquam ob-

denique Casaubono favere. Recte igitur Jac. Gronov. adversus eum vulgatum defendit. Et sane, si quid mutandum foret, quum gymnasii auctor *Κυλαράβης* dictus sit, *Cylarabae gymnasium* legi deberet. Gymnasium, *Cylabaris* vel *Cyllabaris* dictum, a Graevio inlustratur, ejusque id nomen ex Hesych. et Plutarch. vindicatur ad Luciani Merced. conduct. p. 972. Idem autem processus eademque orationis compositio supra est 28, 6, 12. *Ad Cynum Locridis (emporium id est Opuntiorum) trajecit.* et c. 7, 18. *Intra Rhium (fauces eae sunt Corinthii sinus) obprimerentur.*

§. 3. *Cum erumpentibus a porta Lacedaemoniis proelium commiserunt*] MS. *cum erumpentibus ad portas Lacedaemoniis proelium commiserunt.* MOD. Modius excerpta cod. Mog. non recte consuluit. Is enim non hoc loco *ad portas*, pro *a porta*, sed supra §. 1. *ad portas*, pro *ad portam*, exhibuit, ut cuivis adtendenti patebit. *Erumpere a porta* autem, ut infra c. 28, 9. *Tum ab oppido pluribus simul locis erumpunt.* Ejusdem generis sunt *excire ab Roma*, de quo v. ad 7, 39, 10. *exstare ab aqua* 22, 2, 10. ubi alia dicta sunt. Praeterea *a porta Lacedaemonis* Lov. 4. et Mead. 1. [Bamb.] de quo errore v. ad 39, 37, 2. Mox *imperator posuit*, media voce omissa, Harl.

§. 4. *Diem inde unum in speculis fuit, si quid novi motus oriretur*] Vocem *inde* Aldus ex cod. Mog. recepit, quam etiam habuisse videntur Mead. ambo. Certe excerpta mea nihil ex illis hoc loco monent. At contra deest in Voss. Lov. sex, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Insuper *Unus dies in spectaculis fuit* legit Lov. 3. *Diem unam in speculis fuit* Lov. 6. Deinde *sic quid novi motus oriretur* Voss. *si quid motus orirentur* Lov. 1. *si qui novi motus orirentur* Lov. 3. *si quid novi motus oreretur* Lov. 4. [Bamb.] V. ad 23, 16, 7. Mox *advocat concilium* Lov. 4. V. ad 1, 8, 6. *advocat consilium* Mog. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. Et ita mox §. 8. omnes iidem libri, scripti et editi, cum Lov. 4. *dimisso consilio.* Utroque loco eamdem lectionem expressit Crevier. in quo se cod. sui Victor. fidem secutum esse fatetur infra c. 30, 5. Sed alteram praestat. Intelligitur enim conventus legatorum ab diversis populis Romanorum sociis; quod *concilium*, non *consilium*, vocari, Gronov. docuit ad 44, 2, 5.

§. 5. *Non alia esset, inde potissimum ordiendi belli*] Melius *ordiendum bellum.* GELEN. Alii *ordiendi belli.* Sed Moguntinus manuscriptus habet *ordiundi bellum.* MOD. Prisca ed. *ordiendi belli.* Pall. *cum caussa belli non alia inde esset, dein potissimum ordinandi belli.* GEBH. Sic [*ordiendum bellum*] Gelenius. At quicquid est nobis visorum: *ordiendi belli*, vel *ordinandi.* Mogunt. *ordiundi bellum.* Quid, si plurium scripturam tueamur? Neque offendat quemquam illa

Digitized by Google

preſſam metu civitatem vidit, advocat concilium de obpugnandis Argis. Omnium principum Graeciae, 5 praeter Ariſtaenum, eadem ſententia erat; quum cauſſa belli non alia eſſet, inde potiſſimum ordiundi

compositio: *principum sententia ordiendi belli:* quia forte publici saporis non eſt. Nam ita Valerius Maximus 2, 4, 4. *Ut mos est hominum parvula initia pertinaci studio persequendi.* Etiam Cicero in Pisonem [1.] *Jamne vides, bellua, jamne sentis, quae sit hominum querela frontis tuae?* Querela et hominum, qui conqueruntur, et frontis, de qua queruntur: ut sententia et principum, qui censent, et belli ordiendi, quod censent. Philippica 7, [9.] *Nasidieno, cujus ego excubias et custodias capitis mei cognovi in consulatu meo.* 2. de Nat. Deor. [63.] *Canum vero tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos.* 4. Tuscul. quaeſt. [11.] *Similiter definitur et mulierum odium, ut Hippolyti, et, ut Timonis, generis humani.* 2. ad Att. ep. 5. *Cupio ab hominum satietate nostri discedere.* Sic et in Sextiana [6.] *Superioris anni reipublicae naufragium.* quod superior annus reipublicae attulit. Si satis hoc intellexiſſent viri docti, deeſſe sibi caussam noſſent, cur mallent: *superioris anni in republica naufragium.* Dies seu tempus secum vehit fortunam et publicam et privatam: unde inscriptio: *Fortunae hujus diei:* cui aedem vovit Q. Catulus belli Cimbrici magno die, laudante Cic. 2. de Legib. [11.] Naufragium autem ejus, qui facit, non minus quam incendium suum apud Salluſtium vocat Catilina, quo fortunae ejus conflagrarunt. 10. Famil. 3. *Maxima orbitate reipublicae talium virorum.* Caesar 1. de bello Civ. [4.] *Potentium ostentatio sui.* Et [c. 7.] *Omnium temporum injurias inimicorum.* J. FR. GRON. Nemo negat, saepe duos genitivos ab uno nomine pendere. Sed non tam hoc ignorasse videntur, qui maluerunt *ordiendum bellum*, quam non habuiſſe exemplum gerundii in *dum* eum casu verbi sui, ita ut hic, in genitivum mutati. Eſt omnino durum et insolens genus loquendi, quod ex hoc dubiae lectionis loco non satis probari puto. Aliter vulgo loquuntur Latini. Si hic *ordiendi belli* recte dicitur, etiam, quod c. 33, 5. legitur, *Maximae partis sententia erat, perseverandum in bello esse, et tollendum tyrannum,* ita efferri poteſt, *Maximae partis sententia erat perseverandi in bello, et tollendi tyranni:* quod tamen non facile quemquam, nisi certiore auctoritate munitum, tentaturum arbitror DUK. Omnia haec verba desunt in Lov. 1. neglegentia scribae, cui errandi ansam praebuit vocum *belli* et *bellum* repetitio. *non alia in die esset, inde potissimum ordinandi belli* Voſſ. sed *inde*, pro *in die*, in margine. *non alia inde esset, dein* (vel *deinde*) *potissimum ordinandi belli* Lov. 2. 4. et Gaertn. *non alia inde esset, inde potissimum ordinandi belli* Mead. 2. *non alia inde esset et potissimum ordinandi belli* Lov. 3. *non alia inde esset potissimum ordinandi belli* Harl. *non alia deesset dein potissimum ordinandi belli* Mead. 1. *caussa belli inde alia non esset potissimum ordinandi*

Digitized by Google

6 bellum. Quinctio id nequaquam placebat, sed Aristaenum, contra omnium consensum differentem,
7 cum haud dubia adprobatione audivit. et ipse adjecit, *quum pro Argivis adversus tyrannum bellum susceptum sit, quid minus conveniens esse, quam*
8 *omisso hoste Argos oppugnari? Se vero caput belli Lacedaemonem et tyrannum petiturum.* Et, dimis-

so

belli Lov. 6. sed prius *belli* adpositis notis delendum esse librarius indicavit. *non alia esset, inde potissimum ordiendi belli* solus, antiquis edd. concinens, Lov. 5. [et Bamb.] quod placuit etiam Cl. Crevier. neque improbavit Periz. ad Sanctii Minerv. 2, 3. num. 15. ubi de duobus genitivis ex uno eodemque nomine pendentibus late agit: quale exemplum etiam est 23, 20, 2. *Quinquennii militiae vocationem decrevit.* Apud Justin. 1, 10. *Magna quidem gloria recepti regni principum fuit.* An tamen casta Latinitas permittat, ut uni nomini jungatur et genitivus, et gerundium in *di* cum casu verbi, in genitivum mutato, recte dubitavit Cl. Dukerus. Certe ejus exemplum non notavi. Reliquis igitur codd. praefero Moguntinum, et ex ejus fide recepi *ordiundi bellum. ordiandi* enim, id est *ordinandi*, quod est in tantum non omnibus scriptis, facilius conrumpi potuit ex *ordiundi*, quam ex *ordiendi*, quod est in uno. Praeterea, nomini Latinos junxisse genitivum et gerundium in *di* cum casu verbi, evincunt exempla Val. Max. a Gronov. hic laudatum, et Plauti Pseud. 1, 1, 3.

Duorum labori ego hominum parsissem lubens.
Mei te rogandi, et tui respondendi mihi.

quod Periz. loco indicato ad partes adduxit.

§. 6. *Sed Aristaenum, contra omnium consensum disserentem*] *et Aristaenum* Lov. 2. 3 4. Harl. [Bamb.] et Gaertn. quorum ultimus etiam *consensum omnium* legit. *omnium consilium* Lov. 6. Mox §. seq. *cum Argivis*, omissa media praepositione, Lovel. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *quum prò Argis* Lov. 3. 5 et ed. Campani. Postea §. 8. *Lacedaemones et tyrannum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *et Lacedaemones et tyrannos* Lov. 3. Existimasse videntur librarii indocti, *Lacedaemon* non urbis, sed populi, urbem inhabitantis, nomen esse.

§. 9. *Parthenio monte superato*] *Pharcenio* Lov. 1. et 6. *Phantenio* Mead. 1. sed *Parthenio* in margine. *Pharitenio* Lov. 4. *Phariteno* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Phartenio* ejusdem N. [Bamberg.] Deinde *superato monte* cod. Mog. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [*superato montem* Bamb.]

Praeter Tegeam tertio die ad Carrhias posuit castra] *Caryae*, unico *r* et sequente *y*, legendum arbitror ex Pausania l. 3, [10.] qui in Laconia locum Dianae et Nympharum esse scribit. Quanquam id lectorem moratur, quod

Digitized by Google

so concilio, frumentatum expeditas cohortes misit. Quod maturi erat circa, demessum et convectum est. viride, ne hostes mox haberent, protritum et corruptum. Castra deinde movit, et, Parthenio superato monte, praeter Tegeam tertio die ad Caryas posuit castra. ibi, priusquam hostium intraret agrum, sociorum auxilia exspectavit. Venerunt Macedones a Philippo mille quingenti, et Thessalorum equites

hic exspectare sociorum auxilia velit, priusquam hostium intraret agrum, ut *Caryae* in Laconum agro non apte videri queant: unde quidam *Caphyae* legendum putarunt, quae in Arcadia sunt, ubi et Tegea, cujus hic quoque mentio: sed ego temere non mutaverim. GLAR. *praeter Tergeam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *praeter Tergiam* Lov. 3. *praeter Cergeam* Harl. Tum *tertia die* Voss. Male. V. ad 8, 11, 15. Deinde *ad Carrhias*, ut est in antt. edd. solus servat Lov. 5. *ad Garyas* Voss. *ad Caruas* Lov. 1. *ad Charyas* Gaertn. *ad Canas* Hearnii L. 1. *ad Carilas* Mog. *ad Caryas* primus Froben. anno 1535. reposuit: et ita praeferunt reliqui codices. Ceterum *Caryae* fuerunt duplices, aliae Laconices, quarum hic Glareanus meminit; aliae Arcadiae, quas memorat Pausan. in Arcad. 13. 14. et 45. quibus locis male Sylburg. *Καφυαι* et *Καφυών*, pro *Καρυαι* et *Καρυών*, scribendum conjicit, quia *Caryae* non Arcadiae sunt, sed Laconices, quod probat ex hoc Livii loco; qui tamen de Caryis Laconices ideo intelligi nequit, quoniam, ut Glareanus jam monuit, Quinctius ibi sociorum auxilia exspectavit, *priusquam intraret hostium agrum*, id est, Laconicam; et quoniam ab Argis, Parthenio monte superato, praeter Tegeas ad Caryas Laconicae tertio die cum exercitu venire nequaquam potuit, ut observat Cellar. 2. Geogr. ant. 13. p. 793.

Priusquam hostium intraret agrum] *hostium agrum intraret* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *hostium agros intraret* Harl. *hostium introïret agros* cod. Mog. Sed nihil muto. Supra 6, 25, 7. *Intrantibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineri locis.* Solent autem etiam alibi *intrare* et *introïre* commutari. V. ad 7, 39, 14. Nec displicet *agrum*. V. ad c. 46, 3.

§. 10. *Venerunt Macedones a Philippo mille quingenti*] Dissentiunt in numero. Pall. *Venerunt Macedones a Philippo CC et CC.* antiqua ed. *Venerunt a Philippo duo millia et DCC.* GEBH. Quae vulgo exstat lectio, primum adparuit in ed. Frob. anni 1535. Antea edebatur *duo millia et DCC*, (quod in Lov. 5. inveni) vel *duo millia DCC.* [*mille et quingenti* Bamb.] Numerus missorum militum deest in Lov. 1. et Hearnii L. 1. Nec aliter ejus N. nisi quod tamen in eo lacuna relicta sit. *a Philippo DCC.* legit Lov. 3. *a Philippo ducenti et septem* Gaertn. *a Philippo ducenti et septingenti* Lov. 2. et Harl. *a Philippo CC et DCC.* Lov. 6. a m. 1. et Mead. 1. *a Phi-*

Digitized by Google

quadringenti. nec jam auxilia, quorum adfatim erat, sed commeatus finitimis urbibus imperati morabantur Romanum. Navales quoque magnae copiae conveniebant. Jam ab Leucade L. Quinctius quadraginta navibus venerat: jam Rhodiae decem et octo tectae naves, jam Eumenes rex circa Cycladas insu-

lippo CC et CC Lov. 4. et Mead. 2. *a Philippo CC equites et DCC pedites* Lov. 6. a m. 2. *a Philippo ac quia erat hostis Romanorum secundum pecděn* reliquis corruptior Voss. Verum illa *ac quia hostis erat Romanorum* ex glossa marginali in contextum inrepsisse videntur; reliqua autem *secundum pecděm* nata esse ex nota numerali *IIm et DCnti, vel IIm et DCCnti.* Si Frobenius, vel Gelenius, vel quicumque priscam lectionem mutarunt, cod. Moguntinum secuti sunt, non adversabor. Sin, antiquam lectionem, quo multorum codicum vestigia nos ducunt, praeferam. Et quidem, si, quod verum esse suspicor, vulgatum tantum conjecturae debetur, veterem scripturam mutandi caussa fuisse videtur, quod displiceret *Macedones duo millia et septingenti*, pro *Macedonum*; quum tamen Livio familiarissimum sit; ut, si numero millenario numerus minor addatur, nomen ipsi jungat non eo casu, quem exigit *τὸ millia*, sed numerus minor adjectus. Supra 3, 3, 9. *Censa civium capita centum quatuor millia ducenta quatuordecim.* 34, 52, 7. *Philippei nummi quatuordecim millia quingenti quatuordecim.* 35, 9, 2. *Censa sunt civium capita centum quadraginta tria millia septingenta quatuor.* 37, 40, 11. *Inde auxiliares mixti omnium generum duo millia et septingenti.* 38, 36, 10. *Censa civium capita ducenta quinquaginta octo millia trecenta octo.* 39, 5, 14. *Tetradrachmûm Atticûm centum octodecim millia: Philippei nummi duodecim millia quadringenti viginti duo.* V. Gronov. ad 39, 7, 1. Eadem locutio aliquoties obcurrit apud Colum. 5, 1.

Quorum adfatim erat] *quorum affatim erant* Lov. 6. *quorum adfatim numerus erat* Harl. cujus cod. librarius aegre tulisse videtur, *τὸ adfatim* cum genitivo construi, quod tamen Livius saepe fecit. Supra 10, 25, 7. *Habetis igitur, inquit, adfatim lignorum.* 23, 5, 16. *Jam pecuniae adfatim est frumentique.* 27, 17, 7. *Armorum adfatim erat captorum Karthagine.* 34, 37, 5. *Copiarum adfatim esse.* Mox *commorabantur Romanum* Gaertn. *morabantur. Romanorum navales quoque* Lov. 3.

§. 11. *Jam ab Leucada L. Quinctius cum quadraginta navibus venerat*] *Leucas* oppidum fuit, *Leucates* promontorium. quare aut *Leucata* legendum est, aut, quod magis placet, *Leucade.* Cicero, ad Tyronem scribens [16. ad fam. 1.] *Leucade* dixit. SABELL. Pall. *L. Quintius XL navibus venerat*, fastidito *cum.* GEBH. *ad Leuchā* Lov. 6. *ad Leucada* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *ab Leucada* edd. Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque. *ab Leucata* edd. Venetae. *a Leocade* Mead. 1. *a*

Digitized by Google

sulas erat cum decem tectis navibus, triginta lembis, mixtisque aliis minoris formae navigiis. ipso- 12
rum quoque Lacedaemoniorum exsules permulti, tyrannorum injuria pulsi, spe recuperandae patriae in castra Romana convenerant. Multi autem erant, 13
jam per aliquot aetates, ex quo tyranni tenebant

Leucade Voss. Lov. 1. et Gaertn. [*ad Leucade* Bamb.] Reliqui cod. *ab Leucade*, quod etiam primum inveni in ed. Mediol. anni 1505. hinc in Mog. et mox in reliquis recentioribus. Regio, modo peninsula, modo insula, vocatur *Leucadia*, urbs in ea sita *Leucas*, promontorium *Leucate*; quae tamen nomina saepe commutantur. V. Cellar. Geogr. ant. 2, 13. p. 708. et Palmer. Graec. ant. 3, 10. Deinde *Quinctius L navibus* Lov. 3. *Quinctius quadraginta navibus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Supra 28, 38, 1. *Decem navibus Romam redit.* ubi plures codd. perperam *cum decem navibus.* 30, 27, 8. *Viginti navibus longis, militibus mille, oram Siciliae tutaretur.* Et ibi recte Gronov. *τὸ cum* delendum monuit. 37, 9, 8. *Cetera classe in Europam trajecit.* 41, 1, 2. *Eodem decem navibus C. Furius duumvir navalis venit.* De ellipsi hac praepositionis *cum* v. ad 1, 14, 7. 22, 9, 5. 23, 41, 10. aliisque locis.

Tectis navibus, triginta lembis, mixtisque aliis minoris formae navigiis] *tringintaque lembis mixtisque aliis* Lov. 3. et Gaertn. *et triginta lembis, mixtis aliis* Lov. 6. *triginta lembis, mixtis aliis* Voss. et Lov. 1. Tum *minoris formae navibus* codd. mei, et edd. vett. *minoris formae navigiis* Froben. anno 1531. ex fide cod. Mog. recepit. Paullo ante *rex circa Cycladas erat* Gaertn. *Τὸ circa* deerat in Harl.

§. 12. *Spe recuperandae patriae in castra Romana convenerant*] MS. *in castra Romana pervenerant.* MOD. Libri omnes *convenerunt.* GEBH. *convenerant* primum adparuit in Frob. anni 1531. Omnes priores exhibuerunt *convenerunt*; neque aliter erat in Lov. sex, Harl. Mead. utroque, [Bamb.] Hearnii L. 1. et Voss. a m. 2. in quo scriptum exstat a m. 1. *pervenerunt*; quod et ipsum, non *pervenerant*, ut Modius putat, se in cod. suo invenisse Moguntini testantur. Praecesserunt *venerat* et *erat*, eoque colore *convenerant* defendi nequit. Saepe enim varia tempora junguntur. Ita inperfectum et perfectum. V. ad 3, 7, 3. *compleverunt* et *exposcebant* 39, 49, 10. (* praesens et imperfectum *arent* et *alerent* 43, 6, 3.) Adde Cel. Burm. ad Suet. Aug. 20. Etiam perfecta et plusquamperfecta. Exempla v. ad 4, 33, 8. et 26, 37, 1. Ita *abscesserat* et *abduxit* 45, 11, 1. Adde Markland. ad Statii 1. silv. 1, 100. et Cort. ad Sallust. Catil. 12, 1. Tum *spe recuperandae primae libertatis* Lov. 6. [*spe recipiendae patriae* Bamb.] Paullo ante *ipsorumque Lacedaemoniorum*, pro *ipsorum quoque Lacedaemoniorum* Harl. V. ad 5, 27, 1.

§. 13. *Per aliquot aetates, ex quo tyranni*] *Aliquot aetates* de annis non ita multis dicit: nam

Digitized by Google

14 Lacedaemonem, alii ab aliis pulsi. Princeps erat exsulum Agesipolis, cujus jure gentis regnum Lacedaemone erat, pulsus infans ab Lycurgo tyranno post mortem Cleomenis, qui primus tyrannus Lacedaemone fuit.

1 XXVII. Quum terra marique tantum belli circumstaret tyrannum, et prope nulla spes esset vere suas hostiumque aestimanti vires, non tamen omisit

Cleomenes, quem primum tyrannum Lacedaemoniorum fuisse ait, vix XL annis ante hoc tempus regnum inierat. Si quis ad id tempus referendum putet, quo, Agide ac Leonida Spartae regnantibus, primum turbari coepit respublica Lacedaemoniorum, tamen vix L anni sunt. V. Petav. 4. Ration. temp. 4. DUK *per aliquas aetates* Voss. V. ad 30, 19, 5. *per multas aetates* Lov. 1. Tum *ex tyrannis, qui tenebant* Voss.

Alii ab aliis pulsi] Libri omnes *expulsi*. GEBH. Pariter Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. vulgavit *pulsi*.

§. 14. *Cujus jure gentis regnum Lacedaemone erat*] Idem MS. *cujus jure gentis regnum Lacedaemonium erat* MOD. *regnum Lacedaemonie*, vel *Lacedaemoniae, erat* Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Moguntina antiquiores; sicut mox in fine hujus cap. iterum legunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et eaedem editiones. Similiter §. praec. *Lacedaemoniam*, pro *Lacedaemonem*, legunt Lov. 1. 6. et Voss. Paullo ante *Agesiopolis* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn.

Pulsus infans ab Lycurgo] Pal. pr. *Licuico*. alter *Licineo*. Et statim *qui primus tyrannus Lacedaemoniae fuit*. GEBH. *ab Liturco* Voss. *ab Licuico* Lov. 4. *ab Liciveo* Mead. 1. *ab Lituido* Lov. 6. a m. 1. *ab Licinio* a m. 2. et Lov. 2. *ab Licineo* Gaertn. [*ab Ligurco* Bamb.]

§. 1. *Tantum belli circumstaret tyrannum, et prope nulla spes esset*] Prisca ed. *nulla seps esset*. GEBH. Secunda vox deest in Gaertn. *tantum bellum* legunt reliqui codd. nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. Moguntinenses; demum ex cod. suo dederunt *tantum belli*. Ut 4, 57, 1. *Quum tantum belli in manibus esset*. Ita *tantum roboris* 2, 8, 8. *tantum turbarum* 2, 29, 9. *tantum momenti* 4, 58, 3. *tantum spatii, tantum laboris* 5, 5, 5. *tantum dissensionum* 5, 24, 9. *tantum pavoris* 28, 3, 9. *tantum tumultus* 38, 2, 10. *tantum terroris* 38, 16, 10. et Epit. Liv. 52. *tantum animorum* 38, 52, 7. *tantum hominum* 39, 46, 6. et 40, 19, 7. *tantum fastigii* 44, 1, 11. *tantum Macedonum* 44, 42, 7. *tantum pecuniae* 45, 40, 2.

Vires suas hostiumque aestimanti] Adhuc Longobardicus codex, *prope nulla spes esset, vere suas hostiumque aestimanti vires*. MOD. Pal. prior habet *extimanti*. GEBH. Mog. *vere suas hostiumque aestimanti vires*. 30, [22, 3.] *Senatui ac populo Car-*

Digitized by Google

bellum: sed et a Creta mille delectos juventutis eo- 2
rum excivit, quum mille jam haberet: et tria millia mercenariorum militum, decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit: et fossa valloque urbem communivit. et, ne quid intestini 3
motus oriretur, metu et acerbitate poenarum tenebat animos, quoniam, ut salvum vellent tyrannum, sperare non poterat. Quum suspectos quosdam ci- 4

thaginiensi, si quis vere aestimet, foedus ad eam diem inviolatum esse cum Romanis. Fragmentum apud M. Senec. [Suasor. 6.] *Praeter mortem, quae vere aestimanti minus indigna videri potuit.* J. FR. GRON. Licet nullus meorum [nec Bamb.] Moguntino consentiat, ejus tamen lectionem veram esse judico; quam proin recepi. Ita 3, 19, 6. *Plus, Hercule, aliquantum, qui vere rem aestimare velit.* 6, 11, 4. *Quum interim, si quis vere aestimare velit, a M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit.* 37, 58, 8. *Ceterum vere aestimanti Aetolicum magis ad Thermopylas bellum, quam regium fuit.* Ita *vera aestimatio* Cl. Periz. Livio vindicare conatur infra 38, 51, 14. *verius existimare* supra est 31, 48, 5.

§. 2. *Sed et a Creta mille delectos juventutis eorum excivit*] *Τὸ et* non habent Lov. 1. 2. 5. Harl. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1535 [*dilectos* Bamberg.] Tum *eorum* deest in Voss. *juventutis eorum delectos* legit Gaertn. Mox *incenatorum* Voss. Dein *cum castellis agrestibus* Lov. 3. 4. et Voss. *cum castell' agrest ibus* Lov. 1.

§. 3. *Acerbitate poenarum tenebat animos. Quoniam, ut*] Cl. Jac. Perizon. in margine Livii sui legendum conjecit *terrebat animos.* Voces illas in Mstis commutari, vidimus ad 23, 1, 10. Sed nihil mutandum. De verbo *tenere* hoc sensu v. ad 35, 23, 5. Praeterea vulgata interpunctio Cl. Crevier. displicuit; distinguendum autem docuit *tenebat animos, quoniam, ut* etc. *non poterat. Quum suspectos* etc. quod verum puto, et recepi. Paullo ante *orentur* Voss. *orerentur* Lov. 1. 4. [*oreretur* Bamb.] V. ad 23, 16, 7.

Sperare non poterat] *spectare* Voss. quomodo librarius scripsisse videri posset, pro *exspectare:* is enim error in Mstis frequens est. V. ad 30, 23, 7. At potius nihil muto. Ita editur apud Justin. 12, 3. *Omnibus reditum in patriam exspectantibus.* pro quo codd. quidam *spectantibus,* alii *sperantibus.* quod Cl. Abrah. Gronov. probavit. Passim librarii *sperare* et *spectare* commutarunt. V. ad 6, 23, 5. 8, 38, 11. 9, 46, 9. 40, 15, 4. (* c. 10, 5.) et Cel. Burm. ad Nemes. Ecl. 1, 43.

§. 4. *Quum suspectos quosdam civium haberet*] Pal. prior *cum suspectos quosdam filios haberet.* Sequitur enim infra, *Sub haec citari nomina octoginta ferme principum juventutis jussit.* GEBH. Omnes mei recte stant pro vulgato.

Digitized by Google

vium haberet, eductis in campum omnibus copiis,
5 (Dromon ipsi vocant) positis armis, ad concionem vocari jussit Lacedaemonios, atque eorum concioni satellites armatos circumdedit. et pauca praefatus,
6 *Cur sibi omnia timenti caventique ignoscendum in tali tempore foret: et ipsorum referre, si quos suspectos status praesens rerum faceret, prohiberi potius, ne quid moliri possint, quam puniri molientes.*
7 *Itaque quosdam se in custodia habiturum, donec ea, quae instet, tempestas praetereat. Hostibus repulsis,*

Eductis in campum omnibus copiis, (Dromon ipsi vocant) positis armis, ad concionem vocari jussit Lacedaemonios] Quid? an copias universas unica voce δρόμον appellabant Lacedaemonii? Nugae. Δρόμος erat extra urbem Spartanam campus, in quo se juventus cursu exercebat. Pausan. in Lason. [14.] *Καλοῦσι δὲ Λακεδαιμόνιοι Δρόμον, ἔνθα τοῖς νέοις καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔτι δρόμου μελέτη καθέστηκεν.* Et obcurrit plurima illic ejus mentio. Ergo verba illa Livii, luxata aliquantum ita ordinare malim: *Eductis in campum (Dromon ipsi vocant) omnibus copiis.* MEURSIUS 1. Attic. lect. 24. Illa verba *Dromon ipsi vocant* desiderantur in prisca ed. et posteriore Pal. In priore vero est *eductis in campum omnibus copiis, positis armis ad Xionem vocari jubet.* GEBH. Adde Reines. 2. Var. lect. 3. DUK. *eductus in campum cum omnibus copiis* Gaertn. *eductis omnibus in campum copiis* Lov. 6. et edd. usque ad Aldum, qui ordinem vocum mutavit, praeeunte cod. Mog. Consentiunt reliqui mei. Dein voces *Dromon ipsi vocant* desunt in omnibus meis, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et excusis usque ad Frob. qui eas anno 1531. fide cod. Mog. recepit. Ad haec *jussit* iterum Aldus edidit, ita volente eodem Mflo Mog. Omnes mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] et priores typis exarati habent *jubet*.

§. 6. *Ignoscendum in tali tempore tali tempore*, sine praepositione, Lov. 3. et Gaertn. sed eam saepe addere amat Livius. V. ad 1, 57, 1. Reliquos igitur eamdem defendentes sequor. Mox *et* deest in Lov. 4. sed interceptum est a literis ultimis verbi praecedentis. V. ad 35, 41, 7. *Tò rerum* etiam exsulat ab Harl.

§. 7. *Quosdam se in custodia habituros, donec ea, quae instet, tempestas praetereat*] *in custodiam* Voss. Lovel. 1. 3. 5. 6. [Bamb.] et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 2, 14, 4. Tum *instaret* Lov. 6. *instat* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. omnesque editi ante Frob. qui anno 1535. *instet* dedit. Mox *caveretur* Voss. et Lov. 6. *cavetur* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo recte emendarunt *caveatur*. Deinde *extemplo eos se missurum* Lov. 2. et Harl. prima li-

Digitized by Google

(*a quibus, si modo proditio intestina satis caveatur, minus periculi esse*) *extemplo eos emissurum.* Sub 8 haec citari nomina octoginta ferme principum juventutis jussit: atque eos, ut quisque ad nomen responderat, in custodiam tradidit: nocte insequenti omnes interfecti. Ilotarum deinde quidam, (hi 9 sunt jam inde antiquitus castellani, agreste genus) transfugere voluisse insimulati, per omnes vicòs sub verberibus acti necantur. hoc terrore obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu novorum consi-

tera τοῦ *se* ex fine vocis praecedentis adscita. V. ad 37, 29, 8. *extemplo eo se missurum*, perperam literis in voces suas distributis, Mead. 1. *extemplo missurum* Gaertn.

§. 8. *Et nocte insequenti omnes interfecit*] Libri omnes sine copula *et* habent *nocte insequenti omnes interfecti.* GEBH. *et nocte insequenti omnes interfecit* ex cod. Mog. Froben. anno 1535. recepit; quod sequentes editores servarunt usque ad Gronov. Is autem lectionem primarum edd. *nocte insequenti omnes interfecti*, quam etiam servant codd. nostri, revocavit. [*citari* omittit Bamb.]

§. 9. *Ilotum deinde quidam*] *Ilotarum* quidam emendarunt, et recte. Sunt autem, quos *Helotas* Strabo l. 8, [365.] vocatos ait. Diphthongus *ει* id discriminis fecit, nunc in *e*, nunc in *i* Latinis versa, ut ostendunt *Αἰνεῖας* ac *Θάλεια*. Caeterum apud Graecos aspirationem habet, sive *ἀπὸ τοῦ ἕλους* veniat, ut Strabo sentire videtur quodam in loco, sive *ἀπὸ τοῦ ἕλω*, ut aliis quibusdam placet. GLAR. *notarum* Lov. 4. et Mead. 1. pro quo in margine emendatur *notatique*, quod et iam superest in Lov. 2. Gaertn. et Harl. *notati* Lov. 6. *liberati* Lov. 3. *Lotariam* Lov. 1. *Ibotarium* Voss. *Ilotum* non alibi, quam in edd. Ascensii annorum 1513. et 1516. inveni. De *Ilotis* sive *Helotis* Lacedaemoniorum v. Meurs. 2. Miscell. Lacon. 6. et Cragium 1. de Rep. Laced. 11. Tum *quidam alii, sunt jam inde* Harl. et Lov. 6. *quidam alii, sunt deinde* Voss. *quidquam alii sunt jam inde* Lov. 1. Mox *transfuge voluisse* Voss. errore orto ex compendio *transfug'e*, pro *transfugere*. ita contra *fugere*, pro *fuge*, vel *fugae*, ex codd. notavimus supra ad 4, 37, 11. Tum *insinuati*, pro *insimulati*, Harl. Male.

Obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu] Quia hoc nondum alibi inveni, conjiciebam *obtorpuerant m. a. ad omnem conatum.* 22, 3, 13. *Si ad convellendum signum manus prae metu obtorpuerint.* Virg. 9. Aen. 499. *torpent infractae ad proelia vires.* Sed quia libri scripti hic non videntur variare, rarum genus loquendi potius adnotandum, quam quidquam novandum, puto. DUK. Sane nihil mutant codd. nisi quod *obstu-*

Digitized by Google

10 liorum. Intra munitiones copias continebat, nec parem se ratus, si dimicare acie vellet; et urbem relinquere, tam suspensis et incertis omnium animis, metuens.

1 XXVIII. Quinctius, satis jam omnibus paratis, profectus ab stativis, die altero ad Sellasiam super Oenunta fluvium pervenit: quo in loco Antigonus, Macedonum rex, cum Cleomene, Lacedaemoniorum

puerunt sit in Harl. et Gaertn. *obstupuerat multitudinis animi omni conatu novorum consciliorum* in Lov. 1. [*obstipuerant* Bamb.]

§. 10. *Tam suspectis et incertis omnium animis*] Nostra archetypa habent *tam suspensis et incertis*. GELEN. Ita et, praeter Moguntinum, Lov. 1. 3. 6. et Voss. Reliqui, cum edd. Frobeniana anni 1535. prioribus, servant *tam suspectis et incertis*, nisi quod *tam suspectis incertisque* legat Gaertn. [ante *si* omittit Bamb.]

§. 1. *Die postero ad Sellas super Eurotam fluvium pervenit*] Scripti codices habent *die altero ad Sellasiam super Oenunta*. Sic hunc fluvium et Polybius nominat. GELEN. Polybius l. 2. non ita longe a fine, ubi hanc describit pugnam, vocat hunc locum *Sellasiam*. Meminit et in Laconicis [10.] Selasiae Pausanias. Caeterum Polybius [2, 65.] Sellasiam in regionem Laconicam aditum aït, et ei loco duos imminere colleis Euam et Olympum. Viam autem inter hos mediam esse, quae per ripam profluentis fluminis ducat Spartam. quo in loco fluminis nomen omisit, quod si Eurota fuisset, haud dubie positurus. Ideoque alii legunt *ad Sellasiam super Oenunta*, pro *ad Sellas super Eurotam*. quanquam Polybius post paulum Gorgyli fluminis meminit, haud procul ab eo loco. GLAR. Haec historia est apud Polybium l. 2, [66.] Ἀυτος δὲ κατὰ τὴν Σελλασίαν καλουμένην μετὰ τῆς δυνάμεως ἐστρατοπέδευσε. Et paulo post: Τῆς δ' ὁδοῦ μεταξὺ τούτων παρὰ τὸν Οἰνοῦντα ποταμὸν φερούσης εἰς Σπάρτην. Glareanus autem negat, Polybium Oenuntis fluminis meminisse. Legit enim interpretem, qui *profluens flumen* imperite vertit. † „Glareanus nulla re aeque dolet, „atque quod illi Graeca defuerint exemplaria. sic enim ipse „vidisset. nunc cum aliis ansam „inquirendi dedit, pro gratia „refert convitia." †. Eodem errore alii quidam ex nostris ducti Q. Metellum Scipionem Pium, ex sententia Dionis, *Asiatici* filium esse scripserunt, cum Dio [40, 144.] *Nasicae* scribat, *Asiatici* vero interpres, idque imperite. SIG. *die altero* etiam omnes mei, idque Moguntini ex cod. suo laudarunt. Tum *ad Selas* Lov. 5. *ad Selas jam* Lov. 3. et Mead. 1. *ad Stellas jam* Gaertn. *ad Selatiam* Hearnii L. 1. *ad Selatiam jam* Harl. *se latiā jam* Lov. 2. omissa praepositione. *jam ad Selatiam* Lov. 6. *ad Sellasiam jam* Mead. 1. in margine. *ad Sellasiam* Voss. Lov. 1. 2. Mead. 2. et Hearnii N. Deinde *super Eurotam* Lov. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Eamdem

Digitized by Google

tyranno, signis conlatis dimicasse dicebatur. inde, 2
quum audisset adscensum difficilis et artae viae esse,
brevi per montes circuitu praemissis, qui munirent
viam, lato satis et patenti limite ad Eurotam am-
nem, sub ipsis prope fluentem moenibus, pervenit.
ubi castra metantes Romanos Quinctiumque ipsum, 3
cum equitibus atque expeditis praegressum, auxilia-
res tyranni adorti, in terrorem ac tumultum con-

lectionem, et *Arautam* in margine, ostentat Mead. 1. *supero Erintanum* Voss. *super Erunta* Lov. 2. *super Oenum* Hearnii N. *super Oeriunta* Mead. 1. in contextu. Voces hae deerant in Lov. 6. At recte *super Oenunta* Lov. 1. 4. et Mead. 2. Utrum *Sellasiam*, an *Selasiam* scribatur, perinde esse videtur: utroque enim modo apud Polyb. et Pausan. scriptum obcurrit. De ea et fluvio Oenunte v. Cellar. 2. Geogr. ant. 13, 776. Mox *quo loco* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Paullo ante *omnibus peractis*, pro *paratis*, Lov. 6. et Hearnii L. 1. Ita scribas variasse vidimus ad 9, 32, 5. Adde ad 28, 43, 2. et 37, 4, 2. (* 39, 32, 1.) Ceterum proelii illius inter Antigonum et Cleomenem meminit etiam Paus. in Corinth. 9. Achaic. 7. et Arcad. 49.

§. 2. *Inde quum audisset, ascensum difficilis et arctae viae esse*] MS. *inde cum audisset, des censum d. et a. v. e.* MOD. Scripti quidam, ut et Mogunt. *descensum*. Perspicue volunt: *quum audisset, escensum*. Quod Caesari superius reddidimus. 35, 13, 6. *Legati Romani Elaeam venere: inde Pergamum (ubi regia Eumenis fuit) ascenderunt*. Sic Gelenius: nam ad mediterranea ascenditur, non descenditur, inquit. Recte, quod ad sensum. Habuerunt autem prius editi cum pluribus scriptis *descenderunt*. Lege igitur *escenderunt*. J. FR. GRON. *unde cum audisset* Lov. 6. *inicum audisset* Voss. Deinde *accessum difficilis et arctae viae esse* Voss. Lov. 1. et apud Doujatium Colbert. Solitos autem fuisse librarios, voces *ascensus* et *accessus* confundere, vidimus ad 28, 16, 7. *accessum difficilem et arctas vias esse* Lov. 2. Gaertn. et, teste Doujatio, Regius, qui olim fuit Naudaei. *ascensum difficilem et arctas vias esse* Lov. 3. et Harl. [*descensum* Bamb.] *escensum* hic legendum esse, quoniam id velle videntur codices, *descensum* praeferentes, monuit etiam Gebhard. ad 29, 11, 5. De hoc nomine et verbo *escendere* plura v. ad 2, 28, 6. Mox *brevi per montis circuitum praemissis, qui munirent, via* Lov. 2. *per montis circuitum* etiam Lov. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. ante Moguntinam.

§. 3. *Cum equitibus atque expeditis praegressum auxiliares tyranni adorti*] Pall. et vetus ed. *expeditis praegressum auxiliis tyr. ad. ingentem terrorem ac tumultum conj.* GEBH. *expeditos jaculatores* dicit 21, 46, 3. *expeditos milites* 35, 27, 5. *expeditum agmen* 36, 30, 3. Neque nunc memini, me apud Livium

Digitized by Google

jecerunt, nihil tale exspectantes, quia nemo his obvius toto itinere fuerat, ac veluti pacato agro trans-
4 ierant. Aliquamdiu peditibus equites, equitibus pedites vocantibus, quum in se cuique minimum fiduciae esset, trepidatum est. tandem signa legionum
5 supervenerunt: et, quum primi agminis cohortes inductae in proelium essent, qui modo terrori fue-
6 rant, trepidantes in urbem compulsi sunt. Romani,

expeditos, non addito substantivo, pro levi armatura, nam distinguit a legionibus, legere. Leviter suspicabar, potuisse fieri, ut praecedens vox *expeditis* absumserit sequentem *peditibus*, de quibus deinde dicit: *Aliquamdiu peditibus equites, equitibus pedites vocantibus*. DUK. V. ad 22, 16, 2. Lectio, quae nunc exstat, primum ab Aldo proposita est, sed ex fide MSti Mog. Antea edebatur *auxiliis tyranni adorti*, quod ipsum superest in Lov. 4. 5. et Mead. utroque. neque differt Gaertn. nisi quod *hortati*, pro *adorti*, praeferat. *auxiliis tyrannici adorti* legit Harl. *auxiliarii tyranni adorti* Voss. *auxilii aurii tyranni adorti* Lov. 1. *auxilia tyranni adorta* Lov. 2. et 6. *auxilia tyranni adorti* Lov. 3. et Hearnii L. 1. quod verum esse videtur: ut locutio *auxilia adorti* librariis minus placuisse, et locum corrumpendi ansam dedisse censenda sit: quum tamen Livius eadem saepius utatur. V. ad 29, 12, 4. et 37, 39, 12. Paullo ante *castra metatos* Lov. 2. et Harl.

Ingentem terrorem ac tumultum conjecerunt nihil tale exspectantibus] Restituimus juxta fidem archetyporum *in terrorem ac tumultum conjecerunt nihil tale exspectantes*. GELEN. Emendationem Gelenii Frob. anno 1535. recepit, et reliqui editores servarunt. Lectionem vero, quae ad caput adnotationis ejus exstat, inveni tantum in edd. Camp. et Frob. anni 1531. quum ceterae antiquiores dederint *ingentem terrorem ac tumultum conjecerunt nihil tale exspectantes*. Campano favent ex scriptis Lov. 5. Mead. 1. et Gaertn. ceteris alii omnes. Vide igitur, an legendum *in ingentem terrorem ac tumultum conjecerunt nihil tale exspectantes*. Facile enim vocula *in* absorberi potuit a syllaba initiali vocis sequentis. Alia exempla v. ad praefat. §. 10. 21, 51, 1. 34, 44, 8. c. 53, 7. 36, 9, 12. c. 12, 11. c. 14, 13. praesertim ad 8, 33, 6. [*nemo iis obvius* Bamb.]

Veluti pacato agros transierant] MS. *veluti paeato agro transierant*. MOD. *agros* operarum errore erat in ed. Paris. anni 1573. quod mox secuta Francof. anni 1578. ante Modium emendavit. Sed *velut pacato* est in Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et edd. antiquis. Ea igitur de caussa Moguntini monuerunt, se *veluti pacato* in cod. suo invenisse, quod mox Aldus adoptavit.

§. 4. *Quum in se cuique minimum fiduciae esset*] *quum ipse cuique minimum* Voss. *quum in se cuique minimè* Lov. 1. 5. et

Digitized by Google

quum tantum a muro recessissent, ut extra ictum teli essent, acie directa paullisper steterunt. Postquam nemo hostium contra exibat, redierunt in castra. Postero die Quinctius prope flumen praeter urbem 7
sub ipsas Menelaji montis radices ducere copias instructas pergit. primae legionariae cohortes ibant: levis armatura et equites agmen cogebant. Nabis 8
intra murum instructos paratosque sub signis habe-

edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *τὸ esset* autem excludit Lov. 1. Mox §. seq. *reductae in proelium* Mead. 1.

§. 6. *Acie directa paullisper steterunt*] MS. *acie erecta paulisper steterunt.* MOD. *acie direpta* Lov. 5. de quo errore v. ad 37, 31, 5. [*acie decreta* Bamb.] Neque probanda est Moguntini lectio *acie erecta.* Nam *erigit aciem*, qui eam in clivo montis constituit. V. ad 10, 26, 8. Id autem huic loco non convenit. At *aciem dirigere* est eam ordinare, constituere, locutione passim obvia. Supra 2, 49, 10. *Vix dirigendi aciem spatium Vejentibus fuit.* 21, 47, 8. *In conspectu hostium acie directa.* 27, 48, 4. *Ubi omnes copiae convenere, directaque acies est.* 40, 30, 6. *Acie directa medio ferme spatio inter bina castra constiterunt.* Auctor B. Alex. 37. *In fronte enim simplici directa acie, cornua trinis firmabantur subsidiis.* B. Afric. 41. *Quadruplici acie instructa ex instituto suo, prima equestri turmatim directa.* Flor. 2, 6, 58. *Conlatis cominus signis direxere aciem.* 3, 16. *Directa in foro acies.* V. Cl. Oudend. ad Frontini 2, 4, 4. Similiter *dirigere in pugnam naves.* V. ad 22, 19, 11.

§. 4. *Postero die Quinctius prope flumen praeter urbem, sub ipsas Menali montis radices cum duceret copias instructas, pergit*] Vide, quaeso, ne verior sit lectio *circumducere copias instructas pergit.* nam si *cum duceret* legas, *pergit* non sequitur. SABELL. Omnes *Maenalum* Arcadiae cum oppidum, tum montem ponunt. Quare videndum, num recte locus habeat. hic enim de Sparta loquitur. Fortassis autem *Taygetum* scripsit Livius. Neque enim jam in Arcadia erat Quinctius, et statim *Taygeti* mentionem facit. Sed lectoris esto judicium. GLAR. *urbem* Lacedaemonem, *flumen* Eurotam intelligit. Itaque, quia Maenalus non in Laconica est, sed in Arcadia, Glareanus, peritissimus emendator, *Taygetum* substituendum putat. Ego autem nec *Maenalum*, nec *Taygetum* probo, sed *Manelajum* legendum esse affirmo. Hujus lectionis auctor est Polybius, qui l. 5, [22.] Eurotam flumen ad collis Menelaji radicem fluere scribit, his verbis. *Τοῦ δὲ ποταμοῦ παραῤῥέοντος ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὰς ἀντῆς μερῶν, ὃς καλεῖται μὲν Εὐρώτας· συμβαίνει τοὺς βουνοὺς, ἐφ' ὧν τὸ Μενελάϊόν ἐστιν, πέραν μὲν εἶναι τοῦ ποταμοῦ*, etc. Meminit autem saepius ejus nominis, ita ut Stephanus etiam ita scriptum reliquerit: *ἔστι καὶ χωρίον Σπάρτης Μενελάϊον.* SIGON. Pall. et ant. ed. *sub ipsas*

Digitized by Google

bat mercenarios milites, (in quibus omnis fiducia
9 erat) ut ab tergo hostem adgrederetur. postquam
extremum agmen praeteriit, tum ab oppido, eodem
quo pridie eruperant tumultu, pluribus simul lo-
10 cis erumpunt. Ap. Claudius agmen cogebat: qui
ad id, quod futurum erat, ne inopinatum acci-
deret, praeparatis suorum animis, signa extemplo
convertit, totumque in hostem agmen circumegit.
11 Itaque, velut rectae acies concurrissent, justum ali-

Menelai montis radices cum duceret copias instructas pergit. GEBH. *prope fluvium* Lov. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antt. Primus autem Frob. anno 1535. *prope flumen* ad fidem cod. Mog. exhibuit: quam lectionem servant reliqui mei. Ita etiam variant codd. mox hoc cap. §. 12. V. ad 38, 15, 7. Tum voces *praeter urbem* desunt in Harl. Hinc *Menali montis* Lov. 5. Gaertn. et Mead. 1. in margine. *Monelaï montis* Voss. et Lov. 1. *Menolaï montis* Lov. 3. *Menelaï montis* Lov. 2. 4. Hearnii L. 1. Mead. 2. et Crevierii Victor. *Menelaji montis* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. in contextu. Tandem *cum duceret copias instructas pergit* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Mead. ambo, cum edd. antt. *cum ducere copias instructas pergit* Lov. 4. *conducere copias instructas pergit* Lov. 3. 6. et Gaertn *circumducere copias instructas pergit* ed. Ascens. anni 1513. *ducere* Frob. anni 1535.

§. 9. *Postquam extremum agmen praeteriit*] Pall. *postquam in extremum agmen praeteriit.* Forte *jam extremum.* GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod *praetereunt* sit in Gaertn. [*postremum*, pro *extremum*, Bamb.]

Eodem, quo pridie eruperant, tumultu pluribus simul locis erumpunt] Videtur insiticium *tò eruperant.* J. FR. GRON. Ea vox in omnibus omnino codd. constanter exstat; neque aliam ei defendae caussam Gronovius habuisse videtur, quam quod mox sequatur *erumpunt:* illa autem an satis justa fuerit, v. ad 1, 3, 9. *Tò tumultu* exsulat ab Harl. Tum *plurimis locis*, omissa voce media, Harl. et Mead. 1. *Tò simul* etiam deest in Gaertn.

§. 10. *Ne inopinatum accideret*] Cusus Moguntiae Livius *ne inopinate accideret.* Manuscriptus vero *necopinatum*, conjunctim. MOD. *ne inopinate accideret* Lov. 1. 5. 6. et edd. priores. *ne in opinione accideret.* Voss. *ne inopinatum accideret* reliqui scripti, quod primum vidi in ed. Frob. anni 1531. Paullo ante *quia id quod futurum erat* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *qui id quod futurum erat* Lov. 2. 3. Mox in sequentibus *eorum animis* Harl.

§. 11. *Quae minus trepida fuisset*] Restituimus juxta fidem archetyporum *quae minus infida ac trepida*, ubi haec vox *infida* intercíderat. GELEN. *infida ac* non sunt in quibusdam Hearnianis. Hoc considerandum videtur. *fida* et *infida fuga* non valde

Digitized by Google

quamdiu proelium fuit. tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. quae minus infida ac trepida fuiſſet, ni Achaei locorum prudentes inſtitiſſent. hi et caedem ingentem ediderunt, et dispersos paſſim fuga plerosque armis exuerunt. Quinctius prope 12
Amyclas posuit caſtra. inde, quum perpopulatus omnia circumjecta urbi frequentis et amoeni agri loca eſſet, nullo jam hoſtium porta excedente, movit caſtra ad flumen Eurotam. inde vallem Tay-

obvia esse credo. *tuta* et *intuta* usitatiora sunt. DUK. Voces *in fida ac*, quas Frob. anno 1535. recepit in contextum, desunt in omnibus meis, et Hearnii L. 1. [Bamb.] Crevierio etiam suspecta eſt vox *infida*, et magis placeret *effusa*. Conjicit etiam *τὰ infida ac*, quae vocabula nec in Victor. invenit, recidenda esse. Paullo ante *inclinaverunt* Lov. 5. et edd. antiquae. Aldus deinde *inclinarunt:* quod eſt in reliquis Mſtis noſtris.

Ni Achaei locorum prudentes institissent] MS. *ni Achaei locorum prudentes ei institissent. ei*, fugae puta, aut certe scribatur *eis institissent*. MOD. Nullus meorum Moguntino codici consentit.

Hi et caedem ingentem ediderunt] Libri omnes *et caedes ingentes*. GEBH. Similiter omnes mei, et edd. antt. *caedem ingentem* Frob. anno 1535. ex cod. Mog. edidit. [*ii*, pro *hi*, Bamb.] Mox *et dispersos armis exuerunt*, neglectis tribus vocibus, Lov. 6. Eaedem voces et insuper ultima *exuerunt* desunt in Lovel. 1. *arma exuerunt* legit Gaertn.

§. 12. *Inde, quum perpopulatus omnia*] Cusus Moguntiaci liber *unde cum perpopulatus omnia*. MOD. Immo ed. Mog. *unde cum populatus omnia*. Neque aliter omnes priores cum Lov. 5. *unde cum perpopulatus* Voſſ. Lov. 1. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] *inde cum populatus* Lov. 3. *inde cum perpopulatus* auctoritate Mſti Mog. edidit Aldus, concinentibus Lov. 2. Harl. et Mead. utroque. De verbo *perpopulari* v. ad 23, 36, 7.

Nullo jam hostium porta excedente] Cusus Moguntiaci liber *portam excedente*, pro *porta*. MOD. Andreas et veteres ante Mog. *portam excedente*. Cujusmodi nonnulla olim asseruimus noſtro. Seneca Ep. 104. *Quaeris ergo, quomodo mihi consilium profectionis cesserit? Ut primum gravitatem urbis excessi, et illum odorem culinarum fumigantium*. J FR. GRON. *portam excedente*, ut edd. vett. ante Aldum habent, exſtat etiam in Voſſ. Lovel. 1. 5. 6. et Hearnii L. 1. ac N. eamdem lectionem etiam Cl. Crevier. in Victor. cod. invenit, et hinc contextui inseruit. De ea locutione v. ad 2, 37, 8. et 24, 20, 10. [*portam excedentem* Bamb.] *porta excedente*, praeter Mogunt. codicem, Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Neque ea locutio Livio

Digitized by Google

geto subjectam agrosque ad mare pertinentes evastat.

1 XXIX. Eodem fere tempore L. Quinctius maritimae orae oppida, partim voluntate, partim metu
2 aut vi, recepit. certior deinde factus, Gythium oppidum omnium maritimarum rerum Lacedaemoniis receptaculum esse, nec procul a mari castra Roma-
3 na abesse, omnibus id copiis adgredi constituit. Erat eo tempore valida urbs, et multitudine civium in-
4 colarumque et omni bellico adparatu instructa. In tempore Quinctio, rem haud facilem adgredienti,

insolens est. Supra 26, 24, 5. *Ut non his modo urbibus excedant.* 30, 23, 5. *Jubendosque Italia excedere.* 31, 17, 9. *Neminem vivum, nisi victorem, acie excessurum.* 32, 25, 7. *Excedere urbe juberet.* 33, 6, 8. *Consilium fuit excedendi ea regione.* Alia exempla v. ad 8, 2, 8. et 10, 2, 3. Quum itaque Livium utroque modo locutum esse constet, ei adhaerere malo, cui favet optimus Mogunt. [*castra movit* Bamb.]

Movit castra ad flumen Eurotam] *ad fluvium* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] V. supra hoc cap. ad §. 7. Deinde *Aracita* Gaertn. *Arranta* Lov. 1. *Aranta* Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et edd. antt. *Eurotam* primum in margine ostentavit ed. Ascens. anni 1513. mox in contextum recepit Mogunt. Et ita est in Lov. 3. et 6.

§. 1. *Eodem fere tempore*] *Τὸ fere* non comparet in omnibus libris. GEBH. Neque comparet in ullo meorum, [nec in Bamb.] vel in antt. edd. Frobenius demum, jubente cod. Moguntino, anno 1535. recepit. Mox *recipit* Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. ed. Campani, et quaedam aliae.

§. 2. *Gyttheum oppidum*] MS. *Aegium oppidum.* Sed verius illud. MOD. *Gythium* hoc nomen semper hoc et seq. libro scribitur. De varietate scripturae habet hic Hearnius post Meursium 4. Misc. Lacon. 6. DUK. *qdthium* Mead. 1. et *Githeum* in margine, quod etiam praefert Lov. 2. *Chitum* Hearnii L. 1. et Lov. 3. a m. 1. *Chitium* a m. 2. *Sicheum* a m. 3. *Cythium* Lov. 1. et 4. *Cytheum* Mead. 2. *quod Gyttheum* Gaertn. *Gytheum* Voss. et Lov. 5. ac 6. *Gytheum* tantum non omnes edd. *Gytheum* Sigon. *Gythium* Gronov. ediderunt. Graecis vel *Γύθειον* scribitur, vel *Γύθιον*; oppidani *Γυθεᾶται* vocantur Nummos cum inscriptione *ΓΥΘΕΑΤΑΝ* exhibet Harduin. in numm. pop. et urb.

Maritimarum rerum Lacedaemoniis receptaculum esse] Non comparet in Pall. *τὸ rerum.* GEBH. Exsulat etiam a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. sed vocem illam praecedentis ultimae syllabae interceperunt. Tum *Lacedaemonis* Lov.

Digitized by Google

rex Eumenes et classis Rhodiorum supervenerunt. ingens multitudo navalium sociorum, e tribus con- 5
tracta classibus, intra paucos dies omnia, quae ad oppugnationem urbis terra marique munitae faciendа opera erant, effecit. Jam testudinibus admotis 6
murus subruebatur: jam arietibus quatiebatur. Itaque una crebris ictibus eversa est turris, quodque circa muri erat, casu ejus prostratum: et Romani 7
simul a portu, unde aditus planior erat, ut distenderent ab apertiore loco hostes, simul per patefactum ruina iter inrumpere conabantur. nec multum 8

2. 4. Mead. 2. et Gaertn. V. ad 32, 6, 6. Mox *castra abesse Romana* Voss. et Lov. 1. 3. 6.

§. 5. *Multitudo navalium sociorum, e tribus concitata classibus*] Scribendum *contracta*. GELEN. Libri omnes *concitata*. GEBH. *concitata* etiam Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Ea vox deest in Lov. 1. *convecta* legit Lov. 3. Ex Harl. nihil in excerptis notatur; quem proinde *contracta* servasse verisimile est. [*et tribus contracta* Bamb.] Praeterea vox *sociorum* non comparet in Harl. Sed *navales* eo sensu pro sociis navalibus nondum notavi. Infra quidem Cl. Cleric. ad 37, 24, 1. *virtus navalium*, pro *navium*, scribendum conjecit. Sed vide, quae ad eum locum notantur. [*faciunda opera* Bamb.] Paullo ante §. praec. *rem haud facile adgredienti*, pro *haud facilem*, Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Sed vulgatum verum est.

§. 6. *Murus subruebatur*] *subvertebatur* Lov. 3. Harl. et Gaertner. Sed mox sequitur *eversa est turris*. Supra 21, 11, 8. *Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit*. [*obruebatur* Bamb.] Mox *Jamque una crebris*, pro *Itaque*, Harl. *Te erat* autem exsulat a Lov. 1.

§. 7. *Et Romani simul a porta*] Quaenam ista tam memorabilis porta, aut ubinam? Longe verius profecto legebam in MS. Thuan. *simul a portu:* quod est etiam in prima editione. Ita enim ostendit L. Quintium et Romanos terra marique vere institisse, ut ait paulo post. JAC. GRON. Pariter non modo omnes codd. nostri, sed et edd. omnes usque ad Francof. anni 1578. quae prima dedit *a porta* operarum, ut videtur, errore; quem tamen proximi editores emendare neglexerunt.

Ut discederent ab opertiore loco] Scribendum *ut distenderent*. GELEN. *ut discederent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *et distenderent* in cod. suo invenerunt Moguntini: *ut descenderent* ego in Lov. 6. [Bamb.] De verbo *distendere*, quod recte Gelen. probavit, v. ad 3, 23, 1. Mox *conabantur* Aldus dedit ex Mog. Antea edebatur *conantur*,

Digitized by Google

abfuit, quin, qua intenderant, penetrarent. sed tardavit inpetum eorum spes objecta dedendae urbis, mox deinde eadem turbata. Dexagoridas et Gorgo-
9 pas pari imperio praeerant urbi. Dexagoridas miserat

quod tuentur omnes mei. [et Bamb.]

§. 8. *Nec multum abfuit*] *affuit* Lov. 1. 4. et Mead. 1. Videtur scribendum *afuit*. V. ad 4, 12, 6. et 26, 41, 11. quibus locis etiam pariter in multis codd. librarii peccarant. Mox *intenderent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

Dexagoridas et Gorgopas] Hanc lectionem Frob. anno 1535. praeeunte cod. Mog. recepit. Antea edebatur *Dexagorides*, quod hoc loco in omnibus meis, [Bamb.] et mox in plerisque superest; quorum alii *Desagoritas*, alii *Dexagoridas*, Moguntino consentientes, praeferunt. Tum *Gorpas* Lov. 1. *Gorgoras* Gaertn. Sed *Gorgopas* legatus Hieracis, qui classis Lacedaemoniorum praefectus erat, memoratur apud Xenoph. 5. Hist. Graec. 545. ut nomen illud apud Lacedaemonios non ignotum fuisse pateat. Et ita etiam inferius hoc cap. scribunt Msti.

§. 9. *Miserat nuncium ad legatum Romanum, traditurum se urbem*] Libri omnes *miserat ad legatum Romanum, traditurus urbem*. brevius. GEBH. Consentiens scriptorum et editorum veterum lectio: *Dexagoridas miserat ad legatum Romanum, traditurus urbem*. Sic Andreas, Tarv. Ven. Asc. sic etiam Moguntiae editum exemplar: sed annotatum ibidem in MS. fuisse: *Dexag. miserat eum ad leg. R. traditurum se urbem*. Subsequentes igitur posterius amplexi, ex τῷ *eum* fecerunt *nuntii*. At illud ipsum *eum*, malae manus germen, suspectam facere debuerat et alteram varietatem. Nam *miserat* ita positum, ut 8, 23, 1. notavimus. Cic. 2. ad Att. 2. *Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione*. M. Seneca in controv. Ab archipirata. *Si non poteras, negasses, et misisses ad me, non posse te*. Contr. Ter abdicatus ven. t. *Cicero in utramque rem jocatus misit ad Laberium transeuntem: Recepissem te, nisi anguste sederem. Laberius Ciceroni remisit: Atqui soles duabus sellis sedere*. Neque aliter l. 37, [11, 8.] *Armatos duobus agminibus ad promontoria ducit, inde facile telis ancipitibus hostem submoturus*. 27, [47, 10.] *Haud multum processit, ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, transiturus*. Omnia enim sic concepta sunt, ut significent, misisse, processisse, duxisse, hac fini, ut traderet urbem, ut transiret, ut hostem submoveret. Corn. Nepos in vita Themist. [c. 7.] *Quare si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent; aliter illos numquam in patriam recepturi*. Nam, quod vulgo additur *essent*, alienum est. J. FR. GRON. Quum cod. Mog. lectio *miserat eum ad legatum Romanum* aperte vitiosa esset, Frob. ejus loco *miserat legatum* anno 1531. substituit. Sed recte docuit Gronov. omissa utraque voce legendum esse *miserat ad legatum Ro-*

Digitized by Google

serat ad legatum Romanum, traditurum se urbem. et quum ad eam rem tempus et ratio convenisset, a Gorgopa proditor interficitur. intentiusque ab uno urbs defendebatur: et difficilior facta obpugnatio erat, ni T. Quinctius cum quatuor millibus delecto-

manum. Alterutram etiam nulli meorum codicum agnoscunt. *Mittere* est missis literis vel nunciis indicare. V. ad d. loc. 8, 23, 1. In reliqua parte horum verborum *traditurum urbem* legunt Lov. 1. et 6. Neque aliter Ant. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit. Illa tamen lectio eo non placet, quia non credo, *Livium* tam ambigue loqui voluisse. Ita enim aeque intelligi posset, legatum Romanum traditurum, quam Dexagoridam traditurum. Si quis cum Gronovio *traditurus urbem* mallet, ut legunt reliqui mei, observare *posset*, Livium hic locutum esse *more Graecorum*, qui saepe participiis pro infinitivis utuntur. V. Vechner. in Hellenol. 1. part. 2, c. 30. ubi, monens in soluta oratione non temere hujusmodi locutiones reperiri, quaedam tamen exempla ex Livio laudat, quae Patavinitati Livianae condonanda censet. Utrum haec ejus effata vera sint, et ex laudatis exemplis id, quod intendit, probetur, nunc non disquiram, sed breviter noto, in illis nullum inveniri, ubi, ut hoc loco, participium futuri eo modo usurpetur. Nec conveniunt etiam loca Livii ex 37, 11, 8. et 27, 47, 10. quae Gronov. produxit. Illis similia plura in Livio inveniuntur: ut 40, 8, 7. *Sedeo miserrimus pater judex* etc. *criminis labem apud meos intenturus*. 42, 62, 15. *Unde profectus erat rediit, belli casum de integro tentaturus*. c. 63, 5. *Scalas per manipulos dividi praetor jussit, ut corona undique moenia adgressurus*. c. 65, 6. *Milites in propinquum tumulum recepit, loci se praesidio defensurus*. 44, 8, 5. *Citra ripam Enipei amnis castra ponit, amnem ipsum pro munimento habiturus*. Verum in his participium non ponitur pro infinitivo. Praeterea lectionem, pro qua stat Gronovius, brevius mentem Livii exprimere agnosco, quam illam, quae est in cod. Mog. Sed brevitas haec lacteae Livii ubertati non convenire videtur. Contra, ut in Msto Mog. oratio concipitur, supra 10, 38, 9. *Adigebaturque jurejurando, quae visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum*. ubi unus item codex perperam *enunciaturus*. 39, 54, 6. *Nuper M. Claudium ad se nuncium misisse, bellum se cum iis, ni dederentur, gesturum*. His permotus in ultima hac parte lectionem Moguntini libri revocavi. [*traditurus est urbem* Bamb.]

Tempus et ratio convenisset] *convenissent* Lov. 3. Livium ita saepissime loqui, vidimus ad 1, 31, 7. Supra hoc cap. *Rex Eumenes et classis Rhodiorum supervenerunt*. Uni tamen codici fidem habere non audeo. Nam et mox cap. seq. habemus, *Dies locusque constituitur*.

§. 10. *Cum quatuor millibus delectorum militum*] *electorum* Harl. Male. 26, 5, 3. *Cum delectis peditum equitumque in Campaniam contendit*. 36. 17, 1. *Legatos cum binis millibus delecto-*

Digitized by Google

11 rum militum supervenisset. Is quum supercilio haud procul distantis tumuli ab urbe instructam aciem ostendisset, et ex altera parte L. Quinctius ab ope-
12 ribus suis terra marique instaret; tum vero desperatio Gorgopam quoque coëgit id consilii, quod in
13 altero morte vindicaverat, capere. et pactus, ut abducere inde milites, quos praesidii caussa habebat,
14 liceret, tradidit Quinctio urbem. Priusquam Gythium traderetur, Pythagoras, praefectus Argis relictus, tradita custodia urbis Timocrati Pellenensi,

rum militum mittit. 38, 25, 8. *Mille ad eam rem ex omni numero audaciae expertae delegerunt equites.* c. 41, 13. *Per medios hostes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse.* Quorum locorum quibusdam nonnulli codd. similiter variant. Ejusdem variationis alia exempla v. ad 7, 25, 13. 9, 17, 15. 22, 58, 6. 23, 7, 2. c. 32, 12, 40, 22, 1. Adde supra ad Epit. Liv. 27. Corte ad Plinii 4. Ep. 19, 8. et Cl. Oudend. ad Front. 1, 1, 9. et c. 4, 7.

§. 11. *Et ex altera parte*] Particulam *et* primi Mog. ex cod. suo addiderunt, quae deest in Lov. 3. 5. et edd. antiquioribus. At reliqui codd. mei eamdem exhibent. Mox *Lucius intentus ab operibus mari terraque instaret* Gaertn.

§. 12. *Tum vera desperatio Gorgopam quoque coëgit id consilii*, etc. *capere*] Scribe *tum vero desperatio Gorgopam coëgit*, non *vera*. J. FR. GRON. Ut Gronov. conjecit, praeferunt Lov. 5. Mead. ambo, et ed. Camp. [*vera* Bamb.] Pari modo *vere* et *vero* confunduntur. V. ad 40, 9, 8. Tum *Gorgopan* Voss. Lov. 1. [Bamb.] V. Gronov. ad 1, 18, 2. Hinc *cogit* Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Hearnii N. [Bamb.] et edd. antt. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *coëgit*, consentientibus reliquis meis; quorum insuper *coëgit consilium*, etc. *capere* legit Lov. 3. Male. V. ad 7, 26, 12.

§. 13. *Tradidit Quinctio urbem*] *tradit* Lov. 4. Mead. uterque, et Gaertn. neglegentia librariorum, qui syllabam *di* geminare omiserunt. V. ad 9, 44, 3. 23, 41, 7. 36, 28, 4. c. 32, 1. ad Epit. Liv. 82. Alia similium errorum exempla v. ad 2, 24, 6. Contrarius error, ubi perperam syllaba repetita est, supra notatur ad 28, 30, 4. Paullo ante *praesidii gratia* Lov. 3. V. ad 36, 10, 13.

§. 14. *Priusquam Gythium traderetur*] *Gytheum traderet* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. ambo. [Bamb.] V. ad. 10, 10, 1. *traderetur Gytheum* Voss. Mox *praefectus Argis relictus* Lov. 1. 4. et Mead. 2. Ita etiam ediderunt Mediol. anno 1505. Ascens. anno 1513. omnesque reliqui usque ad Gronov. qui *relictis* revocavit. Sed alterum praestare videtur, quod etiam restitui. Insuper *Timo-*

Digitized by Google

cum mille mercenariis militibus, et duobus millibus Argivorum, Lacedaemonem ad Nabin venit.

XXX. Nabis, sicut primo adventu Romanae classis et traditione oppidorum maritimae orae conterritus erat, sic, parva spe quum adquievisset, Gythio ab suis retento, postquam id quoque traditum Romanis audivit esse, quum ab terra, omnibus circa hostibus, nihil spei esset, a mari quoque toto se interclusum, cedendum fortunae ratus, caduceatorem primum in castra misit ad explorandum, si pa-

crati *Pellensi* Lov. 1. et 6. V. etiam infra ad c. 40, 7.

§. 2. *Quum ab terra, omnibus circa hostibus, nihil spei esset*] Malim *hostium*, vel *hostilibus*. J. FR. GRON. Gronovius conjecturam *hostium* in contextum recepit, quod reliqui editores servarunt. Id tamen malo exemplo factum judicans pristinam lectionem reduxi, praesertim quum pro ea stent omnes codd. sculpti et editi, eademque commode exponi possit per ellipsin participii verbi substantivi: *omnibus circa hostibus*, id est, quod omnes, qui circa erant, hostes forent. V. ad 4, 47, 7. Tum *nihil spei esse* Cl. Jac. Periz. ad marginem Livii scribendum conjecit. Sed quo tum referenda foret particula praecedens *quum*? V. ad verba seq.

A mari quoque toto se interclusum] *incluso* Voss. *inclusum* Lov. 1. Solent hae voces in Mstis confundi. V. ad 26, 5, 11. Adde 27, 27, 4. 37, 24, 9. 26, 5, 11. *introclusum* Lov. 2. Ceterum illud *interclusum* non habet, quo commode referatur; nisi quis existimet, referendum esse ad praecedens *audivit*. Verum ita legere mallem, *postquam id quoque traditum Romanis audivit, et, quum* (vel *audivit esse, et, quum*) *ab terra, omnibus circa hostibus, nihil spei esset, a mari quoque toto se interclusum, cedendum* etc. ut ita cohaereant, audivit id traditum, et se interclusum. Ita verbum *audivit*, duobus infinitivis junctum, priori tantum convenit; audivit enim Gythium traditum, sed se toto mari interclusum intellexit, vidit. Eam autem locutionem infra inlustrabo ad 40, 42, 12. Hoc si displicet, videndum, an insuper verbum *videret*, *cerneret*, vel si quid melius, exciderit, ac legi possit *audivit esse, et, quum ab terra, omnibus circa hostibus, nihil spei esset, a mari quoque toto se interclusum videret, cedendum* etc. quod sibi quoque in mentem venisse Cl. Dukerus indicavit, nisi quod τὸ *et* insertum mallet post τὸ *esset*, a cujus ultimis literis haustum foret. Mox *tum cedendum* Lov. 5. *tunc cedendum* edd. principes. Sed voculam priorem Froben. anno 1535. expunxit, adstipulantibus reliquis meis. Insuper §. seq. *si pateretur* Lov. 2. et Harl. Sed *paterentur*, quod in reliquis superest, ad fratres Quinctios referendum est.

Digitized by Google

4 terentur legatos ad se mitti. qua impetrata re, Pythagoras ad imperatorem venit, nullis cum aliis mandatis, quam ut tyranno conloqui cum imperatore
5 liceret. Consilio advocato, quum omnes dandum conloquium censuissent, dies locusque constituitur.
6 In mediae regionis tumulos, modicis copiis sequentibus, quum venissent, relictis ibi in statione conspecta utrimque cohortibus, Nabis cum delectis cu-
7 stodibus corporis, Quinctius cum fratre et Eumene rege, et Sosilao Rhodio, et Aristaeno Achaeorum praetore, tribunisque militum paucis descendit.

§. 4. *Ad imperatorem venit, nullis cum aliis mandatis*] Acceptum ex Moguntino. Nostri, perinde ut prius editi, τῷ cum carebant. J. FR. GRON. *Τὸ cum* deest etiam in Voss. Lov. sex, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. idque abesse malebat Cl. Crevier. Contra id Mead. uterque, Moguntino adsensi, servasse videtur. Certe ex illis nihil in excerptis notatur. Primus autem editorum Froben. anni 1531. lectionis Moguntinae rationem habuit, eamque recepit. Et firmant eam loca, quae Cl. Duker. laudavit ad 24, 28, 9. V. etiam infra ad 43, 23, 1. Praeterea *venit* non adparet in Voss. et Lov. 1. ejusque loco ad finem periodi adjicitur *mittit*. Verum tum dedissent saltem *Pythagoram* vel *Pythagoran*, pro *Pythagoras*. Et eo modo *Pythagoram ad imperatorem misit* praefert Lov. 6. Sed *mitti* modo praecessit. Ob eam igitur caussam, et quod plerique codd. in vulgatum consentiunt, id praeferendum judico. Mox *conloqui liceret* omnes codd. mei, Hearnii L. 1. omnesque typis descripti usque ad Gruter. cujus ultima ἔκδοσις dedit *liceat*. Id autem, invitis Mstis a sequentibus editoribus servatum, priori lectione mutavi.

§. 5. *Concilio advocato, quum omnes dandum conloquium censuissent*] Manuscriptus Longobardicus semper in hac significatione *consilio*, non *concilio*, praefert. qua de re monet etiam in parergis suis amplissimus Brissonius. MODIUS. *consilio* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Reliqui codd. et edd. *concilio*: quam lectionem probavit Gron. ad 44, 2, 5. alteram, codicis Victor. auctoritatem secutus, Cl. Crevierius. At, si de consilio imperatoris bellico capiamus, ita legendum est; *concilio* vero, si de conventu legatorum, quos diversi populi socii miserunt. Ego etiam plures codd. et inprimis Mog. spernere ausus non sum. Ex eodem etiam *advocato* adoptavit Frobenii ed. anni 1531. consentientibus omnibus meis, nisi quod *convocato*, quemadmodum edd. priores praeferunt, sit in Lov. 5. Deinde *dari colloquium censuissent* Lov. 3. quod, si plurium codd. auctori-

Digitized by Google

XXXI. Ibi permisso, ut, seu dicere prius, seu 1
audire mallet, ita coepit tyrannus. *Si ipse per me, T. Quincti, vosque, qui adestis, caussam excogitare, cur mihi aut indixissetis bellum, aut inferretis, possem; tacitus eventum fortunae meae exspectassem. nunc imperare animo nequivi, quin, priusquam peri-* 2
rem, cur periturus essem, scirem. Et, Hercule, si 3
tales essetis, quales esse Karthaginienses fama est, apud quos nihil societatis fides sancti haberet; in me quoque vobis quid faceretis minus pensi esse, non mirarer. Nunc, quum vos intueor, Romanos esse 4

ate firmaretur, non rejiciendum putarem. V. ad 2, 5, 1.

§. 6. *In mediae regionis tumulos*, etc. *quum venissent*] *mediatae regionis tumulos* Lov. 1. *mediae regionis tumulo* Lov. 6. et Gaertn. *medio regionis tumulo* Lov. 5. et ed. Camp. Tum *convenissent*, pro *quum venissent*, Lov. 1. et 2. V. ad 4, 24, 7. Mox *utrimque* deest in Lov. 1. ejus loco *utrumque* legit Voss. *utrorumque* Lov. 6. Insuper *dilectis custodibus* Lov. 1. 6. et Voss. V. ad 37, 51, 7.

§. 7. *Cum fratre et Eumene rege, et Sosilao Rhodio, et Aristaeno Achaeorum praetore*] Prisca ed. *Sosila*. Pal. pr. *Sosilla*. alter *Sosilia*. GEBH. *cum fratre, cum Eumene rege* Mstum Mog. Hinc *Solia* Lov. 1. *Sosolia* Voss. et Lov. 6. *Sosilia* Lov. 2. 3. 4. Harl. ambo Mead. et Gaertn. [Bamb.] *Eolidi* Hearnii L. 1. *Sosila* Lov. 5. et edd. antt. usque ad Moguntinos, qui *Sosilao* ex cod. suo dederunt. Tum vox *praetore* deest in Voss. Lov. 1. 6. Gaertn. et Mead. 1. pro qua voce *tribunis* habent Lov. 2. 4. et Mead. alter. [*Aristaeno Achaeo tribunisque* Bamb.]

§. 1. *Permisso, ut, seu dicere prius, seu audire mallet*] *ut* non habet verbum, quod ei respondeat. Perizon. ad Sanctii 3, 8, 1. haec verba citans omisit; unde conjicio, ei supervacuum ac delendum visum fuisse. Sequor illius judicium. DUK. Eamdem particulam vacare, immo turbare, judicat Cl. Crevier. et ideo resecandam esse.

Si ipse per me, T. Quincti] In libris omnibus intercidit *to Tite*. GEBH. Intercidit etiam in omnibus nostris, Hearnii L. 1. et primis edd. quod Moguntini ex cod. suo addiderunt. Mox *cogitare*, pro *excogitare*, Voss. Lov. 1. 3. 6. et Hearnii L. 1. Tum *indixistis bellum, aut inferretis* Harl. *indixistis bellum, aut infertis* Gaertn. *indixeritis bellum, aut inferretis* Lov. 6. *indixeritis bellum, aut inferatis* Lov. 2. Tandem *exspectare* Voss. An voluit *exspectarem*? sed nihil mutandum.

§. 2. *Nunc imperare animo nequivi*] Libri omnes *nunc im-*

Digitized by Google

video, qui rerum divinarum foedera, humanarum
5 *fidem socialem sanctissimam habeatis. Quum me ipse respexi, eum esse spero, cui et publice, sicut ceteris Lacedaemoniis, vobiscum vetustissimum foedus sit: et meo nomine privatim amicitia ac societas, nuper*
6 *Philippi bello renovata. At enim ego eam violavi et*
7 *everti, quod Argivorum civitatem teneo. Quomodo hoc tuear? re, an tempore? Res mihi duplicem defensionem praebet. nam et, ipsis vocantibus ac tradentibus, urbem eam accepi, non occupavi. et acce-*

perare animo nequeo. GEBH. *neque* etiam omnes mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] omnesque editiones, ante Froben. anni 1535. quae, incertum qua auctoritate, prima *nequivi* exhibet. Insuper *nunc meo imperare animo nequeo* Harl. V. ad 5, 30, 2. Sed recte reliqui pronomen ignorant. Mox *potius quam perirem* Lov. 3. in marg. *priusquam reperirem* Voss. Lov. 1. 5. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 4. *Nunc, quum vos intueor, Romanos esse video, qui*] Cusus Moguntiae, *Nunc cum vos intueor Romanos esse, qui* etc. minus bene, propter illud quod, *Cum me ipse respexi, eum esse spero*, etc. ubi tamen est in codice Longobardico, *Cum me ipse respexissem*. MOD. Olim edebatur, etiam Moguntiae, *Nunc vos quum intueor Romanos esse, qui*. Id autem, quod nunc in editis exstat, primus recepit Frob. anno 1531. ex cod. Mog. Quod ad primam partem verborum adtinet, omnes mei, excepto Lov. 5. primis edd. adhaerente, praeferunt *Nunc, quum vos intueor:* at vicissim omnes [etiam Bamb.] destituuntur τῷ *video*, sine quo tamen sensus non constat. Mox *humanarumque fidem* edd. ante Frob. qui anno 1535. copulam expunxit. Eamdem vero nec ulli nostrorum agnoscunt.

§. 5. *Quum me ipse respexi*] Mog. codex *respexissem*; quem hic editores recte non audiverunt, praecessit enim *quum vos intueor*. Pro vulgato stant etiam mei omnes. Mox *sicut et ceteris Lacedaemoniis* Voss. *sicut Lacedaemoniis* Lov. 1. Tum *vetustissimum* exsulat a Gaertn.

§. 6. *At enim ego eam violavi et everti*] Libri omnes, *At enim ego violavi*, omisso τῷ *eam*. GEBH. Pronomen *eam*, quod etiam in meis [et Bamb.] deest, debetur cod. Mog. unde editores Moguntini contextui inseruerunt. At praeterea *Hanc enim ego violavi* habet Lov. 1. *Hanc ego violavi* Lov. 3. Sed frustra. Eleganter enim proponendis objectionibus inserviunt particulae *At enim*. Supra 21, 40, 8. *At enim pauci quidem sunt, sed vigentes animis corporibusque.* 22, 60, 22. *At enim ad erumpendum e castris defuit animus, ad tutanda fortiter castra animum habuerunt.* hoc lib. cap. seq. *At enim cum Philippo Argivi senserunt.* et paullo post,

Digitized by Google

pi, quum Philippi partium, non in vestra societate esset. Tempus autem eo me liberat, quod, quum jam 8
Argos haberem, societas mihi vobiscum convenit: et, ut vobis mitterem ad bellum auxilia, non ut Argis praesidium deducerem, pepigistis. At, Hercle, in ea 9
controversia, quae de Argis est, superior sum et aequitate rei, quod non vestram urbem, sed hostium; quod volentem, non vi coactam, accepi; et vestra 10
confessione, quod in conditionibus societatis mihi Argos reliquistis. Ceterum nomen tyranni et facta 11

At enim, ut jam ita sint haec, quid ad vos, Romani? 6, 15, 11. *At enim, quid ita solus ego civium curam ago?* ubi plura vide. (* v. Cort. ad Sall. Catil. 51.) Mox *haec tuear* Mead. 1.

§. 7. *Et accepimus urbem, quum Philippi partium*] Dele *urbem*. GELEN. Libri omnes *et accepi urbem, quum Philippi partium*. GEBH. *et accepi urbem* etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. [*et accepit urbem* Bamb.] Qua auctoritate Gelenius *urbem* deleri jusserit, praefari neglexit. Si praeeuntibus Mstis, vel uno etiam Mog. non intercedo; sin ex conjectura, quod eadem vox praecesserit, calculum non adjicio. V. ad 1, 3, 9. Praeterea *quum in Philippi partium, non quum in vestra societate esset* Lov. 2. Paullo ante *vocantibus et tradentibus* Lov. 3. 5. Gaertn. et edd. ante Frob. qui, cod. Mog. secut us, anno 1531. vulgavit *ac tradentibus*. Tum *urbem cepi*, pro *urbem eam accepi*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 8. *Tempus autem me liberat*] Lege *Tempus autem eo me liberat*. GELEN. Cusus Moguntinus Livius nescit illud *eo*. Scriptus contra, omisso τοῦ *me*, habet, *Tempus autem eo liberat*. MOD. Libri omnes *Tempus autem me liberat*, non comparente *eo*. GEBH. Ut paulo ante non dixit, *Res mihi duplicem ejus defensionem praebet*, aut simili modo, ita nunc necessarium non est illud *eo*, quod nec habet MS. Thuan. nec prima editio. JAC. GRON. *Τὸ eo* nec habent ulli meorum, vel Hearnii L. 1. Non placet tamen ratio, ob quam id non necessarium judicat Gronov. Si enim servandum, positum esse existimari debet pro *ideo*. V. ad 5, 16, 3.

Quod, quum jam Argos haberem] Libri omnes *quod, cum Argos haberem*. GEBH. Similiter codd. mei, [Bamb.] ut et edd. antt. Aldus demum *jam* addidit ex cod. Mog. Mox *mihi societas vobiscum* Lov. 6. *societas inde vobiscum* Lov. 2. Tum particula *et* deest in Lov. 1. 5. et edd. antt. quam demum adjecit Froben. anni 1531. Praeterea *vobiscum mitterem ad bellum auxilia* Voss. Deinde *mea controversia*, pro *in ea*, Mead. 2. [§. 9. *Hercule* Bamb.]

§. 10. *Quod volentem, non vi coactam, accepi*] Omnes libri

Digitized by Google

me premunt, quod servos ad libertatem voco, quod
12 *in agros inopem plebem deduco. De nomine hoc respondere possum, me, qualiscumque sum, eumdem esse, qui fui, quum tu ipse mecum, T. Quincti, so-*
13 *cietatem pepigisti. Tum me regem adpellari a vobis memini: nunc tyrannum vocari video. Itaque si ego nomen imperii mutassem, mihi meae inconstantiae;*

MSS. *quod volentem, non incautam, accepi.* Sed *τὸ incautam* ex *τοῦ vi coactam* coaluit. Rursus perperam continent Pall. MSS. *quod in ditionibus societatis mihi Argos reliquistis.* GEBH. *non incautam* Mead. 1. *non vi cautam* Lov. 4. *non coactam vi* Gaertn. Mox *in ditionibus societatis* Lov. 4. a m. 1. Mead. 1. et Gaertn. *in ditione societatis* Mead. 2. Sed primam syllabam *τοῦ conditio*, aliarumque ab eadem incipientium vocum, quae per notam 9 vel ɔ scribitur, librarii pro lubitu vel addiderunt, vel omiserunt. V. ad 30, 25, 3. Hinc *Argos mihi reliquistis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. [Bamb.] et Mead. ambo, nisi quod Mead. 2. in contextu habeat *Argos mihi concessistis*, alterum in margine.

§. 11. *Ceterum nomen tyranni et facta me premunt*] Abest scriptis nostris, e Mog. additum, pronomen, et intelligitur eleganter. Tacitus 3. Ann. [68.] de Silano: *Non temperante Tiberio, quin premeret voce, vultu, eo quod creberrime interrogabat.* Est autem *premi* verbum de reis frequenter usitatum. Plinius 2. ep. 11. *Quem ut premebat atrocitas criminis, ita quasi peractae damnationis miseratio tuebatur.* l. 5, 14. *Legati Vicentinorum non modo non presserunt eum, verum etiam sublevarunt.* Sine casu autem utitur et Seneca epist. 95. *At quam celebres culinae sunt, quanta circa nepotum focos juventus premit?* nempe, se invicem. Epist. 104. *Indulgendum est enim honestis affectibus, et interdum, etiamsi premant caussae, spiritus in honorem suorum vel cum tormento revocandas.* Statiusque in Lacrimis Etrusci: *vice cuncta reguntur, Alternisque premunt.* hoc est, potentiora et superiora sunt, incumbunt, urgent. Ut Varro, *Qui pote plus, urget.* Non mutandum igitur in Statio. J. FR. GRON. *Τὸ me* abest etiam ab omnibus meis, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquis; quod Moguntini tandem ex cod. suo addiderunt. Praestantissimo autem illi codici, cujus ope tot loca Livii male adfecta egregie curata sunt, hunc honorem exhibui, ut in lectionibus dubiis secundum eum pronunciarim. Pronomen igitur, a Gronovio ejectum, ejus fide, quamvis dissentientibus reliquis Msstis, revocavi. Recte vero Gronov. inlustravit verbum *premere.* Ita 3, 13, 1. *Premebat reum, praeter vulgatam invidiam, crimen unum.* 7, 4, 7. *L. Manlium malum malo augere filii, et tarditatem ingenii insuper premere.* 39, 40, 9. *Nec facile dixeris, utrum magis presserit eum nobilitas, an ille agitaverit nobilitatem.*

§. 12. *Eumdem esse, qui fui*]

Digitized by Google

quum vos mutetis, vobis vestrae reddenda ratio est.
Quod ad multitudinem servis liberandis auctam, et 14
egentibus divisum agrum adtinet, possum quidem et
in hoc me jure temporis tutari. Jam feceram haec, 15
qualiacumque sunt, quum societatem mecum pepigi-
stis, et auxilia in bello adversus Philippum accepistis.
Sed si nunc ea fecissem, non dico, quid in eo vos lae- 16

Hanc etiam lectionem Frob. anno 1531. praeeunte cod. Mog. recepit: neque factum ejus damno; licet omnes, quibus utor, Mſti [Bamb.] cum prioribus editis legant *eum esse.*

§. 13. *Si ego nomen imperii mutassem, mihi inconstantiae meae*] Pall. *si ego mihi nomen imperii mutassem, meae inconstantiae.* GEBH. Similiter Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *si ego imperii nomen mihi mutassem, meae inconstantiae* Voſſ. Sed ordinem vulgarem probandum eſſe, docent sequentia, *quum vos mutetis, vobis vestrae reddenda ratio est.* unde etiam patet, male *τὸ mihi* omitti in Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. Ascensiana anni 1513. prioribus. Paullo ante *Cum me regem* Voſſ. et Lov. 1. *Tunc me regem* Lov. 2. et Harl. V. ad 2, 12, 15. Tum *a vobis adpellari* alio ordine Lov. 6. *a vobis salutari* Lov. 3. quod eſt ex glossa interpretis. Supra 27, 19, 3. *Multitudo Hispanorum regem eum ingenti consensu adpellavit.* 40, 58, 9. *Legatos Romam ad petendum, ut rex ab senatu adpellaretur, misit.* 41, 24, 6. *Scimus, regem Persea a populo Romano adpellatum.* In sequentibus *vobis vestra reddenda ratio est* Voſſ. *vobis vestra ratio reddenda est* Lov. 1. *vobis reddenda ratio est*, omiſſo pronomine Harl.

§. 14. *Quod ad multitudinem servis liberatis auctam*] Pall. omnes habent *servis liberandis.* GEBH. Recipimus ex vetuſtioribus et MSS. *servis liberandis.* Quod perperam sequiores ex Mog. mutarunt. Eſt enim dictum pro *servos liberando:* de quo jam non semel monitum. 36, [5, 1.] *Ipse sollicitabat civitatum animos mittendis legatis.* Et inferius [eodem lib. c. 37, 6.] *Placatis Diis nunc votis rite solvendis, nunc prodigiis expiandis.* J. FR. GRON. Editores Mog. sunt, qui ex cod. suo *servis liberatis* primi receperunt. Sed hic Gronovio alterum adversus eum vindicanti adsentior; quod et omnes noſtri volunt. Supra cap. 23, 2. *Gratiis agendis Romanorum in Graeciam merita extulisset.* Plura v. ad 1, 53, 3. Mox *possum quid et in hoc me jure temporis tutari* Voſſ. *possum quidem in hoc me jure temporis tutari* Lov. 3.

§. 15. *Nam feceram haec, qualiacumque sunt*] Lege *Jam feceram haec.* GELEN. *Nam feceram* Lov. 2. 4. 5. Harl. et Mead. ambo, *Nam fecerim* Gaertn. Reliqui *Jam feceram*, ut Gelenius recte emendavit. Saepiſſime hae particulae commutantur. V. ad 9, 17, 5. Tum *qualiacumque essent* Harl. Mox *auxilium adversus Philippum accepistis* Lov. 6. At modo praeceſſit hoc cap. *Ut vobis mitterem ad bellum auxilia.* Sed ad-

Digitized by Google

sissem, aut vestram amicitiam violassem? sed illud,
17 *me more atque instituto majorum fecisse. Nolite ad vestras leges atque instituta exigere ea, quae Lacedaemone fiunt. Nihil comparare singula necesse est. vos a censu equitem, a censu peditem legitis: et paucos excellere opibus, plebem subjectam esse illis, vul-*

versus, pro *adversum*, etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. Primus Frob. anno 1535. *adversum* dedit. Sed alterum revocavi. V. ad Epit. Liv. 47.

§. 16. *Non dico, quod in eo vos laesissem*] Lege *non dico, quid.* GELEN. *non dico, quod* Lov. 2. 3. 4. et Voss. Reliqui Gelenio recte adstipulantur. Mox *τὸ illud* deest in Lov. 1. et 6. Tum *memoria atque instituto majorum fecissem* Voss. Lov. 1. 6. et Harl. *memoria atque instituto majorum fecisse* Lov. 3. *memoriae atque instituto majorum fecisse* Mead. 1. *memoriae atque instituto majorum fecissem* Lov. 2. *sed illud more atque instituto majorum fecisse* Gaertn.

§. 17. *Ea, quae Lacedaemone fiunt*] *in Lacedaemone* Mog. Mox *est necesse* Lov. 6. *necesse est* reliqui nostri, Hearnii L. 1. et omnes edd. usque ad Gronov. qui, incertum qua de caussa, anno 1665. *τὸ est* omisit, quod Livio reddidi. [*Nihil* omittit Bamb.]

Plebem subjectam esse illis, vultis] Rursum membranae, ejecto illo *illis*, habent *plebem subjectam esse vultis.* MOD. *Τὸ illis* quidem superest in omnibus meis; at, eo transposito, *subjectam illis esse* legunt Harl. Mead. 1. et Gaertn. Paullo ante *paucis excellere opibus* Gaertn. *paucos extollere opibus* Lov. 1. 6. et Voss. [Bamb.] Mox *nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate.*

§. 18. *Quem vos senatum adpellatis*] Loquitur ex sententia multorum Graecorum et regum, qui sibi persuadebant, rempublicam Romanam in manu senatus, et plane aristocraticam esse. V. Polyb. 6, 11. et ex eo aliisque Spanhem. Diss. 3. de Usu et praest. num. p. 140. DUK. *adpellastis* Lov. 6. et Gaertn.

Sed per aequationem fortunae ad dignitates fore credidit] Lege *ac dignitatis.* GELEN. Uterque Mogunt. codex retinet mordicus *sed per aequationem fortunae ad dignitates.* quod valeret, ita aequata omnium ordinum sorte, ut nulli omnino vel infimo praeclusa esset ad petendos honores et dignitates via. MOD. Libri nostri omnes *sed per aequationem fore ad dignitates credidit.* vel conjunctim *peraequationem.* GEBH. Similiter omnes mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] et vett. edd. usque ad Ascens. qui dedit *sed aequationem fore ad dignitates credidit*, altera lectione in posterioribus edd. suis ad marginem adjecta. Secuti deinde Moguntini substituerunt *sed per aequationem ad dignitates fore credidit*, se vero in cod. suo invenisse monuerunt *sed per aequationem fortunae ad dignitates fore credidit*, quod Frob. anno 1531. recepit, at quadriennio postea Gelenii emendationem: cujus hic

Digitized by Google

tis. Noster legumlator non in paucorum manu rem- 18
publicam esse voluit, quem vos senatum adpellatis; nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate: sed per aequationem fortunae ac dignitatis fore credidit, ut multi essent, qui arma pro patria ferrent. Pluribus me peregisse, quam pro patriae sermone bre- 19

sensus est, Lycurgum credidisse, ex eo, quod omnis ordinis civium fortunam et dignitatem aequaverit, neque alteri prae altero proniorem ad fortunam et dignitatem aditum concesserit, illud eventurum, ut tanto plures cives pro salute patriae, in qua se omnes ad quoscumque honores pervenire posse videbant, arma adriperent. Doujatius in duobus regiis et Colbertino invenit *sed peraequationem fore ad dignitates credidit*, id autem hunc sensum ferre posse existimat, aequalitatem usui futuram, seu valituram, ad hoc, ut dignitates et munera publica melius administrarentur. Sed inmemor fuit eorum, quae sequuntur, *ut multi essent, qui arma pro patria ferrent:* quomodo enim tum haec prioribus cohaerebunt?

§. 19. *Pluribus me peregisse, quam pro patriae sermone brevitatis, fateor*] Lege *Pluribus me ipse egisse.* GELEN. Ant. ed. *Pluribus me peregisse.* Pall. *Pluribus ipsemet egisse, quam pro patrio sermone.* GEBH. Non ausim cum Gelenio damnare veterem lectionem: *Pluribus me peregisse.* Reposcit hoc ipse Livius auctoritate eorum, quae habentur 7, (35, 2.) *Ubi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus eadem placebit, in dextram partem transibitis.* 22, (60, 6.) *Sine ullius insectatione eorum, brevi sententiam peregissem.* J. FR. GRON. Gelenio adsentiuntur Voss. et Lov. 2. *Pluribus met ipse egisse* legunt Lov. 1. 3. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. (Bamb.) *Pluribus ipsemet egisse* Lov. 4. et Mead. 2. *Pluribus me egisse* Lov. 6. *Pluribus me peregisse*, cum edd. antt. faciens, ut solet, Lov. 5. Utrumque verbum *agere* et *peragere* Livio in hac re sollemne est. *Agere* obcurrit 8, 33, 23. *Haec, simul jurgans, querens, Deûm hominumque fidem obtestans, plurimis cum lacrimis agebat.* 21, 53, 6. *Haec in praetorio prope concionabundus agere.* 30, 36, 9. *Miserabilius, quam ante, egerunt: sed aliquanto minore cum misericordia auditi sunt.* 42, 34, 1. *Petiit, ut sibi paucis ad populum agere liceret. Permissu omnium ita locutus fertur.* At *peragere* 1, 24, 9. *Suum jusjurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt.* c. 28, 7. *Rex cetera, ut orsus erat, peragit.* c. 32, 7. *Peragit deinde postulata.* 3, 40, 5. *Sententiam igitur peregit.* c. 44, 9. *Notam judici fabulam petitor peragit.* c. 47, 4. *Priusquam aut ille postulatum peragret.* 7, 37, 1. *Advocata concione P. Decii laudes peragit.* 9, 8, 4. *Sententiam de eo paucis peragam.* 39, 15, 1. *Quum sollemne carmen precationis peregisset.* c. 43, 1. *Valerius Antias aliud argumentum peragit.* Id plenius *verbis peragere* effertur 1, 18, 10. Quum igitur utrumque

Digitized by Google

vitatis, fateor. Et breviter peroratum esse potuit; Nihil me, postquam vobiscum amicitiam institui, cur ejus vos poeniteret, commisisse.

1 XXXII. Ad haec imperator Romanus: *Amicitia et societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope, rege*
2 *Lacedaemoniorum justo ac legitimo, facta est. Cujus jus tyranni quoque, qui postea per vim tenuerunt La-*

Livio in usu fuerit, a Gelenio starem, si eum in loco emendando auctoritatem cod. Mog. secutum fuisse constaret; nunc rem arbitrio lectoris permitto. Deinde *pro patrio sermone brevitatis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *pro patria sermonis brevitatis caussa* Lov. 3. *pro patrio sermone brevitatis caussa* Lov. 6. in marg. Ampliss. Roëllius conjicit *pro patrii sermonis brevitate.* [*Et breviter per ornatum* Bamb.] Mox *vobiscum* deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *institui amicitiam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.]

§. 1. *Cum Pelope, rege Lacedaemoniorum justo ac legitimo*] Lycurgus, mortuo Cleomene, rex ab ephoris per ambitum constitutus fuerat Olymp. 140. ut docet Polyb. 4, [35.] Hujus filius Pelops a Livio hic nominatur, cujus etiam meminisse videtur Diodorus in excerptis l. 26, [p. 285.] *Ὅτι Νάβις ὁ τύραννος τῶν Λακεδαιμονίων ἀνεῖλε Πέλοπα, τὸν Λυκούργου μὲν τοῦ βασιλεύσαντος υἱόν, παῖδα δὲ τὴν ἡλικίαν ὄντα. ἐυλαβεῖτο γὰρ μήποτε ὁ παῖς, παραγενόμενος εἰς ἡλικίαν, ἀποκατασήσῃ τῇ πατρίδι τὴν ἐλευθερίαν, πεφρονηματισμένος διὰ τὴν ἐυγένειαν.* H. VALES. Haec Valesii sunt ex adnotatis ejus ad Excerpt. Peiresc. p. 285. E fragmento Diodori non potest intelligi, eum *justum ac legitimum Lacedaemoniorum regem* fuisse. De Lycurgo multa habet Polybius l. 4. et 5. sed Pelopem filium illius in Polybianis, quae supersunt, nusquam memorari puto, nec de eo quidquam ab aliis proditum scio. Polyb. 4, 81. se, quae post Cleomenem in republica Lacedaemoniorum gesta sunt, suis quaeque locis perscripturum promittit. His perditis, pleraque eorum nobis incognita sunt. Si tamen Diodorus et Livius de eodem Pelope loquuti sunt, is tutorem habuerit, oportet, qui illius nomine amicitiam ac societatem cum Romanis fecerit. DUK. Cl. Crevier. testatur, multa esse, quae sibi persuadere videantur, nomen ejus Lacedaemoniorum regis, quocum societas a Romanis facta sit, hic vitiatum esse. Alium enim inter Lacedaemonios reges se nosse neminem, qui Pelopis nomen tulerit, quam ejus Lycurgi, qui in regem electus est post mortem Cleomenis, filium. At eum *regem justum ac legitimum* adpellari a Livio non posse, quum supra c. 26, 14. patrem ejus tyrannum vocaverit. Deinde Pelopem, si regnavit, circa media tempora secundi Punici belli regnasse, et inde nec societatem cum eo initam vetustissimam dici posse, quo nomine tamen Nabis foedus, inter Roma-

Digitized by Google

cedaemone imperium, (quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupaverant) usurparunt; sicut tu quoque hoc Macedonico bello fecisti. Nam quid minus conveniret, quam eos, qui pro libertate Graeciae adversus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam? et tyranno quam, qui umquam, saevissimo et violentissimo in suos? 3

nos et Lacedaemonios publice ictum, cap. praec. adpellavit; nec Quinctium dicere posse, post id foedus Romanos nunc Punicis nunc Gallicis bellis occupatos fuisse. Superesse igitur, ut inquiramus, quis ille rex Lacedaemoniorum fuerit, cujus nomen sit hoc loco reponendum. Suspicatur tandem, et hoc inter Livii aphalmata referendum esse. Firmandae ejus sententiae, nomen Pelopis hic vitiosum esse, id etiam inservire potest, quod Livius innuat, post regem Lacedaemoniorum justum, cum quo Romani amicitiam et societatem inierunt, *tyrannos per vim tenuisse Lacedaemone imperium*, idemque nunc Nabin facere: quum tamen Nabis Pelopem interfecisse dicatur, et inter Lycurgum, Pelopis patrem, ac Nabin unus tantum memoretur ab historicis tyrannus Machanidas.

§. 2. *Nunc alia ex aliis occupaverant*] *occuparant* Harl. Sed v. ad 29, 37, 1. *occupaverunt*, sequenti verbo omisso, Lov. 1. et Gaertn. Mox *bello Macedonico* Lov. 5. 6. et edd. antt. usque ad Frob. qui fide cod. Mog. ordinem vocum inmutavit, adstipulantibus reliquis omnibus nostris.

§. 3. *Nam quid minus conveniret, quam nos, qui pro libertate*] Pall. *Nam quidem minus c. quam eos, qui pro libertate.* GEBH. Scripta lectio: *quam eos, qui pro libertate Graeciae adversus Philippum gereremus bellum cum tyranno instituere amicitiam? et tyranno quam, qui unquam, saevissimo et violentissimo in suos.* Probo utrumque. Dictum est *eos, qui gereremus*, ut 32, [21, 16.] *Achaei sustinebimus.* Alterum intelligit casum patrium *omnium*, et ita explicandum est: *et tyranno quam saevissimo et in suos violentissimo omnium, qui unquam fuerunt.* Vides, in hac scita brevitate nihil esse absurdi, neque obscuri, nisi indoctis: nisi malis *et tyranno omnium, qui unquam.* J. FR. GRON. *quam eos, qui* etiam Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii Oxonn. Tot igitur codicum fide subnisae lectioni locum in contextu concessi, quod et Cl. Crevier. fecit, cujus Mstum Victor. in eamdem lectionem consensit. Tum *gerebamus bellum* Harl. *bellum gereremus* Lov. 2.

Quam, qui umquam fuit, saevissimo] Membranae ignorant *tò quam*, leguntque *et eo tyranno, qui umquam fuit, saevissimo et violentissimo in suos.* MOD. Pall. codices *et tyranno, quam qui umquam, saevissimo et violentissimo in suos. Tò fuit* quoque abest a vet. ed. GEBH. Olim edebatur *quam qui umquam, saevissimo;* eamque le-

Digitized by Google

4 *Nobis vero, etiamsi Argos nec cepisses per fraudem, nec teneres, liberantibus omnem Graeciam, Lacedaemon quoque vindicanda in antiquam libertatem erat atque in leges suas, quarum modo, tamquam aemu-*
5 *lus Lycurgi, mentionem fecisti. An, ut ab Jasso et Bargyliis praesidia Philippi deducantur, curae erit nobis? Argos et Lacedaemonem, duas clarissimas*

ctionem servant omnes codd. nostri, et Hearnii L. 1. ac N. Neque aliter inde discedit Mogunt. quam quod addat *fuit:* [quod addit etiam Bamb.] perperam enim Modius etiam *τὸ quam* ab eodem abesse testatur, quod tamen ex excerptis non constat. Scripturam autem cod. sui admiserunt Moguntini, et post eos reliqui editores usque ad Gronov. qui ad verba praecedentia *τὸ fuit* iterum delevit, et locum aliter interpunxit. Vulgatam interpunctionem et lectionem cod. Mog. *tyranno, quam qui umquam fuit, saevissimo* ita explicat Vossius 7. Gramm. 17. ut superlativum pro comparativo accipiat, quasi scriptum foret *tyranno, quam qui umquam fuit, saeviore.* Id autem durius esse pronunciat, si superlativus non tantum significationem comparativi adsciscat, sed insuper ei adjungatur casus, quem comparativus requirit. Ita tamen locutus videtur Livius 2, 30, 1. *Medium maxime et moderatum utroque consilium Virginii habebatur.* pro *Medium magis et moderatius utroque.* Insuper *et eo tyranno, quam qui* Lov. 5. et edd. usque ad Gronov. qui pronomen *eo* expunxit, quod neque in reliquis meis comparet. Mox *et violentissimo* omittit Gaern.

§. 4. *Nobis vero, etiamsi Argos nec cepisses per fraudem, nec teneres*] Particula *vero* deest in Lov. 1. Tum *non cepisses per fraudem, non teneres* Mead. 2. *nec cepisset per fraudem, nec teneret* Voss. et Lov. 1.

§. 5. *Ut ab Jasso et Bargyllis praesidia Philippi deducantur, curae erit nobis*] *Jaso et Bargyliis*, ut supra. SIG. *ab Naso* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *ab Nasso* Lovel. 3. *ab Nato* Hearnii L. 1. [*ab Jaso* Bamb.] *ab Naxo* Harl. et editi ante Moguntinos, qui ex cod. suo *ab Jasso* substituerunt. V. ad 32, 33, 6. Tum *Bargillis*, vel *Bargyllis*, Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] cum edd. Camp. et Rom. anni 1472. *Bargilis* Lov. 2. 3. 6. Harl. et Hearnii L. 1. *Bargiliis* reliquae edd. usque ad Mog. quae prima *Bargyliis* dedit. V. ad Livii loc. laud. Deinde *cura erit* Lov. 5. et edd. antt. Primus Frob. anno 1531. ex fide cod. Mog. recte emendavit *curae erit*, quod in ceteris meis itidem inveni. Supra 10, 25, 3. *Majori mihi curae est, ut omnes locupletes reducam.* ubi similiter peccabat unus codex. Vide, quae ibi notantur. Colum. 12, 12. *Quibus non fuit curae coelestem inveterare aquam.*

Argos et Lacedaemonem] Pall. *Argos et Lacedaemona.* GEBH. *Lacedaemones* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Lacedaemona* Mead. 2.

Digitized by Google

urbes, lumina quondam Graeciae, sub pedibus tuis relinquemus; quae titulum nobis liberatae Graeciae servientes deforment? At enim cum Philippo Argivi 6 *senserunt. Remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris. Satis compertum habemus, duorum, aut summum trium in ea re, non civitatis, culpam esse: tam, Hercle, quam in te tuoque praesidio arcessendo* 7

Ita *Crotona*, pro *Crotonam*, supra emendabat Gronov. ad 1, 18, 2. quum tamen Livius alibi semper *Crotonem* dicere maluerit. Voces *lumina quondam Graeciae* desunt in Lov. 2.

Titulum nobis liberatae Graeciae servientes deforment] Pall. *libertatis Graeciae*, ut et perhibet antiq. ed. Sic supra c. 22, 12. legendum dutu Pall. MSS. et auctoritate vet. ed. *Nisi quatenus libertatis Graeciae unius civitatis servitus non plenam nec integram gloriam esse sinit.* Quem locum non intellectum interpolavit Gelenius. Est autem *libertas Graecia* dictum, ut *Galliae mulieris*, pro *libertas Graeca*. GEBH. *libertatis Graeciae* etiam Voss. Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et editiones antt. pro quo Ascens. anno 1513. *liberatae Graeciae* primus dedit. Si vero codicum lectio praeferenda erit, non tamen Gebhardo adsentiar, existimanti id convenire Sallustii *Galliae mulieris* apud Non. Marc. v. *Galliae*. Nam *terra Graecia* quidem viri docti ex Ennio apud Varr. ex Gellio, et ex aliis laudarunt; v. ad 25, 7, 4. verum id per adpositionem exponi potest. Salmas. etiam ad Treb. Poll. xxx. Tyrann. c. 18. laudat *Graecia luxuria*: utrum vero ex Musto, non addit: certe *Graeca* vulgo editur. Ea igitur si praeferenda erit, *titulum libertatis Graeciae* putabo uni nomini duos genitivos additos esse, quorum alter pendet ex altero; ut *hostium insidiarum ignarus* 25, 15, 11. ubi plura vide. Deinde *servitutis deformentur* Harl.

§. 6. *Cum Philippo Argivi senserunt*] *cum Philippo non tibi senserunt* Gaertn. *cum Philippo non tibi senserunt Argivi* Lov. 3. *cum Philippo senserunt* Lov. 2. Tum *senserint* Voss. Mox *remittemus* Mstum Mog. Denique *vicem nostram* Lov. 5. et edd. antt. Ordinem vocum primus Froben. anno 1531. praeeunte cod. Mog. et consentientibus reliquis meis, invertit.

Duorum, aut ad summum trium in ea re novitatis culpam esse] Syncera lectio *aut summum trium in ea re, non civitatis*. GELEN. Pall. *in ea novitatis culpam esse*. GEBH. *aut summum* etiam omnes mei, nisi quod praepositio adscripta sit in Lov. 1. a m. 2. *aut summum* etiam edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *aut ad summum* jam praeferunt edd. Mediol. anni 1480. et Tarvisinae. V. ad 31, 42, 4. Omnes etiam nostri [et Bamb.] *in ea re novitatis culpam esse.*

§. 7. *Tam, Hercle, quam in te tuoque praesidio accersendo*] MS. *in te tuoque praesidio arcessendo.* de qua varietate quis

Digitized by Google

accipiendoque in arcem nihil sit publico consilio actum.
8 *Thessalos, et Phocenses, et Locrenses, consensu omnium scimus partium Philippi fuisse. tamen quum ceteram liberaverimus Graeciam, quid tandem censes in Argivis, qui insontes publici consilii sint, fa-*
9 *cturos? Servorum ad libertatem vocatorum, et egentibus hominibus agri divisi crimina tibi objici dicebas.*

non dixit aliquid? MOD. Ita etiam plerique meorum. [*accersendo* Bamb.] V. ad 9, 9, 12. Tum *Hercule* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. [Bamb.] V. ad 7, 11, 1.

Nihil sit publico consilio actum] Vox *sit* non desideraretur, si non adesset. GRUT. Si legas attente, apparet τὸ *sit* Latinae compositioni conveniens hic non esse. Aut in posteriore membro (quod est *tam*, *hercle*, *quam*) respectum haberi oportet ad proxima *culpam esse;* et requiritur *est*, non *sit:* aut ad remotiora, *satis compertum habemus*, et iterum exigitur *esse*, non *sit*. Nam haec Latina sunt: *habeo compertum tam hoc esse, quam illud est:* et, *habeo compertum tam hoc esse, quam illud quoque esse*. scilicet, compertum habeo. Sed et jam vest. quosdam editos olim concepisse video: *nihil esse publico consilio actum:* idque teneamus. J. FR. GRON. [*nihil si in publico* etc. Bamb.]

§. 8. *Tamen quum ceteram liberaverimus Graeciam*] Scripti et vetustae edd. *liberavimus*. Scribe *liberarimus*. Qualia plura Livio antiquissimus codex in bello Annibalico vindicavit. J. FR. GRON. *liberavimus* etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertner. [Bamb.] et editi ante Aldum, ex quo Gronov. scribendum conjecit *liberarimus*. Praeter illa, quae notata sunt ad 21, 44, 7. v. supra ad 2, 20, 9. c. 29, 12. c. 38, 5. 45, 39, 15. Cel. Burm. ad Suet. Calig. 26. et Torren. ad Val. Max. 2, 10, 7. Insuper *terra Graecia* Lov. 1. *cetera Graecia* Lov. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. hinc *cetera Graeciae* Ascens. ad marginem ed. anni 1513. conjecit. At aliud latere existimat Cl. Crevier. qui praefatus, Quinctium non argumentari a libertate toti Graeciae reddita, sed tantummodo a liberatis Thessalis, et Phocensibus, et Locrensibus, qui conspirante civitatium suarum consensu cum Philippo senserant, propterea etiam legendum opinatur, *quum eos cum cetera liberaverimus Graecia*, existimans lectionem vulgatam invectam esse ab eo, cujus delicatulas aures obsendebat geminatio particulae *cum*. Vel, si audacior haec mutatio videatur, legebat cum edd. principibus *tamen cum cetera* (supple, eos) *liberavimus Graecia*. *Quid tandem censes* etc. [ante *consessu*, pro *consensu*, Bamb.]

Quid tandem censes in Argivis, qui insontes publici consilii sint, facturos] *quid tamen* Voss. Verum *tamen* mox praecessit; et solet ea vox et *tandem* commutari a librariis. V. ad 22,

Digitized by Google

bas. non quidem nec ipsa mediocria: sed quid ista sunt prae iis, quae a te tuisque quotidie alia super alia facinora eduntur? Exhibe liberam concionem 10 *vel Argis, vel Lacedaemone, si audire juvat vera dominationis inpotentissimae crimina. Ut omnia alia* 11 *vetustiora omittam, quam caedem Argis Pythagoras iste gener tuus pene in oculis meis edidit? quam tu ipse, quum jam prope in finibus Lacedaemoniorum*

2, 11. Tum *censes Argivis* etc. *facturos* Lov. 6. sive *Argivis* capiamus tertio, sive sexto casu, pro de Argivis. V. ad 45, 39, 4. Sed aliorum vulgatam lectionem defendentium conspiratio persuadet, eam veriorem esse, *facturos in Argivis*, pro *in Argivos*, id est, in eos statuturos. Ita 6, 18, 4. *Quod nec ausus esset idem in se dictator, quod in Sp. Maelio Cincinnatus Quinctius fecisset.* 30, 25, 10. *Nihil indignum in iis facturum.* V. etiam ad 28, 43, 8. Praeterea vox *publici* deest in Lov. 1.

§. 9. *Servorum ad libertatem vocatorum*] MS. *servorum in libertatem vocatorum.* MOD. Ita *vocare in partem*, de quo v. ad 5, 21, 5. *vocare in spem* Cic. 3. ad Att. 15. Sed nostri nihil mutant. Supra 3, 15, 9. *Servos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat.* Mox *egentibus omnibus agri divisi* Lov. 3. V. ad 3, 54, 6. *egentibus hominibus agri diversi* Mead. 1. V. ad 10, 33, 10. Deinde *pro iis* Lov. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 6, 40, 1. [*eduntur* omittit, vacuo spatio relicto, et *Exhibe* bis ponit Bamb.]

§. 10. *Exhibe liberam concionem*] Ea et sequentia eum in modum concepta sunt in Pall. et ant. ed. *Exhiberes liberam contionem vel Argis vel Lacedaemone, sicut ire juvat verba dominationis impotentissimae. Crimina ut omnia alia vetustiora omittam.* Forte fuit *Exhibe, sis, liberam contionem.* GEBH. *Exhib'e liberam concionem* Lovel. 1. *Exhib'es liberam concionem* Gaertn. *Exhiberes liberam concionem* reliqui scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. omnes usque ad Moguntinos, qui *Exhibe* ex cod. suo dederunt. Origo erroris, qui plerosque codd. obsedit, ex datis eorum lectionibus adparet. Non opus itaque, ut *Exhibe sis* a Livio relictum fuisse conjiciamus. In verbis sequentibus eamdem lectionem, quam ex suis codd. Gebh. profert, etiam in meis inveni, nisi quod in paucis apicibus differant. Edd. antiquissimae legunt *sicut ire jubet verba dominationis*, vel *damnationis.* Ascensius deinde dedit anno 1513. *si te juvat audire vera dominationis.* Moguntini *si te audire juvat.* Tandem Froben. anno 1531. τὸ *te* ex fide cod. Mog. expunxit.

§. 11. *Ut omnia alia vetustiora omittam*] *Ut alia omnia vetustiora omittam* Harl. *Ut alia omnia omittam vetustiora* Gaertn. *Ut omnia vetustiora omittam* Lov. 1. et 2. Mox *pene in oculos meos* Gaertn. *pene in meis oculis* Harl. Deinde *quum prope*, omissa media vocula, Voss.

Digitized by Google

12 *essem? Agedum, quos in concione comprehensos, omnibus audientibus civibus tuis, in custodia te habiturum esse pronunciasti, jube vinctos produci, ut*
13 *miseri parentes, quos falso lugent, vivere sciant. At enim, ut jam ita sint haec, quid ad vos, Romani? Hoc tu dicas liberantibus Graeciam? hoc iis, qui, ut liberare possent, mare trajecerunt, terra marique*
14 *gesserunt bellum? Vos tamen, inquis, vestramque*

§. 12. *Agedum, quos in concione comprehensos*] Libri omnes *quos contione comprehensos*. qui et exigunt τὸ *civibus*, sicut τὸ *ut* iidem, *jube vinctos produci. miseri parentes, quos falso lugent, vivere sciant.* In reliquis hoc cap. eamdem servant scripturam, quam Gelenius emendavit. GEBH. *quos continue comprehensos* Lov. 3. *quos concione comprehensos* reliqui scripti mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. usque ad Moguntinam, quae prima, praepositione adhibita, *in concione* dedit. Deinde vox *civibus*, quam iidem codd. et edd. ignorant, Moguntini ex cod. suo receperunt. Insuper vox *esse* exsulat a Lov. 1. et 6. particula *ut* ab omnibus Mstis meis, [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 13. *At enim, ut jam ita sint haec*] Scripti consensu tollunt adversativam, et solum exhibent: *Enim ut jam ita sint haec.* Quod quidem Livii esse judico, ut quod usquam maxime. Observarunt eruditi ex Plauto, hanc particulam interdum a fronte orationis induere vim adversativae, et eadem vi poni, qua junctim alias *at enim*, *sed enim*. Casina [5, 2, 14.] *Repulit mihi manum, nec quietum dare sibi suavium me sinit. Enim jam magis jam adpropero.* Edpidico [5, 2, 36.] *ni ergo matris filia est, In meum nummum, in tuum talentum, pignus da. PE. Enim isthaec captio est.* Pers. [2, 2, 54.] *quid eo? SO. quid id ad te adtinet? PAE. Enim non ibis nunc vicissim, nisi scio.* Et ne contere, sic ipse noster 23, 45, 10. *Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua jactabatis. Enim minor est res: hic experiri vim virtutemque volo.* Ut ibi ex optimis libris restituimus. J. FR. GRON. Vocula *At* deest etiam in plerisque nostris, Pall. Gebhardi, ut notavit ad 23, 45, 10. et Hearnii L. 1. ac N. *Etenim* soli meorum Lov. 3. et 5. cum primis edd. usque ad Ascens. qui anno 1513. *At enim* substituit. Eam autem lectionem firmavit cod. Mog. Solitos fuisse scriptores antiquos τῷ *enim* in initio orationis uti, Gronovio credo. Alia v. apud Aus. Popm. de Usu antiq. locut. l. 1, 16. et Cl. Duker. ad Opusc. de Latin. Jctorum p. 330. Utrum tamen Livius ita hic locutus sit, vehementur dubito. Pluribus enim testibus, qui id adfirmant, obpono testimonium cod. Mog. qui mihi pondere et auctoritate plurium instar est. Deinde in aliis, qui particula initiali *At* destituuntur, ea elisa esse potest ab ultimis literis vocis praecedentis *sciát*. V. ad 35, 11, 6. Denique optime huic loco particulam illam convenire, con-

Digitized by Google

amicitiam ac societatem proprie non violavi. Quoties vis te id arguam fecisse? Sed nolo pluribus: summam rem complectar. Quibus igitur rebus amicitia 15 *violatur? Nempe his maxime duabus, si socios meos pro hostibus habeas; si cum hostibus te conjungas. Utrum non a te factum est? nam et Messenen, uno* 16 *atque eodem jure foederis, quo et Lacedaemonem, in amicitiam nostram acceptam, socius ipse sociam no-*

stat ex iis, quae notantur ad cap. praec. §. 6. Lectionem itaque, quae ante Gronov. vulgo recepta erat, revocavi. Praeterea *vd jam* exsulat a Lovel. 1. 3. 6. et Voss. Sed, eamdem in cod. suo exstare, Moguntini monuerunt.

Hoc tu dicas liberantibus Graeciam sociis? qui, ut] Potior lectio: *Hoc tu dicas liberantibus Graeciam? hoc iis, qui, ut.* GELEN. Quamvis nulli meorum addicant, Gelenium tamen veram lectionem Livio vindicasse existimo.

§. 14. *Societatem populi Romani non violavi*] Lege *proprie non violavi.* GELEN. Vulgatum, a Gelenio damnatum, superest in Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. 1. quod tamen recte displicuit, quia per *vestram amicitiam ac societatem* intelligitur amicitia et societas populi Romani. Ex reliquis codd. nihil in excerptis notatur; quos propterea Gelenii emendationem firmasse verisimile est. Mox *vis id arguam te fecisse* Voss. *te vis id arguam fecisse* Lov. 1. Deinde *sed nullo pluribus* Lov. 1. 3. 4. Mead. 1. et Voss. qui in margine legit *sed in illo. sed ne pluribus* Lov. 2. et 6. *sed nihilo pluribus* Harl.

§. 15. *Quibus igitur amicitia violatur? Nempe his duabus rebus maxime*] Ita primus edidit J. Fr. Gronov. a quo in eo tantum dissentiunt Lov. 5. et primae edd. quod praeferant *his duabus maxime rebus.* At reliqui scripti Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. legunt *Quibus igitur rebus amicitia violatur? Nempe his maxime duabus, si socios* etc. quomodo Moguntini ex cod. suo ediderunt. Idem reliqui editores servarunt; quare hanc lectionem revocavi; quod et Crevier. fecisse video, praeterquam quod in fine scribat *his duabus maxime*, se codici Victor. paruisse professus. Perperam vox *rebus* plane omittitur in Mead. 1. at in transpositione ultimarum vocum pluribus scriptis concinit. [*Quibus* omittit Bamb.]

§. 16. *Utrum non a te factum est*] Lege, *Utrumque a te factum est,* GELEN. *Utrumque a te factum est* Gelenius, quum prius editi haberent: *Utrum non a te factum est?* At scripti omnes: *Utrumnam a te factum est.* Repone igitur, sensu praecipiente, nec vestigiis scripturae veteris abjudicantibus: *Utrumnam non a te factum est?* Eam particulam restituimus et Livio ex scriptis ac vetustis editionibus 37, 17, 10. *Utrumnam Pataris universa classis in portu stare posset?* J. FR. GRON. *Utrumnam a te*

Digitized by Google

17 *bis urbem vi atque armis cepisti: et cum Philippo, hoste nostro, non societatem solum, sed, si Diis placet, adfinitatem etiam per Philoclem praefectum ejus*
18 *pepigisti: et bellum adversus nos gerens mare circa Maleam infestum navibus piraticis fecisti: et plures prope cives Romanos, quam Philippus, cepisti atque*
19 *occidisti: tutiorque Macedoniae ora, quam promontorium Maleae commeatus ad exercitus nostros por-*
20 *tantibus navibus fuit. Proinde parce, sis, fidem ac jura societatis jactare; et, omissa populari oratione, tamquam tyrannus et hostis loquere.*

factum Voss. Lov. 1. 2. 3. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *Utrum non a te factum* Lov. 4. 5. 6. Harl. et Mead. 2. [*Utrumque a te factum* Bamb.] Mox *quo Lacedaemonem*, omissa media vocula, Lov. 1. 2. et 6.

§. 17. *Non societatem solum, sed, si Diis placet, adfinitatem*] *non societatem modo, sed, si Diis placeat* Lov. 5. et edd. principes. Moguntini deinde *non societatem solum* in cod. suo repererunt, quod Froben. anno 1535. recepit. Idem etiam *si Diis placet* alteri substituit. Utramque lectionem omnes codd. nostri, uno illo excepto, firmant. Pluribus locis formula haec apud Livium obcurrit, quorum pleraque jam viri docti observarunt. Ita 4, 3. 9. 6, 40, 7. 34, 2, 11. 38, 47, 3. 39, 28. bis. et 36, 14. 40, 13, 2. 41, 23, 7. 44, 22, 8. V. Hadrian. Card. de Serm. Lat. p. 361. Manut. ad Cic. pro Rosc. Amer. 36. et Freinsh. ac Cel. Duker. ad Flori 3, 4, 1. sed non aliter, quam *si Diis placet*, efferri solet.

§. 18. *Bellum adversum nos gerens mare circa Maleam infestum*] Nempe, durante adhuc bello Macedonico, quo Philippum hostem Romanorum a Nabide his rebus adjutum dicit Quintius. Est ergo *bellum gerens*, quasi bellum gerens eo tempore, quo tibi amicitiam et societatem cum Romanis fuisse jactas. Nam Nabidi, postquam, pace inter Romanos et Philippum facta, apertum adversus Romanos bellum susceperat, haec omnia jure belli licebat facere. Si quis tamen putabit legi posse, *et ut bellum adv. nos gerens*, non invitus adsentiar. DUK. *adversus*, pro *adversum* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. V. ad Epit. Liv. 47. Tum *circa Maleum* iidem codd. cum Voss. et Gaertn. [Bamb.] Mox *navibus piratis* Voss.

Et plures prope cives Romanos] Pall. *cives Romuleos*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo; quod librariis, unde profectum est, relinquo. Tantum enim abest, stilo Livii convenire, ut vix apud poëtas obcurrat.

§. 20. *Proinde parce sis fidem ac jura societatis jactare*] Bar-

Digitized by Google

XXXIII. Sub haec Aristaenus nunc monere Na- 1
bin, nunc etiam orare, ut, dum liceret, dum occa-
sio esset, sibi ac fortunis suis consuleret. Referre 2
deinde nominatim tyrannos civitatium finitimarum
coepit, qui, deposito imperio, restitutaque libertate
suis, non tutam modo, sed etiam honoratam inter
cives senectutem egissent. His dictis in vicem audi- 3
tisque, nox prope diremit conloquium. Postero die
Nabis, *Argis se cedere ac deducere praesidium, quan-*
do ita Romanis placeret, et captivos et perfugas red-
diturum, dixit. *Aliud si quid postularent, scriptum* 4

berinus *par cesis*. Verum est *Proinde parcesis fidem ac jura societatis jactare*. Quod integrum mansisse in Petaviano nostro deprehendimus. Nota apud Plautum, quae frequentabantur in colloquiis et sermone vulgari, *abisis, accipesis, apagesis, cavesis*, et similia. *Agesis* Cicero 2. Tuscul. 8. J. FR. GRON. Vulgatum *Parce sic* servant Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. *pare sic* Harl. *partius sis* Lov. 6. *parchus sis* Hearnii L. 1. *parce sis* Voss. et Lov. 1.

§. 1. *Sub haec Aristaenus*] *Sub hoc* Voss. *Sub hac* Gaertn. Mox in sequentibus *nunceque orare* Lov. 3.

§. 2. *Referre deinde nominatim tyrannos civitatum*] Pall. et vet. ed. *Et referre deinde*. GEBH. Nec aliter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. Frobenius demum anno 1535. copulam *et* erasit. Deinde edidi *civitatium*, quia passim ita praeferunt optimi codd. quod hic tantum reperi in ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. Paullo post *senectutem gessissent* Harl. sollemni scribarum variatione. V. ad 22, 28, 1.

§. 3. *Nox prope diremit conloquium*] Si *prope* hic est *propemodum*, (nec video, quomodo aliter accipi possit) sententia horum verborum est, parum abfuisse, quin nox dirimeret colloquium, sed tamen ea diremtum non fuisse. Atqui tum, sine dubio non aliam ob causam, quam quia nox ingruebat, diremtum fuisse indicant sequentia, *postero die*. Fortassis scriptum fuerat *nox propinqua*. DUK. *nox quoque diremit* Harl. et edd. Mediol. anni 1480. et 1505. Tarvis. utraque, Ven. variae, et Ascensii prima: cujus secunda anni 1513. dedit *nox diremit*. At mox Moguntini ex cod. suo revocarunt *nox prope diremit*, quod non tantum in edd. principibus, sed et in reliquis decem codd. meis inveni. Vide igitur, num servari possit, τὸ *prope* non ad *diremit*, sed ad vocem *nox* referendo. *nox prope*, nempe existens, *diremit conloquium*. Livium autem saepe participium verbi substantivi intelligendum reliquisse, vidimus ad 4, 47, 7. Mox *Argis se-*

Digitized by Google

ut ederent, petiit, *ut deliberare cum amicis posset.*
5 Ita et tyranno ad consultandum tempus datum est:
et Quinctius, sociorum etiam principibus adhibitis,
habuit consilium. Maximae partis sententia erat:
6 *Perseverandum in bello esse, et tollendum tyrannum.*
7 *numquam aliter tutam libertatem Graeciae fore. Satius multo fuisse, non moveri bellum adversus eum,*
8 *quam omitti motum. et ipsum velut comprobata do-*

cedere, duabus vocibus coalescentibus, Mead. 1. et Gaertn. *Argis recedere* Harl. [*Argis se credere* Bamb. qui ante *die* omittit.]

Quando ita Romanis placeret] Pall. et vet. ed. *quod ita Romanis*. GEBH. Similiter omnes mei, omnesque edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo *quando ita* dederunt, id est, quoniam, quandoquidem placeret. V. ad 40, 9, 1. *Tò quod* natum est ex alterius interpretatione. V. 35, 22, 3. [*perfugas reddit tria* ∞ *dixit* Bamb.]

§. 5. *Itaque et tyranno ad consultandum tempus datum est*] MS. *Ita et tyranno*. quae est solens huic auctori locutio. MOD. Libri communi censensu *Itaque ut tyranno tempus datum ad consultandum est*. GEBH. *Itaque ut tyranno* codices, quos vidi, omnes, ut et typis exarati, usque ad Ascens. qui anno 1513. vulgari curavit *Itaque et tyranno*. Frobenius postea anno 1535. ex cod. Mog. *Ita et tyranno*. Hinc Paris. anno 1573. *Itaque et* revocarunt, unde Modius occasionem sibi datam putavit lectionem Moguntini codicis iterum memorandi, licet eam jam Francofurtani decennio ante, sive anno 1578. restituissent. *Ita* et *Itaque* passim confundi, vidimus ad 21, 53, 7. [*Ita ut tyranno* Bamb.] Tum *tempus datum ad consultandum* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *datum tempus ad consultandum* Lov. 3. Mox *habuit concilium* primus Modius edidit; quum priores constanter praeferant *consilium*, concinentibus Voss. Lov. sex, et Gaertn. quod praeferendum esse judicavit Gronov. ad 44, 2, 5. neque aliter Crevier. ad 34, 30, 5. Deinde §. seq. *sententiae erunt*, pro *sententia erat*, perperam cod. Mog.

§. 7. *Satius multo fuisse, non moveri bellum*] *Santius multo fuisse* Harl. et Mead. 1. *Sanctius multo fuisse* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. Similiter peccatur 5, 20, 8. c. 53, 8. quibus locis locutionem inlustravi, 35, 13, 8. c. 33, 5. et 39, 10, 2. Tum *moveri* deest in contextu Lov. 6. sed in margine ejus loco adscriptum inveni *movisse*. [*non* deest in Bamb.]

§. 8. *Ipsum velut comprobata dominatione firmiorem futurum*] Comparet in antiqua ed. *comparata dominatione*. Pall. accusandi casu *comparatam dominationem*. GEBH. *ipsum veluti* Gaertn. Tum *temperata dominatione* Lov. 3. *comparata* inter versus. *comparatam dominationem* Lov. 4. Mead. am-

Digitized by Google

minatione firmiorem futurum, auctore injusti imperii adsumto populo Romano; et exemplo multos in aliis civitatibus ad insidiandum libertati civium suorum incitaturum. Ipsius imperatoris animus ad pacem inclinatior erat. videbat enim, compulso intra 9
moenia hoste, nihil praeter obsidionem restare. Eam 10
autem fore diuturnam. *Non enim Gythium, quod ipsum tamen traditum, non expugnatum esset, sed*

bo, et Gaertn. *comparata dominatione* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. *comprobata* Moguntini ex cod. suo recte dederunt. Solent saepe *probare* et *parare* eorumque composita in Mstis commutari. V. ad 4, 45, 4. Cel. Burm. ad Nason. 3. Her. 123. et Viros doctos ad Front. Strateg. in princ. Ceterum his et sequentibus duplex redditur caussa, cur satius multo fuisset, non moveri bellum, quam omitti motum. Videri itaque posset deesse conjunctio caussalis, ac scribendum esse, *nam et ipsum velut.* Sed, quum nulli libri eam agnoscant, invito Livio non obtrudendam censeo, praesertim etiam, quia Livius illam saepe omisit. Ita in loco simili 10, 17, 10. *Ibi plus laboris ac periculi fuit. et defensa summa vi moenia sunt, et locus erat munimento naturaque tutus.* ubi vidimus, elegantiae hujus ignaros librarios saepius intellectas eas particulas inserere conatos fuisse. Alibi etiam *quod* vel *quia* interposuerunt. V. ad 1, 40, 4. Insuper *firmiorem futurum auctorem injusti imperii, assumto populo Romano* Voss. Lov. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. *futurum, ex auctoritate injusti imperii* etc. Harl. *auctore injusti imperii adsumto primo,* pro *adsumto populo Romano,* Voss. et Lov. 6. *auctore injusti imperii assumto post* Lov. 1.

Et exemplo multos in aliis civitatibus] *et extemplo* omnes mei, et priscae edd. usque ad Aldum, qui *et exemplo* recte ex cod. Mog. adscivit; quod et margini Voss. pro varia lectione erat adscriptum. Saepissime in Mstis hae voces confunduntur. Exempla v. ad 3, 9, 1. 6, 1, 9. c. 25, 2. c. 39, 9. 7, 5, 3. 8, 18, 6. c. 20, 3. 9, 24, 3. et passim. Tum *multos et in aliis civitatibus* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. Frobeniana anni 1535. vetustiores.

§. 9. *Videbat enim, compulso intra moenia hoste*] Pall. *videbat in compulso intra moenia hoste nihil praeter obsidionem restare. eam autem fore et diuturnam.* GEBH. *videbat in compulso* Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *videbat enim in compulso,* utraque lectione simul recepta, Voss. Tum *eam autem fore et diuturnam* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. [Bamb.] *eam autem fore et diuturnam* Voss.

§. 10. *Non enim Gythium, quod ipsum tamen traditum*] *Ut enim Gytheum* Voss. *Non Egyptum* Lovel. 1. [*Non enim Gytheum* Bamb.] Tum *tamen* exsulat a Lov. 2. et 3. quorum ultimus mox *validissimam urbem viris, armis* sine copula praefert.

Digitized by Google

Lacedaemonem, validissimam urbem viris armisque,
11 *obpugnaturos. Unam spem fuisse, si qua admoventibus exercitum dissensio inter ipsos ac seditio excitari posset. quum signa portis prope inferri cernerent,*
12 *neminem se movisse.* Adjiciebat, *et cum Antiocho infidam pacem, Villium legatum inde redeuntem nunciare: multo majoribus, quam ante, terrestribus na-*
13 *valibusque copiis in Europam eum transisse. Si occupasset obsidio Lacedaemonis exercitum, quibus aliis copiis adversus regem tam validum ac potentem*
14 *bellum gesturos?* Haec propalam dicebat: illa tacita suberat cura, ne novus consul Graeciam provinciam sortiretur, et inchoati belli victoria successori tradenda esset.

§. 11. *Dissensio inter ipsos ac seditio excitari posset*] Ita Basil. anno 1531. ediderunt ex cod. Mog. consentientibus nostris omnibus praeter duos; quorum alter Lov. 5. cum ed. Camp. legit *ac dissensio seditio inter ipsos excitari*, alter Gaertn. *inter nosmet ipsos defensio ac seditio excitari.* In reliquis editionibus antiquioribus mutato ordine erat *dissensio ac seditio inter ipsos excitari.* Mox *signa portas prope inferre* Lov. 1. *signa prope portas inferre* Voss. *signa portis prope inferre* Lov. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *signa prope inferre* Harl.

§. 12. *In Europam eum transisse*] *in Europam transire* Harl. *in Europam transiisse* Gaertn. *in Europam transisse* Voss. Lov. sex, et Mead. 2. cum editionibus ante Moguntinos, qui pronomen ex cod. suo adsciverunt; quod etiam in Mead. 1. ex quo in excerptis nihil notatur, superfluisse videtur. Paullo ante *Adjiciebat etiam cum Antiocho* codex Mog.

§. 14. *Inchoati belli victoria successori tradenda*] *vi coacti belli victoria* Lov. 1. *incoacti belli victoria* Voss. qui eodem errore inquinatus est infra cap. seq. §. 5. [*inchoata belli victoria successo trahenda esset* Bamb.]

§. 1. *Quum adversus tendendo nihil moveret*] *tenendo* Voss. sollemni lapsu scribarum. V. ad 24, 28, 1. [*simulandos transire* Bamb.]

§. 2. *Bene vertat, inquit, obsideamus Lacedaemonem, quando ita placet. Ceterum, quum res tam lenta*] Cusus Moguntiae codex habet ordine inverso, *Bene vertat, inquit, quando ita placet, obsideamus Lacedaemonem.* Atque ita Mstus, qui turbat hic insanum, totum locum legendo ver-

Digitized by Google

XXXIV. Quum adversus tendendo nihil moveret 1
socios, simulando se transire in eorum sententiam,
omnes in adsensum consilii sui traduxit. *Bene ver-* 2
tat, inquit, *quando ita placet, obsideamus Lace-*
daemonem. Illud modo ne fallat ceterum, quum
res tam lenta, quam ipsi scitis, oppugnatio urbium
sit, et obsidentibus prius saepe, quam obsessis, tae-
dium adferat, jam nunc hoc ita proponere vos ani-
mis oportet, hibernandum circa Lacedaemonis moe-
nia esse. Quae mora si laborem tantum ac pericu- 3
lum haberet, ut et animis, et corporibus ad sustinen-
da ea parati essetis, hortarer vos. Nunc inpensa quo- 4
que magna eget in opera, in machinationes, et tormen-
ta, quibus tanta urbs obpugnanda est; in commeatus

bis aliquot auctiorem ita: *Bene vertat, inquit, quando ita placet, obsideamus Lacedaemonem, illud modo ne fallat, caeterum* etc. In quo ego cum nihil sciam, nisi nesciam illud, monebo, solennem hanc quoque esse formulam, qua usi veteres initio rei alicujus aggrediundae, aut cum rei alicui dicerent bene: unde contra Virgil. [Ecl. 9, 6.]

Hos etiam, quod nec bene vertat, mittimus haedos. etc.

MOD. Mog. auctior, *Illud modo ne fallat caeterum, quum res tam lenta* etc. Quod mihi germanum Livii videtur, tum quia nulla vel necessitas vel obscuritas orationis ad hujusmodi supplementum invitare interpretem poterat, tum quia doctius sonat, quam solent marginum stipes. *Illud caeterum*, ut c. 36, 4. *ad caeteram fidem.* et 40, [12, 6.] *Caetera insectatio.* Sententia, quae illius 2, [29, 1.] *Ne praedictum nege-tis.* J. FR. GRON. Ita *cetera acies* 6, 8, 6. *cetera fortuna* 8, 11, 6. *cetera socordia* 25, 13, 7. *cetera deprecatio* 42, 48, 3. Praeterea *qm ita placet*, id est *quoniam*, Lov. 6. De hoc errore v. ad Epit. Liv. 57. Reliqua exempla, quibus Modius formulam *Bene vertat*, eique similem *quod bene eveniat*, inlustravit, omisi, quia commode videri possunt apud Brisson. 1. de Form. 65. [*obsideamus Lacedaemonem, quando ita placet* Bamb. *illud modo ne fallat* omittens.] Mox *hoc ita in animo proponere oportet* Lov. 3. *hic ita proponere nos animis oportet* Lov. 6. *hoc ita vos proponere animis oportet* Gaertn.

§. 3. *Ut et animis, et corporibus ad sustinenda ea parati essetis, hortarer vos. Nunc inpensa quoque magna eget*] Prius *et* deest in Harl. V. ad 2, 44, 3. At vicissim praecedens *ut* in Lov.

Digitized by Google

5 *vobis nobisque in hiemem expediendos. Itaque, ne aut repente trepidetis, aut rem inchoatam turpiter destituatis, scribendum ante vestris civitatibus censeo, explorandumque, quid quaeque animi, quid vi-*
6 *rium habeat. Auxiliorum satis superque habeo: sed, quo plures sumus, pluribus rebus egebimus. Nihil jam praeter nudum solum ager hostium habet. Ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex longinquo*

5. et edd. antt. Infra notabo, τὸ *ut* post verbum *hortor* saepe intelligi. V. ad 40, 11, 1. Hic tamen particulae *ut* atque *et* altera alteram intercepisse videntur. [*parti*, pro *parati*, Bamb.] Tum *hortarer vos. Et nunc, et nunc inpensa quoque eget* Voss. *hortarer nunc vos. Impensa quoque magna eget* cod. Mog.

§. 4. *In commeatus in hiemem nobis vobisque expediendos*] MS. *in commeatus in hyemem vobis nobisque expediendos*. MOD. Prisca ed. *in commeatus vobis hyeme expediendos*. Pall. *in commeatus vobis in hyemem expediendos*. GEBH. *in commeatus vobis in hiemem expediendos* Lov. 4. Harl. et Mead. 2. *in commeatus vobis hiemem expediendos* Lov. 6. Voss. Mead. 1. et Gaertn. *in commeatus nobis hieme expediendos* Lov. 1. et 3. *in commeatus vobis hieme expediendos* Lov. 2. 5. Hearnii L. 1. et edd. primae. [*in commeatus vobisque hiemem expediendos* Bamb.] *in commeatus vobis nobisque in hiemem expediendos* Aldus vulgavit, auctore codice Mog. pro quo Curio Basil. anno 1549. reposuit *in commeatus nobis vobisque in hiemem expediendos*. Sed Msti Moguntini ordinem revocavi: non quasi aliquid interesse putem, sed ne in lectione haud mala optimum cod. deseram. Si tamen Curio sibi persuasit, Quinctium de Romanis eorumque sociis potius dicere debuisse *nobis vobisque*, et ideo verba aliter ordinavit, errasse censendus est. Certe contra Attius Tullus de Volscis suis et Romanis consuli dixit *nostra vestraque caussa* 2, 37, 6. et legatus Campanus in senatu Romano verba faciens *inter nos vosque* 7, 30, 8. Similia v. ad 40, 10, 5.

§. 5. *Explorandumque, quid quaeque animi, quid virium habeat*] Pall. *explorandum, quid quaeque animi*. GEBH. Non aliter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Sed copula *que*, quam servant Lov. 5. et edd. omnes, in codd. illis excidit ob similitudinem vocis sequentis. Praeterea *hab'et* Gaertn. *habeant* Lov. 1. et 6. quod placeret, si plurium codd. testimonio firmaretur. V. ad 2, 22, 7. et 7, 19, 2. Paullo ante *rem incoactam*, pro *inchoatam*, Voss. V. ad cap. praec. §. 14. *rem incuratam* Lov. 3. [*turpiter instituatis* Bamb.]

§. 6. *Quo plures sumus, pluribus rebus egebimus*] *quo plures simus* Harl. Tum *pluribus egebimus* Lov. 3. *pluribus rebus egebamus* Gaertn. *pluribus rebus egerimus* Lov. 2. Mox τὸ *jam* deest in Lov. 1. et 6.

Digitized by Google

difficilis. Haec oratio primum animos omnium ad 7
respicienda cuique domestica mala convertit; segni-
tiam, invidiam et obtrectationem domi manentium
adversus militantes, libertatem difficilem ad consen- 8
sum, inopiam publicam, malignitatem conferendi
ex privato. Versis itaque subito voluntatibus, face- 9
re, quod e republica populi Romani sociorumque
esse crederet, imperatori permiserunt.

Ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis] Uterque Pall. *Ad hoc hieme accedet.* GEBH. *Ad haec* Lov. 1. 3. 5. 6. Harl. Gaertn. et editores usque ad Frobenium, qui anno 1535. *Ad hoc* subfitiuit, ut reliqui praeferunt. Tum *hiems accidit* Lov. 5. et ed. Camp. V. ad 21, 10, 12. *hiems accedet* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Tum *ad portandum* Lov. 5. et edd. priscae, pro quo Moguntini ex cod. suo *ad comportandum*, concinentibus reliquis, quas excussi, membranis. Liv. 26, 10, 2. *Aediles plebis commeatum eo comportarunt.* 35, 51, 9. *Et jam machinas tormentaque comportari viderent.* 36, 2, 12. *Frumentum ad mare comportandum curaret.* 38, 3, 11. *Amnem opportunum ad comportanda, quae usui sint.* Tum *ex longo* Gaertn. *ex propinquo* Harl.

§. 7. *Segnitiem, invidiam et obtrectationem domi manentium adversus militantes*] Paucis exceptis, omnes codd. *segnitiam* vel *segniciam:* quod demum in ed. Modii Francofurtana anni 1588. mutatum vidi. V. ad 31, 6, 5. Tum *invidiam* deest in Hearnii L. 1. *et invidiam* praeferunt Lov. 5. et edd. Frobeniana anni 1535. vetustiores. Hinc *obtractationem* Lov. 1. V. ad c. 15, 9. Insuper *domi* deest in Voss. Ad haec *adversus libertatem militantem* Lov. 6. sed *militantium* emendatur in margine. Idem dein vocem *libertatem* in proxime sequentibus omisit. [*difficilem a consensu* Bamb.] Paullo ante *Haec oratio primo* Harl. et Gaertn. Tum *ad respiciendum cuique domestica mala* Lov. 6.

§. 9. *Versis itaque subito voluntatibus*] Pall. *Versis itaque sub id voluntatibus.* GEBH. Similiter Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *Versis itaque sibi id voluntatibus* Lov. 3. *Versus itaque sub voluntatibus* Lov. 1. *Versis itaque sub voluntatibus id facere* Voss. [*faceret* Bamb.]

Quod e republica populi Romani sociorumque esse crederet] *quod ecce Publius Porphirius,* vel *Porfirius, sociorumque* Lov. 1. 3. et Voss. *quod e re populi Romani* Lov. 2. 6. et Harl. V. de hoc errore ad 8, 31, 2. de locutione autem *respublica populi Romani* ad 33, 45, 4. *quod reipublicae populi Romani* quaedam ex edd. antiquis. Sed vulgatum est in antiquissimis, quod postea Ascens. anno 1513. revocavit, et Moguntini auctoritate cod. sui comprobarunt. Mox *imperatorem* Harl.

§. 1. *Inde Quinctius, adhibitis legatis*] Ultima vox deest in

Digitized by Google

1 XXXV. Inde Quinctius, adhibitis legatis tantum tribunisque militum, conditiones, in quas cum ty-
2 ranno pax fieret, has conscripsit. *Sex mensium induciae ut essent Nabidi Romanisque, et Eumeni regi, et Rhodiis. Legatos extemplo mitterent Romam T. Quinctius et Nabis, ut pax ex auctoritate senatus*
3 *confirmaretur. Ex qua die scriptae conditiones pacis editae Nabidi forent, ea dies ut induciarum principium esset: et ut ex ea die intra decimum diem ab Argis ceterisque oppidis, quae in Argivorum agris*

Voss. Mox *pax cum tyranno* omnes mei, [Bamb.] excepto Lov. 5. qui cum editis *cum tyranno pax* servat. Insuper *fieret* non agnoscit Harl. nec sequens *has* Lov. 3.

§. 2. *Ut pax ex auctoritate senatus confirmaretur*] *Ex auctoritate* senatus vel alterius alicujus aliquid *factum* esse, saepe legimus, non aliquid *confirmatum* esse; nam hoc fere sine praepositione dicitur. Infra c. 57. 1. *Eaque, si videretur, auctoritate sua confirmaret* senatus. Cic. pro l. Manil. 23. *Si auctoritatibus hanc caussam confirmandam putatis.* Et 6. Epist. fam. 6. *Animum tuum amicissimi hominis auctoritate confirmandum etiam atque etiam puto.* Praecedens vox *pax* mihi hic suspectam facit praepositionem *ex.* DUK. Codices nihil mutant, nisi quod *pax et auctoritate senatus*, id est *etiam*, legant Lov. 3. 4. Solent autem hae voculae commutari. V. ad 26, 45, 1. et mox §. seq.

§. 3. *Ex qua die scriptae conditiones pacis editae Nabidi forent*] *Et qua die* cod. Mog. V. ad verba proxime praecedentia. Tum *conscriptae conditiones* Lov. 2. Mox *ei dies ut induciarum principium* Mead. 1. et Gaertn. *et dies ut induciarum principium* Lov. 1. *et dies ei ut induciarum principium* Lov. 3. *et dies induciarum primum* Lov. 6. *et dies induciarum principium* Voss. Deinde *et ut ea die* idem codex. *et ut ex Argo praesidia omnia ducerentur*, reliquis omnibus omissis, Lov. 1. [*ceteris oppidis* Bamb.]

Quae in Argivorum agris essent] MS. Thuan. et prima editio *agro*. neque id debuit mutari. Hoc lib. c. 45, 8. *Adriani nunciaverant, in agro suo lapidibus pluisse.* JAC. GRON. *agro* etiam omnes nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. [Bamb.] et edd. ante Frobenianam anni 1531. quae ex cod. Mog. *agris* recepit. Utrumque probe dictum videtur. *ager Argivus* inlustratur ex dictis ad 2, 59, 5. et 6, 21, 8. *agri Argivi* ex illis, quae notantur ad 3, 3, 6. et 6, 33, 3. Optimi igitur cod. fidem sequor. Alterum praeferendum existimavit Crevierius. Mox *ducerentur* Voss. et, ut ad verba praecedentia monui, Lov. 1. Male. V. ad 25, 25, 10. *deducerent*, et postea *redderet*, pro *traderentur*, Gaertn. Tum *Romanis vacua-*

Digitized by Google

essent, praesidia omnia deducerentur: vacuaque et libera traderentur Romanis. et ne quod inde mancipium regium publicumve aut privatum educeretur; et, si qua ante educta forent, dominis recte restituerentur. Naves, quas civitatibus maritimis ademisset, redderet: neve ipse navem ullam, praeter duos lembos, qui non plus quam sexdecim remis agerentur, haberet. Perfugas et captivos omnibus sociis populi Romani civitatibus redderet, et Messeniis omnia, quae comparerent, quaeque domini cognoscerent. 4 5 6

que et libera traderentur Romanis Voss. *vacui et liberti traderentur Romanis* Lov. 1. *vacua et libera traderentur Romanis* Lov. 3. *innocua et libera traderentur Romanis* Lov. 6.

§. 4. *Et, si qua ante educta forent, dominis recte restituerentur*] MS. auctius habebat hoc modo: *ne quod inde mancipium regium publicumve aut privatum educeretur, sine dolo malo, si qua ante publice privatimve educta forent, et recte dominis restituerentur.* unde fecerim, transpositis dictionibus, in qua re exscriptores sane quam liberi esse solent, *ne quod inde mancipium regium publicumve aut privatum educeretur, si qua ante publice privatimve educta forent, dominis recte et sine dolo malo restituerentur.* MOD. *nec ne quod inde* Lov. 1. *et ne quid inde* Voss. Lovel. 3. Harl. et Gaertn. *et ne quod inde* Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. omnes usque ad ultimam Gruteri, quae copulam initialem omisit. Eam igitur loco restitui. Tum *deducerentur, et si qua ante deducta forent* Harl. [*et*, ante *si qua*, omittit Bamb.] Hinc *dominis erepta restituerentur* Lov. 2. et 6. *omnes recte restituerentur* Voss. Verba autem *sine dolo malo*, quae ex Mog. cod. inserenda censuit Modius, ex interpretatione τοῦ *recte* orta videntur: eo enim sensu vocem illam et hic et apud JCtos usurpari, bene Crevier. docuit. Mox h. cap. *his res suae omnes recte restituerentur.* 38, 38, 5. *Si qua extulit, quae quoque oportebit, recte restituito.* Ex eodem cap. §. 12. *Ex iis praesidia deducito: utique recte tradantur, curato.* V. Briss. de Verb. Sign. v. *Recte restituere.* Infra quidem 38, 11, 2. et 5. *sine dolo malo conservare, tradere* obcurrunt, non tamen junctim *recte et sine dolo malo.*

§. 6. *Perfugas, captivos*] Non tantum omnes codd. nostri, et Hearnii L. 1. sed etiam editiones, quas vidi, ante postremam Gruteri, addita copula, legunt *perfugas et captivos*; quod Livio reddidi. Supra 30, 16, 15. *Ducentes paucos in speciem captivos perfugasque.* 33, 30, 5. *Captivos transfugasque reddere Philippum Romanis.* 38, 11, 4. *Perfugas, fugitivos, captivosque reddito Romanis.* Mox *et Messeniis* primus Aldus ex cod. Mog.

Digitized by Google

7 *Exsulibus quoque Lacedaemoniis liberos et conjuges restitueret, quae earum viros sequi voluissent: invita*
8 *ne qua exsulis comes esset. Mercenariorum militum Nabidis, qui aut in civitates suas, aut ad Romanos transissent, iis res suae omnes recte redderentur. In Creta insula ne quam urbem haberet: quas habuis-*
9 *set, redderet Romanis. Ne quam societatem cum ullo Cretensium aut quoquam alio institueret, neu bel-*
10 *lum gereret. Civitatibus omnibus, quas ipse restituisset, quaeque se suaque in fidem ac ditionem populi Romani tradidissent, omnia praesidia deduce-*

edidit. Priores typis inpressi et omnes codd. nostri ignorant copulam. Ea autem facillimo errore vel omitti vel addi potuit ob ultimam syllabam vocis prioris. V. ad 35, 41, 7. et 39, 18, 8. Deinde *recognoscerent* Lov. 3. Utrumque verbum *cognoscere* et *recognoscere* in hac re Livius adhibet. V. ad 5, 16, 7. Aequum igitur est, nihil mutari. [*cognossent* Bamb.]

§. 7. *Exsulibus quoque Lacedaemoniis liberos et conjuges restitueret*] Sine copula Pall. *liberos conjuges*. Ant. ed. *conjuges liberosque restitueret*. GEBHARD. *Exsulibusque Lacedaemoniis* Lov. 5. et edd. antt. *Exsulibus quoque* Aldus ex Mog. substituit, adsentientibus Mstis reliquis. V. ad 5, 27, 1. Tum *liberos, conjuges ἀσυνδέτως* Voss. Lov. 4. 6. et Mead. 2. [Bamb.] *conjuges liberosque* Lov. 5. et edd. antt. Iterum Aldus primus dedit *liberos et conjuges*; quod firmant reliqui codices. Insuper Cl. Crevier. vocem hic excidisse, ac legendum putat *Lacedaemoniis bona, liberos, et conjuges*. Ex cap. enim seq. adparere, jusum esse Nabin bona exsulibus restituere.

Invita ne qua exsulis comes esset] Libri omnes *invita ne qua ex illis comes esset*. GEBH. *exsilii comes* Lov. 2. et Harl. *ex illis comes* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. priscae. [*ex illis comes essent* Bamb.] Frobenius postea anno 1531. *exsulis* edidit ex vestigiis cod. Mog. qui praefert *exul comes esset*. Saepe ita peccarunt librarii. V. exempla ad 2, 15, 5. c. 39, 11. et ad Silii 10, 421. Pari errore *ut illi*, pro *utili*, datum erat supra 5, 18, 3.

§. 8. *Aut ad Romanos transissent*] Omisso *ad*, Pall. *aut Romanos transissent*. GEBH. Omittitur etiam praepositio in Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 1. et Gaertn. Deinde *transiissent* Gronovius edidit, et recentiores omnes servarunt, paucis codd. adstipulantibus. Sed longe maxima eorum pars *transissent*: quam contractionem Livium amasse, vidimus ad 27, 19, 10. quare etiam ipsi restitui. Mox *res suae omnes ereptae redderentur* Harl. *res suae ereptae omnes redde-*

Digitized by Google

ret: seque ipse suosque ab his abstineret. Ne quod 11
oppidum, ne quod castellum in suo alienove agro
conderet. Obsides, ea ita futura, daret quinque, quos
imperatori Romano placuisset; filium in his suum:
et talenta centum argenti in praesenti, et quinqua-
ginta talenta in singulos annos per annos octo.

XXXVI. Haec conscripta, castris propius urbem 1
motis, Lacedaemonem mittuntur. nec sane quid-
quam eorum satis placebat tyranno: nisi quod, prae- 2
ter spem, reducendorum exsulum mentio nulla facta
erat. maxime autem omnium ea res obsendebat,

rentur Lov. 6. Male. V. ad h. cap. §. 4.

§. 9. *Cum ulla Cretensium aut quoquam alio institueret, neu bellum gereret*] *cum ullo Cretensium* omnes scripti nostri, Crevierii Victor. omnesque edd. ante postremam Gruteri, quae *ulla* substituit. Id non displicuit Doujat. qui ad *ulla* ex superioribus repetebat *urbe*, et *quoquam alio* dictum putabat pro *in ullo alio loco*: ut non tantum societas Nabidi interdiceretur cum civitatibus Cretensium, sed et aliis civitatibus extra eam insulam. Ego priorem lectionem revocavi. quod et Crevier. fecit, et *cum ullo Cretensium* scilicet populo, dynasta, cum eodem intelligo. Deinde *neve bellum* Voss. quomodo etiam variatur supra 8, 30, 2. et infra 38, 29, 8. *ne bellum* Harl. Soleat et hae particulae in Mstis commutari. Quaedam exempla habuimus ad 2, 15, 2. Adde, quae notantur ad 8, 34, 6. 32, 22, 6. 34, 1, 3. 38, 11, 6. 39, 19, 5. Paullo ante *In Cretam insulam* Voss Lov. 5. et edd. principes. *Et in Creta insula* eod. Mog. Tum *et quas habuisset* Lov. 3.

§. 10. *Quas ipse restituisset, quaeque se suaque in fidem ac ditionem*] Pall. uterque, nec non prisca ed. *quasque et ipse restituisset*. GEBH. *quas et ipse* Voss. Lov. 2. 6. *quasque in fidem et ditionem*, reliquis omissis, Lov. 1. *quasque et ipse* Lov. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frobenium, qui anno 1535. utraque particula recisa, dedit *quos ipse*. [*quasque ipse* Bamb.] Tum *se* deest in Voss. *se aut sua* legit Gaertn. Hinc *ac deditionem* Lov. 5. Gaertn. et eaedem edd. V. ad 26, 21, 17. Mox *suosque abstineret* Lov. 3. *suosque ab iis abstineret* Lov. 5. [Bamb.] et edd. vett. *suosque ab Diis abstineret* Gaertn. *suosque ab aliis abstineret* Lov. 6. [§. 11. *Neu quod oppidum* etc. *et filium in iis suum, denique in singulos annos octo per annos octo* Bamb.]

§. 1. *Haec conscripta*] *Haec scripta* Lov. 3. Sed cap. praec. erat: *Inde Quinctius conditiones has conscripsit*. V. ad 30, 25, 3. Pari modo *ovenire*, seu *convenire*, et *venire* a librariis confunduntur. V. ad 38, 4, 6. Mox *eorum* deest in Lov. 2. De-

Digitized by Google

quod et naves, et maritimae civitates ademtae erant.
3 Fuerat autem ei magno fructui mare, omnem oram Maleae praedatoriis navibus infestam habenti. juventutem praeterea civitatium earum ad supplementum
4 longe optimi generis militum habebat. Has conditiones, quamquam ipse in secreto volutaverat cum amicis, vulgo tamen omnes fama ferebant, vanis, ut ad ceteram fidem, sic ad secreta tegenda, satel-
5 litum regiorum ingeniis. Non tam omnia universi, quam ea, quae ad quemque pertinerent, singuli carpe-

inde §. seq. *ea res offenderat* cod. Mog. Tum *quod et naves maritimis civitatibus ademtae erant* perperam Lov. 3.

§. 3. *Omnem oram a Malea praedatoriis navibus infestam habenti*] MS. *omnem oram Maleae*. MOD. Pall. *omnem oram Maleo navibus infestam habenti*. Ant. ed. *omnem oram Maleae navibus infestam habenti*. GEBH. *omnem oram Maleo navibus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *omnem oram Maleae navibus* Lov. 4. 5. Harl. et edd. antt. *praedatoriis* deest etiam in Hearnii L. 1. *omnem oram Maleae praedatoriis navibus* Aldus dedit ex cod. Mog. *omnem oram a Malea praedatoriis navibus* Frobenius anno 1535. Quod quum in nullo cod. invenerim, Moguntinarum membranarum lectionem recipiendam duxi. Similiter enim Quinctius Nabidi objicit c. 32, 18. *Mare circa Maleam infestum navibus piraticis fecisti*. Et, *Tutiorque Macedoniae ora, quam promontorium Maleae commeatus ad exercitus nostros portantibus navibus fuit*.

Juventutem praeterea civitatum earum] Idem MS. *j. p. civitatium earum*. neque hoc tantum loco, sed ubivis fere etiam alibi. qua de re et alii in aliis auctoribus admonuerunt, et nos fortasse aliquando plura dicemus. MOD. V. ad 33, 20, 11.

§. 4. *Vanis, ut ad ceteram fidem, sic ad secreta tegenda, satellitum regiorum ingeniis*] Longobardicus codex *vanis, ut ad ceterorum fidem, sic* etc. quorum utrumvis ferri potest, etsi ego hoc malim. MOD. *variis*, pro *vanis*, Lov. 2. ut innumeris locis lapsi sunt scribae. V. ad 22, 7, 4. Tum *ut ad certam fidem* Voss. Solent et hae voces passim a librariis commutari. V. ad 1, 48, 5. 2, 59, 11. 5, 6, 6. 6, 8, 6. c. 15, 4. c. 41, 2. 9, 25, 3. 10, 12, 5. 24, 40, 9. 30, 12, 11. 35, 49, 5. c. 51, 10. 36, 2, 2. et saepius. Adde Cel. Burm. ad Suet. Aug. 49. et Viros doctos ad Plinii 2. epist. 16. et 3. ep. 8. *ceteram fidem* videtur defendi posse ex illis, quae notantur ad c. 34, 2. Non invitus tamen Modio, Moguntini cod. lectionem probanti, adsentior. Ceterum

Digitized by Google

carpebant. qui exsulum conjuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid possederant, tamquam amissuri, non reddituri, indignabantur. servis liberatis a tyranno non irrita modo futura li- 6
bertas, sed multo foedior, quam fuisset ante, servitus redeuntibus in iratorum dominorum potestatem ante oculos obversabatur. mercenarii milites et pre- 7
tia militiae casura in pace aegre ferebant, et reditum sibi nullum esse in civitates videbant, infensas non tyrannis magis, quam satellitibus eorum.

XXXVII. Haec inter se primo in circulis seren- 1

corruptissime *Nabiis et ceteram fidem*, *sic ad secreta tegenda se talium regiorum ingeniis quam ea quae ad quemque*, quatuor vocibus omissis, Lov. 1.

§. 5. *Conjuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid possederant*] *matrimonio habebant* Gaertn. sed praepositionem passim addunt Cicero, Nepos, et alii. [*in matrimonio haberent* Bamb.] Tum *in bonis eorum* Voss. Hinc *possiderant* Gaertn. unde *possidebant* Lov. 3. *possiderent* Lov. 4. et Mead. 2. Paullo ante *quae ad quemque pervenirent* Lov. 2. in margine. [*Non tamen omnia universa* Bamb.]

§. 6. *Redeuntibus in iratorum dominorum potestatem*] MS. *redeuntibus in irritatorum dominorum potestatem.* quod et ipsum non improbaverim. MOD. *iratorum dominorum* libri nostri omnes. GEBHARD. Solent *ta iratus* et *irritatus* confundi. V. ad 3, 2, 10. 10, 17, 10. et alibi. Sed *iratorum* etiam omnes nostri, nisi quod *vocatorum dominorum* male sit in Lov. 3. Tum *potestate* Lovel. 2. 6. Harl. et Gaertn. Paullo ante *servis liberatis tyranno* sine praepositione Lov. 1. 4. et Mead. 2. [*servis libertatis tyranno* Bamb.] In verbis autem sequentibus *obversabantur* Lov. 3. et Mead. 2. *observabatur* Lov. 1. V. ad 6, 17, 4. *adversabatur* Lov. 5.

§. 7. *Infensas non tyrannis magis, quam satellitibus eorum*] *non a tyranno magis, quam a satellitibus eorum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. *non a tyranno magis, quam satellitibus eorum* Mead. 1. *non tyranno magis, quam satellitibus eorum* Lov. 4. 5. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et priscae edd. pro quo Moguntini ex cod. suo recte *non tyrannis magis, quam satellitibus eorum.* Paullo ante vocem *militiae* neglexit Harl. et insuper cum Lov. 3. exhibet alio ordine *reditum nullum sibi esse.* [*esse* omittit Bamb.]

§. 1. *Haec inter se primo in circulis serentes fremere*] *Hae inter se* Lov. 1. Tum *primo circulos* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*primo circulo* Bamb.] *primo oculos* Voss. et Lov. 1. *primo occulte* Lov. 3. 6.

Digitized by Google

tes fremere: deinde ad arma subito discurrerunt.
2 Quo tumultu quum per se satis irritatam multitudinem cerneret tyrannus, concionem advocari jussit.
3 ubi quum ea, quae imperarentur a Romanis, exposuisset, et graviora atque indigniora quaedam falso adfinxisset, et ad singula, nunc ab universis, nunc a partibus concionis, adclamaretur, interrogavit, *Quid se respondere ad ea, aut quid facere*
4 *vellent?* Prope una voce omnes, *Nihil respondere, bellum geri*, jusserunt. et pro se quisque, qualia multitudo solet, bonum animum habere, et bene sperare jubentes, *fortes fortunam adjuvare*, aje-
5 bant. His vocibus incitatus tyrannus, et Antiochum

et Hearnii L. 1. Hinc *ferentes fremere* Lov. 6. a m. 1. *ferentes fremuere* a m. 2. Sed *serentes* rectum. V. ad 7, 39, 6. Solent autem haec verba in Mstis commutari. V. ad 10, 43, 4. Mox *dein* Mead. 2. V. ad 3, 3, 6. Hinc *subito ad arma discurrerunt* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb. qui mox *Quo tumulto.*]

§. 3. *Et graviora atque indigniora quaedam falso adfinxisset*] Pal. pr. et ant. ed. *adjunxisset*. alter vero *adjuxisset*. GEBH. *Tà atque indigniora* perperam desunt in Voss. 32, 35, 3. *Quum tam gravia et indigna imperarentur.* Tum *falso admodum*, pro *quaedam falso*, Lov. 3. Hinc *finxisset* Harl. et Lov. 3. *adjussisset* Lov. 1. *adjunxisset* Lov. 2. 4. Mead. 2. et edd. vett. pro quo Froben. anno 1531. ex cod. Mog. dedit *adfinxisset*: quod servant reliqui mei, nisi quod, duplici lectione receptâ, *ad infinxisset* fit in Gaertn. Caesar 7. Gall. 1. *Addunt et adfingunt rumoribus Galli. Τοῖς adfingere* etiam usus est Liv. 24, 3, 7. *Miracula aliqua adfinguntur plerumque tam insignibus locis.* In praecedentibus *ubi quum ea*, pro *ibi*, cod. Mogunt. V. ad 27, 5, 2. Insuper *imperarentur a Romanis* omnes codd. et edd. usque ad Gronovianas, in quibus est *ab Romanis.*

§. 4. *Nihil respondere, bellum geri, jusserunt*] *nihil respondere ad ea* Lov. 6. Tum *et bellum geri* cod. Mog. [*nihil responderi et bellum geri* Bamb. qui mox *sortis fortunam.*] Paullo ante §. praec. *aut quid se facere vellent* Harl. *aut quid facere nollent* Lov. 1.

§. 5. *Et Antiochum Aetolosque adjuturos pronunciat*] Perperam *τὸ et* exsulat a Voss. Hoc pertinet ad genus erroris supra notati ad 2, 44, 3. Non enim illud *et* referendum ad seq. *Aetolosque*, de quo vidimus ad 29, 12, 5. sed ad remotius *et sibi.* Tum *adjutores*, et mox *obsidio-*

Digitized by Google

Aetolosque adjuturos pronunciat; et sibi ad obsidionem sustinendam copiarum adfatim esse. Excide- 6
rat pacis mentio ex omnium animis, et in stationes non ultra quieturi discurrunt. Paucorum lacessentium excursio et emissa jacula extemplo et Romanis dubitationem, quin bellandum esset, exemerunt. Levia inde proelia per quatriduum primum 7
sine ullo satis certo eventu commissa. quinto die 8
prope justa pugna adeo paventes in oppidum Lacedaemonii compulsi sunt, ut quidam milites Romani, terga fugientium caedentes, per intermissa, ut tunc erant, moenia urbem intrarint.

XXXVIII. Et tunc quidem Quinctius, satis eo 1

nem suscipiendam Gaertn. *adjutoros* Bamb.]

§. 6. *Et emissa jacula extemplo Romanis dubitationem, quin bellandum esset, exemerunt*] Primam vocalem non agnoscit Harl. Hinc *extemplo et Romanis*, id est etiam Romanis, omnes, quibus utor, codd. Hearnii L. 1. omnesque edd. ante Ascensii anni 1513. quae perperam τὸ *et* expunxit. [*extemplo qui et Romanis* Bamb.] Tum *qui bellandum* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Insuper *esset* non comparet in Harl. *exeruerunt* autem, pro *exemerunt*, est in Voss. Paullo ante *Paucorum excursio lacessentium* omnes codd. nostri, [Bamb.] nisi quod *Paucorum discursio lacessentum* sit in Lov. 5. *Paucorum excursio lacessentum* edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 7. *Primum sine ullo satis certo eventu commissa*] *emissa* Voss. et Lov. 1. 2. 3. 4. ac 6. [Bamb.] Sed de hoc errore vidimus ad 37, 5, 5. Paullo ante *Levia deiñ proelia* Gaertn. V. ad 36, 24, 10. *Levia inde pluria* Lov. 1.

§. 8. *Urbem intrarint*] Pal. prior *urbem intrant*. Alter *urbe tunc intrant*. Vetus ed. *intraverint*. GEBH. *intrant* Lov. 4. et Mead. utorque, *intrarunt* Lov. 1. *intraverunt* Voss. *intrarent* Lov. 2. 3. 6. et Harl. *intraverint* Lov. 5. et primae edd. sed Aldus *intrarint* substituit ex cod. Mog. quomodo etiam in Gaertn. fuisse videtur; qui tamen insuper exhibet *in urbem intrarint*. Et quidem utramque locutionem *intrare urbem* et *in urbem*, in usu fuisse, vidimus ad Epit. Liv. 31. Quum tamen praepositionem huic verbo additam apud Livium nondum inveneris, eamque hic reliqui cod. ignorent, etiam cod. Mog. lectionem servavi.

§. 1. *Et tunc quidem Quinctius, satis eo terrore*] *Et nunc quidem* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. usque ad Mo-

Digitized by Google

terrore coërcitis excursionibus hostium, nihil praeter ipsius obpugnationem urbis superesse ratus, missis, qui omnes navales socios a Gythio arcesserent, ipse interim cum tribunis militum ad visendum ur-
2 bis situm moenia circumvehitur. Fuerat quondam sine muro Sparta. tyranni nuper locis patentibus planisque objecerant murum: altiora loca, et difficiliora aditu, stationibus armatorum pro munimen-
3 to objectis tutabantur. Ubi satis omnia inspexit, corona obpugnandum ratus, omnibus copiis (erant autem Romanorum sociorumque, simul peditum equitumque, simul terrestrium ac navalium copiarum, ad

guntinos, qui recte ex cod. suo dederunt *Et tunc quidem*. quod tamen jam ante Ascensius anno 1513. in margine ostentavit. Passim hae particulae a scribis permutantur. V. ad 37, 4, 9. Tum *satis* perperam neglectum est a librario Harlej. [*à Gytheo accerserent* Bamb.]

§. 2. *Fuerat quondam sine muro Sparta*] Priores edd. legunt *sine muris*. Aldus deinde ex Mog. cod. alterum substituit, quod firmant omnes nostri. *parata* pro *Sparta*, inveni in Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. *palata* in Lov. 3. et Harl. *palatia* in Lov. 2. *paratia* in Mead. 1. in cujus margine emendatur *Fuerant quondam sine muro palatia*: id quod obcurrit etiam in Lov. 6. et Gaertn. Mox *nuper* deest in Lov. 3. Hinc *murum objecerunt* legunt Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

Altiora loca, et difficiliora aditu] Pall. uterque *et difficilia aditu*. GEBH. Ita et omnes nostri. [Bamb. qui etiam *planis*, sine *que*.]

§. 3. *Ubi satis omnia inspexit*] *Τὸ omnia* deest in Voss. et Lov. 1. Mox *obpugnandum* leguntomnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *oppugnandam* dedit, adoptantibus eamdem lectionem recentioribus. Id tamen quum in nullo cod. repertum sit, pristinam scripturam revocavi.

Simul terrestriumque ac navalium copiarum ad quinquaginta] Vocem *copiarum*, quae non tantum ab edd. antiquioribus, sed etiam a scriptis nostris, atque Hearnii L. 1. abest, Moguntini ex membranis suis inseruerunt. Praeterea *terrestrium atque navalium* Voss. et Lov. 3. *terrestrium ac navalium* reliqui scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Aldum; qui incertum ex codice, an ex conjectura, *terrestriumque ac navalium* substituit. Fateor equidem, quod de *que* atque *et* supra notavi ad 10, 30, 2. etiam circa particulas *que* atque *ac* obtinere posse; donec tamen Aldum legitima auctoritate permotum ita edidisse certum constet, additam copulam

Digitized by Google

quinquaginta millia hominum, urbem cinxit. Alii 4
scalas, alii ignem, alii alia, quibus non obpugnarent modo, sed etiam terrerent, portabant. jussi clamore sublato subire undique omnes, ut, qua primum obcurrerent, quave opem ferrent, ad omnia simul paventes Lacedaemonii ignorarent. Quod roboris in 5
exercitu erat, trifariam divisum. parte una a Phoebeo, altera a Dictynneo, tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant (omnia autem haec aperta sine muro loca sunt) adgredi jubet. Quum tantus undi- 6
que terror urbem circumvasisset; primo tyrannus et ad clamores repentinos, et ad nuncios trepidos

que ejiciendam putavi. Paullo ante *equitum peditumque* Lov. 6. V. supra ad c. 26, 2. [*peditum equitum*, omisso *que*, Bamb. §. 4. *sublato clamore* idem.]

§. 5. *Parte una a Phoebeo, altera a Dictynneo*] Restituo *parte una ab Ephebeo, altera a D.* Corruptus de eo Pausaniae locus in Lacon. [20.] *Θεράπνης δὲ ὀν πόῤῥω Φοιβαῖον καλούμενον ἐστὶν, ἐν δὲ ἀυτῷ Διοσκούρων ναός. καὶ ὀι ἔφηβοι τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσιν ἐνταῦθα.* Omnino scribendum *ὀν πόῤῥω Ἐφηβαῖον καλούμενον.* Quod Sylburgio quoque et Amasaeo observatum. Nominis ratio in propatulo. Et est locus antecedens, qui evincit, [c. 14.] *Θύουσι πρὸ τῆς μάχης ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ. Τὸ δ' Ἐφηβαῖόν ἐστι καὶ ἐκ τῆς πόλεως Θεράπνης ὀν πολὺ ἀφεστηκός. ἐνταῦθα ἑκατέρα μοῖρα τῶν ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσι.* MEURS. 1. Lect. Att. 24. Pal. pr. *a Dythinneo.* alter *a Dithinneo.* Ant. ed. *a Clycitineo.* GEBH. Emendationem suam multis annis post revocavit Meurs. in Miscell. Lacon. 1, 5. et non tantum Livio et Pausaniae receptam lectionem vindicavit, sed contra locum Pausan. quem tum emendationi adstruendae produxerat, mendo laborare, et pro *ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ. τὸ δ' Ἐφηβαῖον*, ac paullo post *ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ* legendum docet *ἐν τῷ Φοιβαίῳ. τὸ δὲ Φοιβαῖον*, et *ἐν τῷ Φοιβαίῳ*, laudans Herodot. 6, 61. qui *τὸ Φοιβήϊον ἱρόν, τὸ ἐστιν ἐν τῇ Θεράπνῃ καλευμένῃ* memorat. Ceterum *a Phoebo* Lov. 3. *a Phoeboe* Hearnii N. *a Phoebeu* quaedam edd. In altera voce magis variant scripti et excusi libri, in quibus esse vidi *Dithineo, Dithinneo, Dicitineo, Dicitineto. Dicituno, Litichineo, Lithichineo, Clitineto, Cliticineto, Clycitineo.* [*dici tyranneo* Bamb.] Postea Mediol. anno 1505. et Ascens. anno 1513. *Dictyneo*, recte vero Aldus *Dictynneo* dederunt. *Δικτύννης ἱερόν, ἐγγύτατα τοῦ τείχους* Lacedaemonis, memorat Pausan. Lacon. 12. [ante *trifaria* Bamb.]

§. 6. *Undique terror circumvasisset*] Thuanaeus, addita vo-

Digitized by Google

motus, ut quisque maxime laboraret locus, aut ipse
7 obcurrebat, aut aliquos mittebat. deinde, circumfuso undique pavore, ita obtorpuit, ut nec dicere, quod in rem esset, nec audire posset; nec inops modo consilii, sed vix mentis compos esset.

1 XXXIX. Romanos primo sustinebant in angustiis Lacedaemonii: ternaeque acies tempore uno locis
2 diversis pugnabant. deinde, crescente certamine, nequaquam erat proelium par. missilibus enim Lacedaemonii pugnabant, a quibus se et magnitudine scuti perfacile Romanus tuebatur miles, et quod

ce, *undique terror urbem circumvasisset*. Sic quoque lectum fuit in Voss. et habuerunt Moguntiae. Cur igitur omittitur? utique et 9, 40, 13. *Is novus additus terror quum ex parte utraque circumvasisset aciem*. JAC. GRON. Supra hoc lib. c. 21, 5. *Repente anceps terror, hinc muros adscendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumvasit*. Non scripti tantum nostri, Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, sed etiam edd. *terror urbem circumvasisset* usque ad Gruterum; cujus ultima perperam vocem mediam omisit. Eam itaque Livio reddidi, quod et Crevierium fecisse gaudeo.

Ut quisque maxime laboraret locus, aut ipse obcurrebat] Pall. et Ant. ed. *laborabat*. GEBH. Non aliter omnes nostri, [etiam Bamb.] nisi quod *laborat* sit in Lov. 2. Aldus, quum etiam olim *laborabat* editum fuisset, primus ex cod. Mogunt. *laboraret* recepit. Tum *aut ipse circuebat*, pro *occurrebat*, Voss. *ut quisque maxime laborabat, ibat*. *Deinde* etc. reliquis omissis, Hearnii L. 1. at *ut quisque maxime laborabat, ibat locus, aut ipse occurrebat* etc. Lov. 3. Paullo ante *tyrannus ad clamores repentinos, et ad nuncios*, priori *et* omisso, Lov. 2. 3. et Harl. *tyrannus et ad clamores repentinos, et nuncios* Lov. 5. et primae edd. *tyrannus et ad clamores repentinos, nuncios* aliae. Vulgatum Ascens. anno 1513. restituit.

§. 7. *Ita obtorpuit, ut nec dicere, quod in rem esset, nec audire posset*] *obturpuit* scriptum est in Ant. ed. Contra *obtorpuit* in Pall. GEBH. Ed. Camp. est, quae *obturpuit* exhibet; non tamen operarum lapsu, sed quod ita in Msto fuerit, quem secutus est. Certe ita ex meis praefert Lov. 5. [*pavore* omittit Bamb.] Tum *quid in rem esset, et audire* Voss. *quid in rem esset* etiam Lov. 6. et Gaertn. Mox *nec compos modo consilii* Lov. 1. *nec impos modo consilii* Harl. *nec ipse inops modo consilii* Lov. 6. *Inops consilii* saepius apud Livium obcurrit. Exempla sunt 26, 18, 6. 32, 35, 3. 33, 7, 8. et 44, 2, 12.

Digitized by Google

alii vani, alii leves admodum ictus erant. nam pro- 3
pter anguſtias loci confertamque turbam non modo
ad emittenda cum procursu, quo plurimum conci-
tantur tela, spatium habebant: sed ne ut de gradu
quidem libero ac ſtabili conarentur. Itaque ex ad- 4
verso miſſa tela, nulla in corporibus, rara in scu-
tis haerebant. a circumſtantibus ex superioribus lo- 5
cis quidam vulnerati sunt: mox progreſſos jam etiam
ex tectis non tela modo, sed tegulae quoque, in-
opinantes perculerunt. Sublatis deinde supra capi- 6
ta scutis, continuatisque ita inter se, ut non modo ad

§. 1. *Ternaeque acies tempore uno locis diversis pugnabant*] *tineque acies*, id eſt *trinaeque*, Lov. 6. Ita *trini annales* 10, 18, 3. *trinae clades* Gronov. ex conjectura reſtituit 22, 12, 10. *trina castra* inluſtrantur 23, 49, 6. ubi saepe *ternus* et *trinus* confundi dictum eſt. Alii tamen libri omnes vulgatum servant. Tum vox *locis* deeſt in Harl. at, ea transposita, *diversis locis* legit Gaertn.

§. 2. *Deinde crescente certamine*] *dein crescente* Lov. 4. et Mead. ambo. V. ad cap. seq. §. 3. [*deinde* etc. *pugnabant* omittit Bamb.] Mox *enim* deeſt in Lov. 1. *miles* in Gaertn. Insuper *et quid alii vani* Lov. 1. *et quidam alii vani* Lov. 2. et 3. *et quidem alii vani* Voſſ. et Lov. 6. Denique *alii multum leves ictus erant* Gaertn.

§. 3. *Non modo ad emittenda* etc. *spatium non habebant*] Ita perperam edidit Clericus, contra fidem omnium, quae sunt, editionum, omniumque, quibus usus sum, codicum, qui *spatium habebant*, sine particula negante, legunt. Et recte. *non modo* enim ponitur pro non modo non, praesertim si, ut hoc loco, sequenti membro negatio insit. V. ad 25, 26, 10. Ita hoc ipsò cap. §. 6. et saepe. Paullo ante *per angustias loci* Lov. 3. V. ad Epit. Liv. 84. Vox *loci* exsulat a Gaertn. Hinc *consertamque turbam* Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 22, 28, 10. Insuper *non modo ad mittenda* Lovel. 1. 2. [*ad emittendam* Bamb.] Tum *cum nec et procursu*, mediis duabus particulis additis, Voſſ. [*quod plurimum* Bamb.]

§. 4. *Itaque ex adverso missa tela*] *Ita ex adverso* Lov. 6. et Harl. V. ad 21, 53, 7. Mox *in scutis habebant* Lov. 3. in contextu, et Gaertn. V. ad 29, 4, 8. Deinde *e superioribus locis* Lov. 6. Tandem *vulnerati quidam sunt*, alio ordine omnes Mſſi noſtri cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. [Bamb. qui ante *ad circumstantibus*.]

§. 5. *Tegulae quoque inopinantes perculerunt*] *regulae quoque* Lov. 5. et editio Camp. V. ad 5, 55, 3. et mox h. cap. §. 11. Deinde *pertulerunt* Lov. 1. et Mead. 1. V. ad 35, 27, 16. In

Digitized by Google

caecos ictus, sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum loci quidquam esset, testudine facta
7 subibant. et primae angustiae paullisper, sua hostiumque refertae turba, tenuerunt: postquam in patentiorem viam urbis paullatim urguentes hostem processere, non ultra vis eorum atque inpetus sus-
8 tineri poterant. Quum terga vertissent Lacedaemonii, et effusa fuga superiora peterent loca; Nabis quidem, ut capta urbe trepidans, quanam ipse eva-
9 deret, circumspectabat. Pythagoras quum ad cetera animo officioque ductis fungebatur, tum vero u-

praecedentibus vocula *mox* deest in Lov. 1. *jam* in Gaertn.

§. 6. *Sublatis deinde supra capita scutis, continuatisque ita inter se*] *super capita* Lov. 3. [Bamb.] V. ad 10, 41, 14. Hinc *continuatis ita inter se* Lov. 5. et edd. vett. Primus Aldus *continuatisque* dedit: quam lectionem firmant omnes nostri codd. *Tò ita* deest in Lov. 1. In sequentibus *ad ceteros ictus* Voss. Male. De *caecis ictibus* v. hoc lib. ad c. 14, 11.

Sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum] *inserendum* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae, quod non est contemnendum. Quum testudinem fecissent Romani, ita scuta super capita elata continuabant, ut inter scuta illa continuata nullum telum, ne et propinquo quidem, in corpora militum sub testudine latitantium inseri potuerit. Solent autem *ferens* et *ferens* saepius in Mstis confundi. V. quae notavi ad Silii 8, 266. Et ita eorum composita. Talia sunt *adfero* et *adfero*. V. ad 24, 1, 6. *defero* et *defero*. V. ad 4, 37, 11. *profero* et *profero*. V. ad Silii 3, 447. Et ipsum, quod hic obcurrit, *infero* et *infero*. V. supra ad 3, 17, 10. et Cl. Oudend. ad Lucani 6, 504. *Tò quidem* deest in Harl.

§. 7. *Et primo angustiae paullisper*] *primum angustiae* Gaertner. *primae angustiae* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Crevierii Victor. omnesque typis excusi usque ad Frob. qui anno 1531. *primo* perperam substituit. Supra hoc lib. cap. 14, 6. *Equites primos ab utroque cornu in pugnam educit.* ubi alia vide. Hanc igitur lectionem restitui, quae etiam Crevierio elegantior visa est.

Paullatim urguentes hostem processere] *hostes* omnes nostri [Bamb.] cum antt. edd. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *hostem*. V. ad 5, 50, 2. Mox *non amplius vis eorum inpetusque sustineri poterant* Gaertn. *sustineri poterat* Harlej. non sequor. Nam vel *inpetus* accipiendum numero multitudinis, ut mox h. cap. *Inpetus facientes reces-*

Digitized by Google

nus, ne caperetur urbs, caussa fuit. succendi enim
aedificia proxima muro jussit. quae quum momento 10
temporis arsissent, ut adjuvantibus ignem, qui alias
ad exstinguendum opem ferre solent, ruere in Ro-
manos tecta: nec tegularum modo fragmenta, sed 11
etiam ambusta tigna, ad armatos pervenire, et flam-
ma late fundi, fumus terrorem etiam majorem, quam
periculum, facere. Itaque et qui extra urbem erant 12
Romanorum, tum maxime inpetus facientes, reces-
sere a muro: et, qui jam intraverant, ne incendio
ab tergo oriente intercluderentur ab suis, recepe-

sere. V. ad 1, 4, 9. vel duo singularia *vis atque inpetus* admittunt verbum plurale. V. ad 1, 31, 7.

§. 8. *Quanam ipse evaderet, circumspectabat*] Hanc lectionem primus Aldus ex cod. Mog. adoptavit. Antea edebatur *circumspectat*, quod servant codd. nostri, et Hearnii L. 1. [Bamb.] Paullo ante *fuga effusa*, trajectis vocabulis, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Praeterea *superiora paterent loca* Voss. V. ad 7, 30, 11.

§. 9. *Quum ad cetera animo officioque ducis fungebatur*] *tum ad ceteras* Voss. qui mox etiam cum Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. [Bamb.] *tunc vero*, pro *tum*, praefert. Deinde *unus* non adparet in Lov. 1. et Gaertn. Praeterea *ne urbs caperetur universa, caussa fuit* legit Gaertn. idem. *ne urbs caperetur, urbs capta fuit* Lov. 1. [*ne caperetur urbis* Bamb.] Insuper §. seq. *ad expugnandum opem ferre* Voss. *ad expugnandam opem ferre* Harl.

§. 11. *Ambusta tigna ad armatos pervenire*] *ambusta regna ad Romanos pervenere* Harl. *ad Romanos* etiam Lov. 2. *pervenere* Lov. 3. Gaertn. Hearnii L. 1. et quaedam veterum edd. Sed *pervenire*, quod etiam est in ed. Campani, Moguntini ex cod. suo reposuerunt. Nec aliter reliqui nostri. Paullo ante superius *regularum modo fragmenta*, pro *tegularum*, Lov. 1. V. ad §. 5.

§. 12. *Ne, incendio a tergo oriente, intercluderentur ab suis, receperunt sese*] *ab tergo* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et ambo Mead. contra vero *a suis* Voss. Lov. 3. 5. 6. et Gaertn. cum omnibus ante Gronovium excusis. sed *intercluderentur, ad suos receperunt sese* Lov. 1. Male. Supra 1, 27, 10. *Ne intercluderentur ab oppido.* 3, 70, 5. *Circumventos interclusosque ab suis vociferans.* ubi alia vide. 7, 34, 11. *Ut a consule Decium intercludant.* 8, 24, 7. *Quum interclusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio.* 25, 4, 4. *Locum occupasse, ut tribunos a plebe intercluderet.* 32, 41, 14. *Quos equites ab agmine fugientium interclusere.* Hoc lib. c.

Digitized by Google

13 runt sese. et Quinctius, postquam, quid rei esset, vidit, receptui canere jussit. ita jam a capta prope urbe revocati redierunt in castra.

1 XL. Quinctius plus ex timore hostium, quam ex re ipsa, spei nactus, per triduum insequens territavit eos; nunc proeliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quaedam; ne exitus ad fugam esset.

2 His comminationibus compulsus tyrannus Pythagoram rursus oratorem misit, quem Quinctius primo adspernatum excedere castris jussit. deinde supplici-

30, 2. *A mari quoque toto se interclusum*. Deinde *recipere sese*, ut 22, 16, 2. *Procursando recipiendoque sese pugnavere.*

§. 13. *Receptui canere jussit*] *receptum canere* Voss. quam locutionem ex Mstis Heinsius Nasoni restituit 1. Met. 340.

— — *cecinit jussos inflata receptus.*

ubi pluribus v. eumdem Heins. et Ccl. Burm. Hic tamen vulgatum, quod reliqui tuentur, servandum puto. Constanter etiam omnes *canere*. V. ad 42, 24, 5.

Ita jam a capta prope urbe revocati] *ita jam capta urbe prope revocati* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. uterque. *ita jam prope capta urbe revocati* Lov. 5. 6. et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. substituit id, quod nunc vulgo exstat. [*ita jam capta prope urbe revocati in castra redierunt* Bamb.]

§. 1. *Nunc proeliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quaedam*] Barberin. et Petav. *intersepiendoque quaedam*. quod considerandum. J. FR. GRON. *intersepiendoque* etiam Lov. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed copulam *que* ex proximae vocis priori syllaba repetitam censeo; quemadmodum etiam se existimare Cl. Jac. Periz. ad marginem Livii sui adscripsit. V. ad 6, 3, 3. *Intersepire operibus* autem dictum est. ut *intersepire munimento, vallo, muro* in locis illis Livii, quae contuli ad 6, 9, 7. Tria priora vocabula deerant in Lov. 1. Paullo ante *ex timore hostium plus* Lov. 5. et edd. ante Aldum.

§. 2. *Quem Quinctius primo adspernatus excedere castris jussit*] Libri omnes *adspernatum*. GEBH. Pariter omnes membranae nostrae, et edd. usque ad Ascensianam anni 1513. ubi demum *aspernatus* substitutum vidi, alterum in marginem rejectum: quod tamen verius esse, tot codicum consensus persuadet. [*aspernatus* Bamb.] Et participium hujus verbi passive adhiberi vidimus ad 8, 28, 3. Similiter *amplexus* et *complexus*. V. ad 2, 40, 10. et 3, 52, 6. *expertus*. V. ad 5, 54, 6. *depopulatus*. V. ad 39, 53, 13. (* *praemeditatus* 40, 23, 6.) Praeterea vox *primo* abest a Voss. Quod si plures codd. firmarent, censeri posset addita esse a nasutis librariis,

Digitized by Google

ter orantem, advolutumque genibus, tandem audi-
vit. Prima oratio fuit omnia permittentis arbitrio 3
Romanorum: dein, quum ea velut vana et sine ef- 4
fectu nihil proficerent, eo deducta res est, ut his
conditionibus, quae ex scripto paucis ante diebus
editae erant, induciae fierent: pecuniaque et obsi-
des accepti. Dum obpugnatur tyrannus, Argivi, 5
nunciis aliis prope super alios adferentibus, tantum
non jam captam Lacedaemonem esse, erecti et ipsi,
simul eo quod Pythagoras cum parte validissima prae- 6

qui sequens *deinde* eam necessario requirere existimarunt; quo casu tamen saepissime eam omitti docuit Gronov. ad h. lib. c. 19, 8. Paullo ante *Pythagoram* constanter omnes. Et ita etiam 35, 29, 12. At contra *Pythagoran* formatur supra 1, 18, 2. In verbis sequentibus *dein suppliciter orantem* Lov. 4. et Mead. 2. [Bamb.] V. ad §. seq. *deinde suppliciter exorantem* Voss. Male.

§. 4. *Deinde, quum ea velut vana et sine effectu nihil proficerent*] Forte *proficeret*. nempe oratio. J. FR. GRON. *dein* non tantum Lov. 4. et Mead. 1. verum etiam cod. Mog. ex quo ita Froben. anno 1531. edidit. Eamdem autem lectionem omnes reliqui probarunt usque ad Gruterum, cujus ultima ἔκδοσις *deinde* revocavit. Ego vero optimum cod. secutus sum. Ita variarunt modo §. praec. etiam cap. praec. §. 2. V. ad 3, 3, 6. Insuper *quum omnia velut vana* Lov. 2. et Harl. ut ita foret, quo commode referretur *proficerent*. Et sane vel ita legendum est, vel potius cum Gronov. emendandum *proficeret*. Ita enim inveni in Lov. 5. et ed. Camp. *perficerent* perperam praefert Voss. V. ad 37, 6, 7. Paullo ante *prima ratio* idem Voss. altero margini adscripto. V. ad 35, 25, 9. Praeterea *ponentis*, pro *permittentis*, Lov. 1. [*permittentis* omittit Bamb.]

Eo deducta res est] Ita Aldus ex Mog. edidit. Antea vulgabatur *eo deductae res*, omisso verbo substantivo. Et ita codd. mei. Sed nescio, cui bono hic numerus multitudinis foret. Supra 4, 6, 8. *Per haec consilia eo deducta res est, ut* etc. 25, 8. 11. *Jam eo consuetudinis adducta res est, ut* etc. [*eo deducta est res, ut iis conditionibus* Bamb.]

§. 5. *Nunciis aliis prope super alios efferentibus*] Libri omnes *afferentibus*. GEBH. Illud *efferentibus*, quod in uno tantum codicum Lov. 3. mihi obvium fuit, primi receperunt Paris. anno 1573. pro quo recte *afferentibus* Dan. Heinsius apud Elzevir. dedit. *Adferre* autem pro nunciare poni, vidimus ad 8, 17, 7. Praeterea *aliis prope super aliis* Lov. 5. et edd. antt. Aldus vulgati auctor existitit. Et recte. V. ad 23, 24, 6. Paullo ante *Cum oppugnatur tyrannus* Lov. 2. et Harl. *Tum oppugnatur tyran-*

Digitized by Google

sidii excesserat, contemta paucitate eorum, qui in arce erant, duce Archippo quodam, praesidium ex-
7 pulerunt. Timocratem Pellenensem, quia clementer praefuerat, vivum fide data emiserunt. Huic laetitiae Quinctius supervenit, pace data tyranno, dimissisque ab Lacedaemone Eumene, et Rhodiis, et L. Quinctio fratre ad classem.

1 XLI. Laeta civitas celeberrimum festorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum, die stata propter belli mala praetermissum, in adventum Romani exercitus ducisque indixerunt, praefeceruntque lu-

nus Gaertn. V. ad 40, 42, 7. *Dum oppugnarent tyrannum* cod. Mog. Sed verum est vulgatum.

Non tantummodo obsessam, sed jam captam urbem Lacedaemonem esse] Sincera lectio *tantum non jam captam Lacedaemonem esse.* GELEN. Hanc emendationem omnes nostri, uno vel altero excepto, firmant. *non tantum jam captam urbem Lacedaemonem esse* habet Lov. 5. qui ceteroquin semper editionibus principibus, et praesertim Campani, adhaeret. *tantum modo jam captam Lacedaemonem esse* Lov. 2. Verum ibi librarius frequenti errore *mŏ*, id est, *modo*, et *nŏ*, sive *non*, confudit; ut 4, 56, 6. ubi quaedam dicta sunt. 6, 40, 11. 21, 63, 9. 22, 20, 2. 37. 53, 5. et alibi. *tantum non captam jam Lacedaemonem esse* Lov. 3. De particulis *tantum non* v. ad 4, 2, 12. Mox §. seq. *Achippo* Lov. 1. *Artipo* Lov. 6. *Archifo* Gaertn. Sed, *Archippi* nomen inter Achaeos notum fuisse, constat ex Polyb. p. 1480.

§. 7. *Timocratem Pellenensem* etc. *vivum fide data emiserunt*] Pall. assentiente prisca ed. *miserunt.* GEBH. *Timocratum* Lovel. 3. et Hearnii L. 1. *Tymucrantem* Lov. 1. *Thymitem* Voss. Tum *Pellonensem* Lov. 3. et a m. 1. Lov. 6. *Pelonensem* Hearnii L. 1. *Pellensem* Voss. Lov. 1. 2. 6. a m. secunda, Harl. Mead. 1. et Gaertn. Male. *Timocratem Pellenensem* memorat etiam Livius supra c. 29, 14. ubi tantum non omnes in hoc nomen consentiunt, et *Τιμοκράτην τὸν Πελληνέα* Polyb. p. 1425. Hinc *iturum*, pro *vivum*, Voss. *unum* Lov. 6. sollemni scribarum lapsu. V. supra 10, 36, 8. ubi quaedam dicta sunt. 30, 12, 2. 31, 36, 9. et alibi. Deinde *miserunt* omnes nostri, cum Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *emiserunt.* Supra 24, 47, 8. *Ut sine fraude Punicum emitteretur praesidium.* 3, 29. 1. *Castris hostium receptis plenis omnium rerum, nudos enim emiserat, praedam omnem suo tantum militi dedit.*

Pace data tyranno] *a tyranno* perperam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Lov. 6. a m. 1. Tum *a Lacedaemone*

Digitized by Google

dis ipsum imperatorem. Multa erant, quae gaudium 2
cumularent. reducti cives ab Lacedaemone erant,
quos nuper Pythagoras, quosque ante Nabis abdu-
xerant: redierant, qui post compertam a Pythagora 3
conjurationem, et caede jam coepta, effugerant:
libertatem ex longo intervallo, libertatisque auctores
Romanos, quibus caussa bellandi cum tyranno
ipsi fuissent, cernebant. testata quoque ipso Nemeo-
rum die voce praeconis libertas est Argivorum. A- 4
chaeis quantum restituti Argi in commune Achajae
concilium laetitiae adferebant; tantum serva Lace-

Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. usque ad Frob. anni 1535. *dimissisque Lacedemoniae* Harl.

§. 1. *Celeberrimum festorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum*] Dodwell Annal. Stat. p. 227. et de Cyclis 7, 2. DUK. *celeberrimum festorum diem* Lov. 1. 2. et Gaertn. Tum *Nemorum* Voss. et Lov. 1. 2. 3. *v'norum* Lov. 6. in contextu. [*ludorum Nemeorum* Bamb.] Mox *die statuta* male Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. De errore hoc in Mssis obvio v. ad 39, 13, 8.

In adventu Romani exercitus ducisque indixerunt] Libri omnes *in adventum*. GEBH. *in adventu* operarum errore Modius primus ediderat anno 1588. quod per proximas edd. propagatum Gronov. iterum emendavit. *audientium* ejus loco erat in contextu Voss. In praecedentibus *per belli mala* dedit Lov. 1. V. ad Epit. Liv. 84. *praeter belli mala* Lov. 2. V. ad 4, 61, 10.

Praefeceruntque ludis ipsum imperatorem] Plutarchus item [in Flamin. p. 375.] Ἀγωνοθέτης δὲ Νεμείων ἀποδειχθεὶς ἐν Ἄργει τὴν πανήγυριν ἄριστα ἔθηκεν. SIGON.

§. 2. *Reducti cives ab Lacedaemone erant*] *rediti cives* Lov. 6. a m. 1. *redditi* a m. 2. Tum *a Lacedaemone* omnes nostri, et edd. ante Frob. anni 1535. Mox *quos ante Nabis* sine copula Lov. 1. et 6. Hinc *adduxerat* Voss. et Lov. 1. [Bamb.] *abduxerat* Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. utergue, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *abduxerant* ex cod. Mog. recepit, adstipulantibus Lovel. 3. et Harl.

§. 3. *Post compertam a Pythagora conjurationem*] *post compactam* Harl. Mox *caede* deest in Lov. 1. τὸ *est* autem circa finem §. 3. non comparet in Lov. 3.

§. 4. *Restituti Argi et in commune Achajae concilium*] Ita quidem etiam editio et codex Magontiacensis: nulla tamen dubitatione ejicio τὸ *et*. Restituti nempe erant Argi in commune Achajae concilium, cujus participes ante fuerant. V. supra 32, 22.

Digitized by Google

daemon relicta, lateri adhaerens tyranni, non sin-
5 cerum gaudium praebebat. Aetoli vero eam rem omnibus conciliis lacerare. *Cum Philippo non ante desitum bellari, quam omnibus excederet Graeciae*
6 *urbibus. Tyranno relictam Lacedaemonem: regem autem legitimum, qui in Romanis fuerat castris, ceterosque nobilissimos cives in exsilio victuros. Nabi-*

Sic *Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium* 32, 19. JAC. PERIZON. Copulam *et*, quam Moguntini ex cod. suo receperunt, et pauci proximorum editorum servarunt, Frob. anno 1531. expunxerat. Eamdem revocarat J. Fr. Gronov. sed recte iterum Jac. Gronov. ad verba proxima, et Perizonius hoc loco delerunt; quam etiam nulli meorum, ut nec Crevierii Victor. agnoscunt. Praeterea *restitui* Voss. Lov. 3. Harl. et Mead. 1. Hinc *consilium* Lov. 2. a m. 1. Lov. 3. et Gaertn. Male. Intelligitur enim communis populorum Achajae respublica; quod non *consilium*, sed *concilium* vocari, docet Gron. ad 44, 2, 5. [*quantum* omittit, et mox *communem* legit Bamb.]

Serva Lacedaemon relicta, lateri adhaerens tyranni, non sinc. gaud. praebebat] Lege *et lateri adhaerens tyrannus*. GELEN. Ab Andrea et Moguntiae editum *tyranni*. Neque aliter habetur in Thuan. et videtur dedisse auctor *lateri adhaerens tyrannis*. Sed et paullo ante edidi *restituti Argi in commune Achajae concilium*, omissa copula *et* post vocem *Argi*, obsecutus in eo aliis editionibus. JAC. GRON. Ulterius, quam Gelen. in adnot. indicavit, Frob. anno 1535. processit, atque insuper edidit *praebebant*. Sed omnes nostri, cum Hearnii L. 1. priorum edd. lectionem praeferunt. Eam itaque, donec aliunde virorum doctorum conjecturae firmentur, recepi. Gronovii *tyrannis* id est, tyrannica dominatio, vim orationi addere videbatur Crevierio. Et ita legendum esse, ante visam Jac. Gronovii editionem, ad marginem Livii monuit Jac. Perizonius. [*et lateri adhaerens tyrannis*, et mox *praebebant* Bamb.]

§. 6. *Qui in Romanis fuerat castris*] Lege *fuerit*. J. FR. GRONOV. Praepositio exsulat a Lov. 1. [*fuerit* Bamberg.] Paullo ante §. praec. *excederetur Graeciae urbibus* Harl. V. ad 39, 22, 8.

Nabidis dominantis satellitem factum tribunum militum] Lege *satellitem factum populum Romanum*. GELEN. Vide, quem Aetoli appellent hoc [*tribuni militum*] nomine; Quinctiumne per contemptum, cum esset proconsul, an alium quempiam. Alii legunt *factum populum Romanum*. GLAR. Sic [*populum Romanum*] Gelenius pro eo, quod erat *tribunum militum*. Sed necdum placet ille *populus satelles*, non magis, quam alibi *exercitus semilixa*. Forte *imperatorem Romanum*. MSS. omnes aut *T. Romuleum*, aut *Titus Romuleus*. Nescio quomodo in eo vocabulo nugantur librarii hujus partis Livii. nam et supra c. 32,

Digitized by Google

dis dominantis satellitem factum populum Romanum. Quinctius ab Argis Elatiam, unde ad bellum Spartanum profectus erat, copias reduxit. Sunt, qui non ex oppido proficiscentem bellum gessisse tyrannum tradant, sed castris adversus Romana castra positis. diuque cunctatum, quum Aetolorum auxilia exspectasset, coactum ad extremum acie confligere,

7 8 9

18. quatuor MSS. *plures prope cives Romuleos.* Rubenio placebat *Titum*, vel *Titum Romanum*. quoniam praenomine fere solo a Graecis appellabatur, ut ex Polybio et Plutarcho notum. J. FR. GRON. *populum Romanum* commodam interpretationem ex iis recipit, quae socii Romanorum c. 33, 8. dicunt: *si omitteretur motum adversus Nabin bellum, eum, velut comprobata dominatione, firmiorem futurum, auctore injusti imperii adsumto populo Romano. Satellites* dici ministros et adjutores alienae potentiae, notum est. Sallust. 1. Hist. in oratione Lepidi *Satellites dominationis Sullanae* vocat, quos Vellej. 2, 41. *ministros Sullae et adjutores partium.* Nec *populum Romanum* difficilius potuit degenerare in *T. Romuleum*, aut *T. Romuleus*, quam 33, 42, 1. *tribunus plebis* in *T. Romulejus.* DUK. Rubenii conjecturam, quae proxime codd. scriptos accedit, Doujatius probavit: sed vellem idoneis testimoniis docuisset, Livium ita more Graecorum locutum esse. Saepius hac parte operis Graecorum de ducibus Romanis sermones, vel orationes ad eos habitas refert, at semper aliud observavit. Ne hinc longius abeam, ita Aristaenus praetor Achaeorum c. 24, 3. *Mare interjectum ab istis praedonibus non tuetur nos, T. Quincti.* Nabis c. 31, 1. *Si ipse per me, T. Quinèti, vosque, qui adestis* etc. Contra Gelenii conjecturam ad marginem Livii defendit Perizon. et *satellitem factum populum Romanum* exponit, qui tuetur ejus tyrannidem, et sua auctoritate per pacem confirmat, adscripto eodem loco Livii, quo etiam Cl. Dukerus hic utitur. Interim *satellitem factum tribunum militum* editis consentiens unus habet Lov. 5. *satellitem factum T. Flaminius* unus Harl. qui voce sequenti *Quinctius* destituitur. *satellitem factum T. Romuleus* reliqui omnes. Cum Crevierio Gelenii emendationem retinui, donec certius quid et aptius reperiatur. [*Nabidis dominationis satellitem factum populum Romanum* Bamberg.] Mox §. seq. *Spartanum* deest in Lov. 1.

§. 8. *Sunt, qui non ex oppido proficiscentem* etc. *positis*] Multi dubitant, qui fieri potuerit, ut castra sua Nabis adversus Romana castra poneret, si ex oppido non fuerat profectus. Sed fortasse aliqua desunt verba. GLAR. Agam, ut soleo, paucis. Nihil vitii hic locus continere videtur, contra atque tradit Glareanus. Duas enim contrarias opiniones de ratione belli a tyranno gesti expositurus est: unam, quam ipse tueri videtur; alteram, quam alii

Digitized by Google

10 inpetu in pabulatores suos ab Romanis facto: eo proelio victum, castrisque exutum pacem petisse; quum cecidissent quindecim millia militum, capta plus quatuor millia essent.

1 XLII. Eodem fere tempore et a T. Quinctio de rebus ad Lacedaemonem gestis, et ab M. Porcio consule ex Hispania literae adlatae. utriusque nomine

tradiderunt. quid sentit ipse? tyrannum ex oppido Lacedaemone exeuntem pugnasse. quid alii? eumdem non ex oppido exeuntem pugnasse, sed ex castris, quae ante Romana castra posuerit. Glareanus autem sine causa de voce *proficiscentem* laboravit. SIG. Livius Nabin bis eruptione ex oppido facta cum Romanis pugnasse tradit, primum ante conscriptas conditiones pacis c. 28. deinde post eas Lacedaemonem relatas et a multitudine repudiatas c. 37. de posteriore aliter scripserunt alii. DUK. *Sunt, qui ex oppido* Lov. 3. *Sunt, qui non ut ex oppido* Voss. Mox *tradunt* Lov. 2. et 3. Deinde *castris adversus Romana positis castra* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 9. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.]

§. 9. *Inpetu in pabulatores suos ab Romanis facto*] *impetu in pabulatores facto*, reliquis omissis, Lov. 4. et Mead. 2. *impetum in pabulatores suos ab Romanis factum* Lov. 1. et Harl.

§. 10. *Quum cecidissent quindecim millia militum, capta plus quatuor millia essent*] *quindecim millia hominum* Lov. 6. *quindecim militum*, media voce omissa, Voss. Lov. 1. et Mead. 2. Sed v. ad 37, 39, 9. [XXIIII, primo tamen numero X punctis supra et infra positis notato, ut significentur *quatuordecim millia* Bamb. mox *plus capta* idem.] Paullo ante *castris exutum pacem petisse* Lov. 3. et Voss. *castrisque exutum pacem petiisse* Gaertn.

§. 1. *Utriusque nomine ternos in dies supplicatio a senatu decreta est*] Placet hic quoque magis scripta lectio Moguntina, *et in commune in ternos dies supplicatio a senatu decreta est.* MOD. Modii codex *in commune in ternos dies.* Pall. *in dies ternos suppl. ab senatu decreta.* ubi alter Palat. omittit quoque *ro est.* GEBH. Neglegenter admodum in hoc loco versatus est Modius. Nam *et in commune*, quod ex cod. Mog. profert, non ad hunc locum pertinet, sed ad cap. praec. §. 4. ut cuilibet edita ipsius codicis excerpta consulenti patebit: quod tamen nec Gebhardum deprehendisse miror. Praeterea Mog. codex non legit *in ternos dies*, ut Modius lectori persuadet, sed *in dies ternos.* Quod quum non modo Gebhardus in Pall. invenerit, sed mihi etiam in Lov. 2. 4. Harl. et utroque Mead. obvium fuerit, in contextum recepi. *trinos in dies* habet Lov. 6. *ternos indices* Voss. Praeterea *ab senatu* Lov. 1. 3. 4. 6. et Voss. In eadem praepositione codd. etiam supra variant.

Digitized by Google

mine in dies ternos supplicatio a senatu decreta
est. L. Valerius consul, quum post fusos circa Li- 2
tanam silvam Bojos quietam provinciam habuisset,
comitiorum caussa Romam rediit; et creavit consu- 3
les P. Cornelium Scipionem Africanum iterum et Ti.
Sempronium Longum. Horum patres primo anno
secundi Punici belli consules fuerant. Praetoria in- 4
de comitia habita. creati P. Cornelius Scipio, et duo

Nam *ab T. Quinctio* est in Lov. 2. 5. 6. et ed. Campani: et *a M. Porcio* in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. utroque. [*a M. Porcio consulēb;* Bamb.]

§. 2. *Quum post fusos circa Litanam silvam Bojos*] *effusos* edd. antt. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *fusos* Lov. 3. [*post futuros circa* Bamb.] Tum *Lictanam* Voss. Lov. 4. et Mead. 2. *Littanam* Lov. 5. et edd. usque ad Froben. anni 1531. *Litavam* Gaertn. *Litaniam* Lov. 2. et 6. a m. 1. *Lucaniam* a m. 2. V. ad 23, 24, 7.

§. 3. *T. Sempronium Longum*] *Ti. Sempronium* ex consulatu ejus Capitol. SIG. *Valium Sempronium* Lov. 1. *Valerium Sempronium* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. Hoarnii L. 1. et edd. priscae. *T. Sempronium* cod. Mogunt. et editio Mediol. anni 1506. *Titum Sempronium* Ascens. anni 1510. Sed recte Sigonius *Ti. Sempronium*, quem vide ad 27, 6, 15. 31, 20, 5. 32, 27, 8. 33, 26, 2. 35, 5, 1. 39, 40, 3. et alibi. Passim autem praenomen *Ti.* sive *Tiberius* in notis *T.* sive *Titus* mutatum est. V. ad 40, 44, 12. [*P.* ante *Cornelium* omittit Bamb.] Mox *priore anno* Lov. 3. Deinde *consules fuerunt* cod. Mogunt.

§. 4. *Praetoria inde comitia habita. creati P. Cornelius Scipio*] Quia P. Cornelius Scipio Africanus hic consul factus est, huic alteri Scipioni addendum erat, ut puto, vel *Cn. filius*, vel *Nasica*. ut l. 35. non ita longe ab initio, ac l. 36. prorsus initio, ac deinceps saepe additur, ubi minor caussa, quam hoc loco, urgebat. GLAREAN.

Duo Cn. Cornelii, Merenda et Blasio] Fulv. Ursinus in Famil. Rom. tab. 1. gentis Corneliae nummum habet, in quo est *P. Blasio*. Eum ad hunc Blasionem refert, ac dicit, ei in MSS. Livii recte esse praenomen *P.* quum in vulgatis male legatur *C.* Debuit ergo hic in scriptis, quos Ursinus vidit, esse *duo P. Cornelii*, et in vulgatis *duo C. Cornelii*. et c. 43, 7. in illis *duobus P. Corneliis*, in his *duobus C. Corneliis*. Sed alii neque ex scriptis, neque ex editis libris suis quidquam varietatis adnotarunt. *P. Cornelius Blasio* est in Livii 43, 5, 10. et 45, 13, 11. Ad hunc, an ad alium, cujus memoria cum multis scriptis veterum intercidit, nummus Ursini pertinet, non liquet. DUK. *duo Cn. Cornelii* primum obvium fuit in Frob. ed. anni 1535. Omnes priores legunt *duo Cn. Cornelii*: quod praenomen illis etiam tribuunt Lov. 5.

Digitized by Google

Cn. Cornelii, Merenda et Blasio, et Cn. Domitius Ahenobarbus, et Sex. Digitius, et T. Juventius Thal-
5 na. Comitiis perfectis, consul in provinciam rediit. Novum jus eo anno a Ferentinatibus tentatum, ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedis-

et 6. *duo consules Cornelii* praeferunt Voss. et Lov. 1. *duo Cornelii* Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. In nullo vero inveni *duo P. Cornelii.* Neque etiam cap. seq. *Publii* praenomen illis in ullo cod. tribuitur. Tum *Meranda* Lov. 1. et 6. [*Meraenda* Bamb.] Hinc *Blaxio* Voss. et Lov. 2. ac 6. *Blesio* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Blasius* Lov. 5. Harl. et Gaertn. Similiter vel etiam *Blassius* edd. antt. *Blasio* Frob. anni 1535. quod verum esse ex nummis constat.

Cn. Domitius Aenobarbus] *Ahenobarbus*, ut supra. SIGON. Praenomen omittunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Consules Domitius* habent Voss. Lov. 1. 3. et 6. a m. 1. *C. Domitius* Lov. 4. et 6. a m. 2. *C. Cornelius* Lov. 5. et multae edd. quarum aliae *G.* vel *Gn. Cornelius* exhibent. Tum *et Nobarbas* Lov. 1. *Aenobarbas* Voss. *Enorbalis* Lov. 3. in contextu. *Euobocrus* Lov. 6. a m. 1. *Euobacrus* a m. 2. [*enobus arbus* Bamb.] *Henobarbus* edd. antt. *Ahenobarbus* scribendum, monuit etiam Sigonius ad 33, 42, 10. 35, 10, 10. 44, 18, 6. et ad Epit. Liv. 62. Mox *Sestus Digitius* Lov. 2. et Hearnii L. 1.

T. Juventius Alva] Quidam *Calva* emendarunt. Caeterum in Plinii 7, 53. quidam *Talpa*, quidam *Talva* legunt. tanta est in hoc cognomine varietas. GLAR. Vet. lib. *Alna.* Legendum est *Thalna* ex Capitol. tabulis. SIG. Pal. pr. *T. Juventus Halna.* alter *Titus Juventus Alna.* antiqua editio *Alna.* GEBH. *T. Linicinnus* Voss. *T. Liventius* Harl. et Gaertn. *T Luventius* Mead. 1. *T. Juventus* Mead. 2. *T. L.* Lov. 3. *T. Juvencius* plures edd. post Curionem. Sed *T. Juventius* restitui. V. ad 33, 32, 8. Tum *Alna* codd. nostri, nisi quod *Alcia* sit in Lov. 3. [*Halna* Bamb.] *Alva* priscae edd. Quum autem postea Moguntini *Talva* ex cod. suo laudassent, Aldus per errorem edidit *Calva*, propterea a Glareano reprehensus. Eum secuti *Talva* adoptarunt usque ad Sigonium, qui recte *Thalna* emendavit; quem etiam v. ad 39, 31, 4. 43, 8, 2. 45, 21, 1. Adde viros doctos ad Val. Max. 9, 12, 3. et Harduin. ad Plinii 5, 53.

§. 5. *Novum jus in eo anno a Ferentinatibus tentatum*] Vet. lib. *Novum jus eo anno.* SIG. Sigonius 2. de Ant. jur. Ital. 3. et 3, 1. ut et Spanhem. in Orbe Rom. Exerc. 1. c. 8. 9. ex hoc et aliis quum Livii, tum aliorum scriptorum locis disputant, colonias civium Romanorum tantum habuisse privatum jus Quiritium, non publicum; cujus praecipuae partes erant jus suffragii et honorum petitio: in quo verius videntur sentire, quam Manutius aliique. Sed quod de *Ferentinatibus* hic scriptum est, alia, eaque non una, obscuritate laborat. *Ferentinates* cum Cluverio 3. Ital. Ant. 6. p. 984. puto designari eos, quos inter populos Hernicorum memorat Livius 9, 42. 43. Hanc jam tum coloniam

Digitized by Google

sent, cives Romani essent. Puteolos, Salernum- 6
que, et Buxentum adscripti coloni, qui nomina dederant, quum ob id se pro civibus Romanis ferrent, senatus judicavit, non esse eos cives Romanos.

Romanam fuisse, ex hoc loco apparet. Nam si tum primum deducta fuisset, non poterat dubitari, quin Livius eam quoque inter colonias, quas hoc anno deductas c. 45. narrat, nominaturus fuerit. Nec tamen vel ipse, vel alii, quod sciam, quo tempore deducta fuerit, prodiderunt. Quae fortassis causa fuit, cur eam in indice coloniarum ante bellum Italicum deductarum praetermiserit Sigonius 2. de Ant. jur. Ital. 5. Sed hoc levius est. Nam Livius interdum etiam alia suis locis praeterit, et tamen deinde ita de iis scribit, ut qui initia eorum ante exposuerit: inter quae et hoc est, quod, ut Sigonius observat, 27, 10. Saticulam coloniam memoravit, nec tamen quidquam de illius deductione, quum 9, 28. potuisset, prodidit. Quod enim quis suspicetur, eum de hac re potuisse agere in libris, qui inter 10. et 21. perierunt, id ex eo minus verosimile est, quod Auctor Epitomarum, quum satis diligenter adnotaverit, quae in iis de coloniis deductis tradiderat Livius, de hac tacet. Illud aliquanto difficilius dictu est, quid sit, quod Latini in coloniam, quae jam ante colonia Romana erat, nomina dedisse, et quod ejusdem coloniae coloni diverso jure usi fuisse dicuntur. Prius credo intelligendum esse de supplemento colonorum, quod eorum numerus imminutus fuisset. Nam hoc saepe factum fuisse, ut, quum coloni ad numerum non essent, novi adscriberentur, quum alibi, tum 31, 49. 32, 2. et 33, 24. legimus. Ad posterius quod attinet, etsi pluribus testimoniis nunc probare non possum, ejusdem coloniae colonos diverso jure, alios nimirum Quiritium, alios Latii jure fuisse, tamen id ex hoc loco satis patere arbitror. Nam et aliorum oppidorum, quae coloniae non erant, incolae alii alio jure utebantur. V. 8, 14, 8. Illud quidem constat ex Liv. 3, 1. et 4, 2. in eamdem coloniam interdum diversi generis colonos, ut Romanos et Volscos, item Romanos et Latinos, scriptos fuisse. DUK. Praepositio *in*, quam Sigonius se in vet. lib. non invenisse testatur, non tantum exsulat ab omnibus scriptis nostris, sed et editis, exceptis Basileensibus anni 1554. et 1555. in quibus solis, sed forte operarum errore, reperitur. Tum *a Ferrentinatibus* perperam Lov. 1.

§. 6. *Puteolos, Salernumque, et Buxentum adscripti coloni, qui nomina dederant, quum ob id*] De his est 32, 29. et infra c. 45. DUK. *In Puteolos* Harl. Tum *Busentinum* Voss. *Buscenium* Lov. 2. *Busenium* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *Busenum* Gaertn. *Busentum* Lov. 6. *Buxenium* Lov. 3. *Bossenium* Lov. 5. et ed. Camp. *Bussenium* ceterae edd. vett. usque ad Mogunt. qui ex cod. suo dederunt *Buxentum*. [*Salernum q. ex Buxenium* Bamb.] Deinde *coloni nomina dederant, et quum ob id* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] co-

Digitized by Google

1 XLIII. Principio anni, quo P. Scipio Africanus iterum et Ti. Sempronius Longus consules fuerunt, 2 legati Nabidis tyranni Romam venerunt. Iis extra urbem in aede Apollinis senatus datus est. pax, quae cum T. Quinctio convenisset, ut rata esset, 3 petierunt, impetraveruntque. De provinciis quum relatum esset, senatus frequens in eam sententiam ibat; ut, quoniam in Hispania et Macedonia debellatum foret, consulibus ambobus Italia provin- 4 cia esset. Scipio, *satis esse Italiae unum consu-*

loni nomina dederunt, et quum ob id Lov. 2. *coloni nomina dederant, quum ob id* Lov. 5. et edd. antt. Aldus deinde, quum Mog. in cod. suo invenissent *coloni qui nomina dederant, et quum ob id*, vulgatae lectionis auctor exstitit.

Senatus judicavit, non esse eos cives Romanos] Pal. pr. *non esse cives Romanos*, omisso τῷ *eos*. GEBH. Contra *esse* omittitur in Lov. 1. Praeterea *senatus indicavit* Gaertn. V. ad Epit. Liv. 63. [*judicabit* Bamb.]

§. 1. *Et Ti. Sempronius Longus consules fuerunt*] *et V. Sempronius* Hearnii L. 1. *et Valerius Sempronius* Lov. 3. *et Titus*, vel *T. Sempronius* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et Gaertn. V. ad cap. praec. §. 3. *fuerant* Lov. 5. et edd. vett. cujus loco Aldus ex cod. Mog. *fuerunt* substituit, succinentibus reliquis meis.

Legati Nabidis tyranni Romam venerunt duo. His extra urbem] MS. *legati Nabidis tyranni Romam venerunt. Iis extra urbem* etc. Neque sane opus videtur illo *duo*, quod natum videtur ex sequente *iis*, ubi imperitus librarius *ij* accepisse videtur, pro nota binarii numeri. Quidquid id est, malo ego τὸ *duo* abesse, quam adesse. MOD. Abest τὸ *Iis* ab omnibus nostris libris. GEBH. *venerunt duo. extra urbem* Lovel. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo Aldus ex Mog. cod. dedit *venerunt. His extra urbem*. Curio *venerunt duo. His extra urbem*. Sed *venerunt. extra urbem* Hearnii L. 1. *venerunt. ductum extra urbem in aede Apollinis senatus est* Voss. *venerunt duo. ductus extra urbem in aede Apollinis senatus est* Lov. 3. nec aliter Lov. 1. nisi quod vocalem *duo* ignoret. *venerunt. datus extra urbem in aede Apollinis senatus est* Lov. 6. Quum igitur in quibusdam codd. et edd. antt. τὸ *duo* exhibentibus, vel *iis*, vel *his* non conspiciatur, Moguntini lectionem reduxi, existimans vere Modium docuisse, ex primis literis τοῦ *Iis* natum esse numerum binarium, eumque postea in *duo* conversum esse. V. ad 36, 43, 11. Mox *impetraruntque* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.]

§. 3. *Quoniam in Hispania et Macedonia debellatum foret*] *quum in Hispania et in Macedonia* Lov. 3. Solent *quum* et *quoniam* a scribis confundi. V.

Digitized by Google

lem, censebat: *alteri decernendam Macedoniam esse. Bellum grave ab Antiocho inminere. jam ipsum sua sponte in Europam transgressum. Quid deinde facturum censerent, quum hinc Aetoli haud dubie hostes vocarent ad bellum, illinc Hannibal, Romanis cladibus insignis imperator, stimularet?* Dum de 5 6
provinciis consulum disceptatur, praetores sortiti sunt. Cn. Domitio urbana jurisdictio, T. Juventio peregrina evenit. P. Cornelio Hispania ulterior, Sex. 7
Digitio citerior: duobus Cn. Corneliis, Blasioni Si-

ad 4, 29, 6. et 7, 36, 3. [*quō in Hisp.* Bamb.] *quoniam Hispania et Macedonia* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed praepositio elisa est a vocis praecedentis litera finali. V. ad 10, 13, 3. Mox §. seq. *alterique Macedoniam decernendam esse* Gaertn. *alteri Macedoniam decernendam esse* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et ambo Mead. [Bamb.] Tum *Europam transgressum* Gaertn. *in Europa* Harl. Praeterea §. 5. *Quid deinde facturum esse* cod. Mog. Sed *τὸ esse* deest in omnibus nostris.

§. 5. *Aetoli haud dubie hostes vocarent ad bellum*] Velim *haud dubii*. J. FR. GRON. *haud dubio* Voss. Gronovii *haud dubii* non displicet. Certe saepe Livius ita loquitur. Supra 1, 35, 6. *Factio haud dubia regis*. c. 42, 3. *Haud dubius rex, seu Patrum, seu plebis animos periclitaretur*. c. 46, 1. *Usu haud dubium regnum possederat*. 4, 8, 1. *Sequitur annus haud dubiis consulibus*. 5, 14, 3. *Haud dubia ira Deûm*. c. 47, 10. *Reum haud dubium ejus noxae de saxo dejecit*. 6, 36, 7. *Earum suasorem se haud dubium ferebat*. 7, 36, 7. *Sua corpora haud dubio periculo objecissent*. 36, 21, 4. *Senatus populusque Romanus haud dubio auctore sciret*. 37, 49, 5. *Bellum cum haud dubiis hostibus gerendum*. 38, 17, 9. *Majoribus nostris cum haud dubiis Gallis res erat*. 39, 25, 1. *Athamanes haud dubii accusatores consedissent*. c. 39, 12. *Ut haud dubius praetor esset*. 42, 16, 8. *Tamquam jam haud dubius regni haeres*. Epit. 48. *Haud dubium bellum*. V. etiam ad 24, 36, 5. 29, 31, 5. et 34, 62, 10. Forte eadem locutio restituenda infra 40, 54, 3. *Haud dubius et sua et aliorum opinione rex*. ubi etiam vulgo *haud dubie* editur. Similiter *aperti hostes*, pro *aperte*, scribendum conjeci supra 21, 34, 4. Praeterea *hostes erant vocarent* Lov. 1. *hostes eos vocarent* Lov. 6. [*ad bella* Bamb.]

§. 6. *Praetores sortiti sunt. Cn. Domitio*] *et praetores sortiti*, omisso *τῷ sunt*, Voss. Praenomen Domitii deest in Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Consuli Domitio* legunt Voss. Lov. 1. et 6. a m. 1. V. ad 7, 16, 3. *Cajo*, vel *C. Domitio* Lov. 6. a m. 2. et Lov. 2. 5. ac priscae edd. V. ad 7, 3, 3. Mox

Digitized by Google

8 cilia, Merendae Sardinia. In Macedoniam novum exercitum transportari non placuit. eum, qui esset ibi, reduci in Italiam a Quinctio, ac dimitti. item eum exercitum dimitti, qui cum M. Porcio Catone
9 in Hispania esset. Consulibus ambobus Italiam provinciam esse, et duas urbanas eos legiones scribere: ut, dimissis, quos senatus censuisset, exercitibus, octo omnino Romanae legiones essent.

peregrina venit, prò *evenit*, Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed v. ad 9, 12, 1.

§. 7. *Duobus Cn. Corneliis, Blasioni Sicilia*) Comparet in Pal. altero *sorte duobus Corneliis Blasio Sicilia*. GEBH. *sorte duobus Corneliis* Lov. 4. et Mead. 2. *sunt duobus Corneliis* Voss. *fuit duobus Corneliis* Lov. 1. et Gaertn. *duobus Corneliis* Lov. 2. 3 5. 6. Harl. et Mead. 1. Deinde *Blaxio* Voss. et Lov. 2. ac 6. *Blexio* Lov. 3. *Blasio* Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Blassio* Lov. 5. et edd. antt.

§. 9. *Et duas urbanas eo legiones scribere: ut, dimissis, quos senatus censuisset*] Uterque Pall. *et duas urbanas scribere eo legiones, ut dimissis, quos senatus voluisset, exercitibus*. GEBH. Potius *eos*. J. FR. GRON. *urbanas eo scribere legiones* Lov. 3. *urbanas scribere eo legiones* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] *urbanas scribere eo anno legiones* Harl. *urbanas scribere eos legiones* Mead. 2. *eos* Gronovium emendantem probat Crevier. quia urbanae legiones, ut nomen indicio est, ad custodiam urbis destinabantur, et, quae a consulibus hujus anni scriptae sunt, Romae mansisse patet ex c. 56. Quum igitur *eos* in uno cod. invenerim, ita etiam edi curavi. Denique ultima vox deest in Voss. *voluisset* legunt Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. ambo Mead. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et typis descripti usque ad Aldum, qui *censuisset* ex cod. Mog. recepit.

§. 1. *M. Porcio et L. Valerio consulibus*] *Martio Porcio* Voss. *Catone Porcio* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *M. Porcio Catone* Lov. 6. Deinde *L. Cornelio consulibus* Harl. *M. Valerio* primae edd. pro quo Moguntini ex cod. suo *L. Valerio*: quod superest in reliquis nostris, nisi quod *Lelio Valerio* sit in Gaertn. sollemni lapsu. V. ad 29, 7, 2. Paullo ante *erat factum priore anno* Lov. 1.

§. 2. *Id quum P. Licinius pontifex non esse recte factum collegio primum, deinde*] Voculam *quum* ignorant Lov. 1. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] quorum tamen Lov. 3. *cum collegio*, Lov. 6. *cum deinde* praeferunt. [*factum cui legio* Bamb.] *id quum post Licinius pontifex* legit Voss. *id quum P. Licinius pontifex maximus* Harl. Verum est, hic indicari P. Licinium Crassum pontificem maximum, quem id sacerdotium obtinuisse Livius refert 25. 5, 3. obiisse autem 39, 46, 1. Nihilominus tamen reliquorum codicum, vocem *maximus* omitten-

Digitized by Google

XLIV. Ver sacrum factum erat priore anno, 1
M. Porcio et L. Valerio consulibus. id quum P. 2
Licinius pontifex non esse recte factum collegio primum, deinde ex auctoritate collegii Patribus, renunciasset, de integro faciendum arbitratu pontificum censuerunt; ludosque magnos, qui una voti essent, tanta pecunia, quanta adsoleret, faciendos. Ver sacrum videri pecus, quod natum esset 3

tium, consensus efficit, ut eam non ab ipsius Livii, sed ab interpretis manu esse censeam. Pontifex maximus autem simplici *Pontificis* nomine a Livio non tantum prioribus historiarum libris adpellatur, ut docuit Cl. Jac. Gronov. ad 1, 32, 2. sed et ipse hic Licinius 28, 11, 6. *Caesaque flagro est Vestalis jussu P. Licinii pontificis.* Deinde *factum recte non esse* Lov. 1. *non esse factum recte* Lov. 3. *non esset recte factum* Harl. Sed Pighius in Annal. ad ann. IOLIX. p. 267. legendum conjicit *non esse rite factum.* Verum, quum libri omnes τὸ *recte* constanter servent, caussam non video, ob quam ipsi controversia movenda sit. V. ad 27, 25, 8. Mox *nunciasset* Lov. 1. Male. V. ad 10, 40, 9.

De integro faciendum arbitratu pontificum censuerunt] Pal. alter *faciendum auctoritate pontificum.* GEBH. Pariter legit Mead. 2. Sed vox illa ex praecedentibus hic perperam repetita est. Infra 38, 11, 6. *Obsides quadraginta arbitratu consulis Romani dato.*

Ludosque magnos, qui una voti essent] Cur *ludos magnos una* cum *vere sacro* votos esse Livius dicit? cum hoc viginti ut sum ante annos votum, quam solutum, in superioris anni historia [33, 44, 2.] clare scripserit, Ludos vere magnos quinquennio tantum ante votos esse a P. Sulpicio Galba consule, hic paullo post tradit, et simul cum vere sacro redintegrando solutos hoc anno. Et recte quidem. Voverat enim eos senatus ac populi jussu P. Galba consul, inchoante Philippico bello, ut, peracte quinquennio, si respublica in eodem statu permansisset, solverentur: quod anno hoc, post votum factum sexto, contigisse nunc refert. Verba igitur haec Livii, transpositis tantum duobus vocabulis, correctiora fient, veritatique magis consentient, si ita legantur, *ludosque magnos una, qui voti essent.* Tum enim primum debebantur, cum hoc anno ver sacrum restaurandum esset. Censuerunt itaque Patres, una faciendos atque solvendos esse tanta pecunia, quanta assoleret, quinquennio post votum peracto. Qui autem jam olim initio belli Punici secundi simul cum vere sacro voti erant, peracto quinquennio, in quod concepti erant, solutos fuisse, ex ejus belli historia constat. PIGH. in Annal. ad ann. IOLIX. p. 267. Pighii emendatione carere possumus. V. ad 33, 44, 1. DUK. *ludos quoque magnos* Lov. 3. V. ad 5, 27, 1. [*magnos* omit-

Digitized by Google

inter Kalendas Martias, et pridie Kalendas Majas, P. Cornelio Scipione et Ti. Sempronio Longo con-
4 sulibus. Censorum inde comitia habita sunt. creati censores Sex. Aelius Paetus et C. Cornelius Cethegus principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt. tres omnino senatores, neminem curuli honore usum, praeterie-

tit Bamb.] Tum *una voci essent* Voss. *una non essent* Gaertn. Sed Pighii transpositioni nulli codices favent: quare ei, qui Livii verba, ut vulgo eduntur, servari posse docebit, non adversabor. Liceat tamen in medium adtulisse, quod mihi in mentem venerit, nempe legendum videri, *ludosque magnos, qui quinquennio ante voti essent.* Per compendium scriptum fuerat *Vnio an.* vel *Vnio a*; unde factum puto *una. Ante* autem interdum unica litera *a* notari, patet ex sollemni formula *a. d.* sive *ante diem.* Ceterum per *ludos magnos quinquennio ante votos* illos intelligo, quos P. Sulpicius Galba consul anno IDLIII. vovit, ut Livius supra refert 31, 9. Quum autem nunc agatur annus IDLIX, in computando hoc quinquennio non connumerandi anni, vel quo voti, vel quo facti ludi sunt. Id vero interdum Livium fecisse, videbimus ad 42, 10, 5.

Tanta pecunia, quanta assoleret] MS. *tanta pecunia, quanta soleret.* MOD. Pal. alter *quanta assolet.* GEBHARD. Similiter Mead. 2. *quanta adsolēt* Lov. 3. [*quanta adsoret* Bamb.] *quanta absolvetur* Voss. Nihil muto. Verbo *adsolet* utitur etiam Liv. 1, 28, 2. *Paratis omnibus, ut adsolet, vocari ad concionem utrumque exercitum jubet.* 40, 54, 8. *Quum multa adsoleat veritas praebere vestigia sui.* In cod. Mog. prima syllaba *τοῦ assoleret* partim a litera praecedenti, partim a sequenti erat intercepta. V. ad 40, 57, 8.

§. 3. *Inter Kalendas Martias et Idus Majas*] Vetus lectio *et pridie Calendas Majas*, ut sint duo integri menses. GELEN. Pall. uterque, et antiqua ed. *inter Kalendas Martias et Idus Majas.* GEBH. V. Dodwell. de Cyclis 10, 10. et Append. praelect. Camd. p. 758. DUK. *et idus Majas* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *inter Kalendas Martias et Majas* Voss. et Lov. 1. Neque aliter Hearnii L. 1. nisi quod *Madias* legat. *et pridie Kalendas Majas* cod. Mog. [*et id Cal. Majas* Bamb.]

P. Cornelio Scipione et Ti. Sempronio Longo consulibus] Prioris consulis praenomen deest in Lov. 6. ejus cognomen in Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. antt. quod primus Aldus addidit. *P. Scipione Cornelio* legunt Lov. 2. 4. et Mead. 1. Deinde *et T. Sempronio* Lov. 5. [Bamb.] *et T. Sempronio* Lov. 4. *et Tito Sempronio* Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. *et Q. Sempronio* Hearnii L. 1. Tum cognomen *Longo* omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] Ultima etiam vox *consulibus* non

Digitized by Google

runt. Gratiam quoque ingentem apud eum ordinem 5
pepererunt, quod, ludis Romanis, aedilibus curulibus
imperarunt, ut loca senatoria secernerent a popu-
lo. nam antea in promiscuo spectabant. Equitibus
quoque perpaucis ademti equi, nec in ullum ordi-
nem saevitum. Atrium Libertatis et Villa publica
ab eisdem refecta amplificataque. Ver sacrum ludi- 6

adparet in Lov. 1. et Hearnii L. 1.

§. 4. *Principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt*] Pall. uterque *principem senatorem*. Antiq. ed. *principem senatorum*. GEBH. *principem senatorem* eod. Mog. Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. [Bamb.] *principem senatorum* Lov. 2. 3. 5. 6. et Harl. cum edd. usque ad Ascensium, qui anno 1513. ut et antea Mediol. ed. anno 1505. *principem senatus* dederunt, quod superest in reliquis codd. et in margine Mead. 1. Paullo ante *sunt habita* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Tum *Sext. Aelius Petrus* Voss. *Sex. Pectus et C. Cethegus* Lov. 3. *Sex. S. Pecthus et C. Cethegus* Hearnii L. 1.

Tres omnino senatores, neminem curuli honore usum] *tris* legunt Lovel. sex, et Gaertn. [Bamb.] itaque se reposuisse hoc loco, supra monuit Gebhard. ad 23, 16, 8. ubi vide. Deinde *civili honore* Voss.

§. 5. *Ludis Romanis, aedilibus curulibus imperarunt, ut loca senatoria*] Idem Paedianus in orat. pro Cornel. [p. 132.] cum ait: *Id autem eos fecisse jussu censorum Sex. Aelii Paeti, C. Cornelii Cethegi*. SIG. Sic rursus infra c. 54. in quo Valerium Antiatem, quod ex Ascon. in primam Cornelianam Ciceronis intelligitur, secutus est. Cicero de Arusp. resp. 12. et Valer. Max. 2, 4, 3. *Megalensibus*, quos primos ab iisdem aedilibus curulibus factos auctor est Liv. c. 44, 3. Hunc dissensum veterum observarunt Manutius ad Cicer. l. d. et Pighius in Annal. ad ann. V. 1011. Ceterum hoc tantum ad theatrum et ludos scenicos pertinuit: nam in circo Claudium imperatorem demum propria loca senatoribus, promiscue spectare solitis, constituisse, tradit Suet. Claud. 21. V. Lipsium ad Taciti 15. Ann. 32. DUK. *imperarent* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *a populo Romano* male Harl.

Nam antea in promiscuo spectabant] Pal. pr. *spectarent*. Alter vero cum ant. ed. *spectarant*. GEBH. *spectarent* Gaertn. *spectarant* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.] et primae edd. pro quo Aldus ex eod. Mog. *spectabant* adscivit. Insuper *antea promiscuo*, omissa praepositione, Voss. Male. Infra 39, 13, 10. *Ex quo in promiscuo sacra sint*. ubi alia vide. [*jam*, pro *nam*, Bamb.]

Ademti equi, nec in ullum ordinem saevitum] *ademte qui nec in ullum* Lov. 1. *ademte qui nec ullum* Mead. 1. et Gaertn. *ademto qui nec ullum* Lov. 3.

Digitized by Google

que votivi, quos voverat Ser. Sulpicius Galba consul, facti. Quum spectaculo eorum occupati animi omnium essent, Q. Pleminius, qui propter multa in Deos hominesque scelera, Locris admissa, in car-
7 cerem conjectus fuerat, comparaverat homines, qui pluribus simul locis urbis nocte incendia facerent;

ademta quibus non esset in ullum ordinem sejunctum Lov. 2. et 6. *nec in illum ordinem* cod. Mog. scribae errore. V. ad 25, 11, 3. [*et Villa ab isdem* Bamb.]

§. 6. *Ver sacrum ludique votivi, quos voverat Ser. Sulpicius Galba*] MS. *ludique Romani votivi, quos v. S.* nescio quam recte. MOD. Hoc non de censoribus, ut praecedentia, sed de consulibus accipiendum est; nam ab his ludos votivos factos scribunt Livius 29, 22. et Ascon. l. d. et consules ver sacrum fecisse Liv. 33, 44, 1. ubi de hoc loco actum est. DUK. Cod. Mog. lectionem, a Modio indicatam, non sequor. Vocem enim *Romani* ex §. praec. hic male repetitam arbitror. Diversi autem sunt *ludi Romani* et *ludi votivi*, illi ordinarii atque annui, hi extraordinarii. Deinde *Sergius Sulpicius* Lov. 6. *Sextus Sulpicius* Gaertn. Sed, *P. Sulpicius* legendum esse, recte monuerunt Pighius in Ann. ad ann. DLIII. p. 242. Periz. in Animadv. Hist. 8. p. 348. et post eos Crevier. ad h. loc. V. ad 31, 4, 4.

Q. Pleminius, qui propter multa in Deos hominesque scelera etc.] Hunc Pleminium l. 29, [22, 9.] ante judicii diem in vinculis mortuum tradidit Livius: at Licinium haec scribere; quae tamen hic Livius, tamquam oblitus eorum, quae antea dixerat, absque authore nunc prodit. GLAR. Ejus rei caussa Livium etiam inconstantiae vel oscitantiae accusavit Perizon. in Animadv. hist. 8. p. 348. De hoc Pleminio Diod. Sic. in Excerpt. Peir. p. 286. *κατὰ φυλακὴν τελευτήσαι* dicit, quod sine dubio de morbo accipiendum est. Val. Max. 1, 1, 21. *teterrimo genere morbi consumtus est*, de eodem. Vorstius ibi non improbat scripturam quorumdam codd. qui pro *morbi* habent *mortis*; id enim convenire narrationi Livii hoc loco, et verbo *necatus est*. Est sane teterrimum genus mortis eorum, qui in Tulliano manu carnificis laqueo gula fracta, ut solebat, supplicio afficiuntur. Sed vix credo, *consumtus est* de iis dici, de quibus in carcere supplicium sumitur. Perizon. l. laud. dicit, Valerium Max. communem auctorum opinionem manifeste sequi. Potuit esse communis opinio, eum in carcere morbo mortuum; sed *teterrimo genere* morbi mortuum, quod addit Valerius, unde probabit communem opinionem fuisse? DUK. Praenomen *Q.* perperam exsulat ab Hearnii L. 1. Paullo ante *occupati tenerentur animi eorum essent* Gaertn. *occupati animi omnium* [*hominum?*] *essent* Lov. 1. 3. 6. et Voss. sollemni scribarum lapsu. V. ad 3, 45, 6. [*animi hominum* Bamb.] qui mox *in carcerem* omittit.]

§. 7. *Qui pluribus simul locis urbis nocte incendia facerent*] *simul pluribus locis* Lov.

Digitized by Google

ut in consternata nocturno tumultu civitate refringi carcer posset. ea res indicio consciorum palam fa- 8
cta, delataque ad senatum est. Pleminius in inferiorem demissus carcerem est, necatusque.

XLV. Coloniae civium Romanorum eo anno de- 1
ductae sunt Puteolos, Vulturnum, Liternum; tre-

8. *plurimis locis simul* Harl. *plurimis simul locis* Voss. Lov. 1. 2. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *To nocte* deest in Lov. 6.

§. 8. *Ea res indicio consciorum*] Manuscriptus *indicio sociorum*. ne hoc quidem bene, quae est mei animi sententia. MOD. Pal. alter *indicio consociorum*. GEBH. pro *consciorum*, unica litera adjecta, primo datum est *consociorum*, quae lectio apud me exstat in Voss. Lov. 2. et Harl. [Bamb.] Postea pro voce hac barbara alii dederunt *sociorum*, ut praeter cod. Mog. praeferunt Voss. in margine, et Lov. 6. Reliqui servant *consciorum*, quod cum Modio praeferendum puto. Mox perperam *delatumque* Harl.

Pleminius in inferiorem demissus carcerem est] Sallust. Catil. [55.] *In eum locum postquam demissus Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus praeceptum erat, laqueo gulam fregere.* Barberin. et Petav. *ad inferiorem*. J. FR. GRON. *Pleminius inferiorem*, omissa praepositione, Voss. et Lov. 1. sed eam elisit vocis sequentis syllaba initialis. V. ad c. 28, 3. Et forte ex eodem fonte profluxit *ad inferiorem*; quod, in nullo meorum obvium, in quibusdam codd. se invenisse Gronov. monuit. Eorum enim librarii incidisse videntur in codicem, a quo praepositio similiter exsulabat. Quum tamen sensum eam requirere viderent, non consulto integriore libro *ad inferiorem* emendarunt. An tamen potius *ad inferiorem* dederunt, quod syllabae ejusdem repetitio *in inferiorem* displiceret? Verum ab ea nulli scriptores abhorruerunt. Insuper *dimissus* perperam Voss. et Lov. 6. V. ad c. 50, 2. Mox *nec ad usque*, pro *necatusque*, Lov. 1. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn.

§. 1. *Puteolos, Vulturnum, Liternum*] Alii apud Vellej. 1, 15. tradiderunt, Puteolos, Salernum, et Buxentum sub A. V. ıɔLXXVI colonos missos fuisse; quod Livius, utique verius, quod ad Puteolos attinet, in A. V. ıɔLIX. confert. De Puteolis Pighius in Hercule Prodic. p. 489. ed. Plant. 1587. et in Annal. ad A. V. ıɔCXLVIII. post Panvinium et Sigonium in Fastis, profert particulam Inscriptionis tabulae marmoreae, in qua annus, quo P. Rutilius et Cn. Mallius consules fuerunt, nonagesimus ab ea colonia deducta numeratur. Unde, quia Fasti Capitolini, ut ait, hos A. V. ıɔCXLIX. consules fuisse demonstrant, liquido constare dicit, primum annum illius deductae esse A. V. ıɔLVII. non ıɔLIX. Verum hoc inde nihil minus, quam liquido constat. Nam tantum abest, ut Fasti Capitolini, quos Gruterus edidit, Rutilium et Mallium A. V. ıɔCXLIX consules fuisse demonstrent, ut ne nomina quidem eorum in lacuna, quae in iis inter A. V. ıɔXCIX. et ıɔCCXVII.

Digitized by Google

2 ceni homines in singulas. Item Salernum Buxentumque coloniae civium Romanorum deductae sunt. deduxere triumviri, Ti. Sempronius Longus, qui tum consul erat, M. Servilius, Q. Minucius Thermus.

est, compareant. Ac neque ipse Pighius in Annal. consulatum eorum in A. V. IↃCXLIX. sed IↃCXLVIII. confert, ut ante illum Sigonius. Praetorea quum in Annalibus inter Scipionis et Sempronii, atque inter Rutilii et Mallii consulatum LXXXVIII. paria consulum numeret, quem numeram etiam Fasti Idatiani et Norisiani habent, apertum est, aliqua parte illius anni, quo Rutilius et Mallius consules fuerunt, numerari potuisse annum nonagesimum a colonia illa deducta. Nam si V. G. ponamus, deductam esse post sextum mensem initi a Scipione et Sempronio consulatus A. V. IↃLIX. nonus et octogesimus annus exibit post sextum mensem consulatus Rutilii et Mallii A. V. IↃCXLVIII. eodemque anno inchoabitur nonagesimus ab ea deducta. De fortuna Puteolanorum Pighius in Herc. Prod. porro scribit, eos in potestatem Romanorum venisse, capta Capua; cui quum jus magistratuum ac libertas omnis ademta, et praefectus, qui ibi jus diceret, impositus fuisset, oppida plura Campaniae, quod Annibalem armis defendissent, eamdem fortunam, teste Livio, subiisse, ideoque Puteolos a Festo inter decem Campaniae praefecturas nominari. Sed nihil eorum, quae de Puteolanis dicit, ex Livio ostendi potest, qui Romanos Puteolis jam ante Capuam captam praesidium habuisse 24, 7. 13. et 25, 22. scribit. Nec ex eo, quod Puteoli praefectura fuit, sequitur, Puteolanos in eadem causa, in qua ceteros Campanos, qui a Romanis desciverant, fuisse, et ob id eamdem fortunam subiisse, ut poenae loco libertate spoliati in praefecturae formam redacti fuerint. DUK. *Puteole* Lov. 5. et ed. Camp. *Puteoli* Harl. et edd. reliquae usque ad Mediolanensem anni 1505. quae *Puteolos* substituit, concinentibus aliis omnibus Mstis. V. ad 39, 44, 10. Tum *Volturnum* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. ambo. [Bamb.] Haec autem et multa sequentia verba usque ad *deduxere* desunt in Hearnii N. neglegentia librarii, cujus errori repetitio vocum *deductae sunt* caussa exstitit. Aliud ejusdem mendae exemplum est infra §. 4. Plura v. ad 9, 11, 11.

Treceni homines in singulas] *Homines*, intellige patres familias. V. ad 32, 29, 4. Ex illis autem, quae ibi dicta sunt, insuper patet, lapsos esse scribas Lov. 3. 5. et 6. qui *triceni* legunt. *trecenti* habet cod. Mog. Alterutra, vel haec, vel vulgata, lectio commode admitti potest. Sufficit enim *trecenti*, quia additur *in singulas*. Licet autem numero distributivo utatur, solet tamen Livius interdum has easdem voces addere. V. ad 39, 38, 11. Praefero tamen vulgatum, quia verisimilius videtur, librarios numerum distributivum in cardinalem, quam contra, mutasse. V. ad 32, 28, 11.

§. 2. *Salernum Buxentumque coloniae civium Romanorum deductae sunt*] *Buxemumque* Lov. 1. *Buxeniumque* Lov. 3. *Buxenumque* Lov. 4. et Mead. 2. *Buxenmum* Mead. 1. *Buxetum* in margine. *Busenum* Gaerta.

Digitized by Google

Ager divisus est, qui Campanorum fuerat. Sipontum item in agrum, qui Arpinorum fuerat, coloniam civium Romanorum alii triumviri, D. Junius Brutus, M. Baebius Tamphilus, M. Helvius deduxe- 3

Busentum Harl. *Busoniumque* Voss. *Buseniumque* Hearnii L. 1. *Busseniumque* Lov. 5. et edd. antt. pro quo *Buxentumque* recte emendatur in ed. Mog. Praeterea *coloniae in deductae* Lov. 1. *coloniae inde deductae* Lov. 6. *coloniae civium Romanae deductae* Lov. 3. *coloniae civium deductae* Harl. *coloniae civium reductae* Lov. 2. *coloniae R. deductae* Voss. *coloniae Romanae deductae* Lov. 5. et edd. antt. Sed recte Frob. anno 1535. *coloniae civium Romanorum deductae* vulgari curavit. Aliae enim erant coloniae civium Romanorum, aliae coloniae Latinae, de quibus earumque differentia videndus est Sigon. 2. de Antiq. Jur. Ital. 3.

Deduxere triumviri, T. Sempronius Longus, qui tum consul erat] Dubium, an hi in Campaniae tantum oppida, Puteolos, Vulturnum, ac Liternum, an etiam Salernum, Buxentumque, illud in Picentinis, hoc in Lucanis oppidum, colonos duxerint: neque enim verisimile est, his posterioribus agrum Campanum divisum cum prioribus esse. Certe alteris deesse sui videntur deductores, atque ideo aliquot verbis defectum esse. Caeterum *M. Helvius* hic rursus legitur, de quo saepe in prioribus. Omissi et post triumviri Tempsae. Quidam ad *L. Cornelium Merulam* adiecere *C. Salonium*, sed nihilominus tertius abest. quae omnia sanare nobis absque vetusto aliquo exemplari non videbatur possibile, quamquam res est haud magni momenti. GLAR. Certum est, quinque has coloniae ab iisdem triumviris deductas esse; quos earum deducendarum caussa triennio ante creatos fuisse scripserat Livius 32, 29. Nec dicitur colonis his divisus fuisse ager Campanus, quem in Lucaniam usque pertinuisse non admodum probabile est; sed ager, *qui Campanorum fuerat*. Campani autem agros in Picentinis et Lucanis finitimis habere potuerunt. Ita puto eximi posse scrupulum, quem Glareanus injicit. DUK. Quinque harum coloniarum deductioni iidem triumviri jam praepositi sunt in initio anni V. ıɔLVI, *qui per triennium magistratum haberent*, supra 32, 29, 4. Id autem temporis spatium quum in initio hujus anni ıɔLIX elapsum esset, neque tamen id, ob quod creati erant, perfectum foret, nunc iis magistratus prorogatus esse videtur; quae forte ratio est, cur nunc iterum ejusdem rei mentio fiat. Praeterea scrupulo Glareani de agro Campano alia ratione Cl. Crevier. obcurrere conatur vocum *Ager divisus est, qui Campanorum fuerat*, trajectione hoc modo; *Liternum; treveni homines in singulas. Ager divisus est, qui Campanorum fuerat. Item Salernum*. Sed Dukero adhaereo. Insuper *desere*, pro *deduxere*, Voss. in contextu, altero in marginem rejecto. *deseret* Lov. 1. Tum *Sempronius Longus Quintius consul erat* Voss. *Sempronius consul erat* Lov. 1. *Sempronius Quintus consul erat* Lov. 3. Mox *cum hermus*, pro *Thermus*, Voss. *Cerinus* Harl. *Tricinus* Hearnii L. 1.

Digitized by Google

4 runt. Tempsam item et Crotonem civium Romanorum coloniae deductae. Tempsanus ager de Brut-
5 tiis captus erat: Bruttii Graecos expulerant. Crotonem Graeci habebant. Triumviri Cn. Octavius, L. Aemilius Paullus, C. Plaetorius Crotonem; Tem-

Therinus Lov. 3. 5. et edd. ante Mediol. anni 1505. quae recte *Thermus* dedit. Id autem Minuciorum cognomen esse, docuit Torrent. ad Suet. Caes. 2.

§. 3. *D. Junius Brutus, M. Bebius Pamphilus, M. Helvius*] *Baebius Tamphilus*, ut supra. SIG. *Cl. Junius* Voss. Originem mendae v. ad 10, 24, 2. *C. Junius* Gaertn. *L. Junius* Lov. 6. Hinc *ind'* pro Baebii praenomine *M.* idem codex. V. ad 4, 52, 4. Tum *Thanfilus* Voss. *Tamphius* Lov. 1. et 6. Sed, *Tamphilus* legendum esse, vidimus ad 31, 49, 12. Cognomen perperam omittitur in Hearnii L. 1. Praeterea *M. Elvius* Voss. Lov. 2. et Gaertn. *M. Elinius* Lov. 6. *M. Helius* Lov. 1. et 3. De hoc *M. Helvio* se supra saepius dixisse, notavit Glarean. ad §. praec. V. ad 33, 21, 7. et 34, 10, 1. quibus locis *M. Aelium* vocandum censuit. Sed vide, quae ibidem notantur. Paullo ante *Sispontium* Voss. a m. 1. et Lov. 1. Deinde *Arpanorum* iidem codd. cum Lov. 4. 6. et Mead. 2. *Arpariorum* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *Aprinorum* Harl.

§. 4. *Tempsam item et Crotonem civium Romanorum coloniae deductae*] *Compsam* Lov. 3. 6. Harl. et Mead. 1. *Compersam* Gaertn. mox vero *Compsanus ager* Lov. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Tempsam, item Crotonem* omisso τοῦ *et*, Lov. 1. *Crotonam* Lov. 3. V. ad 1, 18, 2. *Cortonem* Voss. qui post hanc vocem, paullo post iterum repetitam, omnia media usque ad voces *Graeci habebant* omisit, ex eodem erroris fonte, quem supra ad §. 1. indicavi. Insuper *coloniae civium Romanorum deductae* Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *coloniae civium deductae* Harl. *coloniae civium reductae* Lov. 2. Mox *de Bruttiis erat captus* Lov. 1. 3. et 6. Tum *Graeci habuerunt*, pro *habebant*, cod. Mog.

§. 5. *Triumviri Cn. Octavius, L. Aemilius Paullus, C. Pletorius Crotonem*] *Tertioviri* Lov. 1. et 4. *Tresviri* Mead. 1. et Gaertn. Hinc *T. Octavius* Lov. 3. *G.* vel *C. Octavius* quaedam ex edd. antiquis. Male. Indicari enim videtur is Cn. Octavius, cujus libb. 28. 29. et 30. multiplex mentio facta est, et qui infra adhuc memoratur 35, 23, 5. *Titi* autem cognomen in gente Octavia usurpatum non reperitur, in qua contra *Cnaei* praenomen frequens fuit, quod passim abiit in *C.* V. ad 7, 3, 3. Deinde *C. Letorius* Lov. 2. et Mead. ambo. *C. Lectorius* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1535. in qua repositum est *C. Pletorius*, quod recentiores omnes servarunt, nisi quod Sigonius *C. Plaetorius* vulgarit: cui cur eum secuti obedire noluerint, nescio; quum tamen ea vera sit hujus nominis orthographia; quod ex variis nummis constat, in quibus M. PLAETORIVS. CESTIANVS, et L. PLAETORIVS. CESTIANVS memorantur. Plures etiam PLAE-

Digitized by Google

psam L. Cornelius Merula et C. Salonius deduxerunt. Prodigia quoque alia visa eo anno Romae sunt, alia 6 nunciata. In foro, et comitio, et Capitolio sanguinis guttae visae sunt: et terra aliquoties pluit: et caput Vulcani arsit. Nunciatum est, Nare amni lac 7

romii in marmoribus literatis obcurrunt. V. Indic. corporis Gruteriani, et Fabrett. in Inscript. p. 454. et 709. Ceterum, unam eamdemque gentem esse *Plaetoriam* et *Laetoriam*, et ab aliis hoc, ab aliis illo nomine adpellatam fuisse, existimat Ursin. ad Numm. Familiar. in gente *Plaetoria*, his argumentis; quod qui a Livio 2, 27, 6. *M. Laetorius* dicitur, a Valer. Max. 9, 3, 6. vocetur *M. Plaetorius*. Tum quod M. Plaetorius Rustianus, qui Scipionem in Hispaniam secutus est, in Mstis Hirtii de B. Afric. c. 96. modo *Plaetorius*, modo *Laetorius* nominetur. Denique quod leges ab hac familia latae modo *Plaetoriae*, modo *Laetoriae* dicantur. Sed male. Fuerunt enim gentes diversae *Laetoria* et *Plaetoria*, quarum illa hac antiquior fuisse dicitur. V. ad 2, 27, 6. Et quidem apud Val. Max. ex Livio *M. Laetorio* legendum esse, viri docti monuerunt. Apud Hirtium in omnibus Mstis constanter legitur *Plaetorio*; neque ipse Ursin. in notis ad eum, Mstos variasse, vel verbo monuit. Denique ex utraque gente orti leges Romae tulerunt, unde mirum non est, et *Laetorias*, et *Plaetorias leges* memorari. Saepe tamen utramque gentem a librariis, addita vel detracta litera, commutatam fuisse, vel hic locus indicio est. Voces *C. Plaetorius Crotonem; Tempsam L.* perperam omittuntur in Harl.

Tempsam L. Cornelius Merula deduxerunt] Archetypa *L. Cornelius Merula et C. Salonius*. Nihilominus tertius colleg a intercidit. GELEN. Desideratur nomen tertii triumviri. SIGON. Voces *et C. Salonius*, quas Frob. anno 1535. ex menie Gelenii recepit, in omnibus meis codd. desiderantur. [etiam in Bamb. qui *Merulaque* exhibet.]

§. 6. *Et terra aliquoties pluit*] *terram* Lov. 2. 3. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 3, 10, 6. Tum *pluvit* Mead. 1. Lov. 5. [Bamb.] et multae edd. antiquae. V. ad 1, 31, 1. et mox ad §. 8. Paullo ante *alia renunciata* Gaertn. sed sufficit *nunciata*, quod reliqui tuentur, et in hac re verbum sollemne est. V. 21, 62. 22, 1. 26, 23. 27, 37. 29, 14. 30, 38. et saepius.

§. 7. *Nunciatum est, Interamnae lac fluxisse*] Pal. prior *Narteam in lac fluxisse*.. Alter, *in arce Arimini lac fluxisse*. GEBH. *Maceani lac fluxisse* Harl. *Marceam in lac fluxisse* Lovel. 1. *Narneam lac fluxisse* Lov. 2. et 6. *Narceam lac fluxisse* Voss. *Narteam in lac fluxisse* Thuan. unde Cl. Gronov. in Diss. epist. ad loca Geogr. Livii Ep. 4. p. 36. optime scribendum vidit *Nare amni lac fluxisse*. Et eo ducunt reliquorum codd. vestigia. *Narneam in hac fluxisse* Hearnii L. 1. *Narie ãni lac fluxisse* Gaertn. *Nãte amni lac fluxisse* Lov. 3. in contextu. *Varra amni* inter versus. *Narre amni lac fluxisse* Mead. 1. *Narte amni lac fluxisse*, Lov. 4. et Mead. 2. Quum igitur vulgata editionum

Digitized by Google

fluxisse: pueros ingenuos Arimini sine oculis ac naso; et in Piceno agro non manus, non pedes habentem natum. ea prodigia ex pontificum decreto
8 procurata. Et sacrificium novemdiale factum, quod Hadriani nunciaverant, in agro suo lapidibus pluisse.
1 XLVI. In Gallia L. Valerius Flaccus proconsul circa

lectio in unico tantum Lov. 5. apud me supersit, Gronovii certissimam conjecturam in contextum admittere non dubitavi. [Post *Nunciatum est* vacuum spatium relinquit, et pro *amni*, *anni* legit Bamb.] Ante Aldum edebatur *fluxisse lac*; is autem ordinem invertit ex cod. Mog. omnibus nostris adstipulantibus praeter solum iterum Lov. 5.

Pueros ingenuos Arimini sine oculis ac naso; et in Piceno agro] *pueros inde geminos* Gaertn. quae lectio forte habebit, quibus placitura est: praesertim qui existimabunt, vocem *ingenuos* rectius omitti potuisse, quum aeque prodigium fuisset, licet non ingenuus exstitisset. Verum reliqui nihil mutant: unde vulgatum servandum puto. Saepe enim distinguitur in hujusmodi prodigiis, utrum acciderint circa ingenuos, an ancilla natos. Supra 21, 62, 2. *Ingenuum infantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse.* Jul. Obseq. de Prodig. c. 100. *Gemini ex muliere ingenua nati: puella integris omnibus membris: puer a parte priore alvo aperto.* c. 104. *Puer ingenuus Ariciae flamma comprehensus, nec ambustus.* Contra prodigia circa *pueros ex ancilla natos* memorantur ibid. c. 84. 112. et 113. Similiter inter prodigia refertur, *duos liberos homines exanimatos* 37, 3, 3. Tum *sine oculis et sine naso* Lov. 1. V. ad 6, 28, 6. Mox *non pedes, non manus habentem* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *non pedem, non manus habentem* Harl. *Tà non pedes* desunt in Lov. 1.

§. 8. *Procurata, et sacrificium novemdiale factum; quod Adriani nunciaverant*] Ex vulgata distinctione sequi videtur, non tantum modo memorata prodigia procurata, sed et sacrificium novemdiale factum esse ex decreto pontificum; quum tamen ad novemdiale sacrum suscipiendum pontificum decretum non requisitum fuerit, ut vidimus ad 27, 37, 4. Mutata igitur interpunctione lego: *ea prodigia ex pontificum decreto procurata. Et sacrificium novemdiale factum, quod* etc. Scripsi etiam *Hadriani.* V. ad 24, 10, 10. In antiquissimis omnibus, quas vidi, edd. eodem modo interpunctum, et adspirationem additam vidi. Praeterea *nunciarant* Lov. 5. *nunciaverat* Voss. *nunciaverunt* Harl. et Gaertn. Tum *pluvisse* Lov. 4. 5. Mead. ambo, [Bamb.] et fere omnes priscae edd. Vide ad §. 6.

§. 1. *Dorulaco duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis conlatis depugnavit*] Pal. prior *Durulato*. alter *Dorulato*. Amplius iidem *transgressi erant, circa Medio-*

Digitized by Google

circa Mediolanum cum Gallis Insubribus, et Bojis, qui Dorulaco duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis conlatis depugnavit. decem millia hostium sunt caesa. Per eos dies collega ejus 2
M. Porcius Cato ex Hispania triumphavit. tulit in eo triumpho argenti infecti viginti quinque millia pondo, bigati centum viginti tria millia, Oscensis quin-

lanum signis collatis depugnavit. quamquam prior *expugnavit.* GEBH. *Dorulato* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. [Bamb.] *Durulato* ejusdem Hearnii N. *Drulaco* Lov. 1. *Domulato* Gaertn. Deinde voces *circa Mediolanum*, Palatinis Gebhardi adsentientes, agnoscunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] Verum perperam ex verbis superioribus repetita sunt, ubi vicissim desunt in Harl. Sed ibi locum mutant in Lov. 2. qui legit *In Gallia circa Mediolanum L. Valerius* etc. Insuper vocem *Flaccus*, quam ex cod. suo adsciverunt Moguntini, non tantum ignorant priores edd. sed etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] Tum *consul* ἀντὶ τοῦ *proconsul* Lov. 2.

§. 2. *Collega ejus M. Porcius Cato ex Hispania triumphavit. tulit in eo triumpho*] Duas priores voces Aldus primus ex cod. Mog. addidit. Easdem agnoscunt omnes nostri Msti, solo Lov. 5. excepto. Praenomen Catonis *M.* deest in Lov. 3. Tum *ex Hispanis triumphavit. tulit eo triumpho* Harl.

Viginti quinque millia pondo, bigati CXXIII millia, Oscensis auri DXL pondo. Militibus CCCC millia ex praeda divisit] Rectius manuscripti codices. nempe sic: *bigati CXXIII millia, Oscensis DXL, auri pondo MCCCC. Militibus ex praeda.* GELEN. Totum hunc locum exscripsi, quia tantopere abhorret ab ejus scriptura Longobardicus codex, in quo disertim ita legitur: *tulit in eo triumpho argenti infecti viginti quinque millia pondo, bigati centum viginti tria millia, Oscensis auri quingenta quadraginta pondo. militibus quadringenta millia ex praeda divisit, in singulos ducentos septuagenos aeris, triplex equiti.* MOD. Pall. *tulit in eo triumpho argenti infecti viginti quinque millia, auri pondo mille quadringentos militibus divisit, in singulos ducenos septuagenos aeris, triplex equiti.* GEBH. *viginti quinque millia auri pondo mille quadringentos militibus* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. 2. [Bamb.] Reliqui codd. nostri in paucis tantum apicibus ab his dissentiunt. nam *XV millia* habet Lov. 6. *et auri pondo* Mead. 1. *pondo auri* Lov. 3. hinc *mille quadringenta* Gaertn. Lov. 3. et Harl. *mille quadringentos* Mead. 1. *XXV millia, auri mille pondo, CCCC millia militibus* Hearnii L. 1. et N. *viginti quinque millia pondo: auri mille pondo. quadringenta millia militibus* Lov. 5. et primae edd. usque ad Aldum, qui lectionem ad initium notae Gelenii descriptam recepit; Fro-

genta quadraginta: auri pondo mille quadringenta.
3 Militibus ex praeda divisit in singulos, ducenos septuagenos aeris, triplex equiti. Ti. Sempronius consul, in provinciam profectus, in Bojorum primum
4 agrum legiones duxit. Bojorix tum regulus eorum, cum duobus fratribus tota gente concitata ad rebel-

beniana vero anni 1535. Gelenii emendationem: quam reliqui omnes servarunt, et taciti probarunt, praeter Cl. Crevier. qui in numero Oscensis argenti vitium esse putat; si enim simpliciter *quingenta quadraginta*, scilicet *pondo*, sumatur, numerum perexiguum esse; at, si intelligas *millia pondo*, inmanem. Verum, quemadmodum ad praecedens *argentum bigatum* subintelligitur vox *nummus*, ita etiam nunc ad *Oscense*, non *pondo*, vel *millia pondo*, quod posterius tamen etiam Doujatio placuit, sed *millia nummûm* intelligi existimo. Plenum itaque foret, *bigati argenti centum viginti tria millia nummûm, Oscensis argenti quingenta quadraginta millia nummûm*. V. supra hoc lib. ad c. 10, 4. Insuper voces *ex praeda*, quas ignorant primae edd. sed demum Aldus addidit, et servat cod. Mog. desunt in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.]

§. 3. *In singulos, ducenos septuagenos aeris, triplex equiti*] Videtur excidisse *duplex centurioni*. J. FR. GRON. Pro portione stipendiorum scilicet. Conjectura confirmari potest ex 33, 23, 7. 34, 52, 11. 36, 40, 13. 37, 59, 6. 45, 40, 5. et 43, 7. DUK. V. etiam Cl. Dukerum ad 10, 46, 15. Facile haec verba excidere potuisse, constat ex codd. infra 37, 59, 6. quorum quidam ita legunt *duplex equiti*, pro *duplex centurioni, triplex equiti*. Ceterum *ducentos septuagenos* Lov. 3. et cod. Mog. sed male. V. ad 32, 28, 11. Mox *in Bojorum agrum primum* Lov. 2. *in Bojorum primum agros* Lov. 6. quod probabunt, quibus trium vocum in *um* desinentium concursus displicet. Ab eo tamen Livium non semper religiose sibi cavisse, vidimus ad 26, 46, 6. *Bojorum agrum* autem, ut *ager hostium* supra c. 26, 9.

§. 4. *Bojorum res tum regulus eorum*] Msti codices *Bojorix*, non *Bojorum res*. GELEN. Idem dico de hoc loco, [quod dixi de alio cap. praec. §. 2.] nam quis ita loquitur, *Bojorum res tum regulus eorum castra posuit*? Quidam *Bojorix*, pro *Bojorum res*, restituerunt. GLAR. *Bojorum res*, quod in nullo cod. obvium fuit, primum inveni in Mediol. ed. anni 1480. hinc in Tarvis. utraque, variis Venetis, aliisque fere sequentibus ante Frob. anni 1535. quae Gelenii emendationem dedit. *Bojorum rex* est in ed. Parm. quod habent etiam ex scriptis Lov. 5. 6. et Harl. insuper, teste Hearnio, ed. Rom. princeps. at *Bojores* Lov. 2. *Bojorex*, vel *Bojo rex* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. V. ad Epit. Liv. 67. Praeterea *cum regulis eorum* Harl. et Lov. 6. [*Boiorix rex tum regulus* Bamb.]

Castra locis apertis posuit] Rectius MSS. codices *locis ido-*

Digitized by Google

landum, castra locis apertis posuit: ut adpareret dimicaturos, si hostis fines intrasset. Consul ubi, 5 quantae copiae, quanta fiducia esset hosti, sensit, nuncium ad collegam mittit, *ut, si videretur ei, maturaret venire. se tergiversando in adventum ejus rem extracturum.* Quae caussa consuli cunctandi, 6

neis, non *locis apertis*. GELEN. Pall. et ant. ed. *locis apertis*. GEBH. Haec satis sunt perplexa. Non enim is solet dici castra locis idoneis posuisse, qui, fidens militi suo, campum aequum planumque deligit castris, commodumque explicandis ordinibus; sed potius, qui impeditis se tenet confragosisque, unde nec invitus expelli, nec hostis facile accedere potest. 25, 26, 2. *Trinis castris per idonea dispositis loca*, non ad dimicandum, sed ut obsidere ex iis diu hostem posset. 7, 25, 13. *Locum idoneum stativis delegit*. Quid tamen, si τὸ *idoneis* defendatur a libris antiquis? Ego vero testor, in membr. Thuan. perspicue haberi *castra locis apertis posuit*. Quo nihil convenientius. 1, 33, 4. *Castris in aperto positis, aliquoties Latinus exercitus cum Romanis signa contulerat*. 36, 17, 10. *Ne castra quidem in aperto ponere*. JAC. GRON. *locis idoneis*, quod ex emendatione Gelenii Froben. anno 1535. recepit, solus firmat cod. Mogunt. Contra *locis aptis*, vel *apertis*, ut ante Froben. edebatur, servant Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victorin. *locis aptis* Lov. 3. neglecta lineola, quae per caudam τοῦ *p* in quibusdam trajiciebatur: quae et alibi caussa fuit, cur perperam voces *apertus* et *aptus* in Msfis confundantur. V. ad 1, 34, 8. et 31, 22, 8. Incidit etiam suspicio, ex depravatae hujus lectionis glossemate forte natum esse Moguntini *idoneis*; quod, Crevierium imitatus, partim tot codicum conspirante consensu, partim Gronovii rationibus permotus, ejiciendum, atque alterum *apertis* recipiendum putavi. Supra 22, 4, 3. *Ibi castra in aperto locat*. 23, 46, 10. *Coacti sunt egredi portis, et castra ante urbem in aperto communire*. 38, 3, 10. *Apertos circa campos ad dimicandum esse*. c. 41, 1. *Extra saltum circa templum Bendidium castra loco aperto posuit*.

Si hostis fines intrasset] MS. *si esset hostis*. MOD. *si hostis intrasset*, una voce perperam omissa, Mead. 2. *si hosti fines intrasset* Gaertn. Sed litera finalis *s* vocis *hostis* elisa est ab initiali *f* vocis sequentis. V. ad 4, 33, 11. Ceterum Modius hic perperam notat, cod. Mog. praeferre *si esset hostis*. Nam, infra demum §. seq. ubi vulgo editur *quanta fiducia esset hosti*, in membranis illis legi *quanta fiducia hostis esset*, earum excerpta opera Moguntinorum typis descripta docent. Nostri ibi nihil mutant, nisi quod *hosti* desit in Lov. 5. Insuper *Consul quantae copiae*, omissa vocula *ubi*, idem cod. Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Consul ubi copiae quantae* Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Praeterea *nunciatum*

Digitized by Google

eadem Gallis (praeterquam quod cunctatio hostium animos faciebat) rei maturandae erat, ut, priusquam conjungerentur consulum copiae, rem transigerent.
7 per biduum tamen nihil aliud, quam steterunt parati ad pugnandum, si quis contra egrederetur: tertio subiere ad vallum, castraque ab omni simul parte
8 adgressi sunt. Consul extemplo arma capere milites jussit, armatos inde paullisper continuit: ut et stolidam fiduciam hosti augeret, et disponeret copias,
9 quibus quaeque portis erumperent. Duae legiones

ad collegam mittit, pro *nuncium*, male Lov. 3. V. ad 38, 1, 4. [*in* ante *adventum* non est in Bamb.]

§. 6. *Cunctatio hostium animos faciebat*] *hostibus* Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed *cunctatio hostium* est Romanorum, qui erant hostes Gallorum. Paullo ante *eandem Gallis* Lov. 1. *tandem Gallis* Harl.

§. 7. *Steterunt parati ad pugnam*] MS. *parati ad pugnandum*. MOD. Hanc Msti Mog. lectionem Gronov. anno 1665. in contextum admisit. Alterum in codd. nostris [Bamb.] supereſt; nisi quod forte Voſſ. ex quo nihil in excerptis adnotatum vidi, Moguntino concinat. Mox *si qui contra egrederentur* edd. antt. pro quo Froben. anno 1535. id substituit, quod nunc vulgo editur. Cum eo autem faciunt omnes nostri.

Tertio vi subiere ad vallum] *vi* redundat. GELEN. Vetus lectio, *tertio vi subiere ad vallum*. Mutavit Gelenius, haud scio, an volente Livio. J. FR. GRON. Lectionem, quae Gelenio displicuit, Gronov. recepit, et in pr. ed. notarum, non tantum vindicare, sed et quibusdam exemplis inlustrare conatus est; praesertim autem illo ex 3, 23, 4. *Vi numquam eo subiri potuit*. Nihilominus vocem *vi* iterum abesse jussi, quoniam eam in nullo meorum codicum inveni, ut nec in edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. aberat etiam a cod. Victorino Crevierii, cui similiter supervacua videbatur. Si tamen, qui primi vocem addidere, eam in Msto invenerint, lectio inde nata videri posset, quod olim per notam numeralem scriptum fuerit *III subiere*, quod in margine expositum erat *tertio*. Hinc, *III* mutato in *VI*, et utraque lectione juncta, factum est *tertio vi subiere*. Pari errore *castra vi cepisti* mutatum in *castra III*, vel *tria*. V. ad 7, 40, 6. Similiter notae numerales *III* et *VI* commutantur. V. ad 10, 1, 1. Si quid tamen mutandum, legerem *tertio die subiere*: quod tamen necesse non est. Praeterea *subire* Lovel. 3. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. [*simul ab omni parte* Bamb.]

§. 8. *Extemplo arma capere milites jussit. armatos inde paullisper continuit*] *arma extemplo capere milites jussit* Voſſ. Lov.

Digitized by Google

duabus principalibus portis signa efferre jussae. sed in ipso exitu ita conferti obstitere Galli, ut claderent viam. Diu in angustiis pugnatum est. nec dex- 10
tris magis gladiisque gerebatur res, quam scutis corporibusque ipsis obniti urgebant; Romani, ut si- 11
gna foras efferrent; Galli, ut aut ipsi in castra penetrarent, aut exire Romanos prohiberent. nec ante 12
in hanc aut illam partem moveri acies potuerunt, quam Q. Victorius primi pili centurio, et C. Atinius tribunus militum, quartae hic, ille secundae legio-

1. 3. 4. 5. Mead. 2. [Bamb.] et edd. ante Aldum. *arma extemplo milites capere jussit* Mead. 1. *arma extemplo capere jussit* Lov. 2. 6. et Harl. Tum *paullisper inde* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et typis descripti ante Aldum, qui ordinem ex cod. Mog. mutavit. In sequentibus copulativam *et* resecant Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. quam intercesserunt ultimae literae praecedentis vocis *augeret*. V. ad 35, 41, 7.

§. 9. *Sed in ipso exitu ita conferti obstitere Galli*] Primam vocalem non agnoscunt Voss. et Lov. 1. et 6. quorum duo ultimi simul pro *jussae* praeferunt *jussisset*; cui voci illud *sed*, vel, ut etiam scribi solet, *set* inest. Eorum autem postremus insuper verba praecedentia ita exhibet: *Cum duas legiones duabus principalibus portis signa efferre jussisset*. Tum *ira conferti* Voss. sollemni scribarum errore. V. ad 24, 16, 1. *ita confecti* Gaertn. V. ad 21, 59, 4. Hinc *stetere Galli* Lov. 5. et primae edd. pro quo Mediol. anno 1505. et mox Ascens. anno 1513. dederunt *obstitere*. Mox §. seq. *dextris magis gladiis* Lov. 5. et 6. a m. 1. cum edd. antt. usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. dedit *gladiisque*, concinentibus reliquis meis.

§. 11. *Aut ipsi in castra penetrarent*] Pall. *aut in castra ipsi penetrarent*. GEBH. Similiter Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Paullo ante *foris efferrent* Lov. 3. 6. et Harl.

§. 12. *Q. Victorius primi pili centurio, et C. Atinius tribunus militum*] Vet. lib. *Fictorius*. SIG. Libri omnes *Q. Fictorius*. GEBH. Non aliter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. *Victorius* Mog. ex cod. suo ediderunt, quomodo tamen ante eos pariter ediderant Veneti anno 1498. *Fictorii* non nisi in inscriptionibus obcurrunt: at *Victorii* tum ibidem, tum apud scriptores antiquos memorantur. [*quam que Victorius* Bamb.] Hinc vox *pili* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertn. Tum *et C. Actinius* Voss. *et T. Atinius* Harl. *et C. Atturius* Lov. 6. *et Cornelius Attinius* Lov. 3. [*et C. Antonius* Bamb.] *et C. Attinius* cod. Mog. cum ed. Parm. Sed unico *t* passim hoc nomen *Atinius* scribitur. V. ad Epit. Liv. 2. et ad 2, 36, 2. Deinde voces

Digitized by Google

nis, (rem in asperis proeliis saepe tentatam) signa
13 ademta signiferis in hostes injecerunt. dum repetunt
enise signum, priores secundani se porta ejecere.
1 XLVII. Jam hi extra vallum pugnabant, quarta
legione in porta haerente, quum alius tumultus ex
aversa parte castrorum est exortus. in portam quae-
2 storiam inruperant Galli: resistentesque pertinacius

tribunus militum Aldus addidit ex cod. Mog. Desunt autem non tantum in prioribus edd. sed et in omnibus scriptis nostris.

Signa ademta signiferis in hostes injecerunt] Libri omnes *in hostes jecerunt*. GEBH. Ita, praeter Lov. 1. et 3. (quorum prior *injecerunt*, posterior *projecerunt* exhibent) omnes scripti nostri, [Bamb.] et edd. principes. Aldus deinde ex cod. Mog. dedit *injecerunt*, eaque lectio obtinuit usque ad Gronov. qui in priori ed. not. monuit, se cum scriptis refecisse *in hostes jecerunt*, laudato etiam loco ex Livii 3, 70, 10. Postea quidem in secundis curis hanc emendationem omisit, non tamen sententiam mutavit. Lectionem enim a se mutatam servavit, et eamdem iterum adstruxit infra ad 41, 4, 2. Eam si quis praeferendam ducat, per me licet; quum Livius saepius *injicere alicui*, quam *in aliquem*, dicere soleat. Sciat tamen, Livium pariter dixisse *inmittere in hostes*. V. ad 9, 4, 10. et cum plerumque verbis cum praepositione *in* compositis eamdem in regimine addere amasse. V. ad Praefat. §. 11. unde nec temere cod. Mog. auctoritatem spernendam puto. Paullo ante *τὸ saepe* deest in Lov. 2.

§. 13. *Priores secundani se porta ejecere*] *secundam* Lov. 3. et ed. Rom. anni 1472. *secundariae* Harl. *secundarii* Lov. 6. et Mead. 2. Male. Supra c. 15, 8. *Secundani terga hostium caedunt*. 41, 3, 7. *Si castra, metu secundanorum amissa, sua virtute recipiant*. Ita passim *tertiani*, *quartani*, *quintani*, *quintadecimani* sunt tertiae, quartae, quintae, quintadecimae legionis vel cohortis milites. Deinde *se porta ejecere* Lov. 1. *se porte jecere* reliqui; quod pro *portaejecere* positum est; nam simplex litera pro diphthongo passim in MSis exaratur. Id autem dispescendum in *porta ejecere*, ut recte vulgo editur. [*ejecerunt* Bamb. qui *enise* omittit.]

§. 1. *Quum alius tumultus ab adversa parte castrorum est exortus*] Sic jam apud Curionem reperio: sed MSS. et Andreas: *ex adversa parte*. Scribe haud dubie: *ex aversa parte castrorum*: ut Moguntiae editum: immo passim post Tarvis. Illic enim porta quaestoria. 10, (32, 8.) *Et ab tergo castrorum porta decumana impetus factus, itaque captum quaestorium*. 31, (42, 6.) *Omnes repente relictis stationibus per aversam partem castrorum ad castra Athamanum perfugiunt*. Vellejus Paterculus 2. (63.) de Antonio: *Per aversa castrorum proruto vallo a militibus est receptus*. Eadem dicit *aversa castra* noster 22, (24,

Digitized by Google

occiderant L. Postumium quaestorem, cui Tympano fuit cognomen, et M. Atinium, et T. Sempronium, praefectos sociùm, et ducentos ferme milites. Ca- 3
pta ab ea parte castra erant, donec cohors extraordinaria, missa a consule ad tuendam quaestoriam portam, et eos, qui intra vallum erant, partim occidit, partim expulit castris, et inrumpentibus obstitit.

8. *Simul et per aversa castra equitatus, cum levi armatura emissus in frumentatores, late caedem fugamque hostium palatorum fecit.* Aversam portam intelligit. 24, [17, 3.] *Claudium Neronem cum robore equitum silentio noctis per aversam maxime ab hoste portam emittit.* 26, [40, 11.] *Per aversam portam emissus, adsumpto comite Epicyde, cum paucis ad mare pervenit.* Etiam Lipsium video dubitasse [5. de Milit. Rom. 3.] principe loco *aversa*, an *diversa*, mallet. J. FR. GRONOV *aversa*, non *adversa*, nec *diversa*, hic legendum esse, evincit locus Tacit. 1. Ann. 66. ipsi Lipsio citatus. *Tanta inde consternatio irrupisse Germanos credentium, ut cuncti ruerent ad portas, quarum decumana maxime petebatur, aversa hosti, et fugientibus tutior.* DUK. Non Curio, sed Vascos. primus *ab adversa parte* edidit; quum Proben. anno 1535. et Basileenses quadriennio post *ab aversa*, iis priores *ex aversa* vulgassent: quibuscum faciunt Lov. 4. Harl. et Mead. uterque. *ex versa parte* habent Voss. et Lov. 1. *ex adversa* Lov. 2. 3. 5. 6. et Gaertn. *ex*, ut 31, 40, 7. *Tot bella repente alia ex aliis locis exorta.* Solent autem *aversus* et *adversus* saepe in Mssis confundi. V. ad 2, 31, 6. Sed recte Gronov. hic *aversa* vindicavit. Ita *aversa pars urbis* supra 4, 22, 4. ubi plura vide. *Tò est* exsulat a Voss.

In portam quaestoriam inruperant Galli] Lipsius 5. de milit. Rom. 3. ipse sibi nodum nectit de situ *quaestorii*. Ostendit ex hoc loco, ex 10, 32, et 40, 27. *quaestorium* non longe a porta decumana, quae in aversa parte castrorum erat, et a propinquo quaestorio etiam quaestoria vocabatur, abfuisse. Sed quia putat ex Polybio intelligi, *quaestorium* praetorio vicinum fuisse, situm illius ante Polybii aetatem mutatum, et quaestorium ad latus praetorii translatum credit. Refellit illius sententiam, et quaestorium etiam post Polybii tempora ad portam decumanam fuisse, docet Schelius in notis ad Polybium in extremo. Adde ejusdem formam castrorum Romanorum in fine dissertationum ad Polybium. DUK. *eruperant* Gaertn. *irrumpunt* Lov. 6. *irruperunt* Lov. 1. 2. 3. et Voss.

§. 2. *Resistentesque pertinacius occiderant L. Postumium quaestorem, cui Tympano fuit cognomen*] *resistentiusque pertinaciter* Mead. 2. *resistentes pertinacius* Lov. 3. et Gaertn. Tum Postumii praenomen *L.* deest in Hearnii L. 1. Vox etiam *quaestorem* exsulat a Voss. ejus loco *praetorem* legit Lov. 3. in con-

Digitized by Google

4 Eodem fere tempore et quarta legio cum duabus extraordinariis cohortibus porta erupit. ita simul tria proelia circa castra locis distantibus erant: clamoresque dissoni ad incertos suorum eventus a praesen-
5 ti certamine animos pugnantium avertebant. Usque ad meridiem aequis viribus, ac prope pari spe, pugnatum est. labor et aestus mollia et fluida corpora

textu. Hinc cui *Tyranno fuit cognomen* Voss. et Lov. 1. ac 3. *cui Tyrampno fuit cognomen* Mead. 1. V. ad 39, 23, 2. Mox *M. Autonium* Voss. et Lov. 3. in margine, qui *M. Antinum* habet in contextu. *M. Antinium* Hearnii L. 1. *M. Autinium* Lov. 1. *M. Autunium* Lov. 6. *M. Attinium* Lov. 2. et Gaertn. Sed v. ad cap. praec. §. 12. Insuper Sempronii praenomen, quod ex cod. suo addiderunt Mog. non comparet in ullo nostrorum codd. nec in Hearnii L. 1. [Bamb.] aut ulla priorum edd. Tandem *tò sociùm* neglexit Lov. 6.

§. 4. *Eodem fere tempore et quarta legio* etc. *porta erupit*] *Eodem ferme* Lov. 6. V. ad 37, 38, 5. *Eodem forte* Lov. 3. et Hearnii L. 1. Solent hae voces passim a librariis confundi in membranis. Exempla v. ad 10, 45, 3. 27, 4. 5. 36, 7, 1. c. 14, 1. 37, 34, 1. c. 46, 1. et alibi. [*ordinariis cohortibus* Bamb.] Tum *porte irrupit* Voss. Lov. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *porte irrupuit* Lov. 1. *porte erupit* Lov. 2. Mox *ista simul tria proelia* Lov. 1. 2. 3. et 4. *ista tria simul proelia* Lov. 6. Eaedem voculae etiam supra commutabantur ad 9, 3, 12. *ita tria simul proelia*, Harl. [*praesenti*, sine *a*, Bamb.] Deinde *avertebant animos pugnantium* Lov. 4. et Mead. ambo, *averterat animos pugnantium* Harl. *averterant animos pugnantium* Lov. 2. *animos pugnantium advertebant* Voss. Solent *tà avertere* et *advertere* innumeris locis confundi. V. ad 6, 23, 8. ex quo loco etiam constat, hic nihil mutandum esse.

§. 5. *Labor et aestus mollia et fluida corpora Gallorum*] Ab Andrea usque ad Frobenium *emollida* editum invenio; ut et scripti, nisi quod quidam *molida*. Forte *seminuda et fluida corpora Gallorum*. V. 38, [21.] J. FR. GRON. Vix credo *mollidus* et *emollidus* auctoritate probatorum auctorum linguae Latinae niti. *seminuda* non longissime abest ab *emollida*, si in capite repetatur ultima litera vocis praecedentis, et confirmatur ex Polyb. 3, 114. et Liv. 22, 46, 6. Mihi tamen *mollia* propius videtur accedere ad *mollida*, *emollida*, et, quod in uno Hearniano est, *molia*, atque etiam melius respondere substantivo *labor*, quam *seminuda*. *Mollia corpora* sunt corpora non patientia laboris; *fluida*, non patientia aestus, eoque statim in sudorem euntia: qualia Gallis tribuit Liv. 10, 28, 4. *Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laborum atque aestus fluere*. 22, 2, 4. *Cogere agmen, maxime Gallos, si taedio laboris longaeque viae, ut est mollis ad talia gens, dila-*

Digitized by Google

Gallorum, et minime patientia sitis, quum decedere pugna coëgisset, in paucos restantes inpetum Romani fecerunt, fusosque compulerunt in castra. Signum inde receptui a consule datum est; ad quod pars major receperunt sese; pars, certaminis studio et spe potiundi castris hostium, perstitit ad vallum. Eorum paucitate contemta, Galli universi ex castris

6

7

berentur aut subsisterent, cohibentem. Et 38, 17, 7. de iisdem: *Fluunt sudore et lassitudine membra, labant arma; mollia corpora, molles, ubi ira consedit, animos sol, pulvis, sitis, ut ferrum non admoveas, prosternunt.* Contraria significatione *duri homines* et *dura corpora* dicuntur. DUK. *molia* Hearnii L. 1. *molida* Voss. *mollida* Lov. 4. *emollida* Lov. 5. *insolita* Lov. 1. Sed recte vulgatum adversus Gronov. vindicat et inlustrat Dukerus. Id etiam in Victor. suo invenit Crevierius, et adversus Gronov. tuetur. Deinde *flumida* Voss. *flavida* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. utereque, Gaertn. et edd. Campani, Rom. anni 1472. ac Parm. *mollia corpora Gallorum et fluida* Lov. 3. Paullo ante *id est* non adparet in Harl.

Decedere pugna] Hoc rarius inveniri puto, quam *excedere pugna*, *acie*, *proelio*, quae nusquam non leguntur. V. Liv. 2, 19, 9. 4, 28, 8. 21, 57, 8. Caes. 3. B. G. 4. Curt. 4, 15. Et cum praepositione *ex acie* Liv. 2, 19, 5. Caes. l. d. Item *cedere ex acie* Liv. 2, 47, 2. 7, 24, 3. Etiam *cedere proelio* dicit Justin. 18, 1. *Sed Romanos vincentes jam invisitata ante elephantorum forma stupere primo, mox cedere proelio coëgit.* Hoc defendi potest iis, quae J. Fr. Gronovius ad Livii 2, 10, 5. adnotat. Suspicor tamen, ibi *ex* a praecedente *mox* interceptum, et *excedere proelio* legendum esse. DUK. Vide num *decedere pugna* inlustrari possit ex illis, quae de locutionibus *decedere jure*, *officio*, *fide*, *praesidio*, *agro sociorum*, *provincia*, *Thracia* dicta sunt ad 3, 34, 8. et 4, 29, 5. Ita *decedere finibus* 42, 25, 12. *Denunciasse sibi, ut triduo regni sui decederent finibus.* codd. nihil mutant.

§. 6. *Spe potiundi castris hostium, perstitit ad vallum*] Manuscriptus *spe potiundi castris hostium circa vallum morata est.* MOD. Nostri nihil mutant, nisi quod *spe* perperam desit in Lov. 1. *potiendi* legat Voss. *praestitit* Lov. 5. Paullo ante *recepit sese* Lov. 3. cujus librario displicuisse videtur, vel conlectivum *pars* cum plurali construi, vel nunc ei plurale, postea singulare jungi. Verum quum Livius eidem conlectivo semel posito prius singulare, mox plurale addiderit, ut vidimus ad 4, 16, 8. mirum videri nequit, eidem bis repetito modo plurale, modo singulare jungi. Quin et ipsa haec varietas stilum Livii optime redolet. [*ab consule* Bamb.]

§. 7. *Galli universi ex castris erumpunt*] MS. *Galli diversi ex castris erumpunt.* ut pluribus castrorum portis eruperint et regionum diversarum. MOD. *Galli*

Digitized by Google

eruperunt: fusi inde Romani, quae imperio consulis noluerant, suo pavore ac terrore castra repetunt. ita varia hinc atque illinc nunc fuga, nunc victoria
8 fuit. Gallorum tamen ad undecim millia, Romanorum quinque millia, sunt occisa. Galli recepere in intima finium sese.

1 XLVIII. Consul Placentiam legiones duxit. Scipionem alii, conjuncto exercitu cum collega, per

universi omnes nostri, nisi quod posterior vox desit in Lov. 5. et edd. Camp. et Rom. anni 1472. Tum *e castris* Harl. Insuper *eripuerunt* Mead. 1. *erupuerunt* Lov. 4. *eruperunt* cod. Mog. Voss. Lov. 2. Mead. 2. et Gaertn. quod recepi.

Fusi inde Romani, et qui imperio consulis parere noluerant] Vetus lectio: *Romani, quae imperio consulis noluerant, suo pavore.* GELEN. Priscarum edd. lectionem, a Gelenio damnatam, solus servat Lov. 5. neque inde discedunt Lov. 4. 6. Harl. et Mead. 2. nisi quod particulam *et* ignorent. *Romani, qui imperio consulis noluerant* Voss. Lov. 1. 2. et Mead. 1. [Bamb.] Non aliter etiam Lovel. 3. et Gaertn. praeterquam quod ille *noluerunt*, hic *voluerunt* praeferant. Mox *ac hostium terrore* Harl. *suo terrore ac pavore* Gaertn.

Nunc victoria, nunc fuga fuit] MS. ordine inverso *nunc fuga, nunc victoria fuit.* MOD. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Quamvis autem nihil intersit, scriptorum tamen lectionem recipere malui. Mox §. seq. *sunt caesa* Harl. V. ad 27, 42, 7. Deinde *recepere in ultima finium* Lov. 2. *receperunt in intima finium* Lov. 3. V. ad 36, 9, 12.

§. 1. *Bojorum Ligurumque agros populatum esse*] Mssus *per Bojorum Ligurumque agros populatum esse.* MOD. Vet. ed. nec non Pal. alter *per Bojorum agros populantem isse.* Prior vero, *per Bojorum agros populantem ipse; quo aggredi silvae paludesque passes inscribunt.* GEBH. Scripti *cum collega per Bojorum Ligurumque agros populantem isse.* Et hoc Livii fuisse judico. 2, [63, 7.] *Sabini usque ad portas urbis populantes incessere.* 3, [3, 10.] *Consul quum aliquoties per omnem hostium agrum populabundus isset.* 25, [14, 11.] *Et alia ingens praeda fuit, quam Hanno, populabundus passim quum isset, ex sociorum populi Romani agris traxerat.* Nec aliter priscae editiones, nisi quod *Ligurumque* ex Mog. adjectum. In Gryphio et Curione primis reperio vulgatum. J. FR. GRON. Primae edd. legunt *per Bojorum agros populantem isse.* et ita praeferunt omnes codd. nostri, nisi quod *populantem ipse* sit perperam in Lov. 1. *populantes isse* in Harl. quasi jungendum foret *Scipionem cum collega populantes*, quum potius *ea cum collega* referenda sint ad proxime praecedentia *conjuncto exercitu cum collega.* Moguntini igitur monuerunt, se in cod. suo

Digitized by Google

Bojorum Ligurumque agros populantem isse, quoad progredi silvae paludesque passae sint, scribunt: alii, nulla memorabili re gesta, comitiorum caussa rediisse Romam. Eodem hoc anno T. Quinctius Elatiae, quo in hiberna reduxerat copias, totum hiemis tempus jure dicundo consumsit, mutandisque iis, quae aut ipsius Philippi, aut praefectorum ejus licentia in civitatibus facta erant, quum, suae factio-

inveniſſe *per Bojorum Ligurumque agros;* de verbis seqq. nihil addunt: ut Modius errarit, dicens codicem illum etiam praeferre *populatum esse.* Postea Frob. anno 1535. vocem quidem *Ligurumque* ex Mog. cod. adscivit, sed simul edidit *Bojorum Ligurumque agros populatum isse*, omisso *τῶν per;* quod omnes editores servarunt usque ad Gronov. Ut iterum Modius lectorem luserit, notis praescribens *populatum esse*, quasi ita alicubi editum invenisset. Mſti Mog. lectionem recte Gronov. recepit, et inluſtravit. Infra 40, 33, 9. *Per Celtiberiam populabundus ducit legiones.* Paullo ante *juncto exercitu* Lov. 5. et edd. antt. Frobenius deinde anno 1535. ex Mog. cod. dedit *conjuncto*, quod reliqui noſtri servant. Mox in sequentibus *passae sunt* Lov. 1. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiquae usque ad Frob. qui anno 1535. ex cod. iterum Mog. *sint* probavit, adſtipulantibus ceteris, quibus usus sum, Mſtis. [*Consul Placentia* Bamb. mox *agros populantes* inisse idem.]

Nulla memorabili re gesta, comitiorum caussa rediisse Romam] Pall. uterque omittit vocem *Romam.* GEBH. Eamdem vocem neglexerunt Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Illa transposita, *Romam comitiorum caussa rediisse* se in cod. suo invenisse, Moguntini monuerunt. Insuper *redisse* eſt in Lov. 2. 3. 4. 5. 6. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. Parm. et Ven. anni 1498. [*Romam comitiorum caussa redisse* Bamb.] Praeterea *nulla memoriali re gesta* Voſſ. *nulla re memorabili gesta* Gaertn. *nulla memorabili gesta re* Mog. et Lov. 3.

§. 2. *Eodem hoc anno T. Quinctius Elatiae, quo in hiberna reduxerat copias*] Manuscriptus *Elatiae, ex quo in hyberna reduxerat copias.* quod aliam longe pareret sententiam: nempe non Elatiae tantum, sed passim milites, ubi jussi essent, hybernasse, Quintius vere hyemem, quam longa fuerit, Elatiae jure dicundo transegisse. MOD. Codici Mog. nullus meorum adsentitur. Non audeo etiam lectionem ejus probare, quia Livius supra dixit c. 41, 7. *Quinctius ab Argis Elatiam, unde ad bellum Spartanum profectus erat, copias reduxit.* et infra sequitur c. 50, 9. Quinctius *Elatiam rediit. Inde cum omnibus copiis Ap. Claudium legatum dimittit.* Nisi quis ſtatuere malit, Quinctium, poſtquam copias Ela-

Digitized by Google

nis hominum vires augendo, jus ac libertatem alio-
3 rum deprimeret. Veris initio Corinthum, conventu
edicto, venit. ibi omnium civitatium legationes in
4 concionis modum circumfusas est adloeutus; orsus
ab inita primum Romanis amicitia cum Graecorum
gente, et imperatorum, qui ante se in Macedonia
5 fuissent, suisque rebus gestis. Omnia cum adpro-
batione ingenti sunt audita; praeterquam quum ad
mentionem Nabidis ventum esset, id minime conve-
niens liberanti Graeciam videbatur, tyrannum reli-

tiam reduxisset, eas inde per hiberna dimisisse, illasque vere anni sequentis eodem conveniffe. *quo in loco reduxerat copias* perperam Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *Eodem hoc anno* Frob. anno 1535. ex codicis Mog. fide vulgavit. Priores cum omnibus scriptis nostris [Bamb.] carent τῷ *hoc*. Mox etiam Mog. ex cod. suo adscivernnt *jure dicundo*, pro *dicendo*, refragantibus omnibus eodd. meis. [*dicendo* Bamb.]

Jus ac libertatem aliorum deprimeret] *deprimerent* Voss. a m. 1. Lov. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. ut referatur ad Philippum ejusque praefectos, verbis praecedentibus memoratos. [*deprimerent* Bamb.] Praeterea *jus et libertatem* Gaertn. *jus atque libertatem* Lov. 5. et edd. antt. Sed Aldus *ac libertatem* dedit, subfragantibus reliquis meis.

§. 3. *Ibi omnium civitatum legationes*] Pal. prior *omnium civitatium*. habetque idem cod. bis c. 51. 52. 58. et ter l. 35, 16. GEBH. *civitatium* etiam ed. Mediol. anni 1480. quod recepi. V. ad 33, 20, 11. Praeterea *legiones* Voss. Lov. 1. 2. 5. et ed. Camp. errore librariorum. V. ad 7, 30, 14. [*circumfusa, est* Bamb.] Paullo ante *convento edicto* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. 1. [Bamb.] V. ad 1, 15, 7.

§. 4. *Ab inita primum Romanis amicitia*] *ab inde ita primum* Mead. 1. et Gaertn. *ab inde primum* Lov. 3. Mox *qui ante se in Macedoniam fuissent* Voss. et Lov. 1. ac 6. *qui ante in Macedoniam fuissent* Lov. 3. *quia ante se in Macedonia fuissent* Mead. 1.

§. 5. *Praeterquam quum ad mentionem Nabidis ventum esset*] *praeterquam ad mentionem* Voss. et Lov. 1. Sed vocem *quum* intercepit praecedentis syllaba ultima *quam*. Simile exemplum supra est ad 10, 6, 9. *praeterea quum ad mentionem* cod. Mog. Verbum *esset* exsulat a Lov. 4. quemadmodum et mox *conveniens* ab Harl. Tum *liberanti Graeciae* Lov. 1. *libertati Graeciam* Lov. 6. et Gaertn. Forte hi voluerunt *libertati Graeciae*, ut supra c. 32, 3. *Quid minus conveniret, quam eos, qui pro libertate Graeciae adversus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam*. Verum ita etiam scribendum esse

Digitized by Google

quisse, non suae solum patriae gravem, sed omnibus circa civitatibus metuendum, haerentem visceribus nobilissimae civitatis. 6

XLIX. Nec ignarus hujus habitus animorum Quinctius, *Si sine excidio Lacedaemonis fieri potuisset*, fatebatur, *pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuisse. nunc, quum aliter, quam ruina gravissima civitatis, obprimi non posset, satius visum esse, tyrannum debilitatum, ac totis prope viribus ad nocendum cuiquam ademtis, relinqui;* 1 2

videretur *tyrannum relictum*. ubi quum nihil mutent codd. hic etiam vulgatum praefero. Livius ibid *Liberantibus omnem Graeciam Lacedaemon quoque vindicanda in antiquam libertatem erat*. Et postea eodem cap. *Hoc tu dicas liberantibus Graeciam?*

§. 6. *Omnibus circa civitatibus metuendum*) Secuti fidem veterum codicum addidimus *haerentem visceribus nobilissimae civitatis*. GELEN. *Haerere in visceribus* dicit Livius 32, 21, et 33, 44, 8. et Cicero multis locis, quae in Lexicis sunt. Hinc suspicio nasci potest, *in* hic, ut saepe alibi, a praecedente *m* absumtum esse. Sed nihil tentandum puto. *Haerere visceribus* recte dicitur, tam tertio, quam sexto casu. Cic. pro Rosc. Am. 6. *Potest huic homini hoc haerere peccatum?* Virg. 4. Aen. 73. *Haeret lateri letalis arundo*. Justin. 29, 4. *Illyriorum rex lateri ejus haerens*. Virg. 1. Aen. 476. *Curruque haeret resupinus inani*. Ovid. 6. Met. 290. *Trahens haerentia visvere tela*. In Varrone 1. de Re rust. 50. variat scriptura: nam pro vulgato *stramentum*, *quod terrae haeret*, in uno scripto Politiani erat *terra*. DUK. Quae Gelenius ex cod. Mog. addidit, desunt in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. [Bamb.] Paullo ante *suae non solum patriae gravem* Lov. 2. et Harl. *non solum suae patriae gravem* Gaertn. [*grave* Bamb.]

§. 1. *Si sine excidio Lacedaemonis fieri potuisset, fatebatur*] Vocula initialis non comparet in Voss. intercepta a prima syllaba sequentis. V. infra ad c. 58, 10. *exscidio* vulgavit Cl. Crevier. invitis omnibus Mstis. V. ad 5, 15, 9. Paullo ante *hujus* deest in Lov. 1. 6. et 4. a m. 1. sequens vox *habitus* in Mead. 2.

§. 2. *Et nunc quum aliter*) Dele *et*. GELEN. *et quum aliter* Lov. 5. et edd. Camp. et Rom. anni 1472. Postea demum in edd. Mediol. anni 1480. Parm. Tarvis. utraque, aliisque *et nunc quum aliter* vidi, quod tamen in nullo scripto supereſt. Omnes enim reliqui codd. Gelenio adstipulantur.

Ruina gravissima civitatis, obprimi] Libri omnes *gravissimae civitatis*. quod non probo. GEBH. Thuan. *gravissimae*. In quo significatu supra c. 17, 12.

Digitized by Google

3 *quam intermori vehementioribus, quam quae pati posset, remediis civitatem sinere, in ipsa vindicta li-*
4 *bertatis perituram.* Praeteritorum commemorationi subjecit, *Proficisci sibi in Italiam, atque omnem ex-*
5 *ercitum deportare, in animo esse. Demetriadis Chalcidisque praesidia intra decimum diem audituros deducta: Acrocorinthum ipsis extemplo videntibus va-*
6 *cuam Achaeis traditurum: ut omnes scirent, utrum Romanis, an Aetolis, mentiri mos esset; qui male*

Segesticam grdvem atque opulentam civitatem. Et de eadem Lacedaemone 39, 36, 4. *Muros dirutos urbis nobilissimae.* ut etiam nunc ſtatim praeceſſit. JAC. GRON. Mihi non apparet, cur *gravissimae* praeferendum sit. *graves urbes* sunt validae, potentes. V. ad Flor. 1, 3. Hoc eo tempore vix conveniebat in Lacedaemonem, a tyranno oppreſſam, et sub jugo ejus gementem. Nec tam illa erat causa parcendi urbi, quod *gravissima*, id eſt validissima, erat, quam quod ruina ejus involutura erat innoxios cives; quibus parci aequum eſſe, prae se ferebat Quintius. DUK. *gravissima* in solis erat Lov. 2. Harl. et Gaertn. Reliqui mei cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. legunt *gravissimae*, quod Crevier. etiam in Victor. invenit: unde hanc lectionem in contextum admisit, quod itidem Clericus, non monito tamen lectore, fecit. Mox *satis visum* Gaertner. *sanctius visum* Lov. 3. *satis sanctius visum*, utraque lectione juncta, Voſſ. et Lov. 1. et 6. Sed nihil mutandum. V. ad 5, 20, 3. et c. 53, 8. ubi similiter libri scripti variarunt. Tum *auribus ad nocendum* perperam cod. Mog. Ex cujus tamen fide vocabula in eum, qui nunc obtinet, ordinem digeſſit Aldus, quum antea ederetur *ac prope viribus totis*, consentiente uno Lovel. 5. *ac prope totis viribus* Lov. 6. Reliqui codd. in ordine vocum adhaerent codici Mog.

§. 3. *Quam quae pati posset*] *pati possit* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. Paullo poſt §. seq. *commemorationem subjecit* male cod. Mog. et Lov. 1. *commemoriis subjecit* Lov. 3.

§. 5. *Ac Corinthum ipsis extemplo videntibus vacuam*] Lege *Acrocorinthum ipsis.* GELEN. *ac Corinthum* etc. *vacuum* omnes noſtri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes. *vacua* alii typis descripti. *vacuam* Ascens. et recentiores. Recte Gelen. *Acrocorinthum* etc. *vacuam.* V. ad cap. seq. §. 8.

§. 6. *Utrum Romanis, an Aetolis, mentiri mos esset*] *Utrum Romani, an Aetoli, mentiti mox essent* Lov. 6. *mentiti mox essent* etiam Voſſ. Solitos fuisse librarios, voces *mox* et *mos* commutare, vidimus ad 4, 8, 5. *utrum Romanis, an Aetolis, mentiendi mox esset* Lov. 1. Male. Ter. Heaut. 3, 2, 38. *Non est mentiri meum.* Lactant. 6. Inſt. Div. 17. *Viator ille verus ac justus non dicet illud Luetilianum: Homini amico ac familiari non est*

Digitized by Google

commissam libertatem populo Romano sermonibus distulerint, et mutatos pro Macedonibus Romanos dominos. Sed illis, nec quid dicerent, nec quid fa- 7
cerent, quidquam umquam pensi fuisse. Reliquas civitates monere, ut ex factis, non ex dictis, amicos pensent: intelligantque, quibus credendum, et a quibus cavendum sit. Libertate modice utantur. tem- 8
peratam eam, salubrem et singulis, et civitatibus esse: nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habeant,

mentiri meum: sed etiam inimico atque ignoto existimabit non esse mentiri suum. Mox *sermonibus* non adparet in Lov. 3. ejus loco *servientibus* legit Gaertner. Deinde *distulerunt* Lov. 1. 6. Gaertn.

§. 7. *Ut ex factis, non ex dictis, amicos pensent*] Praepositio priori loco deest in Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. [Bamb.] et edd. princ. quam recte Mediol. anno 1505. adjecerunt. Deest etiam in praecedentibus *τὸ umquam* in Lov. 1. in sequentibus similiter vocula *que* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. [Bamb.] sed eam ob similitudinem intercepit vocis sequentis syllaba initialis. Nec adparent etiam *et a quibus cavendum* in Lov. 1. quae interciderunt ob praecedentis *credendum* similitudinem. [*et quibus cavendum*, omisso *sit*, Bamb.]

§. 8. *Libertate modice utantur*] *Libertatem* Mead. 1. [Bamb.] Ita antiquos locutos esse, docuit Cortius ad Sall. Jug. 12. Adde Sanct. in Minerv. 3, 3. fine. Illa tamen locutio a stilo Liviano aliena videtur. Unius etiam codicis auctoritas levior est, quam ut ei tuto fides habeatur. *Modice*, ut apud Cic. de Sen. 1. *Et si te quidem id modice ac sapienter et ferre, et laturum esse, certe scio.* et is ita saepe alibi.

Temperatam eam salubrem eis et singulis civitatibus esse) Restituimus *salubrem et singulis et civitatibus*. Tum *ipsis qui habeant*, non *iis qui habeant*. GELEN. Libri omnes *temperatam eam salubrem eis et singulis civitatibus esse: nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, praecipitem et effrenatam esse.* GEBH. Aut hic, aut in sequenti membro abundat verbum substantivum. J. FR. GRON. Videtur distinguendum post *habeant*, quia vix Latine *effrenatus* cum casu tertio dici puto. Potest autem duobus modis distingui; primum, inciso post *nimiam* et *habeant* ponendo, quod ita exponi potest, nimiam ac talem, quae et aliis, et ipsis, qui eam habeant, gravis sit. Deinde, haec distinctione media ita separando, *et aliis gravem, et ipsis, qui habeant*: scilicet *esse*. hac posita, postrema per se subsistent, et idem erit, ac si dicat, immo effrenatam ac praecipitem esse. *Nimia libertas* est, qua non modice utuntur, qui eam habent, id est *licentia*. Liv. 23, 2, 1. *Inter corrupta omnia licentia plebis sine modo libertatem exer-*

Digitized by Google

9 *effrenatam et praecipitem esse. Concordiae in civitatibus, principes et ordines inter se, et in commune omnes civitates, consulerent. adversus consentientes nec regem quemquam satis validum, nec tyrannum*
10 *fore. Discordiam et seditionem omnia opportuna insidiantibus facere, quum pars, quae domestico certamine inferior sit, externo potius se adplicet, quam*
11 *civi cedat. Alienis armis partam, externa fide redditam libertatem sua cura custodirent servarentque:*

ut

centis. Hanc *effrenatam* dicit 5, 29, 9. et Phaedr. 1, 2. *Licentiam solvere frenum legum.* Ubi v. Cl. Burm. *Praeceps licentia* est, quae in exitium impellit ac praecipitat eos, qui libertate abutuntur. Suet. Aug. 47. *Urbium quasdam foederatas, sed ad exitium licentia praecipites libertate privavit.* DUK. *salubrem singulis civitatibus esse* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *salubrem et singulis civitatibus esse* Voss. Lov. 1. et Lovel. 6. a m. 1. [Bamb.] quod ante Gelenium vulgo exstitit, praeferunt Harl. Lovel. 2. 4. 5. Lov. 6. a m. 2. Mead. uterque, et Gaertn. Insuper *temperatam enim salubrem* Mead. 2. Non sequor. Nam illud *enim* est ex numero particularum, quibus librarii orationem Livii dissolutiorem, ut putabant, se melius connectere existimabant. V. ad 10, 39, 4. Nec caussam legitimam habuisse videtur Gronov. vel hoc, vel sequenti membro *τὸ esse* delendi. V. ad 40, 35, 6. Mox *et ipsis, qui habeant, effrenatam et praecipitem esse* primus Froben. anno 1535. ex cod. Mog. vulgavit; quum antea ederetur *et iis, qui habeant, praecipitem et effrenatam esse*, concinente Lov. 5. Reliqui mei [cum Bamb.] in ordine quidem vocum priscis editionibus adsentiuntur, verum cum membranis Mog. *ipsis* legunt. *habebant* insuper Voss. Lov. 1. et Gaertn.

§. 10. *Quum pars, quae domestico certamine inferior sit, externo potius se adplicet, quam civi cedat*] *dum pars* Voss. sollemni errore. V. ad 1, 40, 7. Tum *inferior fit* Lov. 4. et Mead. 2. qui lapsus etiam frequens est in Msts. V. ad 5, 3, 8. Hinc *externo se adplicet potius, quam civi* Lov. 3. Sed vox *potius* deest in Voss. Lov. 1. et 6. quam etiam expunxissem, si plures ac certiores codices id velle constaret. Passim enim librarii voces *potius, magis*, quas Livius saepius omittere solitus est, contextui ejus addiderunt. V. Lipsium supra ad 4, 33, 3. J. Fr. Gronov. ad 5, 21, 15. et 27, 20, 9. Gebhard. ad 7, 20, 8. 23, 9, 8. et c. 30, 2. et Duker. ad 3, 68, 11. Ita loquitur supra 25, 29, 6. *Famae ne credi velis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse.* Et hoc modo legendum suspicatus sum 30, 30, 4. *Teque huic bello, vestris, quam nostris, cladibus insigni finem imposuisse.* Pariter locu-

ut populus Romanus dignis datam libertatem, ac munus suum bene positum sciret.

L. Has velut parentis voces quum audirent, 1
manare omnibus gaudio lacrimae, adeo ut ipsum quoque confunderent dicentem. Paullisper fremitus adprobantium dicta fuit, monentiumque aliorum alios, ut eas voces, velut oraculo missas, in pectora animosque demitterent. Silentio deinde facto, petiit ab iis, ut cives Romanos, si qui apud 3
eos in servitute essent, conquisitos intra duos men-

tus est Mela 3, 10. *Himantopodes inflexi lentis cruribus, quos serpere, quam ingredi, referunt.* Solum. 6. 2. *Robora corporum citra maciem conservant, qui ex continente, quam qui festinanter manducant.* V. etiam Munker. ad Fulgent. Mythol. 1. p. 2. Cortium ad Sall. Catil. 8. 9. ad Jug. 10. et viros doctos ad Val. Max. 1, 1. ext. 2. Insuper *quam cui*, pro *quam civi*, Lov. 1. et Harl. Paullo ante *insidiantis facere*, pro *insidiantibus*, Mead. 1. et Gaertn. V. ad 21, 60, 7. Posses ceteroquin legere *insidianti facere.* ut ultima litera *insidiantis* repetita sit ex similitudine primae in voce sequenti. V. ad 4, 33, 10. Vulgatum tamen malo. Non enim tantae auctoritatis sunt codd. illi, ut ipsis fidem habere tuto possim.

§. 11. *Ut populus Romanus dignis datam libertatem*] Quidam *hinc dignis* legendum putant, quod statim rursus sequatur *hinc.* Ego libentius ita legerim, *ut populus Romanus et dignis datam libertatem, et munus suum bene positum sciret.* Planissima lectio est, *ut populus Romanus dignis datam libertatem, ac munus suum bene positum sciret.* GLAR. Per eum, qui *hinc dignis* legendum putavit, Glareanus intellexisse videtur Aldum. Sed operarum aberratione *hinc* ejus exhibet *ut populus Romanus dignis datam libertatem, hinc populus dignis datam libertatem, hinc munus suum bene positum sciret.* Eum ita dedita opera edidisse, nulli sano in mentem venire potest. Errorem eumdem expressit ed. Colon. anni 1525.

Hinc munus suum bene positum sciret] Restituimus *ac munus suum.* GELEN. *hinc munus* omnes nostri, et Hearnii L. 1. [Bamb.] Neque Moguntini, qui ita etiam vulgarunt, aliam lectionem ex cod. suo laudarunt. Tum *scirent* Voss. Lov. 1. 5. et edd. principes. V. ad 10, 13, 11.

§. 2. *In pectora animosque demitterent*] *dimitterent* Voss. Lov. 1. 2. 6. Gaertn. et edd. Mediol. anni 1480. ac Ven. anni 1498. sollemni scribarum errore, qui passim haec verba confundunt. V. ad 2, 40, 10. c. 58, 8. 3, 35, 3. 5, 54, 7. 7, 34, 3. 8, 16, 9. 10, 8. 10. 21, 34, 8. c. 36, 1. 33, 15, 7. 34, 44, 8. 38, 2, 8. 39, 50, 3. Adde N. Heins. ad Nason. 2. Met. 310. Burm. ad Nas. 1. Am. 6, 36. 1. Met. 262. Viros doctos ad

ses mitterent ad se in Thessaliam. *Ne ipsis quidem honestum esse, in liberata terra liberatores ejus ser-*
4 *vire.* Omnes adclamarunt, *gratias se inter cetera etiam ob hoc agere, quod admoniti essent, ut tam*
5 *pio, tam necessario officio fungerentur.* Ingens numerus erat bello Punico captorum, quos Hannibal,

Front. 1, 2, 7. et quae notavi ad Silii 11, 142. Saepissime etiam alia verba tum *de* et *di* composita inter se confunduntur. V. ad 7, 23, 6.

§. 3. *Cives Romanos, si qui apud eos in servitute essent, conquisitos*] Particulam conditionalem *si* spernunt Voss. et Lov. 1. quos, si plurium codd. testimonium accederet, audiendos censerem. Quum enim, ut ex sequentibus patet, ingens numerus civium Romanorum tum in Graecia, tum in Achaja serviret, et Quinctius jam per aliquot annos in hac regione moratus fuerit, certius eam rem nosse potuit, quam ut diceret *si qui apud eos in servitute essent.* Locutio *esse in servitute* etiam infra obcurrit 37, 60, 3. *Captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse per totam insulam dicebatur.* et 43, 4, 13. *Conquirique omnes, qui in servitute sint, et restitui in libertatem, aequum censere.* Distinguunt JCti inter *servire* vel *esse in servitute*, quod facti est, et *servus esse*, quod juris est. V. l. 1. §. 2. ff. De Jur. et fact. ignor. et l. 27. §. 8. ff. ad l. Jul. de Adult. Adde Cel. Burm. ad Quinctil. 3. Inst. Orat. 6. p. 244. An tamen ad hanc subtilitatem respexerit, ut dubitem, illud efficit, quod contra Livius *esse in libertate* passim usurpet de eo, qui est jure liber. Ita 2, 15, 3. *Non in regno populum Romanum, sed in libertate, esse.* 37, 56, 6. *Nisi quae eorum oppida in libertate fuissent.* c. 60, 7. *Ab Aeno et Maronea praesidia Antiochi deduci jussit, ut in libertate eae civitates essent.* 38, 44, 4. *Ut Ambraciensibus omnes suae res redderentur: in libertate essent, ac legibus suis uterentur.* 42, 42, 5. *Persuadere vobis conaretur, non posse Graeciam in libertate esse, et vestro munere frui, quoad regnum Macedoniae incolume esset.* Ceterum *esse in servitute, in libertate*, ut *esse in pace, in induciis, in laetitia.* V. ad 8, 32, 20. Mox *infra duos menses*, pro *intra*, Voss. passim obvia librariorum aberratione. V. ad 2, 8, 4. 4, 61, 7. 37, 55, 5. 39, 43, 3. c. 44, 4. 44, 8, 6. c. 19. 3. Adde, quae notavi ad Silii Ital. 15, 106.

Ne ipsis quidem honestum esse, in liberata terra liberatores ejus servire] Prior Palat. *liberatores enim semper servire.* GEBHARD. *Nec ipsis quidem honestum esse* male cod. Mog. V. ad 1, 10, 3. Male etiam *liberata terra*, omissa praepositione, Lovel. 4.

§. 4. *Ut tam pio ac necessario officio fungerentur*] MS. geminato illo *tam. ut tam pio, tam necessario officio fungerentur.* MOD. *tam pio ac necessario* Hearnii L. 1. [Bamb.] omnesque nostri, nisi quod *tam pio et necessario* sit in Harl. Sed elegantissima est cod. Mog. lectio *tam*

Digitized by Google

quum a suis non redimerentur, venumdederat. Mul- 6
titudinis eorum argumentum sit, quod Polybius
scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetisse:
quum quingenos denarios pretium in capita, quod
redderetur dominis, statuissent. Mille enim ducen- 7
tos ea ratione Achaja habuit. Adjice nunc pro por-

pia, tam necessario; quam recte Gronov. anno 1665. adoptavit. Supra 3,18,3. *Demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam civitatem numquam parem occasionem daturos Deos.* c. 26, 5. *Nihil nec tam inopinatum, nec tam insperatum accidere potuit.* V. ad 5, 35, 4. Tum *fungeretur* Voss. Lov. 6. Mead. 2. et Gaertn. Paullo ante *adclamarent* Lov. 1. *adclamant* Lov. 6. *adclamaverunt* Voss. et Gaertn. Optimi codd. stant pro recepta lectione. Et Livium etiam in praeteritis horum verborum contractionibus gaudere, vidimus ad 21, 44, 7. Mox §. seq. *vendiderat* Lov. 1. *venum dederit* Gaertn. et Lov. 4. [ante *cum a suis* Bamb.]

§. 6. *Multitudinis eorum argumentum est, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetisse: quum quingentos denarios*] Ita hic legit Elias Vinetus, vir singularis doctrinae [ad Priscian. de Ponder. p. 476.] et potest fieri, ut ipsius membranae ita haberent, nostrae tamen constanter cum antiquo cuso Moguntiae Livio referunt, *argumentum sit, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetisse; cum quingentos denarios pretium in capita.* MOD. Codex Moguntinus *sit*: idque confirmat Priscian. in libello de Ponderibus [p. 1348.] Subjicit autem: *Quae ratione ostenditur, sex millia denariorum habere talentum. Nam quum quingeni denarii pro mille ducentis captivis dati colligantur sexcenta millia denariorum, centum ea ostendit fuisse talenta. Centesima autem pars sexcentorum millium sex millia inveniuntur.* Nimirum quingenties mille ducenta efficiunt sexcenta millia. Ergo centum talenta 600000 denariûm. Haec autem viginti quatuor sestertium millia. Ergo talentum sex millia denariûm, viginti quatuor sestertia. Ergo et denarius drachma. nam talentum est sex millia drachmarum. J. FR. GRON. *argumentum est* omnes nostri. Utrumque, et *est*, et *sit*, ferri potest: non alienus itaque sum ab optimi Mog. lectione *sit*, praesertim auctoritate Prisciani confirmata: quare in contextum admisi. Tum *quod Polyb. scribat* Voss. Lov. 5. et edd. principes; pro quo Mog. ex cod. suo dederunt *scribit*, adstipulante iterum Prisciano. Deinde *quingentos denarios pretium in capita* non alibi inveni, quam in Lov. 4. et edd. antt. pro quo Aldus *quingenos* dedit: quod in reliquis codd. nostris superest. *quingentos* quidem non vitiosum est, quia additur *in capita*: alterum tamen Livianum puto, partim quia potius librarii *quingentos*, pro *quingenos*, quam contra, dedisse videntur. V. ad 32, 28, 11. partim quia Livius numero dispertitivo uti solet, licet *in singulos, in capita*, vel simile quid, addiderit. V. ad 39, 38, 11. quin et alibi numeros illos pro cardina-

Digitized by Google

tione, quot verisimile sit totam Graeciam habuisse.
8 Nondum conventus dimissus erat, quum respiciunt praesidium, ab Acrocorintho descendens, proti-
9 nus ad portam duci atque abire. Quorum agmen imperator secutus, prosequentibus cunctis, servatorem liberatoremque adclamantibus, salutatis

libus adhibuit. V. ad 4, 16, 6. Ceterum talentum, cujus hic Livius meminit, non Achaïcum intelligendum esse, sed Atticam, quod sex millium denariorum erat; adversus viros doctos in opere erudito de Pec. vet. ostendit Gronov. 3, 3. p. 133. et c. 4. p. 141. Recte autem Livium dixisse, si Achaei mille ducentos captivos habuerint, et quingenos denarios pretium in capita statuerint, eam rem illis stetisse centum talentis, subductis rationibus colligit ibid. 2, 7, 101. Mox *redderentur dominis* ambo Mead. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. [Bamb.] *redderent dominis* Harl.

§. 7. *Mille enim ducentos ea ratione Achaja habuit*] Sic Plut. in Quintio [p. 376.] *ἐν δὲ τῇ Ἑλλάδι χίλιοι καὶ διακόσιοι τὸ πλῆθος ἦσαν.* SIG. *in ratione Achaeia habuit* cod. Mog. *ex ratione Achaja habuit captivos Italicos* Priscian. de Pond. et mens. l. laud. ubi aliae edd. *ea ratione* praeferunt. Sed ultimae duae voces sunt ex glossa interpretis, quae constanter ab omnibus Mstis absunt. Praeterea *Mille et ducentos* Lov. 3. quod natum est ex compendio scribendi: nam pro *enim* dabatur *et*, quod levi negotio potuit abire in *et*.

Adjice nunc proportionem, quot verisimile sit totam Graeciam habuisse] *pro portione* lege disjunctim, quod in *proportionem* aliquis depravavit. GELEN. V. ad 7, 1, 8. Male *proportionem* servant Lov. 3. et 5. *Adjice nunc portione* legit Gaertner. Deinde *quod verisimile sit* Lov. 1. 6. Mead. 1. et Gaertn. cum nonnullis ex edd. vett. V. ad 44, 1, 1. Deinde *Graeciam totam* omnes codd. nostri, [Bamb.] et editi ante Aldum.

§. 8. *Respiciunt praesidium, a Corintho discedens*] Lege *ab Acrocorintho descendens*. GELEN. *a Corintho* omnes nostri, excepto Lov. 6. qui cum Hearnii L. 1. [Bamb.] *ab Corintho* praefert. *ab agro Corintho* cod. Mog. ex cujus vestigiis recte Gelen. *ab Acrocorintho* emendavit. Similiter supra peccatum vidimus 33, 31, 11. et 34, 49, 5. Praeterea *discedens* unus tantum Lov. 5. Reliqui recte cum cod. Mog. *descendens*. Solent autem passim haec verba commutari. V. ad 9, 14, 7.

Protinus ad portam duci atque abire] Lege e Pall. et prisca ed. *protinus duci ad portam atque abire*. GEBH. Pariter omnes codd. mei [Bamb.] cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 9. *Quorum agmen imperator secutus*, etc.] Et hic Livio fraudi fuit quaesita elegantia per infinitivum modum suspendendae orationis. Scripti cum Andrea, Med. Tarv. duabus Venetis: *imperatorem secutum*. Lege: *quum respiciunt praesidi-*

Digitized by Google

dimissisque eis, eadem, qua venerat, via Elatiam rediit. inde cum omnibus copiis Ap. Claudium le- 10
gatum dimittit. per Thessaliam atque Epirum ducere
Oricum jubet, atque ibi se opperiri. inde namque 11
in animo esse, exercitum in Italiam trajicere. et L.
Quinctio fratri, legato et praefecto classis, scribit,

um, ab Acrocorintho descendens, protinus ad portam duci, atque abire, quorum agmen imperatorem sequi, prosequentes cunctis, et servatorem liberatoremque acclamantes. J. FR. GRONOV. *imperatorem secutum* etiam Hearnii L. 1. et N. et omnes nostri, excepto Gaertn. In quo hae voces cum duabus sequentibus perperam desunt. Vulgatum *imperator secutus* primum adparuit in ed. Mediol. anni 1505. hinc in Ascens. anni 1513. et omnibus reliquis recentioribus, etiam Mogunt. quum autem, qui huic editioni praeferunt, nihil varietatis ex cod. suo adtulerint, eamdem lectionem et illum servasse verisimile videtur. Quod si verum, in eo solo sat praesidii videbitur ad vulgatam scripturam adversus reliquos codd. defendendam. Certe eorum lectio servari nequit; Gronovii autem conjectura nimium a scriptis discedit. Praeterea mox *servatorem liberatoremque* primus Aldus admisit ex cod. Mog. priores omnes cum membranis nostris [Bamb.] tantum *servatoremque*, nisi quod *servatorem*, reliquis omissis, praeferat Lov. 3. Hinc *clamantibus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.]

Salutatis dimissisque eis, eadem, qua venerat, via Elatiam rediit] Hanc lectionem in prima ed. Mog. inveni; cui tamen praelusit ed. Mediol. anni 1505. non aliter differens, nisi quod omiserit τὸ εἰς. Reliquae priores edd. praeferunt *dimissisque die eadem, qua venerat via Elatiam*, vel *Helatiam*: quod etiam superest in Lov. 4. 5. et Mead. 2. *dimissisque, die eadem, qua venerat, in Elatiam* legunt Lov. 1. et 6. *dimissisque duos eadem qua venerat in Elatiam* Voss. *dimissisque dux eadem, qua venerat, via Elatiam* Hearnii L. 1. *dimissisque ac suos eadem, qua venerat, in Elatiam* Mead. 1. et Gaertn. *dimissisque ad suos eadem die, qua venerat in Elatiam* Harl. *dimissisque ad suos ea qua venerat in Elatiam* Lov. 2. *dimissisque dux ad suos eadem qua venerat via in Elatiam* Lov. 3. Praeterea vocem *salutatis* majori distinctione a praecedentibus disjunxit Jac. Gronov. et inde novam periodum incipit; quem sequitur Cleric. Aliquid latere, tot codicum dissensus indicat. Quid igitur, si legamus, *Quorum agmen imperator secutus, prosequentibus cunctis, servatorem liberatoremque adclamantibus, salutatis dimissisque, ad suos eadem, qua venerat, Elatiam rediit?* imperator, quum prosequentes salutasset et dimisisset, rediit ad suos. *eadem*, nempe via; quam vocem per ellipsin omissam saepe addiderunt librarii. V. ad 3, 46, 5.

§. 10. *Ap. Claudium legatum dimittit*] Hanc lectionem ex cod.

ut onerarias ex omni Graeciae ora eodem contraheret.

1 LI. Ipse, Chalcidem profectus, deductis non a Chalcide solum, sed etiam ab Oreo atque Eretria, praesidiis, conventum ibi Euboïcarum civitatium ha-
2 buit: commonitosque, in quo statu rerum accepis-
3 set eos, et in quo relinqueret, dimisit. Demetriadem inde proficiscitur: deductoque praesidio prosequentibus cunctis, sicut Corinthi et Chalcide, per-
4 git ire in Thessaliam: ubi non liberandae modo civitates erant, sed ex omni conluvione et confusione
5 in aliquam tolerabilem formam redigendae. Nec

suo Moguntini adoptarunt, Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. adsentientibus. Antea edebatur *dimissis*, quod etiam inveni in Lov. 2. 3. 5. Mead. 1. et Gaertn. *dimisit* in Harl. Mox *se ibi opperiri* Voss. [Bamb.]

§. 11. *Inde namque in animo esse, exercitum in Italiam trajicere*] *indeque in animo esse* Harl. Deinde *in Italiam exercitum traducere* Lov. 5. et edd. principes. Moguntini deinde monuerunt, in suo se cod. *in Italiam trajicere* invenisse: hinc Aldus recepit, quod nunc vulgo exstat. Id vero reliqui mei firmant. De illa locutione v. ad 2, 11, 2. Mox *et primo Quintio fratri* omnes nostri praeter Lov. 5. qui *et L. Quintio* servat. Praeterea *eadem contraheret* Mead. 1. et Gaertn.

§. 1. *Conventum ibi Euboïcarum civitatum habuit*] *Τὸ ibi* non adparet in Harl. Deinde, *civitatium* Pall. codd. praeferre, Gebhardus monuit ad c. 48, 3. Nec aliter ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. [*conventum ubi Euboicarum habuit civitatum* Bamb.] Paullo ante *Chalcidem profectus*, *deductisque* Lov. 5. et edd. usque ad Froben. qui anno 1535. copulam *que* omisit. Praeterea *solum* non adparet in Lov. 1. Tum *praediis*, pro *praesidiis*, Voss. Eaedem voces etiam perperam in Mstis Sueton. Vespas. 2. commutari, viri docti ad eum l. monuere.

§. 2. *Commonitosque, in quo statu*] Hanc lectionem Aldus ex cod. Mog. probavit. Antea edebatur *admonitosque*, quod servant Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. qui §. 4. *civitates modo*.]

§. 5. *Nec enim temporum modo vitiis, ac violentia, et licentia regia turbati erant*] *Nec enim tantummodo divitiis* Lov. 1. *divitiis* etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. usque ad Ascens. qui recte *vitiis* anno 1513. reposuit. Tum *aut violentia* Voss. *a violentia* Lov. 6. a m. 2. Deinde *et licentia* e-

Digitized by Google

enim temporum modo vitiis, ac violentia, et licentia regia turbati erant: sed inquieto etiam ingenio gentis, nec comitia, nec conventum, nec concilium ullum, non per seditionem ac tumultum, jam inde a principio ad nostram usque aetatem, traducentes. A censu maxime et senatum et judices legit: potentioremque eam partem civitatium fecit, cui salva tranquillaque omnia magis esse expediebat. 6

LII. Ita quum percensuisset Thessaliam, per Epirum in Oricum, unde erat trajecturus, venit. Ab Orico copiae omnes Brundisium transportatae. inde per totam Italiam ad urbem prope triumphantes, non 1 2

mittit Lov. 1. Tandem *erant turbati* Voss.

Ad nostram usque aetatem traducentes] Potest referri ad remotius *turbati*. Si tamen per cod. liceret, mallem *traducentis*, ut respondeat propiori *gentis*. DURER. Ita sane est in Voss. [Bamb.] et id voluisse videtur librarius Lov. 1. qui tamen perperam dedit *terre gentis*. Paullo ante *nisi per seditionem* Lov. 2. et 3. prior in margine, alter inter versus. *nec per seditionem* Lov. 6. Tum *aut tumultum* Voss. quomodo passim variant codd. V. ipso hoc §. ad verba praeced. et quae notantur ad 21, 53, 3. *jam* etiam deest in Lov. 3.

§. 6. *Cui salva tranquilla omnia magis esse expediebat*] Pall. *salva et tranquilla*. Vet. ed. *salva tranquillaque*. GEBH. *salva tranquilla* in nonnullis Grut. edd. operarum errore vulgatur, podemque modo lapsi sunt scribae in Lov. 1. 6. et Voss. *salva et tranquilla* legunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Tum *omnia esse magis* iidem codd. [Bamb.] nisi quod *esse magis omnia* sit in Gaertn. Paullo ante vocem *civitatum* neglegunt Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *civitatium* legit ed. Mediol. anni 1480. quod et in Pall. esse monuit Gebh. ad c. 48, 3. V. ad §. 1. hujus cap. [Ante *et senatum et judices* Bamb.]

§. 1. *Per Epirum in Oricum, unde erat trajecturus, venit*] Vet. lib. *per Epirum Oricum*, ut paulo ante [c. 50, 10.] *Per Thessaliam atque Epirum ducere Oricum jubet*. SIG. Pal. alter *per Epirum Oricum*. GEBH. Ita et Lov. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. quorum ultimus insuper *trajecturus erat*. Paullo ante in principio cap. *Itaque quum* Harl. et edd. ante Frobenianam anni 1535. quae *Ita* dedit, consentientibus reliquis meis. V. ad 21, 53, 7. Mox autem §. seq. *ad urbem Romam* Harl. ultima voce ex glossa adscita.

§. 3. *Triumphusque meritus ab adnuentibus decretus*] Anti-

Digitized by Google

minore agmine rerum captarum, quam suo, prae
3 se acto, venerunt. Postquam Romam ventum est,
senatus extra urbem Quinctio ad res gestas edisse-
rendas datus est, triumphusque meritus ab lubenti-
4 bus decretus. Triduum triumphavit. die primo ar-
ma, tela, signaque aerea et marmorea transtulit, plu-
ra Philippo ademta, quam quae ex civitatibus cepe-
rat: secundo die aurum argentumque, factum infe-

qua lectio *ab lubentibus decretus*. GELEN. Vet. ed. *ab annuentibus decretus*. Pal. vero prior, *a luentibus decretus*. Alter *ab volentibus decretus*. GEBH. *triumphusque meritis* Lov. 5. et edd. vett. pro quo recto edd. Mediol. anni 1505. et Ascens. anni 1513. omnesque recentiores, consentientibus aliis omnibus scriptis, *meritus* dederunt. Deinde *abnuentibus* Lovel. 1. et Mead. 1. *nullis abnuentibus* Lov. 3. *annuentibus* Lov. 2. *ab annuentibus* Lov. 5. *ab annuentibus* Harl. *cunctis annuentibus* Gaertner, *ab volentibus* Mead. 2. *ab luentibus* Voss. et Lov. 4. unde Gelenii emendatio confirmatur. Ex cujus interpretatione reliquae lectiones natae sunt. Duae illae voces omittebantur in Lov. 6. Paullo ante *ad res gestas et disserendas* Mead. 1. *ad res disserendas* Lov. 6. *ad res gestas disserendas* Lov. 5. V. ad 41, 6, 5. Hic *edisserendas* servandum esse, reliquorum codd. consensus docet.

§. 4. *Triduum triumphavit. die primo arma, tela*] Accuratius Plutarchus [in Quinct. p. 377.] Ἑλληνικὰ κράνη, καὶ πέλται Μακεδονικαὶ καὶ σάρισσαι. SIGON. Prima vox deerat in Harl. quae ob similitudinem initii vocabuli sequentis excidit.

Plura Philippo ademta, quam quae ex civitatibus ceperat] Me auctore scribe, *quam ex civitatibus ceperat*, inducto τῷ *quae*, quod Livii nunquam fuit. J. FR. GRON. Si hic inducendum *quae*, non video, cur relictum sit cum multis aliis locis, tum c. 49, 2. *Satius visum esse, tyrannum debilitatum relinqui, quam intermori vehementioribus, quam quae pati posset, remediis civitatem sinere*. DUK. Illud *quae* omnes codd. constanter servant. — V. Cel. Dukcr. ad Livii 32, 13, 7. 37, 1, 2. — (* Similiter 10, 13, 14. *plus quam quod lege finitum* erat, ubi *quod* deest in uno cod. v. ad 26, 6, 4. 35, 1, 2.)

Secundo die aurum argentumque] Vet. lib. *secundo aurum*. recte. praecessit enim paullo ante *die primo*. SIG. Pariter Lov. 2. et Harl. [Bamb.] Si plures firmarent, vocem *die* expungi facile permitterem. *aurum argentum*, sine copula, Gaertn. Mox *factum, infectum, et signatum* Voss. Male. V. ad 2, 31, 1.

§. 5. *Infecti argenti fuit decem et octo millia pondo, et ducenta septuaginta facti*] [Plut. p. 377.] Ἀργυρίου δὲ τετρακισμυρίας τρισχιλίας διακοσίας ἑβδομήκοντα. SIG. *fuit XVIII millia pondo* Lov. 1. et 3. Tum *et ducentum et septuaginta* Voss.

Digitized by Google

etumque et signatum. Infecti argenti fuit decem et 5
octo millia pondo, et ducenta septuaginta facti:
vasa multa omnis generis, caelata pleraque, quae-
dam eximiae artis: et ex aere multa fabrefacta, ad
hoc clipea argentea decem. Signati argenti octo- 6
ginta quatuor millia fuere Atticorum: tetradrachma
vocant: trium fere denariorum in singulis argenti
est pondus. Auri pondo fuit tria millia septingenta 7

et Lov. 1. [Bamb.] *et ducenta et septuaginta* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *et ducentum septuaginta* Lov. 5. et multae ex edd. vett. *et ducentum heris et feri* Hearnii L. 1. Cl. Crevierius numerum argenti facti menda laborare existimat: nam *ducenta septuaginta* parvum pondus esse, nimium fortasse, si addas *millia*.

Caelata pleraque, quaedam eximiae artis] Pal. prior *caelata praeclaraque*. GEBH. *caelataque pleraque* Harl. Deinde *quae exuviae artis* Mead. 2. Mox vox *multa* exsulat a Lov. 2.

Ad hoc clypea argentea decem] Pal. sec. *ad hoc clupe argenteae decem*. Vet. ed. *ad haec clepei argenti decem*. GEBH. *adhuc* Gaertn. et Lov. 3. *ad haec* Lov. 5. *ad hoc* reliqui. V. ad 21, 52, 10. [*ad hoc* omittit Bamb.] Tum *cupae argenteae* Voss. Lov. 8. et Harl. *cuppae argenteae* Lovel. 1. 2. 6. et Hearnii L. 1. *clupae argenteae* Lov. 4. et Mead. 2. *clipei argentei* Lov. 5. et edd. antt. cujus loco Aldus ex cod. Mag. dedit *clypea argentea*. V. ad 1, 43, 2.

§. 6. *Tetradrachmum vocant: trium fere denariorum in singulis argenti est pondus*] Budaeus l. 2. de Asse [p. 258.] ubi haec loca docte tractat, suspicatur legendum potius *quatuor denariorum*, quam *trium*. CLAR. Sic [*trium fere denariorum*] jam legit Priscianus in libello de Ponderibus [p. 1349.] et hinc collegit, denarium illo tempore fuisse quatuor et viginti siliquarum: hoc est, drachmae et trientis pondere: quod minime convenit isti rationi, quam paucis ante versibus iniit. *Vide*, inquit, *quod quatuor drachmae sint septuaginta duae siliquae: diximus autem saepius, quod tres scrupuli, quorum singuli sex siliquas habeant, drachmam faciunt: tres autem denarii item habebant septuaginta duas siliquas*. Sed Livius, nisi secum et cum omnibus antiquis pugnare voluit, scripsit *IIII fere denariorum*. J. FR. GRON. *quatuor* legendum esse, pluribus docet Gronov. 3. Pec. vet. 3. et 4. et probant Graev. ad Cic. 12. Epist. fam. 13. et Perizon. Animadv. Hist. c. 10. p. 431. Aliter sensit Hotom. de re numm. p. 154. quem refellit Gronov. 2. Pec. vet. 6. aliter P. Manut. ad Cic. d. l. aliter Aldus Quaesit. per epist. 2, 7. Vulgatum retinuisse videtur Salmas. de Modo usur. p. 248. DUK. (* v. Memoires de l'Acad. des Inscript. T. 1. 2. p. 31. 34.) *tetrachiam* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. et Mead. ambo. *tetrarrhiam* Gaertn.

Digitized by Google

quatuordecim, et clipeum unum ex auro totum: et Philippei nummi aurei quatuordecim millia, quin-
8 genti quatuordecim. Tertio die coronae aureae, dona civitatium, translatae centum quatuordecim:
9 et hostiae ductae: et ante currum multi nobiles captivi obsidesque, inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit, et Armenes, Nabidis tyranni filius,

terrachiam Lov. 3. *tertrachina* Lov. 1. *tetrachia* Harl. [*detrachiam* Bamb.] *tetrarchiam* Hearnii L. 1. N. et edd. antt. pro quo Mediolanenses anno 1505. substituerunt *tetradrachmam*; quam lectionem Ascens. anno 1513. recepit, multique alii servarunt, licet interim Budaeus 2. de Asse pag. 254. *tetradrachma* legendum monuerit. Gruter. demum in postrema ed. *tetradrachmum* dedit. Sed Budaei *tetradrachma* revocavi, quia numero multitudinis *Atticorum*, sc. nummorum, praecedit. Deinde *ferme* Lov. 2. quam vocem cur addiderit, v. Gronov. 3. de Pec. vet. 4, 142.

§. 7. *Auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim*] Nota hoc genus sermonis, *Auri pondo fuit tria millia*, ut paullo ante, *Infecti argenti fuit XVIII. millia pondo.* GLAR. Plutarch. [p. 377.] Χρυσίου συγκεχωνευμένου λιτρὰς τρισχιλίας ἑπτακοσίας δέκα τρεῖς. SIGON. *septingentum decem quatuor* Voss. Lovel. 5. [Bamb.] et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *septingenta decem et quatuor* ed. Parm. *septingentium decem quatuor* Lov. 1. *septingenti decem quatuor* Lov. 3. *decem quatuor* etiam Lov. 6. et Hearnii L. 1. ac N. V. ad 29, 37, 6. *septingentum* vero omnes edd. reliquae usque ad Mediol. anni 1505. quae *septingenta* prima dedit. Mox *clypeum unum auri totum* Lov. 3. et Hearnii L. 1.

Philippei nummi aurei decem quatuor millia, quingenti quatuordecim] *quatuordecim*, auctore Plutarcho in Flaminio, Livius scripsit. SABELL. Plutarchus [ibid.] Φιλιππείους δὲ χρυσοῦς μυρίους τετρακισχιλίους πεντακοσίους δεκατέσσαρας. SIG. *Philippi nummi aurei* Lov. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [*Philyppi nummni* Bamb.] *Philippi nummi auri* Lov. 1. et 3. *Philippi tum nummi aurei* Voss. *Philippici nummi aurei* Lov. 6. Tum *decem quatuor millia* Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii N. et edd. principes. V. ad verba proxime praeced. Hinc *quinque centum quatuordecim* Lov. 3. V. ad 33, 4, 5. Voces *quingenti quatuordecim* desunt in Hearnii N. at omnes huic notae praescriptae cum septem praecedentibus in Lovel. 2. ob vocis *quatuordecim* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

§. 8. *Coronae aureae, dona civitatum, translatae centum quatuordecim*] *dona civitatium* sc in Pall. reperisse, monuit Gebh. ad c. 48, 3. et ita est in ed. Mediol. anni 1480. Tum *turbare* Lov. 1. *turbatae* Voss. in contextu, altero margini adscripto. [*tralatae* Bamb.] Praeterea *centum et quatuordecim* Lov. 3.

§. 9. *Philippi filius fuit, et Armenes, Nabidis tyranni filius,*

Digitized by Google

Lacedaemonius. Ipse deinde Quinctius in urbem est 10
invectus. milites secuti currum frequentes, ut omni ex provincia exercitu deportato. His duceni quin- 11
quageni aeris in pedites divisi: duplex centurioni, triplex equiti. Praebuerunt speciem triumpho capi- 12
tibus rasis secuti, qui servitute exemti fuerant.

LIII. Exitu hujus anni Q. Aelius Tubero tribunus 1

Lacedaemonius] Plutarchus *Onabim*, et non *Nabim*, vocat hunc ipsum Lacedaemoniorum tyrannum. SABELL. Ita et in plurimis Livii Mstis passim vocatur. Sed recte nunc, et apud Livium, et apud Plut. et apud alios omnes, *Nabis* emendatum legitur. Ceterum vox *filius* priori loco deest in Lov. 3. quasi id semel legi sufficiat, ibique ex sequenti commode repeti possit. *τὸ fuit* exsulat a Lov. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Voces *et Armenes, Nabidis tyranni filius* a Lov. 1. *Lacedaemonius* a Lov. 6. Sed *Nabidis tyranni Lacedaemonii filius* legit Lov. 3.

§. 10. *Milites secuti currum frequentes, ut omni ex provincia exercitu deportato*] Verba haec paullo aliter ordinant Pall. uterque *secuti currum milites frequentes in exercitu omni ex provincia reportato*. GEBH. *secuti currum milites* [Bamb.] omnes nostri calamo et typis exarati usque ad Frob. anni 1535. Tum *in exercitu omni ex provincia reportato* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. [Bamb.] nec aliter Voss. nisi quod *deportato* habeat. *exercitu omni ex provincia reportato* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *exercitu omni ex provincia deportato* Lov. 5. et eaedem edd. Paullo ante *Quintius urbem est invectus* Lov. 4. et edd. iterum eaedem. Nihil muto. V. ad 36, 39, 5.

§. 11. *Ducenti quinquageni aeris in pedites divisi*] Ita primum vidi in ultima Gruteri editione, quod recentiores servarunt usque ad Cl. Crevier. qui recte ex prioribus excusis et cod. Victor. *duceni quinquageni* reposuit. Neque aliter omnes nostri. V. ad 32, 28, 11.

Praebuerunt speciem triumpho capitibus rasis secuti] Vide, num *specimen* legendum: nihil tamen mutarim. GLAR. Non est audiendus Glareanus, qui *specimen* legit. *Speciem* enim vertit Plutarchus [p. 377.] cum ait *παρεῖχεν ὄψιν*. SIG. Glareani *specimen* in nullo cod. vel ed. obvium fuit. Omnes enim constanter *speciem*. Supra 9, 40, 16. *Cujus triumpho longo maximam speciem captiva arma praebuere*. 32, 36, 10. *Amynandrum, Athamanum regem, ut speciem legationi adjiceret, misit*. 37, 40, 4. *Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia et cristae*. Tum *secuti rasis capitibus*, alio ordine, Lov. 5. et typis exarati ante Aldum. Sequentes quatuor voces desunt in Gaertner. earum duae priores in Lov. 1.

§. 1. *Exitu hujus anni Q. Aelius Tubero*] Pall. ambo *Exitu anni hujus*. GEBH. Non anni IDLX. quo L. Cornelius et C. Minucius consules fuerunt, ut scribit Sigonius 2. de Ant. jur. Ital. 5. sed exitu anni IDLIX. Africano II.

Digitized by Google

plebis ex senatusconsulto tulit ad plebem, plebesque scivit, *Ut Latinae duae coloniae, una in Brut-*
2 *tios, altera in Thurinum agrum, deducerentur.* His deducendis triumviri creati, quibus in triennium imperium esset, in Bruttios Q. Naevius, M. Minucius

et Sempronio consulibus, in quorum consulatu gesta sunt omnia, quae hoc et seq. cap. narrantur. Deductae sunt hae coloniae A. V. 1011. L. Cornelio et Q. Minucio consulibus. Lib. 35, 9. non anno insequenti, ut ibidem Sigonius. DUKER. *Exitu anni hujus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, [Bamb.] et excusi ante Aldum. Tum Q. *Helius* Harl. et Hearnii L. 1.

Tribunus plebis tulit ad plebem, plebesque scivit, ut Latinae duae coloniae] Antiqua lectio habet *tr. pl. ex Sc. tulit.* GELEN. Pal. prior *tribunus plebis Cn. tulit ad plebem.* alter *tribunus tulit ad plebem.* Mox Pal. alter *plebesque scivit, uti duae Latinae coloniae.* quo alludit et Pall. prior. uterque etiam *deducerentur* habet. GEBH. *tribunus plebis tulit ad plebem* Lov. 2. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1535. quae Gelenii emendationem expressit. [*senatusconsulto*, sine *ex*, Bamb.] *tribunus plebis inquit ad plebem* Harl. *tribunus plebis cum tulit ad plebem* Lov. 1. *tribunus plebis contulit ad plebem* Lov. 3. et Mead. ambo. *tribunus plebis Gn. tulit ad plebem* Voss. *tribunus plebis Cn. tulit ad plebem* Lov. 4. *tribunus plebis Cn. Domitius tulit ad plebem* Gaertn. Tum *plebsque scivit* Voss. Lov. 1. 3. Gaertn. et Harl. *plebs quoque scivit* Lov. 6. Insuper *uti Latinae duae coloniae* Voss. *uti duae Latinae coloniae* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. uterque. [Bamb.] *ut duae Latinae coloniae* Gaertner. *duae Latinae coloniae* Lov. 1. *uti duae coloniae Latinae* Lovel. 6. Deinde *una Bruttios, altera Turinum agrum* idem Lov. 6. Perperam denique *deduceretur* edd. Frob. anni 1525. omnesque recentiores usque ad Gronovianas.

§. 2. *His deducendis triumviri creati*] *His deducendis tercio triumviri* Lov. 1. 6. et Voss. in quorum ultimo mox desunt voces *in Bruttios*; at sola praepositio in Lov. 1. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. ante Mogunt. [*IIII viri creati* Bamb.]

M. Furius Crassipes] Pal. pr. *Grasippes.* alter *Grassipensius.* GEBH. Voces *M. Furius* desunt in Lov. 1. et 6. [*M.* deest in Bamb.] Tum *Grassipes* legit Hearnii N. *Grissipes* Lov. 1. *Grispes* Lov. 6. *Gasipes* Voss. Lov. 3. in contextu, et Hearnii L. 1. *Crassipeius* Lovel. 2. *Crassipesius* Lovel. 3. pro varia lectione. *Grassipesius* Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Grassipensius* Lov. 4. et Mead. 2.

In Thurinum agrum A. Manlius, P. Aelius, L. Apustius] Hos triumviros in eadem coloniâ deducenda sequenti anno [35, 9, 7.] vocat Cn. Manlium Vulsonem, P. Aelium Tuberonem, L. Apustium Fullonem. Cum autem P. Aelius sit is, ut ait, cujus lege deducebatur colonia, profecto Q. *Aelius* legendum est. is enim tribunus plebis legem tulit. SIG. Pall. *Aemilius.* GEBH. Praepositio *in*

Digitized by Google

Rufus, M. Furius Crassipes: in Thurinum agrum Cn. Manlius, Q. Aelius, L. Apustius. ea bina comitia Cn. Domitius praetor urbanus in Capitolio habuit. Aedes eo anno aliquot dedicatae sunt: una Junonis Sospitae in foro olitorio, vota locataque qua- 3

non comparet in Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Tum *P. Manlius* Lov. 2. et Harl. *A. P. Manlius* Mead. 1. *A. Publius Manilius* Gaertn. *A. Malius* Lov. 1. *A. Mallius* Voss. *A. Maniliis* Hearnii L. 1. *A. Manlius* Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Hearnii N. [Bamb.] et, recentioribus exceptis, edd. omnes. Sigonius *Cn. Manlius* reposuit, sed nemo eum audivit, nisi Gron. et hinc reliqui. Et ita eum adpellandum esse, censuit etiam Pighius in Ann. ad ann. CCXVIII. p. 264. Solent autem passim *Manlius*, *Mallius*, et *Manilius* in Mstis confundi. V. ad 2, 48, 11. c. 54, 1. 3, 33, 3. c. 51, 11. 4, 23, 21 c. 29, 6. c. 41, 2. c. 44, 1. c. 61, 1. 5, 8, 1. c. 16, 1. c. 47, 4. 6, 5, 6. c. 11, 1. c. 30, 2. c. 39, 1. et saepissime alibi. Deinde [*P. Aemilius* Bamb.] *P. Emilius* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Frobeniana anni 1535. priores. Ea autem dedit *P. Aelius*. V. ad 9, 7, 13. Ejus loco Sigonius *Q. Aelius* reposuit, et quidem eamdem ob causam, ob quam *Cn. Manlius*, pro *A. Manlius*, mutavit; quare rationem differentiae non video, cur Gronov. qui prius recepit, non etiam alterum itidem admiserit. Cl. Crevier. existimat, vel hic *Q. Aelius*, vel in initio hujus cap. *P. Aelius* legendum esse. Hinc *L. Apustius* Voss. et Lov. 1. ac 6.

in Capitolio habuit] Pall. nec non vet. ed. *in Capitolium*. GEBH. Pariter Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 3. *Una Junonis Matutae in foro olitorio*] Haec aedes a Cn. Cornelio Cethego anno quarto hujus belli vota fuit *Sospitae* Junoni, non *Matutae*. V. ipsum hunc authorem l. 32, [30, 10.] non multis foliis a fine, ubi cum Insubribus confligitur. Sane Junonem *Matutam* dici, nusquam, quod sciam, legi. *Cn.* etiam hic *Cornelius* legendum, non *C.* ex eodem libro, quod miror non emendatum in novis codicibus. GLAR. Duae causae sunt, cur legendum sit *Junonis Sospitae*. Una, quod nusquam alibi *Juno Matuta* dicta est, sed *Mater Matuta*, quae Graece *Ἀυτόθεα* est; altera, quod quadriennio ante C. Cornelius *Junoni Sospitae*, non *Matutae*, vovisse aedem traditur. Verba sunt Livii 32, [30, 10.] *Consul principio pugnae aedem vovit Sospitae Junoni, si eo die hostes fusi fugatique essent.* Idem etiam probe Glareano videtur. SIG. Nardinus 7. Rom. vet. 4. improbat emendationem Sigonii, ob has causas, quod nimis magna variantia lectionis inter *Matutae* et *Sospitae* sit, quam ut librarius facile tantopere labi potuerit; et quod P. Victor in Regione XI. Urbis, in qua Forum olitorium fuit, templum *Junonis Matutae*, et Sex. Rufus in eadem aedem *Matutae* memorent. Ipsi verosimile videtur, et *Matutae*, et *Sospitae Junonis* templum in Foro olitorio fuisse; sed utrum horum a Cornelio bello Gallico votum fuerit, difficile explicatu esse dicit. Boherellus apud Grae-

Digitized by Google

driennio ante a C. Cornelio consule Gallico bello;
4 censor idem dedicavit: altera Fauni. aediles eam biennio ante ex multaticio argento faciendam locarant,

vium in Praefat. tom. 4. Antiq. Rom. hic *Matutae* retinendum, et sic quoque 32, 30, 10. non *Sospitae*, legendum esse contendit; quum quia nullum aliud *Junonis Sospitae* templum, quam in monte Palatino, fuerit; tum propter easdem P. Victoris et Sex. Rufi auctoritates, quibus Nardinus emendationem Sigonii impugnat. Haec omnia difficilia explicatu sunt. Utroque loco idem nomen scribendum esse, res ipsa clamat. Sed utrum hic *Sospitae*, an 32, 30, 10. *Matutae* legendum sit, non facile decerni potest. Argumentum ex P. Victore et Sex. Rufo, quo adversus Sigonium pugnant Nardinus et Boherellus, non tam firmum est, ut labefactari aliqua ratione non possit. Nam primum, quod hi aedem *Matutae*, non Junonis *Sospitae*, in Foro olitorio recensent, ex eo non necessario sequitur; nullam in eo aedem Junonis *Sospitae* fuisse: nisi quis ostendat, nullas Romae aedes sacras et templa fuisse, quae ab iis non sint memorata. Sed, hoc non posse ostendi, certum est. Deinde, etsi eo tempore, quo illi regiones Urbis describebant, tantum aedes *Matutae*, nulla Junonis *Sospitae*, in Foro olitorio fuisset, tamen ob id negari non posset, olim in eo etiam aedem Junonis *Sospitae* esse potuisse. Templi Junonis *Sospitae*, quondam in monte Palatino facti, ne vestigia quidem aetate Ovidii superfuisse, ex illius 2. Fast. 55. et seqq. adnotat Boherellus. Idem cur tot saeculis, quot inter A. V. ıɔLIX. et P. Victoris ac Sex. Rufi aetatem fuerunt, non potuisse accidere aedi Junonis *Sospitae* credamus, nulla ratio est. Nam ne veteres quidem Romanos, etsi posteris suis religiosiores, semper maximam curam aedium sacrarum reficiendarum habuisse, ex Ovidii l. d. et Cornelii Nep. Attic. 20. patet. Nec respondet Boherellus Sigonio, ideo hic improbanti *Matutae*, quod cognomen *Matutae* nusquam alibi Junoni additum legatur: quod argumentum tam validum visum fuit Nardino, ut, quamquam sciebat in P. Victore legi *aedem Junonis Matutae*, hic tamen *Inonis*, pro *Junonis*, legendum suspicaretur. Cum Glareano et Sigonio faciunt Gyraldus in Hist. Deorum Syntagm. 3. Pighius in Annal. ad A. V. ıɔLIX. et Neapolis ad Ovid. l. d. quorum sententiam Gronovio veram fuisse visam ex eo colligo, quod sine ulla mentione veteris scripturae in textum recepit *Sospitae*. Nec improbabile est, quum Romae jam una atque altera aedes *Matutae* esset, v. Liv. 5, 19. 23. 24, 47. 33, 27. nulla, quod quidem a veteribus proditum sit, Junonis *Sospitae*, praeter eam, quam Ovid. memorat, quae tamen jam tum collapsa esse potuit, Cornelium potius voviſse aedem Junonis *Sospitae*, quam *Matutae*; ut Juno *Sospita*, cujus aedes Lanuvii celeberrima erat, Liv. 8, 14. 23, 31. 24, 10. 31, 12. Romae quoque coleretur. Nimiam discrepantiam scripturae inter *Matutae* et *Sospitae* sine dubio etiam viderunt, sed nullam illius rationem habendam esse censuerunt, alii viri docti. DUK. *Junonis Matutae* constanter etiam omnes nostri, [Bamb.] nisi quod *Junonis Maturae* sit in Lov. 1. et 3. Nardino, *Inonis Matutae*

Digitized by Google

C. Scribonius, et Cn. Domitius; qui praetor urbanus eam dedicavit, et aedem Fortunae Primigeniae 5 in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla, duum-

scribendum conjicienti, forte praeivit Pighius in Annal. ad ann. 1501II. p. 442. ubi eodem modo *aedes Inonis Matutae* apud P. Victorem emendandum opinatur. Praeterea *hostilio* Lov. 6. *holitolio* Voss. *holitobio* Lov. 4. et Mead. 2. *olitolio* Lov. 1. *olinitobio* Lov. 2. *oliterio* Gaertn. [*holitorio* Bamb.] Tum *vocata locataque* Voss. Insuper *a Gneo Cornelio* Lov. 2. Sed *a C. Cornelio* legendum est, invito quamvis Glareano. V. ad 32, 27, 5.

Altera Fauni] Nempe in insula. V. 33, 42, 10. DUKER.

§. 4. *Faciendam locarant*] Continent Pall. *locaverunt*. Vetus ed. *locarunt*. GEBH. *locarant* Aldus ex cod. Mog. recepit. Antea edebatur *locarunt*, quod superest in Lov. 1. et 5. *locaverunt* in Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. utroque. [Bamb.] *locaverant* in Lov. 6. et Gaertn. Mox *erat*, pro *eam*, Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*qui populo r. eam dedicavit* Bamb.]

§. 5. *Aedem fortunae Primigeniae in colle Quirinali dedicavit*] *Primigenae* male Harl. *Fortunae Primigeniae* passim Livius meminit, ut 29, 36, 8. ubi aedem votam refert, et 43, 13, 5. Etiam Cic. 2. de Leg. 11. De ejus aede v. Donat. 3. de Urbe Rom. 15. et Nardin. 4. Rom. vet. 7. ubi male bello Punico primo, pro secundo, votam tradit. Tum *incolae*, pro *in colle*, aberrantes scribae Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Hinc *dedicavitque* Voss. et Lov. 1. *dedicavit quā* Lov. 6. Sed illud *que* ac *quā* natum est ex proximo Marcii praenomine Q. Insuper *Marcius Hala duumvir* Harl. *Marcius Ahala duumvir* Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1531. *Marcius Achala duumvir* Voss. et Gaertn. *Marcius Abala duumvir* Lov. 3. *Marcius Achaladinus vir* Lov. 2. *Marcius Achaladinā vir* Mead. 1.

Duumvir ad id ipsum creatus] De hoc et aliis Livii locis, in quibus duumvirorum aedibus sacris dedicandis mentio est, agit Gronov. ad 23, 30, 14. sed ita, ut dubitari possit, an existimaverit, non obstare appellationem *duumviri*, quo minus, quum Livius aedem aliquam sacram ab uno duumviro dedicatam fuisse scribit, tantum unus illius rei causa creatus fuerit. Mihi hoc munus semper duobus injunctum fuisse videtur. Nam ratio docet, unum hominem, cui soli certae rei curatio mandata est, non posse vocari *duumvirum*, etsi, quum duo creati sunt, uterque recte *duumvir* dicitur. Nec quisquam dubitare potest, hoc nomen iis, qui aedes sacras dedicabant, primum ab eo, quod duo erant, impositum fuisse. Livius 23, 21, 7. *Duumviri creati M. et C. Atilii aedem Concordiae, quam L. Manlius praetor voverat, dedicaverunt*. Quod autem interdum tantum unus memoratur, id eo fieri potuit, quod huic vel sorte evenerat, vel a populo nominatim ob causam datum fuerat id, quod praecipuum in dedicatione erat, puta, ut postem tenens precationem, aliaque maxime solennia aedibus sacris dedicandis peragereat. Ita accipio, quod 2, 42, 5. legitur: *Filius ejus* (A. Postumii) *duumvir ad id ipsum creatus dedicavit* (aedem Castoris a

Digitized by Google

6 vir ad id ipsum creatus. voverat eam decem annis
ante Punico bello P. Sempronius Sophus, locaverat
7 idem censor. Et in insula Jovis aedem C. Servilius
duum-

patre votam.) Et 36, 36, 5. *Juventatis aedem in circo maximo C. Licinius duumvir dedicavit.* Nec adversatur huic sententiae, quod 23, 30, 14. scriptum est. *Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent aedis dedicandae causa.* Nam ex c. 31, 9. liquet, non latum esse ad populum, ut Fabius solus duumvir crearetur aedi Veneris Erycinae dedicandae; sed ut duo duumviri, Fabius aedi Veneris Erycinae; Otacilius aedi Mentis dedicandae, essent. Ita enim etiam aliis locis Livius, quum duas aedes dedicatas narrat, duos duumviros, sed alium alii dedicandae, memorat, ut hic Marcium aedi Fortunae Primigeniae, Servilium aedi Jovis, et 40, 34, 4. L. Porcium aedi Veneris Erycinae ad portam Collinam, M. Acilium Glabrionem aedi Pietatis in foro olitorio. Quum autem unus aliquis, verbi gratia consul, censor, dictator, praetor, quod obvium est in Livio, vel quicumque alius, non addita appellatione duumviri, aedem sacram dedicasse dicitur, ut M. Plaetorius, primi pili centurio, jussu populi aedem Mercurii, 2, 27, 6. T. Quintius duumvir sacris faciundis, id est duumvir Sibyllinus, aedem Martis, 6, 5, 7. et M. Marcellus aedem Virtutis, 29, 11, 13. ei non credo dedicationem sub nomine duumviri mandatam fuisse. DUK. *ad id tempus creatus* Voss. et Lov. 3. *ad ipsum creatus* Lov. 5. et edd. ante Ascens. anni 1513.

§. 6. *P. Sempronius Sophus: locaverat idem censor*] Libro 29. sub finem [c. 36, 7.] de P. Sempronio Tuditano consule, cum Hannibale confligente, ita ait Livius: *Consul principio pugnae aedem Fortunae Primigeniae vovit.* Insuper *Tuditanus* pro *Sophus* hic legendum, nisi duo huic viro cognomina fuerint, quemadmodum illi Sempronio, qui consul fuit anno ab urbe condita CDI. quem Livius *P. Sempronium Sophum* appellat 9, [45, 1.] Plinius autem 33, 1. *P. Sempronium Longum.* GLAR. Hic P. Sempronius et in consulatu, et in censura *Tuditanus*, non *Sophus*, dicitur a Livio. Quare cognomen *Sophus* ex hoc loco delendum videtur; puto tamen non esse reponendum *Tuditanus*, ut censet Glareanus, sed *consul*; ut ita legatur, *voverat eam P. Sempronius consul, locaverat idem censor.* Sic enim 29, [36, 8.] ubi de P. Sempronio vovente ait: *consul principio pugnae aedem Fortunae Primigeniae vovit.* Errandi causam dedit compendiosa scribendi ratio *COS. Sop.* Ita autem locutus est paulo ante: *Vota locataque quadriennio ante a C. Cornelio consule Gallico bello, censor idem dedicavit.* SIG. Notarum compendia videntur librariis errorem reduxisse, qui *Cons.* in *Cens.* mutarunt, ut negligenter saepe scribunt. Censor enim P. Sempronius quinque annis ante fuerat, quam consul est factus. Non igitur censor locare potuit, cum aedem hanc nondum vovisset. Quare legendum erit *locaverat idem consul*, nam et consulatu, teste Livio, primum voverat. Cur autem *Sophi* co-

Digitized by Google

duumvir dedicavit. vota erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone praetore; ab eodem postea consule locata. Haec eo anno acta.

LIV. P. Scipio ex provincia Gallia ad consules 1

gnomen hic Sempronio tribuat Livius, quem ipse prius, et Cicero, aliique *Tuditanum* vocant, obscurum est. Utrumque sane cognomen Sempronia e gentis est. Et multos duplici cognomine insignes fuisse, ex Fastis palam est. Sic et Sempronius hic tam *Sophus*, quam *Tuditanus*, vocari potuit, prognatus forsan ab illo Sempronio Sopho, cui caput tuditi vel malleo simile novum *Tuditani* cognomen alterum indidit, sicut ex Atejo Festus Pompejus annotavit. PIGH. in Ann. ad ann. ıɔxlix. p. 216. Pal. alter *Sophuseo*, quod est *Sophus consul*. Sed Sigonius exterminat τὸ *Sophus*. GEBH. *Sophusto* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Hearnii L. 1. *Sophuseo* Lov. 4. Harl. et Gaertn. *Sophiseo* Mead. 2. *Sophus: colocaverat* Mead. 1. [*Sophus cos.* Bamb.] Vel legendum videtur *P. Sempronius Sophus Tuditanus: locaverat idem cos.* vel *P. Sempronius Sophus cos. locaverat idem censor.* Sed tum inter errores Livii referri debet, quod erediderit, Sempronium post consulatum demum censuram adeptum fuisse. Cl. Crevierius etiam existimat, Livium hic, ut saepe alias tenuibus in rebus, dormitasse, et ideo Pighii conjecturam minus probabat, quia ex ipsa membrorum distinctione, *voverat Punico bello: locaverat idem*, videtur Livius duo distinguere tempora voluisse, unum votae, alterum locatae aedis.

§. 7. *Et in insula Jovis aedem C. Servilius*] *Et insula Jovis aedem* Lov. 2. et Harl. Sed praepositionem intercepit prima syllaba vocis sequentis. V. hoc lib. ad c. 28, 3. Ceterum ex annalium veterum discrepantia ortum censet Cl. Periz. in Animadv. hist. c. 8. p. 355. quod Livius aedem, quam L. Furium Purpureonem praetorem in proelio contra Gallos Jovi vovisse dixit 31, 21, 12. bis dedicatam memorarit, et quidem diversis annis, diversis urbis locis, et a diversis duumviris; hoc loco anno ıɔlix in Insula, scilicet Tiberina, a C. Servilio; infra 35, 41. anno ıɔlxii in Capitolio a Q. Marcio Ralla. Nodum hunc diu antea vidit Glareanus ad 35, 41, 8. et idem fere, quod postea Perizonio, ei in mentem venerat. Eumdem vidit etiam Sigonius, quem ut solveret, conjecit, Furium in praetura duas Jovi aedes vovisse, earum alteram hoc anno dedicatam esse, alteram simul cum tertia, quam in consulatu itidem Jovi voverat, triennio postea: et hinc supra ad 31, 21, 12. pro *aedemque Deo Jovi vovit*, scribendum conjecit *aedesque duas Jovi vovit*. Vide, quae eo loco notavit. [*Purpurione* Bamb.]

Haec eo anno acta] Libri omnes *Haec eo anno Scipio ex provincia* etc. GEBH. *Et eo anno Scipio* Harl. *Nec eo anno Scipio* Voss. Lov. 1. 6. et Mead. ambo. *Nec anno eo Scipio* Lov. 2. *Haec eo anno Scipio* Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo emendarunt, ut nunc vulgo exstat. Et recte. Eadem certe formula supra obcurrit 5, 14, 1., et innumeris aliis locis. [*acta* omittit Bamb.]

Digitized by Google

subrogandos venit. Comitia consulum fuere, quibus creati sunt L. Cornelius Merula et Q. Minucius
2 Thermus. Postero die creati sunt praetores L. Cor-

§. 1. *P. Scipio ex provincia Gallia ad consules subrogandos rediit*] MS. *ad consules subrogandos venit.* MOD. Supra 21, 15, 6. *Post pugnam ad Trebiam ad creandos consules Romam quum venisset.* 22, 33, 9. *Alter eorum ad consules creandos Romam veniret.* 23, 24, 1. *Ad consules subrogandos veniret.* 24, 7, 11. *Romam comitiorum caussa veniens.* 15, 41, 9. *Alter eorum ad subrogandos magistratus Romam veniret.* 31, 49. *Quum ex provincia Romam comitiorum caussa venisset.* 39, 6, 1. *Consularium comitiorum adpetebat tempus: quibus quia M. Aemilius obcurrere non potuit, C. Flaminius Romam venit.* c. 32, 5. *Comitiorum adpetebat tempus. Prior tamen Claudius, quam Sempronius, Romam venit.* Nullus quidem meorum codd. [nec Bamb.] consentit Moguntino; *redire* etiam in hac re a Livio usurpari non nego: integritas tamen ejusdem Mog. et fides fecit, ut eum secutus sim. Nam et praenomen Scipionis *P.* in nullo meorum exstitit, abest etiam ab edd. vett. at Moguntini demum id ex cod. suo adsciverunt: in quo nullus iis adversatus est. Insuper *ex provincia Gallica* Voss. Mox *Thermius* Lov. 2. *Therinus* Lov. 1. 3. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. Ascensiana anni 1513. priores. V. ad 34, 45, 2.

§. 2. *L. Porcius Licinius*] *Licinus* ex Capitolinis tabulis. SIG. *Licinius* servant Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Reliqui ex uno eo duos faciunt praetores. Nam *L. Porcius M. M. Licinius* legit Lov. 1. *L. Porcius M. Licinus* Voss. *L. Porcius M. Licinius* Lov. 4. 5. Mead. 2. Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. usque ad Aldum, lectionis a Sigonio recte rejectae auctorem. V. ad 26, 6, 1. *L. Porcius M. filius* Mead. 2. inter versus.

§. 3. *Megalesia, ludos scenicos, C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo aediles curules primi fecerunt*] 29, [14, 14.] de suscepta Matre Deûm ita ait Livius: *Populus frequens dona Deae in Palatio tulit, lectisterniumque et ludi fuere, Megalesia appellata.* Ergo hic non primi facti sunt hi ludi. Idem Livius 36, [36, 4.] primos scenicos ludos fuisse factos scribit ex Valerio Antiate. Variatum igitur hoc historia est. Quod autem continuo subnectitur: *Horum aedilium ludos Romanos primum senatus a populo secretus spectavit,* haud scio, quam verum sit. Nam l. 1, [35, 8.] de Tarquinio Prisco atque ludis ab eo institutis ita ait Livius: *Loca divisa Patribus equitibusque.* GLAR. Eosdem aediles in iisdem ludis faciendis edit etiam Paedianus in Cornelianam. SIG. Lambinus ad Cic. de Arusp. resp. 12. et ad 2. Epist. Fam. 11. ubi libri scripti et editi habent *Megalensibus*, contendit, neque Graece, neque Latine dici posse *Megalenses, Megalensia* et *Megalensibus*, ea barbara aut soloeca esse, pro iis *Megalesia* et *Megalesiis* dici, et ita utroque loco Ciceronis, quamvis repugnantibus et invitis omnibus libris, scribi debere. Sane *Megalesia* dicunt Varro 5. de ling. Lat. p. 47. Cicero de Arusp. resp. 12. Livius hoc loco, l. 29, 14,

Digitized by Google

nelius Scipio, M. Fulvius Nobilior, C. Scribonius, M. Valerius Messalla, L. Porcius Licinus, et C. Flaminius. Megalesia, ludos scenicos, C. Atilius Ser- 3

14. 36, 1. [?] et 36, 4. Ovid. 4. Fast. 357. Juven. 6, 69. et Festus. Contra, quae Lambinus improbat, defenduntur auctoritate Ciceronis ll. dd. Taciti 3. Ann. 6. Gellii 2, 24. et 18, 2. Martial. 10, 41. Ascon. in primam Cornelianam Ciceronis, Didascaliarum quatuor comoediarum Terentii, et Donati in fragm. de Comoed. et Trag. Muretus ad hoc fragmentum putat, primum *Megalensia*, deinde, detrita litera, *Megalesia* dictum fuisse, quod videtur probare Graevius ad Cic. de Arusp. resp. Sed forsitan sine discrimine *Megalesia* et *Megalensia* dixerunt, ut *Scaptesula* et *Scaptensula*, et alia, de quibus v. annotat. ad Marcellini vitam Thucydidis p. 3. Quae porro hic de Megalesiis tradit Livius, non adversantur illis, quae 29, 14, 14. scripserat, Megalesia jam ante decennium facta fuisse. Nam hic non dicit, hos aediles tum primos Megalesia fecisse, sed *primos Megalesia ludos scenicos* fecisse, id est, addidisse iis ludos scenicos, sine quibus antea agebantur: quod Valerium Antiatem triennio post in dedicatione aedis Matris Magnae Idaeae factum prodidisse, refert Livius 36, 36, 4. Ita haec componi posse puto, quae prima fronte inter se videntur pugnare. Buleng. de ludis Circ. c. 8. citat tria haec loca Livii, sed nihil decernit, atque etiam in eo labitur, quod scribit, Ascon. in Cornelianam eosdem, quos hic Livium, aediles Megalensibus faciendis edere. Asconius enim ab his aedilibus ludos Romanos, de quibus etiam est apud Livium c. 44. factos scribit, nec de eorum Megalensibus quidquam dicit. Nec recte sententiam verborum Livii 36, 36. de his ludis percepit Eruditiss. Camerarius, in Diatriba de Comicis versibus scribens, Livium l. 7. et Valerium Antiatem de origine ludorum scenicorum apud Romanos inter se dissentire. De Megalensibus denique notabilem errorem Goveani, qui *Megalenses* et *ludos Romanos* eosdem esse putavit, castigarunt Muretus l. d. et Vossius in Etymol. In eodem errore versatur Gyraldus in Histor. Poët. Dial. 6. p. 335. ed. Batavae. DUK. Atilii praenomen *C.* [quod est in Bamb.] exsulat ab omnibus codd. nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiquis. Ejus praenomen omiserunt etiam Val. Max. 2, 4, 3. et Ascon. ad Cic. Cornelianam. Primus Froben. anno 1535. eum vocavit *C. Atilium*: utrum tamen ex cod. an ex conjectura, incertum est. Verum, undeunde ita ediderit, id ipsi praenomen fuisse non existimo. Infra quidem memoratur *C. Atilius Serranus* praetor creatus 39, 23, 2. sed ab eo, qui hic memoratur, ideo diversum puto, quia verisimile non videtur, eum post aedilitatem curulem per novem annos jacuisse, antequam praeturam obtineret; idque illo tempore, quo aediles vel anno proximo, vel uno alterove interjecto, praetores creari solebant. Credo igitur hoc loco potius legendum esse *A. Atilius*, et praenomen *A.* interceptum esse a litera initiali vocis sequentis. V. ad 40, 34, 1. Ita autem indicabitur *A. Atilius Serranus*, qui anno uno interjecto praetor designatur 35, 10, 11. Et quidem haec conjectura inde firmatur, quod L. Scribonius Li-

Digitized by Google

ranus, L. Scribonius Libo aediles curules primi fe-
4 cerunt. Horum aedilium ludos Romanos primum
senatus a populo secretus spectavit, praebuitque
sermones, (sicut omnis novitas solet) aliis, *tandem,*
quod multo ante debuerit, tributum, censentibus,
5 *amplissimo ordini*; aliis, *demtum ex dignitate popu-*
li, quidquid majestati Patrum adjectum esset, inter-

bo, ejus in aedilitate curuli collega, eodem anno praeturam obtinuisse ibidem dicatur. Deinde *Attilius* Voss. Lov. 2. 5. 6. Gaertn. et edd. usque ad Gron. qui anno 1665. recte *Atilius* dedit. V. ad 35, 10, 11. Insuper *Serramus* Mead. 1. [*Serrannus* Bamb.] *Serranus* Lov. 2. 6. Gaertn. et edd. usque ad Vascos. qui *Serranus* edidit. De quo cognomine, quod in nummis familiarum hac nota *SAR.* indicatur, et in fastis Capit. ad ann. 10MXXIII. (* et 10CXVII.) *SERRANUS* scribitur, ejusque origine et orthographia, v. Cl. Periz. in Animadv. Hist. c. 1. Hinc *T. Scribonius* Ascon. l. laud. invitis Livio et Valer. Max. eorumque Mssis: alibi etiam gens Scribonia *Titi* praenomine usa non reperitur. Omnino igitur apud Ascon. emendandum *L. Scribonius*. Tandem *fuerunt* Harl. V. ad 40, 50, 5.

§. 4. *Senatus a populo secretus spectavit*] *a populo segregatus* Lov. 6. a m. 1. Nihil mutandum. Supra c. 44, 5. *Ut loca senatoria secernerent a populo.* Mox *tribuitque sermones* Harl. Vox autem *novitas* male exsulat a Lov. 1.

Tributum censentibus amplissimo ordini] Libri omnes *existimantibus*. GEBH. *extimantibus* Lov. 1. 2. 3. et 6. *existimationibus* Gaertn. *existimantibus* reliqui mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. primae. Frobenius deinde anno 1535. *censentibus* ex cod. Mog. recepit.

§. 5. *Demtum ex dignitate populi, quidquid majestati Patrum adjectum esset*] Simili modo Curtius 6, 1. *Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse ne tacitus quidem indignabatur, suae demptum gloriae existimans, quidquid cessisset alienae.* Eadem figura orationis 35, 17, 1. *Eumenes, quantumcumque virium Antiocho decessisset, suo id accessurum regno ducebat.* GEBH. *decerptum ex dignitate* Lov. 6. quod est ex glossa. *demtum dignitate* Harl. Male. Infra 37, 7, 2. *Ex summa pecuniae demerent.* Alibi construxit cum praepositione *de*. V. ad 7, 41, 8.

Et concordiae et libertati aeque minuendae esse] Vet. lib. *libertatis*. Ita autem legendum esse, alio loco, ubi de ejusmodi dicendi genere docui, ostendi. SIG. Libri omnes *libertatis aeque minuendae*. GEBH. Sigonius e vetere suo *libertatis*; id quod non modo nostri confirmant scripti, sed et quidquid est editorum ante Gryphium et Curionem. J. FR. GRON. *libertatis* omnes etiam codd nostri. Ex editoribus autem id primus mutavit Froben. anno 1535. et postea ante Gryphium et Curionem edd. Basil. anni 1539. ac Vascos. Re-

Digitized by Google

pretantibus. *et omnia discrimina talia, quibus ordines discernerentur, et concordiae, et libertatis aeque minuendae esse. Ad quingentesimum quinqua-* 6
gesimum octavum annum in promiscuo spectatum esse. Quid repente factum, cur inmisceri sibi in ca-
vea Patres plebem nollent? cur dives pauperem con- 7
sessorem fastidiret? novam et superbam libidinem,

ete autem viri docti *libertatis* revocarunt. Supra 5, 3, 5. *Concordiam ordinum dissolvendae maxime tribuniciae potestatis rentur esse.* ubi alia vide. 38, 50, 8. *Nihil tam aequandae libertatis esse, quam potentissimum quemque posse dicere caussam.* 40, 29, 11. *Quum animadvertisset, pleraque dissolvendarum religionum esse.* Praeterea *libertatis aequae* multae ex edd. principibus. Supra 4, 5, 1. *Utrum vobis dominatio, an omnibus aequa libertas parta est?* ubi vide. Vulgatum tamen, quod in prima deinde Mog. ed. obviam fuit, damnatum nolo. Paullo ante *discernuntur* cod. Mogunt.

§. 6. *Ad quingentesimum octavum annum*] Insignem hic considera mendam, lector. Ab initio hujus decados [31, 5, 1.] numeratur annus ab urbe condita quingentesimus quadragesimus, hic quingentesimus octavus, cum octo interea effluxerint anni. Quare non fit mihi dubium, ut illud *quadragesimus* supra pro *quinquagesimo* irrepserat, ita hic omissum *quinquagesimus*. Quare locus ita legendus: *Ad quingentesimum quinquagesimum octavum annum* etc. ut quatuor anni desint ab urbe condita. Nec dubium est ulli, sub Romulo fuisse etiam spectacula. GLAR. *quinquagesimum sextum* legendum esse, alio loco doceo, in Chronologia. In veteri libro est *DVIII.* Menda ex notis est nata, cum debeat scribi *DLVI. L* enim in *V* versum est, et *V* in duo *II*, ut alias. SIG. *Ad quingentesimum octavum annum* dederunt etiam omnes Msti nostri, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] sed vox *quinquagesimum* excidit ob similitudinem praecedentis. At omnia haec vocabula cum quatuor sequentibus desunt in Lov. 1. ubi exciderunt neglegentia scribae ob repetitionem vocis *esse*. V. ad 9, 11, 11. Idem numerus annorum, quem Glareanus hic reponit, exstat apud Valer. Max. 2, 4, 3. ubi Glarean. eodem modo Livium emendandum docuit. Ceterum adversus Sigonium disputat Robortell. in conven. supput. Livianae c. 4. qui emendare videtur *DLIX.* nisi in Face crit. Gruteri, qua Robortelli editione utor, erratum sit.

In promiscuo spectatum esse] Pal. pr. et vetus ed. *in promiscuum spectatum esse.* Alter *promiscue spectatum esse.* GEBH. In his verbis exhibendis varie errarunt codd. nostri. [*in promiscuo* omittit Bamb. vacuum spatium relinquens.] Sed verissima est lectio vulgata, quam Aldus ex Mogunt. recepit. V. ad 39, 13, 10. Mox *factum sit, cur inmisceri* cod. Mogunt. Male. *fa-*

Digitized by Google

ab nullius ante gentis senatu neque desideratam, ne-
8 *que institutam.* Postremo ipsum quoque Africanum, quod consul auctor ejus rei fuisset, poenituisse ferunt. adeo nihil motum ex antiquo, probabile est: veteribus, nisi quae usus evidenter arguit, stari malunt.

1 LV. Principio anni, quo L. Cornelius, Q. Minucius consules fuerunt, terrae motus ita crebri nunciabantur, ut non rei tantum ipsius, sed feriarum
2 quoque ob id indictarum, homines taederet. nam neque senatus haberi, neque respublica administrari poterat, sacrificando expiandoque occupatis con-
3 sulibus. Postremo, decemviris adire libros jussis,

ctum, cur misceri Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *factum, cur miseri* Harl.

§. 7. *Novam et superbam libidinem*] *novam superbamque libidinem* Lov. 2. *novam superbam libidinemque* Harl. Mead. 1. et Gaertn. *novam superbam libidinem* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. [Bamb.] et edd. priscae. Ascens. demum anno 1513. *novam et superbam* edidit. Paullo ante *consessorem nollet*, pro *fastidiret*, Gaertn. [*consensorem* Bamb.] Mox in fine cap. *stari malumus* Voss.

§. 1. *Feriarum quoque ob id indictarum*] *ad id indictarum* Harl. Superius *fuerunt* deest in Lov. 3. [*fuerant* Bamb.] Praeterea *non rei ipsius tantum*, alio ordine, Harl.

§. 2. *Nam neque senatus haberi, neque respublica administrari poterat*] *Jam enim senatus haberi, nec respublica* Lov. 3. Tum *poterant* Lovel. 2. et Gaertn. Mox *expediendoque* Voss. *expiando* Lov. 1. [§. 4. *suplicarent pariter*, et *alius terrae motum* Bamb.]

§. 5. *Cornelius Galliam, Minucius Ligures sortiti sunt*] Manuscriptus plane alia et syntaxi et dicendi forma: *Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt.* Et loquitur sane non semel et hoc, et illo modo Livius: quare non multum interesse sane arbitror, utrum hic recipias, utrum ne recipias. MOD. Moguntinum. *Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt.* Recte sentit Modius, parum interesse, utrum recipias: sed falsa ratione, quod nempe utroque modo alibi Livius. Vera ratio est, quia utrumque suppositicium et correctorum. Moguntinum stare nequit propter *urbanam*, *peregrinam*, *Siciliam* etc. tum propter nomina praetorum, quae omnia simul erant mutanda. *Sortiti sunt* est interpretis, quia verbum idem proxime praecessit. Fuit igitur

Digitized by Google

ex responso eorum supplicatio per triduum fuit. coronati ad omnia pulvinaria supplicaverunt: edi- 4
ctumque est, ut omnes, qui ex una familia essent, pariter supplicarent. item ex auctoritate senatus consules edixerunt, ne quis, quo die, terrae motu nunciato, feriae indictae essent, eo die alium terrae motum nunciaret. Provincias deinde consules 5
prius, tum praetores sortiti. Cornelius Galliam, Minucius Ligures sortiti sunt. C. Scribonius urba- 6
nam, M. Valerius peregrinam, L. Cornelius Siciliam, L. Porcius Sardiniam, C. Flaminius Hispaniam citeriorem, M. Fulvius Hispaniam ulteriorem.

LVI. Nihil belli eo anno exspectantibus consuli- 1

Livii: *provincias deinde consules prius, tum praetores sortiti, Cornelius Galliam, Minucius Ligures: C. Scribonius urbanam.* Statimque *C. Flaminius Hispaniam citeriorem, M. Fulvius ulteriorem.* Ut c. 43. hujus libri, et l. 33, 26. et saepe alibi. Vossianus: *Cornelio Gallia, Minucio Ligures sortiti: caeterum Scribonius.* Quod si Moguntinum placeat, sic omnia formanda. *Provincias deinde, consulibus prius, tum praetoribus sortitis, Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt: C. Scribonio urbana, M. Valerio peregrina, L. Cornelio Sicilia, L. Porcio Sardinia, C. Flaminio Hispania citerior, M. Fulvio ulterior.* J. FR. GRON. Excerpta mea Vossiani *Cornelio Galliam, Minucio Ligures sortiti:* quae eadem lectio profitat etiam in Lov. 1. et Hearnii L. 1. ac N. Priorem Gronovii conjecturam non admodum sperno. Vide tamen, num ex cod. Mog. et ex vulgato simul legendum sit, *Provincias deinde consules prius, tum praetores sortiti. Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt, Sortiti sunt C. Scribonius* etc. *To sortiti sunt* eo displicere non debet, quod *sortiti* praecesserit. V. ad 1, 3, 9. [*Cornelio Galliam, Minucio Ligures evenerunt sortiti praetores* Bamb.] Praeterea in adsignatione provinciarum recensenda Livius interdum eodem modo orationem intercidit et variavit. Ut 32, 28, 2. *Urbana Sergio, peregrina jurisdictio Minucio obtigit. Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hispaniam Sempronius citeriorem, Helvius ulteriorem est sortitus.* 37, 50, 8. *Aetolia M. Fulvio, Asia Cn. Manlio sorte evenit. Praetores deinde sortiti sunt, Sp. Postumius Albinus urbanam* etc. 38, 35. 10. *Messallae Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Praetores inde sortiti sunt. M. Claudio urbana, P. Claudio peregrina jurisdictio evenit. Q. Marcius Siciliam, C. Sertinius Sardiniam,*

Digitized by Google

bus, literae M. Cincii (praefectus is Pisis erat) ad-
2 latae: *Ligurum viginti millia armatorum, conjuratione per omnia conciliabula universae gentis facta, Lunensem primum agrum depopulatos, Pisanum deinde finem transgressos, omnem oram maris pera-*
3 *grasse.* Itaque Minucius consul, cui Ligures pro-

L. Manlius Hispaniam citeriorem, C. Atinius ulteriorem est sortitus. Praeterea recte Gronov. vocem *Hispaniam* posteriori loco delet. V. Sigon. ad 37, 50, 8. et Gronov. ad 39, 8, 2. et ad c. 38, 3.

§. 1. *Literae M. Cincii (praefectus is Pisis erat) adlatae*] Tollunt provocabulum *is* libri omnes, *praefectus Pisis erat.* Scripti quoque auctoritate omnium codicum *Nihil eo anno belli exspectantibus.* GEBH. Libri veteres abolent pronomen a Mog. additum, retento: *literae M. Cincii (praefectus Pisis erat) allatae.* Recte. Diximus in principio operis hujus. 27, 33, 7. *Dictator Manlius magistrum equitum Cn. Servilium (tum aedilis curulis erat) dixit.* Sic nostri meliores et Rhenani liber. Vulgo: *qui tum aedilis.* 31, 10, 5. *L. Furius Purpureo tum provinciae praeerat, caetero ex senatusconsulto exercitu,* etc. Andreas sane immisit *qui,* et retinent eum secuti, sed non est in scriptis. 37, 17, 5. *Erant Iassensium exules cum Romanis. frequentes Rhodios orare institerunt, ne urbem, et vicinam sibi, et cognatam, innoxiam perisse liceret.* Sic omnes MSS. ut et Andreas cum vetustissimis. Aldina *ibi frequentes.* Posteriores magis scilicet nasuti: *ii frequentes.* Eodem libro c. 40, 13. *Et totidem Trallos et tria millia cetratorum (Pisidae erant, et Pamphylii, et Lycii) tum Cyrtaeorum.* Ita scribendum. Vulgo *Pisidae hi erant.* Sed libri veteres pronomen ignorant. J. FR. GRON. *M. Cinci* Voss. Lov. 4. Harl. et Hearnii N. [Bamb.] *M. Cinei* Lov. 2. et 6. *M. Quinti* Hearnii L. 1. Tum pronomen *is* in nullo meorum adparet, ut nec in Oxoniensi L. 1. et N. [Bamb.] sed *qui praefectus Pisis erat* legit Lov. 3. Novi equidem, saepe solitos fuisse scribas aliosque voculis *is, qui, hic* similibusque particulis dissolutiorem, ut putabant, Livii orationem melius connectere. V. J. Fr. Gronov. ad 1, 1, 11. 7, 5; 4. et 40, 55, 1. et Jac. Gronov. ad 34, 8, 4. 36, 16, 3. et c. 30, 3. At simul novi, Livium in simili parenthesi pronomen *is* vel interposuisse, vel omisisse. V. ad 40, 57, 3. Auctoritas igitur integerrimi cod. Mog. cujus ope tot vulnera Livio inflicta coaluerunt, effecit, ut lectionem ejus revocarim. Aliud exemplum v. ad 35, 51, 2. Et potuit τὸ *is* in reliquis intercidisse ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis. Paullo ante *Nihil eo anno belli* omnes Msti, quibus utor, [Bamb.] et edd. Frobeniana anni 1535. vetustiores. Mox autem §. seq. *Ligurum X millia* Hearnii L. 1. [*omnem* omittit Bamb.]

§. 3. *Cui Ligures provincia evenerat, ex auctoritate Patrum*] Continent Pall. *cui Ligures pro-*

Digitized by Google

vincia evenerat, ex auctoritate Patrum in Rostra ascendit, et edixit, *Ut legiones duae urbanae, quae* 4 *superiore anno conscriptae essent, post diem decimum Arretii adessent. in earum locum se duas legiones urbanas scripturum.* item sociis et Latino no- 5 mini, magistratibus legatisque eorum, qui milites

vincia venerat, ex auctoritate senatus. GEBH. *Ligurum provincia* Lov. 1. et 3. Male. V. ad 5, 12, 6. Deinde *provincia venerat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed vide ad eumdem locum. Hinc *ex auctoritate senatus* omnes codd. nostri, et edd. principes, pro quo Frob. anno 1535. *Patrum* ex fide cod. Mog. substituit. In praecedentibus *Ita Minucius* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 21, 53, 7.

In rostra ascendit, et edixit] Pal. prior *in rostre scenditete dixit.* Legendum *in rostra escendit, et edixit.* quod confirmat quoque Pall. alter, *ad rostra descendit, et edixit.* GEBH. Thuan. *in rostre ascendit.* Haud dubie inversum pro *in rostra escendit.* JAC. GRON. De verbo *escendere* v. ad 2, 28, 6. [*escendit* Bamb.] Particula *et* deest in Lov. 2. Voss. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *et dixit* habent Lov. 1. et 3. An legendum *adscendens*, vel *escendens edixit?*

§. 4. *Conscriptae essent, post diem decimum Arretii adessent*] *constrictae* Lov. 2. *scriptae* Lov. 3. [*cos scriptae* Bamb.] Tum *post dies decem* Voss. Hinc *Aretium*, vel *Arecium* Harl. Mead. 1. et Gaertn. [*in earum loco* Bamb.]

§. 5. *Sociis et Latini nominis magistratibus legatisque eorum*] Ita Moguntini ex cod. suo ediderunt, quum priores vulgas- sent *sociis et Latino nomini*, quod Cl. Crevierius ex Victor. suo revocavit, quum vulgatum ferri non possit, nisi, ut pridem conjiciebat, scribatur *sociorum et Latini nominis magistratibus.* Posterior haec lectio superest in Harl. at *sociis et Latino nomini* in reliquis meis decem, quos sequor. Posses etiam, vocabula *et* trajecta, *sociis Latini nominis et magistratibus legatisque;* vel, eadem expuncta, *sociis Latini nominis magistratibus legatisque.* [*sociós Latino* Bamb.]

Qui milites dare debebant] Sigonius 1. de Ant. Jur. Ital. 21. scribit, se his verbis duci ad opinandum, non omnes Italicos debuisse dare Romanis milites. Si vera est, quod puto, sententia Lipsii 1. de Milit. Rom. 7. non omni anno omnibus sociis milites imperatos, sed in orbem itum fuisse, maxime si paucae legiones scribendae essent, locus de iis accipi potest, qui superioribus aliquot annis militem non praebuerant, ut anno priore, quo tantum octo Romanae legiones fuerunt c. 43, 9. Nam non verisimile est, socios sine ulla intermissione continua stipendia facere coactos fuisse. Livius saepe veteres exercitus dimissos dicit, quo nomine non dubium est, etiam socios comprehendi. Et socii, quos paullo post ab Africano et Sempronio dimissos scribit, hoc anno militaturi non fuissent,

Digitized by Google

dare debebant, edixit, ut in Capitolio se adirent.
6 Iis quindecim millia peditum et quingentos equites,
7 pro numero cujusque juniorum, descripsit: et inde
e Capitolio protinus ire ad portam, et, ut maturare-
8 tur res, proficisci ad delectum jussit. Fulvio Flaminioque terna millia Romanorum peditum et centeni equites in supplementum, et quina millia sociûm Latini nominis et duceni equites decreti; mandatumque praetoribus, ut veteres dimitterent milites,
9 quum in provinciam venissent. Quum milites, qui

nisi tumultus, quem memorat, intervenisset. DUKER.

§. 6. *Ex iis quindecim millia peditum*] Andreas et scripti praepositionem ignorant. Mediolani adjectam video, sed ab iis, qui vim verbi *describere* non capiebant. Id adhibet Livius ut Cicero 5. Verr. [25.] *Civitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere.* Ad Quintum fratrem [1, 1. §. 11.] *Vectigal quod iis aequaliter Sulla descripserat.* Caesar 3. Civ. [42.] *Locis certis horrea constituit, vecturasque frumenti finitimis civitatibus descripsit.* Justinus 16, [3.] *Cum Atheniensis Graeciae et Asiae tributum in tutelam classis descripsissent.* Ubi vides, illi praepositioni locum nullum esse. Est enim idem, quod imperare, et quidem non modo in universum, sed singulis pro ratione et copia cujusque. Si in scriptis esset τὸ *Ex*, faceremus *Et iis.* J. FR. GRON. Praepositionem *Ex* ignorant etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. et Mead. 2. ut in paucissimis tantum superfuerit. Eamdem itaque delevi, quam nec Crevier. in Victor. invenit, et similiter expunxit. Q. Cic. de Petit. cons. 5. *Fac, ut plane iis omnibus descriptum ac dispositum suum cuique munus sit.* et cap. ult. *Si hominibus studiosis gratiosisque nostri suum cuique munus describimus.* Supra Liv. 30, 26, 6. *Magnam vim frumenti ex Hispania missam aediles curules quaternis aeris vicatim populo descripserunt.* Praeterea *XX millia peditum* Lov. 6. *X millia peditum* Lov. 2. vox *millia* deest in Lov. 1. et Hearnii N.

Pro numero cujusque juniorum] Consulem potuisse scire numerum eorum ex tabulis censoriis, putat Lipsius 1. de Milit. Rom. 7. nam, eas Romae quoque fuisse, probabile esse ex Liv. 29, 15. et 37. Sed hoc non satis manifestum est ex his locis, in quibus Livius non omnium sociorum, sed duodecim coloniarum, quae bello Punico militem stipendiumque ex formula dare recusaverant, censum Romam delatum scribit. DUK. [§. 7. *ex Capitolio*, et *dilectum* Bamb.]

§. 8. *Terna millia Romanorum peditum et centeni equites*] *trina millia* Lov. 6. et Hearnii L. 1. V. ad 23, 49, 6. *tria millia* Lov. 3. Sed v. ad 32, 28, 11. *peditum, centeni equites*, omis-

Digitized by Google

in legionibus urbanis erant, frequentes tribunos plebis adiissent, uti caussas cognoscerent eorum, quibus aut emerita stipendia, aut morbus caussae essent, quo minus militarent; eam rem literae Ti. Sempronii discusserunt, in quibus scriptum erat, *Ligurum* 10 *decem millia in agrum Placentinum venisse: et eum usque ad ipsa coloniae moenia et Padi ripas cum caedibus et incendiis perpopulatos esse. Bojorum quoque gentem ad rebellionem spectare.* Ob eas res 11 *tumultum esse* decrevit senatus; *tribunos plebei non*

sa copulativa, Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] *peditum et quingentos equites* Harl.

§. 9. *Tribunos plebejos adissent*] Vet. lib. *tribunos plebis.* SIG. Pall. 1. *plebei.* alter *plebis.* GEBH. Thuan. *tribunos plebei.* JAC. GRON. *plebei* in hoc loco citat Lipsius 1. de Mil. Rom. 4. *plebis* Gron. 3. de Pec. vet. 3. p. 273. DUR. *tribunos adissent*, media voce omissa, Harl. *tribunos adiissent* Gaertn. *tribunos plebei* Crevierii Victorin. [Bamb.] *tribunos plebis* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. quod recepi. Alibi similiter lapsi sunt librarii. V. ad 2, 33, 2. et c. 58, 9. Mox *caussas agnoscerent* Lov. 2. errore scribae. V. alia exempla ad 5, 36, 7. Adde ad 6, 7, 5. 23, 35, 6. 34, 61, 3. et Davis. ad Cic. 1. de N. D. 1. [*uti caussas cos. cognoscerent* Bamb.] Tum *aut merita stipendia* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Hinc *aut morbus caussae adessent* Lov. 6. *aut morbi caussae essent* Lov. 2. et Harl. *aut aliquis morbus caussae esset* Lov. 3.

§. 10. *Decem millia in agrum Placentinum venisse, et eum usque ad ipsa coloniae moenia*] Vet. lib. *XV millia.* SIG. MS. *Ligurum decem millia* etc. qua numerorum variatione ut nihil frequentius, ita, quid sequaris in tanta obscuritate rerum, tanta etiam scriptorum inter se dissensione, nihil incertius. MOD. Uterque cod. cum prisca ed. exhibet *Ligurum decem millia in agrum Placentinum venisse, et usque ad ipsa coloniae moenia.* GEBH. *Ligurum millia decies* Hearnii L. 1. *Ligurum decem millia*, vel *X millia* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Proximae *quindecim millia* usque ad Frob. qui anno 1535. ex cod. Mog. revocavit *X millia.* Sigonius deinde *XV millia.* Ego et plures, et integriores codd. sequi malui. Tum *et ipse ad ipsa* Mead. 1. *et usque ad ipsa* reliqui omnes usque ad Aldum, qui *et eum usque ad ipsa* ex Mog. cod. dedit. [*et eum usque* Bamb.] Mox *et Padi pascum caedibus* Mead. 1. *et Padi ripas caedibus* Harl. et Gaertn. Reliqui recte *cum caedibus* tuentur. V. ad 25, 23, 7.

Bojorum quoque gentem ad rebellionem spectare] Pal. alter, et prisca ed. *Bojorum quoque*

Digitized by Google

placere caussas militares cognoscere, quo minus ad
12 *edictum convenirent.* Adjecerunt etiam, ut socii nominis Latini, qui in exercitu P. Cornelii, Ti. Sempronii fuissent, et dimissi ab iis consulibus essent, ut, ad quam diem L. Cornelius consul edixisset, et
13 in quem locum edixisset Etruriae, convenirent: et

gentes. GEBH. Similiter Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. Harl. et edd. Aldina priores, quae ex Msto Mog. *gentem* adscivit. V. ad 39, 23, 12.

§. 11. *Ob eas res tumultum esse. Decrevit senatus tribunos plebei* etc.] Pulcherrimum sensum inepta verborum interpunctio depravavit. Sic autem interpungendum censeo, *ob eas res tumultum esse decrevit senatus.* tum infer *tribunos plebis* etc. loquitur de tumultu Gallico, de quo sic Cicero in 8. Philipp. [1.] *Potest esse bellum sine tumultu, tumultus esse sine bello non potest. quid enim aliud est tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum tumultum nominabant. gravius autem esse tumultum, quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent.* Et Philipp. 6, [1.] *Tumultum decerni, justitium indici, saga sumi dixi oportere.* Sic hoc loco senatus decrevit, ut tumultus esset, quia Boji ad rebellionem spectabant. Demum ex vet. lib. pro *tribunos plebei, plebis.* SIG. *Ob eam rem* Lov. 6. et Mead. 2. Tum *plebi* Lov. 1. [Bamb.] *plebis* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *pleb'* ambigue Lov. 3. 6. et Gaertn.

Quo minus ad edictum conveniretur] A Mog. est. Nostri scripti cum primis editis *convenirent.* Quod rejicere nondum possum, qui tam facile in hoc intelligam *scripti milites,* quam in illo *a scriptis militibus.* Immo agnosco in hoc aliquid magis Romanum. J. FR. GRON. *convenire* Voss. et Lov. 1. ac 3. *convenirent* reliqui mei. Certissimum est, Livium absolute verbo plurali uti solitum, non praecedente nomine, ad quod refertur. Ita *adjiciunt* 2, 7, 2. *vocant* c. 12, 9. *exspectabant* 3, 37, 5. *vertunt* 4, 9, 3. *remiserunt* 5, 25, 11. *ferrent* 7, 1, 10. *terunt* 8, 11, 3 *agerent* 9, 1, 11. *inclinarent* 22, 58. 7. *nunciassent* 23, 17, 7. *adfingunt* 24, 3, 7. *eludant* 26, 22, 14. *praeceperant* 31, 49, 8. *nunciabant* 32, 9, 3. *haberent* 34, 9, 12. *destinabant* 35, 20, 1. et alia plura. V. Perizon. ad Val. Max. 2, 2, 1. et Cel. Burm. ad Grat. Cyn. 9. et 25. (* ad Ovid. 14. Her. 42.) His non obstantibus, reverentia integerrimo cod. Mogunt. debita efficit, ne temere aut sine justa caussa ab ejus lectione discedendum existimem. [*conveniretur* Bamb.]

§. 12. *Ad quam diem L. Cornelius consul edixisset*] Pal. prior, *ut, ad quam diem L. Cornelius consul edidisset, et in quem locum edidisset.* Reliqui

Digitized by Google

uti L. Cornelius consul, in provinciam proficiscens, in oppidis agrisque, qua iturus esset, si quos ei videretur, milites scriberet, armaretque, et duceret secum: dimittendique ei, quos eorum, quandoque vellet, jus esset.

LVII. Postquam consules, delectu habito, pro- 1

quoque, *ut ad quam diem*. GEBH. *ut ad quem diem* Lov. 3. *ut ad quam diem* reliqui mei, et edd. autt. Prima Mog. *to ut* omisit, quum id editores ejus in cod. suo se invenisse testati fuerint. Moguntinam omnes secuti sunt usque ad Gronov. qui voculam ejectam iterum recepit. Sed editoribus Moguntinis fraudi fuisse videtur, quod non cogitarint, Livium saepius hanc particulam eadem periodo repetiisse. V. ad 22, 11, 4. Similiter hic etiam erravit scriba Vossiani, qui eamdem superius omisit, scribens, *Adjecerunt etiam socii*, pro *ut socii*. Contra omnes nostri utroque loco *edixisset* tuentur. *edidisset* igitur ex errore librarii apud Gebh. ortum. Ita variat ejus Pal. etiam supra 2, 52, 5. V. insuper viros doctos ad Val. Max. 3, 2. ext. 9. Pari modo passim commutantur *editus* et *edictus*. V. ad 21, 62, 7. [*Ante T. Sempronii* Bamb.]

§. 13. *Et ut L. Cornelius consul, in provinciam proficiscens*] Vet. lib. *et uti L. Cornelius consul*. SIG. Lectionem illam recepi. Eamdem enim non tantum praeferunt omnes codd. nostri, sed et edd. primae. Froben. demum anno 1531. *et ut L. Cornelius* dedit. Tum *proficiscens* exsulat a Voss.

In oppidis agrisque etc. *si quos ei videretur, milites scriberet*] Idem fecit L. Cornelius Merula praetor, ad quaerendam opprimendamque conjurationem servorum a senatu missus, 32, 26. ubi nulla senatusconsulti mentio est. Nec tamen sine eo videtur fieri potuisse. DUKER.

Si quos ei videretur, milites scriberet] Pro *si quos ei videretur*, legendum *quos ei videretur*. Sic 43, 15, 4. *Decrevere Patres, ut* etc. *praetores ex his, quas scripsissent, legionibus, quas videretur, consuli darent*. Cic. 1. de Off. 32. *Nos, qui imitamur, quos cuique visum est*. Rursus Liv. 31, 3, 2. *Ut, quem videretur ei, mitteret*. Et c. 8, 4. *Ut, quem videretur ex iis, legatum mitteret*. Et 44, 18, 5. *Ut is in Macedoniam, quos L. Aemilio videretur, legaret*. HEUMANN. V. ad 6, 26, 2. Cl. Dukerus etiam ita legendum conjecit. Sed et vulgatum defendi posse agnoscit.

Dimittendique ei, quos eorum, quandoque vellet] *dimittendique eos* Harl. *To ei* non adparet in Lov. 6. Tum *quos eorum quemque vellet* Lov. 3. *quos eorum quandocumque vellet* Lovel. 6. quod est ex glossa interpretis, qui *quandoque* pro *quandocumque* poni putabat: de quo v. ad 1, 31, 4. Verum nunc *quandoque* accipiendum pro et quando. Jus ei dimittendi esset, quos eorum, et quando vellet: quomodo *itaque* pro et ita, aliaque similia saepe obcurrunt. V. ad 3, 30, 7.

§. 1. *Delectu habito, profecti*

Digitized by Google

fecti sunt in provincias, tum T. Quinctius postulavit, *ut de his, quae cum decem legatis ipse statuisset, senatus audiret; eaque, si videretur, auctori-*
2 *tate sua confirmaret. Id eos facilius facturos, si legatorum verba, qui ex universa Graecia et magna parte Asiae, quique ab regibus venissent, audissent.*
3 Hae legationes a C. Scribonio praetore urbano in senatum introductae sunt; benigneque omnibus re-
4 sponsum. Cum Antiocho quia longior disceptatio erat, decem legatis, quorum pars in Asia, aut Ly-
5 simachiae apud regem fuerant, delegata est. T. Quinctio mandatum, ut, adhibitis iis, legatorum regis verba audiret, responderetque iis, quae ex dignitate atque utilitate populi Romani responderi pos-

sunt in provincias] *delectum habuere* Lov. 6. *dilectu habito* Voss. [Bamb.] V. ad 37, 51, 7. *dilecto habito* Mead. 1. Ita supra 2, 27, 10. 3, 65, 6. Sed. v. ad 1, 15, 7. Tum *profecti in provincias sunt* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Mox *ipse statuisset senatus, audirent* Lov. 6. *ipse statuisset, audiret senatus* Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Vox *senatus* deest in Lov. 1. [Bamb.] At omnem illam periodum ita exhibet Voss. *postulavit a senatu, ut de his, quae cum decem legatis ipse statuisset, audiret.* [*in provincias, Quinctius tum postulavit, ut de iis* Bamb.]

§. 2. *Qui ex universa Graecia, et magna parte Asiae*] *ex magna parte Asiae* Harl. Mead. 1. et Gaertn. Sed v. ad 26, 45, 1. Mox *audisset* Harl. *audirent* Lov. 6.

§. 3. *A C. Scribonio praetore urbano*] *a consule Scribonio* manifesta aberratione Voss. et Lov. 1. V. ad 22, 14, 13. *a Cneo, a Gneo*, vel *a Gn. Scribonio* Gaertn. Lov. 2. 4. et Mead. 1. *ab C. Scribonio* Lov. 3. Tum *praetore urbis* edd. antt. pro quo Aldus ex cod. Mog. *praetore urbano.* V. ad 25, 1, 11. Mox *benigne responsum est omnibus* Gaertn. [*Eae legationes* Bamb.]

§. 4. *Quorum pars in Asia, aut Lysimachiae apud regem fuerant*] Libri omnes *pars aut in Asia, aut Lysimachiae.* GEBHARD. Ita etiam Lov. sex, Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Frobenianam anni 1535. *aut in Asia, aut in Lysimachia* Harl. Deinde *fuerat* idem Harl. male. V. ad 5, 38, 5.

§. 5. *T. Quinctio mandatum*] Praenomen exsulat ab codd. nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. omnibus usque ad Gronov. qui demum anno 1665. addidit,

Digitized by Google

sent. Menippus et Hegesianax principes regiae le- 6
gationis erant. ex iis Menippus, *Ignorare se*, dixit, *quidnam perplexi sua legatio haberet, quum simpliciter ad amicitiam petendam jungendamque societatem venissent. Esse autem tria genera foederum,* 7
quibus inter se paciscerentur amicitias civitates regesque. Unum, quum bello victis dicerentur leges. ubi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent, quae ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipsius jus atque arbitrium esse. Alterum, quum pa- 8
res bello aequo foedere in pacem atque amicitiam venirent. tunc enim repeti reddique per conventionem res, et, si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utrius-

verisimiliter ex cod. Mog. in quo id sese invenisse Moguntini in excerptis docuerunt. Mox *ex dignitate populi Romani* Lov. 6. *ex dignitate sua populi Romani* in eodem cod. inter versus adscribitur.

§. 6. *Menippus et Hegesianax principes regiae legationis erant*] Appianus meminit hujus legationis in Syriaco [p. 89.] additque Lysiam his verbis: *καὶ πρέσβεις ἐις Ῥώμην ἔπεμπε Λυσίαν τε καὶ Ἡγησιάνακτα καὶ Μένιππον.* SIG. *Hegesiam viginti* Lov. 1. *Hegesinax* Voss. *Hegesianas* Mead. ambo. *Hegesinas* Lov. 3. *Hegesias* Harl. *Egesiamas* Lov. 4. *Egesianas* Lov. 6. et Hearnii L. 1. *Egesinas* Lov. 2. Mox *regiae* deest in Harl.

Ignorare se, dixit, quidnam perplexi oratio sua haberet] *Ignorasse se* Lov. 3. Hinc *sua oratio* Lov. 6. Mox *venisset* Lov. sex, Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.] et editi ante Aldum.

§. 7. *Quibus integre paciscerentur*] Vet. lib. *inter se paciscerentur*, non *integre*. optime. Sic paulo post: *Amicitiam sociali foedere inter se jungendam*. SIG. *integre* servant omnes nostri codd. et Hearnii L. 1. in quo tamen non est commodus sensus. Mox *plus possent* male Voss. Lovel. 1. 4. Mead. 1. et Gaertn.

Quae ex iis habere victos, quibus multari eos velit] Pall. et ant. ed. *quae ex iis habere victor*. Probo tamen *victos*. GEBH. *quae non ex iis* Voss. Hinc *haberet victor* Harl. *habere victor* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. Frobeniana anni 1535. antiquiores. Deinde *quibus multari omnes eos velit* Lov. 6. *qui militare eos velit* Lov. 1.

§. 8. *Eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi*] Pall.

Digitized by Google

9 *que commodo componi. Tertium esse genus, quum, qui hostes numquam fuerint, ad amicitiam sociali foedere inter se jungendam coëant. eos neque dicere, neque accipere leges; id enim victoris et victi esse.*
10 *Ex eo genere quum Antiochus esset, mirari se, quod Romani aequum censeant, ei leges dicere, quas Asiae urbium liberas et inmunes, quas stipendiarias esse velint; quas intrare praesidia regia regemque vetent.*
11 *Cum Philippo enim hoste pacem, non cum Antiocho amico societatis foedus ita sanciendum esse.*

1 LVIII. Ad ea Quinctius: *Quoniam vobis distincte agere*

eas aut ex eo simul a juris. Vet. ed. *eas aut ex equo simul, aut ex juris antiqui.* GEBH. *aut ex consilio et juris antiqui* Lov. 6. *aut ex eo simul a juris antiqui* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. ambo. sed *aut ex equo* est in Mead. 1. margine. *aut ex equo simul juris antiqui* Lov. 2. Harl. et Hearnii L. 1. *aut ex equo simul ab juris antiqui* Lov. 3. *aut equo simul juris antiqui* Gaertn. *aut ex aequo simul, aut ex juris antiqui* Lov. 5. et edd. vett. *aut ex aequo simul, aut ex juris antiqui formula* ed. Mog. aliaeque usque ad Froben. qui anno 1535. lectionem, quae nunc vulgo exstat, ex optimo cod. Mog. adscivit. V. supra ad 26, 24, 6. [*ex formula juris antiqui* omissa, et lacuna est dimidiae lineae in Bamb.] Tum *aut partis utriusque* omnes mei codd. cum Hearnii L. 1. et edd. antt. omissa praepositione, quam eodem tempore Frobenius ex cod. Mog. interposuit. Denique *comperaverit, pro componi,* Voss. *comparavit* Lov. 1. Paullo ante *si quorum* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn.

§. 9. *Hostes numquam fuerint, ad amicitiam* etc. *inter se jungendam coëant*] *numquam hostes fuerunt* Voss. *numquam hostes fuerint* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Deinde voces *inter se jungendam coëant. Eos neque dicere* desunt in Harl. sed *integre jungendam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. quomodo perperam ante Sigonium edebatur supra §. 7. *integram jungendam* Gaertn. Voces *inter se* deerant in Lov. 5. et editionibus ante Aldum, qui recte *inter se jungendam* ex Mog. cod. recepit. Tum *creant,* pro *coëant,* male Voss. *eant* Lov. 1. *coñectit* Lov. 6. Mox *nec dicere, nec accipere* Lov. 3. et Gaertn. *neque dicere, nec accipere* Mead. uterque. [Bamb.] V. ad 9, 9, 14. *neque accipere, neque dicere* Lov. 5. et edd. antiquae. Aldus deinde ex cod. Mog. probavit, quod nunc obtinet. [*victoris et* omittit Bamb.]

§. 10. *Mirari se, quod Romani aequum censeant, ei leges di-*

Digitized by Google

agere libet, et genera jungendarum amicitiarum enumerare, ego quoque duas conditiones ponam, extra quas nullam esse regi nuncietis amicitiae cum populo Romano jungendae. Unam, si nos nihil, quod 2 *ad urbes Asiae adtinet, curare velit, ut et ipse omni Europa abstineat. alteram, si se ille Asiae finibus* 3 *non contineat, et in Europam transcendat, ut et Romanis jus sit, Asiae civitatium amicitias et tueri, quas habeant, et novas complecti. Enimvero id au-* 4 *ditu etiam, dicere, indignum esse,* Hegesianax, *Thraciae et Chersonesi urbibus arceri Antiochum; quae* 5 *Seleucus proavus ejus, Lysimacho rege bello victo et*

cere] Non est hoc Livii, sed *quid*, vel *qui Romani*. Sic juvimus jam nostrum. l. 2, 54. J. FR. GRONOV. Recte Cl. Crevier. vulgatum adversus Gronov. tuetur. Nostri etiam constanter *quod* tuentur. V. ad 2, 54, 8. et 38, 10, 1. *aequum* perperam omittunt Lov. 1. 6. et Voss. Tum *leges ei dicere* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Paullo ante *Antiochus non esset* Lov. 2. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. [*quasdam intrare* Bamb.]

§. 11. *Foedus ita sanciendum esse*] *faciendum esse* Lovel. 6. quod ex interpretis glossa in contextum irrepsit.

§. 1. *Quoniam vobis distincte agere libet*] Pal. alter, *Quoniam verbis distincte agere libet*. GEBH. [*quō vobis* Bamb.]

§. 2. *Quod ad urbes Asiae adtinet*] *attineat* Lov. 1. *attinuerit* Lov. 3. Mox *et ut ipse*, transpositis vocabulis Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§. 3. *Et in Europam transcendat, ut et Romanis jus sit*] *eum et in Europam transcendat* Voss. et Gaertn. *in Europam transcendat*, omissa copulativa, Lov. 3. Hinc *ut Romanis jus sit* Lov. 1. et 6. *ut et Romanus jussit* Mead. 2. Mox *civitatium amicitias* ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. Deinde *habeat* Mead. 1. [Bamb.] *habebat* Gaertner. *habent* Lov. 6.

§. 4. *Id auditu etiam, dicere, indignum esse, Hegesianax*] *ad auditum etiam* Lov. 1. *id auditu et* Lov. 3. [*id auditum* Bamb.] Tum *dixit*, pro *dicere*, Voss. Hinc *dignum esse* Lov. 2. In ultima autem voce *Hegesianax* similes fere varietates hic obserunt codd. Msti, ac supra vidimus cap. praec. §. 6.

Urbibus arceri Antiochum; quae etc.] Quamvis sciverit, Sallust. in Jug. 41. dixisse, *earum rerum. quae prima mortales ducunt*, insignem tamen hanc anomaliam discordantium generum, *urbibus, quae parta*, a Livio profectam esse, vix sibi persuadet Cl. Crevierius, eumque

Digitized by Google

in acie caeso, per summum decus parta reliquerit; pari cum laude partim ab Thracibus possessa armis receperit Antiochus, partim deserta, sicut ipsam Lysimachiam, et revocatis cultoribus frequentaverit, et, quae strata ruinis atque incendiis erant, ingentibus
6 *inpensis aedificaverit. Quid igitur simile esse, ex ea*

forsitan dediſſe conjicit *urbibus et locis arceri Antiochum, quae.* Alio modo in sequentibus eamdem anomaliam tollere conatur Gronov. Utriusque tamen conjecturae nimium a vulgato recedunt, quam ut alterutram earum probare, et pro vera lectione recipere audeam. Accedit, Livium aliis in locis a simili anomalia non abſtinuiſſe. Supra 31, 7, 11. *Nec Tarentini modo*, etc. *sed Lucanus, et Bruttius, et Samnis, a nobis defecerunt. Haec vos quietura, aut mansura in fide creditis?* 32, 29, 5. *Delectu rebusque aliis, divinis humanisque, quae per ipsos agenda erant, perfectis.* 35, 26, 10. *Si in re navali offendisset, eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus.* Alia v. ad 2, 5, 4. 4, 54, 4. et 5, 22, 16.

§. 5. *Seleucus proavus ejus*] Abutitur vocabulo *proavus* pro abavo. Nam Antiochus Magnus Seleuci Callinici, hic Antiochi Divi, hic Antiochi Soteris, hic Seleuci Nicatoris. J. FR. GRON. Series generis recte conſtituta eſt ex Polybio 4, 48. et 5, 40. Rupertus tamen ad Synopsin Besoldi c. 10. Antiochum M. Seleuci Nicatoris adnepotem facit, Seleuci Callinici nepotem, Seleuci alterius filium, auctore, ut aït, Polybio 2, 71. Non ignorabat locum Appiani in Syriac. p. 130. sed ejus hominis auctoritatem apud se non tantam esse, quantam Polybii, dicit. Poterat tamen, si non viderat, quae Polyb. 4, 48. et 5, 40. scribit, ex Chronico Eusebii, quem laudat, num. MDCCLXX. et MDCCXC. scire, Callinico filium Seleucum Ceraunum, Cerauno Antiochum M. fratrem succeſſiſſe. Verum maluit sequi Casaubonum, certum quidem plerumque ducem, sed tamen in loco Polybii 2, 71. vertendo a via aberrantem, quum Graeca Polybii *μητήλλαξε δὲ καὶ Σέλευκος, ὁ Σελεύκου τοῦ Καλλινίκου, τοῦ καὶ Πώγωνος ἐπικληθέντος*, Latine interpretatus eſt: *obiit et Seleucus, Seleuco patre genitus, avo Callinico; qui etiam Pogon cognomine est dictus.* Quem errorem viri summi animadvertit et emendavit ad Polyb. vir Cl. Jac. Gronovius. Sed ut in hoc fallitur Rupertus, ita recte scribit, Seleucum Nicatorem a Livio *καταχρησικῶς* vocari *proavum* Antiochi M. et plura hujus generis videri jubet ad Cic. 3. Epiſt. fam. 2. et Freinsh. ad Curtii 6, 2, 26. quibus adde Sigonium ad Livii 4, 48, 5. DUK. Cl. Crevier. pronior eſt in sententiam Appiani l. d. qui ſtatuit, Antiochum Sotera et Antiochum Theon fuiſſe fratres, filios Seleuci Nicatoris, adeoque Seleucum illum Antiochi Magni proavum, ut a Livio vocatur, revera fuisse. Communem autem sententiam, quam plerique veteres et recentiores sequuntur, Antiochum nempe Theon fuisse filium Antiochi Soteris, inde ortam

Digitized by Google

possessione, ita parta, ita recuperata, deduci Antiochum, et Romanos abstinere Asia, quae numquam eorum fuerit? Amicitiam Romanorum expetere Antiochum: sed quae impetrata gloriae sibi, non pudori, sit. Ad haec Quinctius, *Quandoquidem*, inquit, *honesta pensamus; sic ut aut sola, aut prima* 7 8

fuisse suspicatur, quod fuerit ejus privignus ob Stratonicen, quae prius Seleuco Nicatori nupta, quum hunc Theon apud eum peperisset, postea, concedente Seleuco, Antiocho Soteri nupsit.

Per summum decus parta liquerit] Quid opus fuit *liquerit* subdere pro *reliquerit?* An non Maro [4. Georg. 127.] *cui pauca relicti Jugera ruris erant?* An non Martialis [10. Ep. 47.] *Res non parta labore, sed relicta?* J. FR. GRON. Frobenius est, qui anno 1535. *liquerit* substituit, invitis libris meis. De usu hoc verbi *relinquere* v. Briss. de Verbor. Sig. voc. *Relinquere*, et Jac. Gronov. ad Livii 27, 19, 9. Tum *per summum decus secutus parata* Lovel. 1. et 6. *parata* pro *parta* frequenti scribarum errore similiter Voss. quomodo et jam §. seq. lapsi sunt Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 8. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 5, 6, 1.

Eadem ab Thracibus possessa partim] Hoc admissum ex Moguntino. Prius aberat *eadem*. Sed rotundius nostri scripti: *pari cum laude partim ab Thracibus possessa armis receperit.* Suspicor autem gravius hunc locum laborare. Nam τὸ *quae*, ut nunc est, non potest respicere nisi superiora, et in illis aut *urbes*, aut *Thraciam et Chersonesum*: utrumvis satis durum. Videtur autem ab Livio fuisse: *quae Seleucus proavus ejus, Lysimacho rege bello victo et in acie caeso, per summum decus parta reliquerit; pari cum laude partim ab Thracibus possessa armis recepisse Antiochum, partim deserta, sicut ipsam Lysimachiam, et revocatis cultoribus frequentasse, et, quae strata ruinis atque incendiis erant, ingentibus impensis aedificasse.* J. FR. GRON. De ordine vocum in scriptis Gronovii non nihil dubito, quia ex undecim nostris nullus illis concinit. Decem quidem legunt *pari cum laude ab Thracibus partim possessa armis receperit*, solus tantum Lov. 5. cum edd. prioribus *ab Thracibus possessa partim*. Hearnius tamen suos L. 1. et N. Gronovianis consentire monuit. Quid de reliqua Gronovii emendatione censeam, supra dixi ad §. praec. Mox *frequentarit* Lov. 6. [*cum laude eadem ab Thracibus* etc. *receperit ita Antiochus* Bamb.]

§. 6. *Quid igitur simile esse*] Ultima vox exsulat a Voss. Mox *quae numquam sua fuerit* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Mog. recte ex cod. suo *eorum fuerit*, consentientibus reliquis meis. Insuper §. seq. *amicitiam expetere Romanorum* omnes scripti mei, et edd. vett. Sed Froben. postea anno 1535. in eum ordinem, qui nunc vulgo exstat, voces digessit. [*gloriae* omittit Bamb.]

§. 8. *Sic ut aut sola, aut prima certe, pensari decet principi*]

Digitized by Google

certe, pensari decet principi orbis terrarum populo et
9 *tanto regi; utrum tandem videtur honestius, liberas*
velle omnes, quae ubique sunt, Graeciae urbes, an
10 *servas et vectigales facere? Si sibi Antiochus pul-*
chrum esse censet, quas urbes proavus belli jure ha-
buerit, avus paterque numquam usurpaverint pro
11 *suis, eas repetere in servitutem; et populus Roma-*
nus, susceptum patrocinium libertatis Graecorum
non deserere, fidei constantiaeque suae ducit esse.
12 *Sicut a Philippo Graeciam liberavit, ita et ab An-*
tiocho Asiae urbes, quae Graji nominis sint, libera-
13 *re in animo habet. Neque enim in Aeolidem Iöniam-*
que coloniae in servitutem regiam missae sunt: sed
stirpis augendae caussa, gentisque vetustissimae per
orbem terrarum propagandae.

Subobscura est sententia, intelligitur tamen: et Graeco dicendi modo utitur, *decet principi*. Terentius Adelphis [3, 5, 45.] *ut vobis decet.* ὑμῖν πρέπει. GLAR. *sicut*, una voce, Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Non opus autem est, ut cum Glareano proxime jungamus *decet principi*. Livium enim alibi ita locutum esse, nondum observavi; quem contra *ut decet certae spei plenos* dixisse, memini supra 6, 12, 8. sed construendum est *decet pensari principi*, pro a principe. V. ad 6, 11, 4.

§. 9. *Liberas velle omnes* etc. *Graeciae urbes*] Longobardicus codex *liberare velle omnes*. MOD. Longob. sive Moguntino codici nullus meorum consentit. Mox *an servas, vectigales facere* Lovel. 1. et 6.

§. 10. *Si sibi Antiochus pulchrum esse censet*] Prima vocula deest in Lov. 1. 6. et Voss. quam hausit sequentis vocis syllaba initialis. Alia exempla v. ad 14 46, 7. 7, 13, 4. 21, 43, 6. 34, 49, 1. et 44, 39, 5. *Tò esse* non adparet etiam in Voss. Mox *usurpaverit* Lovel. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. [*eas repere in servitutem* Bamb. mox *Romanus* omittens.]

§. 12. *Ita ab Antiocho Graecas Asiae urbes liberare*] Vetusta lectio paulo elegantior, *ab Antiocho Asiae urbes, quae Graji nominis sint, liberare*. GELEN. Vet. lib. *ita et ab Antiocho*. SIG. Pall. et vet. ed. *ita ab Antiocho Graecas Asiae urbes liberare*. GEBH. *ita et ab Antiocho* omnes nostri, [Bamb.] exceptis Lov. 5. et 6. qui *tò et* ignorant. Deinde *Graecas Asiae urbes liberare* plerique meorum codd. [Bamb.] *Graecas et Asiae urbes liberare* Lov. 3. Mead. 1. et Harl. Voces *quae Graji nominis sint* in L. 3.

Digitized by Google

LIX. Quum haesitaret Hegesianax, nec inficiari 1
posset, honestiorem caussam libertatis, quam servitutis, praetexi titulo; *Quin mittimus ambages*, inquit P. Sulpicius, qui maximus natu ex decem legatis erat. *Alteram ex duabus conditionibus, quae* 2
modo diserte a Quinctio datae sunt, legite: aut supersedete de amicitia agere. Nos vero, inquit Me- 3
nippus, *nec volumus, nec possumus pacisci quidquam, quo regnum Antiochi minuatur.* Postero die 4
Quinctius legationes universas Graeciae Asiaeque quum in senatum introduxisset, ut scirent, quali animo populus Romanus, quali Antiochus erga civitates Graeciae essent; postulata et sua, et regis exposuit. *Renunciarent civitatibus suis, populum Roma-* 5
num, qua virtute quaque fide libertatem eorum a

deesse monuit Hearnius. Mox §. seq. *neque enim Aeolidem*, omissa praepositione, Lov. 1. 3. et Voss.

§. 2. *Conditionibus, quae modo diserte a Quinctio datae sunt*] Scribe *latae*. ita enim loquebantur. 27, [30, 14.] *Enimvero indignum ratus Philippus, victos victori sibi ultro conditiones ferre.* 37, [1, 5.] de Aetolis: *Duae conditiones eis latae sunt: vel senatui liberum*, etc. 39, [43. 5.] *In extrema oratione Catonis conditio Quinctio fertur, ut, si id factum negaret, sponsione defenderet sese.* Coelius ad Ciceronem [8. ad Famil. 16.] *Eandem rationem fore Caesaris in dimittendis adversariis et conditionibus ferendis.* Caesar 4. Gall. [11.] *Ea conditione, quae a Caesare ferretur, se usuros ostendebant.* J. FR. GRON. Cum Crevierio Gronovii conjecturam probo. Supra 2, 13, 2. *Pacis conditiones ultro ferret Romanis.* 21, 12, 4. *Conditionesque tristes, ut ab irato victore, ferebantur.* Curtius 4, 11. *Ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos, cognatorum principes, misit.* Et paulo post. *Conditiones pacis, quas fertis, si accepero.* V. ad 7, 40, 14. Solent autem *dare* et *ferre*, *datus* et *latus* in Mstis confundi. V. ad 1, 4, 7. Adde ad Epit. Liv. 7. et 7, 24, 8. Etiam Cel. Burm. ad Ovid. 3. Am. 9, 50. [ante *disertae* Bamb.] §. seq. *supersidete* Voss. Vocula autem *vero* deest in Lov. 1.

§. 4. *Legationes universas Graeciae Asiaeque quum in senatum introduxisset*] *universas legationes* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Tum *in senatum quum introduxisset* Voss. Lovel. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum. Mox *qualique Antiochus* cod. Mog. Hinc *postulata et re-*

Digitized by Google

Philippo vindicaverit, eadem ab Antiocho, nisi dece-
6 *dat Europa, vindicaturum.* Tum Menippus deprecari et Quinctium et Patres institit, *Ne festinarent decernere, quo decreto turbaturi orbem terrarum es-*
7 *sent. Tempus et sibi sumerent, et regi ad cogitandum darent. cogitaturum, quum renunciatae conditiones essent: et impetraturum aliquid, aut pacis*
8 *caussa consensurum.* Ita integra dilata res est. legatos mitti ad regem eosdem, qui Lysimachiae apud eum fuerant, placuit, P. Sulpicium, P. Villium, P. Aelium.

gis et sua Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. [Bamb.]

§. 5. *Renunciarent civitatibus suis*] Insolentem hanc esse ellipsin, pro *decreverunt, censuerunt*, vel *responderunt Patres, ut renunciarent*, docuit Cl. Duker. ad Flori 1, 1, 15. Mox *qua virtute, qua fide* Harl. [*fide* omittit Bamb.]

Eadem ab Antiocho, nisi decedat Europa, vindicaturum] MS. *nisi decedat ab Europa.* Et sane non tam servantes in his canonum grammaticorum fuerunt optimae quisque notae scriptor, quam vulgus literatorum putat. MOD. *eam ab Antiocho* Harl. *ea ab Antiocho* Lov. 5. et priscae edd. Pro quo Aldus *eadem ab Antiocho* ex Mog. cod. substituit. Tum *ut decedat Europa* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *nisi discedat Europa* editiones prioribus aetate proximae, pro quo Moguntini demum *decedat* substituerunt.

§. 7. *Aut pacis caussa consensurum*] Buslid. et Voss. *concessurum.* J. FR. GRON. Excerpta cod. Voss. quae penes me sunt, docent, a m. 1. *conscensurum*, a m. 2. *consensurum* datum fuisse. *conseculurum* est in Gaertn. *consurum* in Lov. 1. a m. 1. *concesurum* a m. 2. *concessurum* [quod est in Bamb.] magis probat Crevier. quam vulgatum. *consensus* et *concessus* saepe a scribis commutari, vidimus ad 9, 7, 7. [*cogitaturum aliquod*, pro *aliquid*, mediis omissis, Bamb.]

§. 8. *Eosdem, qui Lysimachiae apud eum fuerant*] Quod inter hos *Sulpicium* et *Aelium* numerat, non satis liquidum est. P. Sulpicius inter decem legatos, ex quorum consilio Quintius Philippo pacem dedit, fuerat, 33, 24, 7. Post pronunciatam Graeciae libertatem in Isthmiis ex decem legatis *P. Villius* et *L. Terentius* ad Antiochum profecti sunt, 33, 35, 2. et Polyb. legat. 9. iidemque deinde cum P. Lentulo et L. Cornelio Lysimachiae cum Antiocho in conloquium venerunt, 33, 39, 2. et Polyb. 17, 31. [18, 33.] In his quum nulla *Sulpicii* et *Aelii* mentio sit, valde suspectum est, quod ii hic Lysimachiae apud regem fuisse dicuntur. Si verba *eos-*

Digitized by Google

LX. Vixdum ii profecti erant, quum a Karthagine legati, bellum haud dubie parare Antiochum, Hannibale ministro, adtulerunt, injeceruntque curam, ne simul et Punicum bellum excitaretur. Hannibal, patria profugus, pervenerat ad Antiochum, sicut ante dictum est: et erat apud regem in magno honore, nulla alia arte, nisi quod volutanti diu consilia de Romano bello nemo aptior super tali re particeps sermonis esse poterat. Sententia ejus una atque eadem semper erat, *ut in Italia bellum gereretur. Italiam et commeatus et militem praebituram*

dem, qui Lysimachiae apud eum fuerant, non adscripta sunt ab aliquo, qui legatos Romanos Lysimachiae cum Antiocho collocutos fuisse meminerat, sed locum Livii 33, 39. non inspexerat, non video, quid dici possit, quo minus hoc quoque inter exempla neglegentiae Livianae referatur. Nam si verum est, *Sulpicium* et *Aelium* quoque Lysimachiae apud Antiochum fuisse, non potest absolvi negligentiae, qui 33, 39. nullam eorum mentionem fecerit. Hic unus scrupulus est: alter in eo, quod *P. Aelium* una cum Sulpicio ac Villio ad regem missum dicit. Nam 35, 13. 14. 15. tantum *Sulpicium* et *Villium* memorat; nec plures missos fuisse, ex his verbis c. 16, 1. *Jam convaluerat Sulpicius: itaque ambo Ephesum venerunt*, apertum est. De hoc quoque, quod dicam, non habeo, nisi me suspicari, delenda esse haec nomina *P. Aelium*; quae in uno MS. desiderari, testatur Hearnius. Causa illorum intrudendorum esse potuit, quod, quum in quibusdam libris pro *P. Villium* perperam scriptum esset *P. Aelium*, deinde, collatis inter se pluribus exemplaribus, ex uno legato duo facti fuerunt. DUK. Est Hearnii L. 1. qui voces *P. Aelium* omittit, solummodo *P. Sulpicium et P. Julium*, inserta copulativa, legens. *P. Julium*, pro *P. Villium*, praeferunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. et Hearnii N. *P. Vilium* Lov. 6. et Mead. 1.

§. 1. *Vixdum ii profecti erant*] *Vixdum profecti hi erant* Lov. 6. *Vixdum profecti erant ii* Lov. 1. et 3. Sed pronomen omittit Voss. quod, alibi saepe ex liberalitate scribarum additum, neque hic admodum necessarium videtur. [*Vixdum hi*, et *attulerint* Bamb.]

Ne simul et Punicum bellum excitaretur] Pal. prior, nam in altero haec tota sententia desideratur, *Punicum excitaretur bellum*. GEBH. Similiter omnes nostri, [Bamb.] et typis descripti ante ed. Froben. anni 1535. Praeterea *ne simul Punicum bellum* Lov. 3.

§. 2. *Super tali re particeps sermonis esse poterat*] Tria priora vocabula perperam exsulant a Voss. Deinde *esse sermonis poterat* omnes codd. nostri [Bamb.]

Digitized by Google

4 *externo hosti. Si nihil ibi moveatur, liceatque populo Romano viribus et copiis Italiae extra Italiam bellum gerere; neque regem, neque gentem ullam parem Ro-*
5 *manis esse.* Sibi centum tectas naves, et decem millia peditum, mille equites deposcebat. *Ea se classe primum Africam petiturum. magnopere confidere, et Harthagienses ad rebellandum ab se compelli pos-*
6 *se. Si illi cunctentur, se aliqua parte Italiae bellum excitaturum Romanis. Regem cum ceteris omnibus transire in Europam debere, et in aliqua parte Graeciae copias continere, neque trajicientem, et,* (quod

et edd. modo memoratae. Paullo ante *patria pulsus pervenerat* Lov. 3. Tum *nulla alia re* Lov. 2.

§. 3. *In Italia bellum gereretur. Italiam et commeatus et militem praebituram*] Ita primus Frob. anno 1535. edidit, concinentibus plerisque meorum. Voss. et Lov. 5. cum prioribus excusis *Italiam et milites et commeatus praebituram.* Sed non spernendum videtur, quod in Lov. 2. et Harl. inveni, *in Italia bellum gereretur, et commeatus et militem praebitura.*

§. 5. *Sibi centum tectas naves, sedecim millia peditum*] Rursus membranae *Sibi centum tectas naves, et decem millia peditum*, quae est omnino vera lectio. Abbreviator Trogi l. 31, [3.] de eadem hac re: *Sed Hannibal, cui nota Romana virtus erat, negabat, opprimi Romanos, nisi in Italia, posse: ad hoc sibi centum naves et decem millia peditum, et mille equites poscebat.* MOD. Pal. prior habet *et decem millia peditum.* GEBH. Vocem *tectas*, quae in multis veteribus edd. deest, et Aldus ex cod. Mog. interposuit, agnoscunt omnes codd. nostri, nisi quod librarius Voss. *rectas* dederit a m. 2. qualem errorem supra commissum vidimus ad 10, 34, 8. alius infra obcurrit 35, 48, 3. et *lectas* sit in Lov. 5. V. ad 5, 21, 10. Similiter legunt edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Deinde *sedecim*, vel *sexdecim millia* omnes nostri, pro quo Gronov. anno 1665. ex cod. Mog. dedit *decem millia*, cum addita copula debuisset *et decem millia.* Nihilominus Gronovii lectionem recentiores servarunt. Sed *et* interposui. App. in Syriac. p. 90. *Μυρίοις ἀνδράσι δύναμαι καταβαλεῖν ἀντῆς τὰ ἐπίκαιρα.* Mox *magno opere confidere* Lov. 1. 2. et Mead. 1. [Bamb.] V. ad 28, 18, 4.

§. 6. *Se aliqua parte Italiae bellum excitaturum Romanis*] Pall. *excitaturum Romanis bellum.* GEBH. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

Regem cum ceteris omnibus transire in Europam debere] Prisca ed. *ducere in Europam.* In Pall. verbum desit. In altero tamen est: *Regem cum caeteris*

Digitized by Google

in speciem famamque belli satis sit) *paratum trajicere.*

LXI. In hanc sententiam quum adduxisset regem, 1
praeparandos sibi ad id popularium animos ratus,
literas, ne quo casu interceptae palam facerent co-
nata, scribere non est ausus. Aristonem quemdam 2
Tyrium nactus Ephesi, expertusque solertiam le-
vioribus ministeriis; partim donis, partim spe prae-
miorum oneratum, quibus etiam ipse rex adnuerat,
Karthaginem cum mandatis mittit; edit nomina eo- 3
rum, quibus conventis opus esset: instruit etiam se-

omnibus in Europa debere et in aliqua parte Graeciae copias continere. GEBH. Ed. est Campani, ex qua *ducere in Europam* profert Gebh. et ita exhibet Lov. 6. In reliquis scriptis nostris deest *transire.* neque ea vox adparet in edd. antt. Primi Moguntini substituerunt *in Europam transire debere*; sed simul monuerunt, se *transire in Europam debere* in cod. suo invenisse, quod Aldus expressit. [*in aliquam partem Graeciae* Bamb.]

Neque trajicientem, sed, quod in speciem] Pro *sed* alii emendarunt *et.* quasi dicere velit, regem neque trajicientem, et tamen paratum trajicere. Per *sed* idem intelligi poterat. GLAR. Illud *sed*, pro quo pugnat Glareanus, in duabus tantum edd. Ascensii anni 1513. et 1516. inveni; in prioribus et posterioribus omnibus, quas vidi, *et quod in speciem.* Neque aliud est in codd. omnibus, nisi quod *et quidem in speciem* habeat Voss. *equidem in speciem* Lov. 6. *quidem in speciem* Lov. 2. *et quid in speciem* Lov. 1. *quid in speciem* Lov. 3.

§. 2. *Aristonem quemdam Tyrium natum Ephesi*] Vetusta lectio legit *nactus Ephesi.* GELEN. Mercatorem fuisse ait Appianus in Syriaco [p. 90.] Ἀριστῶνα δ' ἔμπορον Τύριον ἐπὶ προφάσει τῆς ἐμπορίας ἔπεμπε πρὸς τοὺς φίλους. SIG. Unum ex comitibus Hannibalis fuisse, tradit Justin. 31, 3. Ceterum omnes nostri *natum Ephesi.* nisi quod *nantum Ephesi* sit in Lov. 4. quasi vellet *nanctum Ephesi*; de quo v. ad 24, 31, 14. [*nancius Ephesi* Bamb.]

Expertusque solertiam levioribus ministeriis] Fal. post. nec non antiqua ed. *natum Ephesi, expertumque solertia in levioribus.* GEBH. *expertumque solertiae in levioribus ministeriis* Harl. *expertumque solertia in levioribus ministeriis* Lov. 2. 4. et Mead. ambo. *expertumque solertia in levioribus ministeriis* Gaertn. *expertumque solertia levioribus ministeriis* Lov. 4. et 6. *expertumque solertiam levioribus ministeriis* Voss. Lov. 1. 5. et edd. principes. pro quo *expertus solertiam* Mediol. anno 1505. et Ascens. anno 1513. *expertus-*

Digitized by Google

cretis notis, per quas haud dubie agnoscerent sua
4 mandata esse. Hunc Aristonem Karthagine obver-
santem non prius amici, quam inimici Hannibalis,
5 qua de caussa venisset, cognoverunt. Et primo in
circulis conviviisque celebrata sermonibus res est.
6 deinde in senatu quidam, *Nihil actum esse*, dicere,
exsilio Hannibalis, si absens quoque novas moliri
res, sollicitandoque animos hominum turbare sta-
7 *tum civitatis posset. Aristonem quemdam, Tyrium*
advenam, instructum mandatis ab Hannibale et ab

que solertiam Froben. anno 1535. substituerunt. [*exercitusq; sollerciam* Bamb.] Mox *rex adiuverat* Lov. 3. *rex adiuvaret* Gaertner. Tum *cum mandato mittit* Voss.

§. 3. *Edit nomina eorum, quibus conventis opus esset*] Manuscriptus *edita nomina eorum, quibus conventis opus esset.* MOD. Nostri codd. nihil mutant, nisi quod *convocatis* sit in Lov. 6. *conventus* in Mead. 1. et Gaertn.

Instruit etiam secretis notis] Casaub. ad Aeneam Tact. c. 31. *secretas notas* hic esse συνθήματα καὶ γράμματα, nec excludit ab his notis epistolas. Ernstius ad Valer. Probum de Notis Rom. c. 1. putat, a Livio indicari occultam rationem scribendi per notas, quum, mutato ac transposito situ elementorum, secunda vel quarta litera pro prima ac perinde sequentes ponebantur; qua Julium Caesarem et Augustum usos fuisse scribit Suet. Caes. 56. et Aug. 68. Sed haec satis refelluntur auctoritate Livii et Appiani, quorum hic in Syriac. p. 90. tradit, Annibalem non tutum existimasse, quidquam literarum Carthaginem mittere, sed Aristoni mandata ad amicos dedisse: Livius autem diserte negat, Aristoni literas ab Annibale datas fuisse, eumque hac firmissima defensione in senatu Carthaginiensi usum dicit, quod *nihil literarum* ad quemquam attulisset. Mihi, quod Aristonem *secretis notis* ab Annibale instructum dicit Livius, hanc sententiam habere videtur, Aristónem ab Annibale accepisse quaedam, secretis colloquiis inter ipsum, quum adhuc Carthagine esset, et ejusdem factionis homines de republica et bello adversus Romanos tractata; quae iis ab Aristone relata notae et certissima argumenta essent, quibus ea, quae Aristo dicturus erat, mandata Annibalis esse agnoscerent, eo quod illa nemini, praeter Annibalem, nota esse sciebant. Hoc sensu *nota* saepe dicitur pro signo, indicio, et argumento, quod fidem facit: ut *nota amoris, benevolentiae, humanitatis* apud Ciceronem et alios. DUKER.

Agnoscerent sua mandata esse] *cognoscerent* Lov. 6. et edd. priscae, pro quo Aldus ex cod. Mog. recepit *agnoscerent*, consentientibus omnibus reliquis meis, excepto Harl. qui *agnosceretur* praefert. Saepe librarii *agnoscere* et *cognoscere* com-

Digitized by Google

Antiocho rege, venisse: certos homines quotidie cum eo secreta conloquia serere, et in occulto conloqui, quod mox in omnium perniciem erupturum esset. Conclamare omnes, *Vocari Aristonem debere, et* 8 *quaeri, quid venisset: et, nisi expromeret, cum legatis Romam mitti. satis pro temeritate unius hominis suppliciorum pensum esse. Privatos suo periculo peccaturos. rempublicam non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxae, conservandam esse.* Vocatus Aristo purgare sese, et firmissimo 9 10

mutarunt. V. hoc lib. c. 56, 9. *cognoverunt* mox sequitur.

§. 4. *Karthagine obversantem non prius amici* etc. *cognoverunt*] *observantem* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. qui error in scriptis frequens est. V. ad 6, 17, 4. *Karthaginem non prius* voce omissa Voss. *Karthaginem* etiam Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. 1. et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [*quam inimici* omittit, spatio vacuo relicto, Bamb.] Tum *convenerunt*, pro *cognoverunt*, Lov. 1. 6. et Voss. Mox §. 5. *in circulis cum uniusque* Lov. 1. *in circulo comiciisque* Harl. [*conviviis*, sine *que*, Bamb.] Supra 32, 20. *In conviviis et circulis vix manibus temperabatis.* et 44, 22, 8. *In omnibus circulis atque etiam in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.*

§. 6. *Novas moliri res, sollicitandoque animos hominum turbare*] *novas res moliri, et solicitando animos hominum* Pall. GEBH. Prima vox exsulat a Voss. Tum *et sollicitando animos hominum turbare* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Mead. ambo, [Bamberg.] *sollicitando animos* sine copula Lov. 4. *et sollicitandos animos annuum turbare statum civitatis* corruptissime Gaertn.

§. 7. *Ab Hannibale et ab Antiocho rege venisse* Pal. alter *ab Annibale et rege Antiocho.* GEBH. Similiter omnes nostri, [Bamb.] et edd. priscae. Aldus primus *ab Antiocho rege* dedit.

Et in occulto conloqui] Nescio, cur hoc addere voluerit Livius, quum idem sit, quod praecedens. An verebatur, ne quis parum intelligeret, quid esset *secreta colloquia serere*? Mihi non videtur. Nec valde gratum est, tam paucis interjectis *colloquia* et *colloqui* conjungi. Quia tamen nihil adnotari video, neque quidquam tentandum putavi. DUK. Voculam initialem primi Mog. ex cod. suo addiderunt, quam nullus nostrorum codicum [nec Bamb.] agnoscit. *cum eo secreta colloquia in occulto colloqui* Lov. 6.

§. 8. *Conclamavere omnes, vocari Aristonem debere*] MS. *Conclamare omnes, vocari Aristonem debere.* quod malim, ut praesenti rei convenientius. MOD. *Conclamare* recte Gronov. anno 1665. recepit, licet alterum supersit in Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. et Hearnii L. 1. [Bamb.] Mox *ad quid venisset* Gaertn. Tum *et, nisi ex-*

Digitized by Google

propugnaculo uti, quod literarum nihil ad quem-
11 quam adtulisset. ceterum nec caussam adventus sa-
tis expediebat, et in eo maxime haesitabat, quod
cum Barcinae solum factionis hominibus conlocu-
12 tum eum arguebant. Orta deinde altercatio est,
aliis pro speculatore comprehendi jam et custodiri
jubentibus, aliis negantibus, tumultuandi caussam
esse. *mali rem exempli esse, de nihilo hospites cor-*

primeret, pro *expromeret*, Lov. 1. 2. et 6. Ita variant codd. etiam supra 22, 22, 15. Infra 36, 34, 8. 39, 12, 4. (* Epit. 49. fin.) et alibi.

§. 9. *Etiam extra famam noxae, conservandam*] Prima vocula exsulat ab Harl. V. ad 2, 6, 1. *etiam famam*, omissa media dictione, legunt Lov. 3. et 5. Male. V. ad 3, 6, 8. Praeterea *famam noxiae observandam* Harl. *famam noxae servandam* Voss. *noxae famam servandam* Gaertner.

§. 10. *Vocatus Ariston purgare sese*] Membranae *Vocatus Aristo*. Utrum recipias, parum interest. MOD. Ad sensum nihil intereſſe consentio. Censeo tamen, Livii potius manus, quam librariorum aliorumve somnia exprimenda esse. Quamvis igitur omnes nostri [etiam Bamb.] constanter hic et inferius *Ariston* praeferant, puto tamen recte Gronov. *Aristo* edidisse ex cod. Mog. qui omnium mihi instar est. Ita *Aristo Chius* apud Cic. de Senect. 1. et alibi, apud quem etiam alii eodem nomine memorantur. Graeci hoc nomen efferunt *Ἀρίστων*. Casum autem recetum nominum, quae Graecis in ων terminantur, Latini vel per *on*, vel per *o* extulerunt. Ita *Alco* in scriptis esse, ubi vulgo editur *Alcon*, vidimus ad 21, 12, 4. *Arco* vel *Archo* est 41, 24, 1. *Neo*, pro *Neon*, scribendum conjeci infra ad 44, 43, 6. *Strymo* editur 45, 29, 7. Ita *Serapio*, pro *Serapion*, cum Sigonio legendum puto infra Epit. Liv. 55. ubi alia vide. Adde Victor. ad Cic. 13. ad Att. 47. Vossium 3. Gramm. 35. Gronov. ad Sen. Agam. 514. Tenull. ad Front. 3, 11, 1. et Cel. Burm. ad Quinct. 1. Inst. 4. p. 47. Mox *literarum nihil* non modo Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. sed etiam cod. Mog. quorum fidem secutus sum.

§. 12. *Orta deinde altercatio est, aliis pro speculatore comprehendi*] *Orta inde* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] V. ad 36, 24, 10. Tum *alteratio* edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *altricatio* Gaertn. V. ad 4, 6, 1. Hinc *aliis speculatorem comprehendi* Lov. 3. Male. V. ad 3, 17, 7.

§. 13. *In quae frequenter commeent*] *quae frequenter commeant* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. *in quae frequenter commeant* ed. Ven. anni 1498. et pleraeque reliquae usque ad Froben. qui anno 1535. *commeent* substituit. Quum igitur praepositio in nullo sit cod. nec in primis edd. an legendum est *quo frequenter*?

Digitized by Google

ripi. Idem Harthaginiensibus, et Tyri, et in aliis 13
emporiis, in quae frequenter commeent, eventurum.
Dilata eo die res est. Aristo, Punico ingenio inter 14
Poenos usus, tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratuum prima vespera suspendit. ipse de tertia vigilia navem conscendit et profugit. Postero die, quum Sufetes ad 15
jus dicendum consedissent, conspectae tabellae,

quod postea mihi in Lov. 6. obviam fuit.

§. 14. *Ariston, Punico ingenio*] Iterum MS. *Aristo*. MOD. V. ad §. 10. Mox *tabellas inscriptas* Lov. 3.

Supra sedem quotidianam magistratus] Lege *supra sedem quotidianam magistratuum prima vespera suspendit*. GEBH. Mala Cura Caelii Secundi Curionis: nam Andreas et omnes usque ad postremum Frobenium cum scriptis *magistratuum*. Recte et paullo post *Suffetes* appellando plures ostendit fuisse. *Magistratum* pro collegio, vel numero hominum, consilium publicum constituentium, dicere, nostri seculi est. Veteribus *magistratus* aut officium est, aut homo unus, non multi: quot autem homines eum potestate sunt, tot sunt *magistratus*. Sic apud Justinum 2, 10. *Omnia in tabellis ligneis magistratui perscribit*. et *jusso magistratui Spartanorum tradere*. ubi in Bongarsii variis videbis, in quibusdam libris esse *magistratibus*. Haud dubie verius: ephoros enim significat. J. FR. GRON. *magistratuum* etiam Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victorin. [*magistratū* Bamb.] De usu illo vocis *magistratus*, quem Gronov. inlustrat, v. etiam Graev. ad Justin. 2, 10. Quum autem ex praemissa Gronovii adnotatione pateat, quae fuerit ejus sententia circa usum vocis *magistratus* apud optimos scriptores, eique consentiat Graevius, lectoris judicio permittimus, quid sentiendum sit, vel de bona fide, vel de diligentia hominis, qui in minori ed. Ter. ad Prol. Eun. vers. 22. notans, veteres promiscue et de singulis viris, qui praesunt reip. et de integro eorum collegio *magistratus* singulari numero dixisse, testes dictorum advocare sustinuit Gronov. ad hunc loc. et Graevium loc. laud. qui plane contrarium docuerunt. Laudat insuper Ampliss. Bynkersh. 1. Obs. 18. verum is ibi de hoc usu ejus vocis ne verbum quidem fecit. Ceterum non Curio est, qui primus locum corrupit, sed ante eum jam ita datum vidi in edd. Frob. anni 1535. Basil. anni 1539. Vascos. et Gryph. Praeterea *super sedem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 23, 36, 6.

Ipse deinde tertia vigilia navem conscendit] Scripsimus *de tertia*, consentientibus vetustis codicibus. GELEN. Vet. lib. *ipse deinde tertia vigilia*. SIG. Palat. alter, et ant. ed. *ipse deinde tertia vigilia*. GEBH. *deinde*

Digitized by Google

demtaeque et leotae. Scriptum erat, ARISTONEM PRIVATIM AD NEMINEM, PUBLICE AD SENIORES (ita se-
16 natum vocabant) MANDATA HABUISSE. Publicato crimine, minus intenta de paucis quaestio erat. mitti tamen legatos Romam, qui rem ad consules et ad senatum deferrent, placuit; simul qui de injuriis Masinissae quererentur.

1 LXII. Masinissa postquam et infames Karthaginienses, et inter se ipsos discordes sensit, princi-

etiam omnes nostri Msti. Forte per notas scriptum fuerat *de III vigilia*, unde postea *deiñ* factum est. V. ad 4, 9, 13. Locutio *de tertia vigilia* supra inlustratur ad 9, 44, 10. Vox *ipse* deest in Lov. 3. Addita voce *clam navem conscendit* Gaertn.

§. 15. *Quum suffetes ad jus dicendum consedissent*] *Sufetes*, ut supra. SIG. Habet Pal. posterior *quum Sufetes ad jus dicendum conscendissent*. GEBH. *Suffetes* Lov. 5. et Gaertn. *Suffeces* Lov. 1. *Suffeces* Lov. 6. *Suffetes* Lov. 3. et Hearnii L. 1. De vera orthographia hujus vocis v. ad 30, 7, 5. Tum *ad jus dandum* Gaertn. Hinc *consedisset* Gaertner. idem, *conscendissent* Harl. *conscendissent* Mead. 2. *consendissent* Lov. 4. Nihil mutandum. V. ad 26, 48, 9.

Scriptum erat, Aristonem privatim ad neminem, publice ad seniores] Minus verosimile est, quod Justin. 21, 4. scribit, eum in senatu interrogatum, ad quem missus esset, ita respondisse. DUK. *privata ad neminem, publica ad seniores* Lov. 1. [*privata* et *publicae* Bamb.] Mox *ita senatum vocant* Harl.

§. 16. *Rem ad consules et senatum deferrent*] Pal. alter, et ant. ed. *ad consules et senatum referrent*. GEBH. *referrent* etiam omnes nostri Msti, et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. recte *deferrent* emendavit. V. ad 21, 6, 6. Praeterea *ad consules et ad senatum* non tantum Gaertn. sed etiam cod. Mog. quod recipiendum existimavi, quia Livius easdem praepositiones hoc modo repetere amat. V. ad 6, 28, 6. [*et senatum referrent* Bamb.] Mox *simul de injuriis*, omisso pronomine, Voss.

§. 1. *Posteaquam et infames Carthaginienses, et inter se ipsos discordes principes propter colloquia Aristonis sensit, senatum propter indicia ipsius Aristonis populo suspectum*] Germana scriptura sic habet: *posteaquam et infames Carthaginienses, et inter se ipsos discordes sensit, principibus propter colloquia Aristonis senatui, senatu propter indicium ejusdem Aristonis populo suspecto*. GELEN. Vet. lib. *indicium*. SIG. Bene hic in parte Gelenius; partem ita melius constituere puto scriptos: *principes propter colloquia Aristonis senatui, senatum propter indicium ejusdem Aristonis populo suspectum*. J. FR. GRON. Lectio, quae initio notae Gelenii adscripta est, pri-

Digitized by Google

pes propter conloquia Aristonis senatui, senatum propter indicium ejusdem Aristonis populo suspectum; locum injuriae esse ratus, agrum maritimum 2
eorum et depopulatus est, et quasdam urbes vectigales Karthaginiensium sibi coëgit stipendium pendere. Emporia vocant eam regionem. ora est mi- 3
noris Syrtis, et agri uberis; una civitas ejus Leptis: ea singula in dies talenta vectigal Karthagi-
niensibus dedit. Hanc tum regionem et totam in- 4

mum obcurrit in ed. Mog. Priores pro *sensit* habent *senatui*. At insuper *postquam vidit et infamas* ed. Camp. Ex scriptis Campano adhaeret Lov. 5. *postquam cognovit et infames* legit Harl. Reliqui fere stant a lectione priorum editionum, nisi quod *principibus* pro *principes* sit in Voss. Lov. 4. [Bamb. qui etiam *sensit* omittit,] et Mead. utroque. Sed Mead. illi alteram lectionem margini adscriptam praeferunt. Si constaret, Gelenium vestigia Mog. cod. secutum esse, eam lectionem rejiciendi caussam non viderem. Nunc, quum addere omiserit, qua auctoritate permotus ita scribendum putet, Gronovii emendationem probo. Basileenses anno 1554. perperam *iudicium ejusdem Aristonis* ediderant. Hinc necesse fuit Sigonio monere, se *indicium* in vet. lib. invenisse.

§. 2. *Agrum maritimum eorum et depopulatus est*] *Τὸ et* deest in Lov. 1. 3. 5. et edd. Froben. anni 1535. prioribus. Mox pronomen *sibi* non adparet in Lov. 4. et Harl. [*locum* omittit Bamb.]

§. 3. *Emporia vocant eam regionem*] Hujus regionis cum simili descriptione etiam mentio est 29, [25, 11.] ubi Scipio in Africam trajicere parat. Plerique libri foeminino genere hoc loco *Emporiam* habebant: sed *Emporiae, arum*, Hispaniae est oppidum, ut supra hoc lib. ab initio [c. 8.] Verum neque Scipio ad Syrtim parvam trajecit, neque Masaesylorum, aut omnino Numidiae dominium ad Syrtim parvam erat, ut puto. At hercules magna est locorum in Africa confusio apud Romanos scriptores: quod in Sallustium olim, et supra priore decade in hunc authorem, satis superque conquesti sumus. GLAR. Horum Emporiorum meminit non solum Livius 29, [25, 11.] sed etiam Polyb. 1, [82.] *ἅμα δὲ τούτοις καὶ τὰς παρακομιζομένας ἀγορὰς ἐκ τῶν παρ' ἀυταῖς καλουμένων Ἐμπορίων, ἐφ' αἷς εἶχον τὰς μεγίσας ἐλπίδας.* Et 3, [23.] *μήτε τοὺς κατὰ τὴν μικρὰν Σύρτιν τόπους, ἃ καλοῦσιν Ἐμπόρια διὰ ἀρετὴν τῆς χώρας.* SIG. *Emporiam* perperam omnes codd. nostri, [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1531. Mox *una civitas ejus Leptis est*, et *vectigal Karthaginiensium* Harl. [*Lepcis* Bamb.]

§. 4. *Hanc tum regionem et totam infestam Masinissa, et ex quadam parte*] Totum hunc §. pluribus vocibus omissis ita

Digitized by Google

festam Masinissa, et ex quadam parte dubiae possessionis, sui regni, an Karthaginiensium esset, ef-
5 fecerat. et quia simul ad purganda crimina, et questum de se Romam eos ituros comperit; qui et illa onerarent suspicionibus, et de jure vectigalium
6 disceptarent, legatos et ipse Romam mittit. Auditi de Tyrio advena primum Karthaginienses curam injecere Patribus, ne cum Antiocho simul et Poe-
7 nis bellandum esset. maxime ea suspicio crimen urguebat, quod, quem comprehensum Romam mitti placuisset, nec ipsum, nec navem ejus custodissent.
8 De agro deinde cum regis legatis disceptari coe-
9 ptum. Karthaginienses jure finium caussam tutabantur:

exhibet Lov. 6. *Hanc tum regionem Masinissa ex quadam parte dubiae possessionis sui regni Karthaginiensium esse effecerat.* Voss. *Hanc tamen regionem* legit. V. ad 22, 17, 5. *Hanc cum regionem totam infestam* Lov. 1. Hinc *Masinissa ex quadam parte* Voss. et Lov. 2. Tum *sui regni Karthaginiensium esset* Lov. 2. *sui regni an Karthaginiensium esse* Gaertn.

§. 5. *Ad purganda crimina et questum de se Romam eos ituros comperit*] *ad pugnanda crimina* Mead. 1. Pari errore *pugnare sese* cap. praec. §. 10. praefert Voss. Deinde pronomen *eos*, quod deest in Lov. 5. et edd. priscis, Aldus vero ex cod. Mog. adscivit, in reliquis nostris Mstis superest. Hinc *competiit* Mead. 1. *comperat* Voss. An voluit *compererat?* Mox *legatos et ipse mittit* Lov. 1. *mittit*, pro *misit*, etiam Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et praesertim cod. Mog. quorum fide ita edidi.

§. 6. *Curam injecere Patribus*] *ingerere* Lov. 2. in contextu, et Mead. 1. *ingessere* Gaertn. Sed v. ad 5, 28, 11. [*inicere* Bamb.] Mox *rebellandum* Gaertner. V. ad 40, 38, 5.

§. 7. *Ea suspicio crimen urgebat*] *augebat* Lov. 5. et edd. priscae, quomodo etiam sibi legendum videri, monuit Cl. Heumannus. Sane *urgere* et *augere* etiam alibi commutantur. V. Nic. Heins. ad Claud. 1. de Laud. Stil. 2. Sed nec vulgatum, pro quo stant reliqui, displicet. [*ea* omittit Bamb.] Mox *et Romam mitti* Gaertn. *et Romam permitti* Mead. 1. *et mitti Romam* Harl. [*comprensum* Bamb.]

§. 8. *Jure finium caussam tutabantur*] *tutebantur* Gaertn. *tuebantur* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. priscae, pro quo Frob. ex

bantur: *quod intra eos terminos esset, quibus P. Scipio victor agrum, qui juris esset Karthaginiensium, finisset:* et confessione regis: *qui, quum Aphirem profugum ex regno suo, cum parte Numidarum vagantem circa Cyrenas, persequeretur, precario ab se iter per eum ipsum agrum, tamquam haud dubie Karthaginiensium juris, petisset.* Numidae *et de terminatione Scipionis mentiri eos* arguebant: *et, si quis veram originem juris exigere vellet, quem proprium agrum Karthaginiensium in Africa esse? Advenis, quantum secto bovis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad urbem communiendam precario datum. quidquid Byrsam sedem suam excesserint, vi atque injuria partum habere. Neque eum,*

10 11 12 13

cod. Mog. *tutabantur* reposuit, consentientibus reliquis nostris. V. ad 28, 20, 1. Mox §. seq. pro *finisset*, est *fuisset* in Mead. 1. et Gaertn. *fecisset* in Harl.

§. 10. *Aphirem profugum*] MS. *Athirem profugum*. MOD. *Ἀφθήρατον* vocat Polybius Legat. 118, quo loco eum omnem agrum a Romanis adjudicatum esse Masinissae scribit, et 500 talenta fructuum nomine pendere Carthaginienses coactos. Appianus in Libyco [p. 36.] H. VALES. Fulv. Ursino non sine caussa suspectum est in Polyb. *Ἀφθήρατος*. Non venerat ei in mentem locus Livii. Addit Polyb. Masinissae a Carthaginiensibus negatum fuisse iter per agrum illum. DUK. *Aphircum* Lov. 3. *Amphireum* Hearnii L. 1. *Aphyrem* Lov. 1. et edd. ante Frobenianam anni 1535. [*Amphirem* Bamb.] Ceterum, non *Athirem*, ut Modius testatur, sed *Anthirem*, in eod. suo esse, Moguntini monuerunt. Mox *precario ad se iter* Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *precario ad se ire* Voss. et Harl. *precario iter* Lov. 3. [Bamb.] Hinc *per eum agrum* Lov. 1. Male. V. ad 28, 18, 3.

Tamquam haud dubie Karthaginiensium juris] Malim, *haud dubii*. J. FR. GRON. Supra hoc cap. *Hunc regionem* etc. *dubiae possessionis, sui regni an Karthaginiensium esset, effecerat*. V. supra hoc lib. ad c. 43, 5. Sed scripti nihil mutant. Mox §. seq. *in Africam esse* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. [Bamb. qui ante *juris* omittit.]

§. 12. *Quidquid Byrsam sedem suam excesserint*] *quidquid Barsam* Voss. et cod. Mog. [Bamb.] Male. Graecis enim passim *Βύρσα* vocatur. Paullo ante *potuerunt* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Hinc *ad urbem conveniendam*

Digitized by Google

de quo agatur, probare eos posse, non modo semper, ex quo coeperint, sed ne diu quidem eos possedisse. Per opportunitates, nunc illos, nunc reges Numidarum, usurpasse jus: semperque penes eum
14 *possessionem fuisse, qui plus armis potuisset. Cujus conditionis res fuerit, priusquam hostes Romanis Karthaginienses, socius atque amicus rex Numidarum esset, ejus sinerent esse: nec se interponerent,*
15 *quo minus, qui possent, tenerent.* Responderi legatis utriusque partis placuit, missuros se in Africam, qui inter populum Karthaginiensem et regem in re

Lov. 1. *ad urbem muniendam* Gaertn.

§. 13. *Neque enim de quo agatur*] Thuan. *neque eum, de quo.* Id omnino restituendum videtur. JAC. GRON. Similiter legunt Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Crevierii Victor. cujus fide id recte in contextum recepit. *Tò enim* hic locus esse nequit. Solent passim hae voculae commutari. V. ad 27, 17, 11. Neque a probanda hac lectione me deterruit, quod mox bis *eos* sequatur. Nam et idem pronomen etiam alibi Livius saepius repetiit. V. ad 4, 37, 3. Quin et hic rationem grammaticae postulare, ut *se possedisse*, pro *eos*, legatur, Crevierius monuit. Praeterea *de quo agitur* cod. Mog. Tum *ex quo coeperunt* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. [§. 14. *qui posset, teneret* Bamb.]

§. 15. *In re praesenti disceptarent*] *in praesenti* Lov. 1. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Male. 40, 17, 1. *Inter populum Karthaginiensem et regem Masinissam in re praesenti disceptatores de agro fuerunt.* c. 29, 9. *Primo ab amicis, qui in re praesenti fuerunt, libri lecti.* (* c. 9, 7.) Similiter *in re praesenti cognoscere* infra 42, 23, 2. ubi quaedam vide. Locutionem etiam multis inlustrat Brisson. de Verb. Sign. in voce *Praesentem in rem venire.* Paullo ante *missuros in Africam*, sine praenomine, Mead. 2.

§. 16. *Inspectaque re, suspensa omnia, neutro inclinatis sententiis, reliquere*] *inspectataque re* perperam Mead. 2. quales errores Mstorum saepissime notavimus. V. ad 10, 37, 2. Sollemnis est locutio *inspicere rem.* Supra 27, 21, 7. *Eo missus Marcellus consul designatus, qui rem inspiceret.* Justin. 2, 15. *Denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. Inspicere rem sociorum, regna sociorum*, et similia saepe obcurrunt. Deinde *neutro inclinanti sequentibus reliquere* Harl. *neutro inclinati sequentibus reliquere* Lov. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Neque aliter Lov. 1. nisi quod *relinquere* praeferat. *neutro inclinatis sequentes reliquere* Lov. 3. *neutro inclinati reliquere* Voss.

Digitized by Google

praesenti disceptarent. Missi P. Scipio Africanus, 16
et C. Cornelius Cethegus, et M. Minucius Rufus;
audita inspectaque re, suspensa omnia, neutro in-
clinatis sententiis, reliquere. Id utrum sua sponte 17
fecerint, an quia mandatum ita fuerit, non tam
certum est, quam videtur tempori aptum fuisse,
integro certamine eos relinqui. Nam, ni ita es- 18
set, unus Scipio, vel notitia rei, vel auctoritate,
ita de utrisque meritus, finire nutu disceptatio-
nem potuisset.

[*re, omnia impensa, neutro declinatis sententiis, relinquere* Bamb.] Paullo ante voces *et C. Cornelius Cethegus* omittuntur in Hearnii L. 1.

§. 17. *Integro certamine eos relinqui*] Si codd. faverent, mallem *certamini*. 26, 2, 4. *Quod consultationi reliquerant*. Ovid. 2. Met. 186. *Quam* (navem rector) *Diis votisque reliquit*. DUKER. *integro certamini* est in Lov. 3. et id voluisse etiam videtur scriba Gaertn. qui tamen per errorem dedit *integro carmini*. [*in tergo certamine*. Bamb.] Mox §. seq. *finire in nutu disceptationem* Harl. *finire in promtu disceptationem* Lovel. 2. 3. Mead. 1. et Gaertn.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI TRIGESIMI QUINTI.

P. Scipio Africanus legatus ad Antiochum Ephesi cum Hannibale, qui se Antiocho junxerat, conlocutus est; ut, si fieri posset, metum ei, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. Inter alia quum quaereret, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondit: Alexandrum Macedonum

P. Scipio Africanus legatus ad Antiochum Ephesi cum Hannibale etc. *conlocutus est*] Ita in libris Graecis Acilianis, quos Latine verterat Claudius 25, 39, 12. scriptum fuisse dicit Livius infra c. 14. quod indicio est, eum nullum alium hujus historiae auctorem habuisse; de qua etsi judicium suum non interponit, tamen ei fictam visam fuisse, ex iis, quae de legatis ad Antiochum missis et de Africano scribit, colligi potest. Legati ad Antiochum missi sunt A. V. ıɔLX. l. 34, 59, 8. Eodem Africanus cum aliis legatis in Africam ad disceptandas controversias inter Carthaginienses et Masinissam venit. ibid. cap. ult. ac deinde P. Cornelium patruelem in petitione consulatus adjuvit c. 10. huj. lib. Eo tempore autem legati ad Antiochum adhuc in Asia erant, ac demum anno V. ıɔLXI. post comitia, quibus repulsam tulerat P. Scipio, et quum jam novi consules magistratum iniissent, Romam reverterunt c. 20. et 22. Adde, quae ad 34, 59. dicta sunt. DUK. Vocem *Scipio* excludit Voss. Tum *legatus ad Antiochum missus* Leid. Voss. et Berg. *legatus missus ad Antiochum* Norv. et, praeter Campan. omnes edd. usque ad Gruter. cujus postrema vocem *missus* expunxit. Utroque modo Livius locutus est. Exempla additae dictionis *missus* produci necesse non est, quum passim obcurrant. Ejusdem omissae v. ad 28, 9, 1. et 40, 45, 9. Quia autem verisimilius est, librarios eam, ubi deerat, addidisse, quam, ubi invenerant, ejecisse, nihil mutandum putavi. Tum *Ephesi Hannibalem* etc. *conlocutus est* Voss. Praeterea *se Antiocho adjunxerat* Berg. Mox *si fieri possit* Boend. Deinde *metum vitae, quem* Boend. Norv. omnesque edd. usque ad Gruterum, cujus ultima ἐπιδοσις *metum ei* substituit: quod probant Leid. Voss. et Berg.

Inter alia quum quaereret, quem fuisse] *Inter ea* Voss. Deinde *quaereret ab Hannibale, quem* Voss. Boend. edd. Ald. eamque secutae usque ad Gruter *quaereretur ab Hannibale, quem* Norv. et edd. Aldo priores. nisi quod Campan. *quaereretur de Scipione* legat. Vulgatum primum vidi in ed. postre-

Digitized by Google

regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset; quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. *Quaerenti deinde, quem secundum poneret,* Pyrrhum, *inquit,* castra metari primum docuisse. ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse. *Exsequenti, quem tertium diceret,* semet ipsum *dixit. Ridens Scipio,* Quidnam tu diceres, si me, *inquit,* vicisses? Tunc vero, *inquit,* me et ante Alexandrum, et ante Pyrrhum, et ante alios posuissem. *Inter cetera prodigia, quae plurima fuisse traduntur, bovem*

ma Gruteri, quod probat Berg. Mox *eoque parva manu* Voss. *eo quod parva manu* Berg. addita vocula, quae et infra a scribis additur 35, 21, 9. *eo quod innumerabiles exercitus* Boend. Insuper *supra humanam spem esset* ed. Camp. *supra fidem humanam esset* Norv. et edd. reliquae usque ad Gruteri ultimam, quae vulgati auctor est, efficti forsan ex narratione Livii c. 14.

Pyrrhum, inquit, castra metari primum docuisse] Hujus iterum lectionis auctor est postrema Gruteri editio. Campanus vulgarat *Pyrrhum, inquit, eo quod castra metari docuisset.* Consentit autem Boend. *Pyrrhum, inquit, eo quod castra metari primus docuisset* Voss. et Berg. *inquit, Pyrrhum, eo quod castra metari docuisset* reliquae edd. usque ad Gruterum, et Norvic. Grutero adsentitur Leid.

Ad hoc neminem elegantius loca cepisse] *et adhuc* Berg. *adhuc* Voss. et Boend. cum ed. Camp. *ad haec* Norv. et reliquae edd. usque ad ultimam Gruteri. V. ad 21, 52, 10. Tum *loca elegantius cepisse* Voss. et Leid. *loca commodius et dignius cepisse* Boend. et ed. Camp. quod ex interpretis glossa natum puto.

Exsequenti, quem tertium diceret, semet ipsum dixit] *duceret* puto, ut in Livio c. 14. a quo *crederet* et *poneret* sumsit; quibus aptius jungitur *duceret*, quam *diceret.* DUK. *Et sequenti* Voss. Boend. et ed. Camp. sollemni errore scribarum. V. ad 28, 19, 6. Deinde *diceret*, pro *duceret*, perperam etiam pauci codd. infra c. 14, 10. Tum *semet dixit* Voss. Norv. et, excepta ed. Camp. reliquae omnes ante ultimam Gruteri. *semet ipse dixit* se in Oxoniensi D. invenisse, Hearnius testatur. Male.

Ridens Scipio, Quidnam tu diceres, si me, inquit, vicisses] *Arridens Scipio* Boend. et ed. Camp. Hinc *Quidnam tu, inquit, diceres, si me vicisses* Leid. Mox *Tum vero, inquit, me* Boend. et ed. Camp. *Tunc vero me, inquit* Voss. Leid. et Berg. Deinde vocula *et* priori loco deest in Exc. Pithoei. Insuper *et ante alios ponerem* Leid. *et alios posuissem* Berg. *et ante alios omnes posuissem* Boend. et ed. Camp.

Digitized by Google

Cn. Domitii consulis locutum, Roma cave tibi, *refertur. Adparant in Antiochum bellum Romani. Nabis Lacedaemoniorum tyrannus, incitatus ab Aetolis, qui et Philippum et Antiochum ad inferendum bellum populo Romano sollicitabant, a populo Romano descivit: et, bello adversus Philopoemenem Achaeorum praetorem gesto, ab Aetolis et ab Alexameno duce eorum interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia populi Romani defecerunt. cum quibus societate juncta, Antiochus Syriae rex, quum bellum Graecia intulisset, complures urbes occupavit: inter quas Chalcidem, et totam Euboeam. Res praeterea in Liguribus gestas et adparatum belli ab Antiocho continet.*

Inter cetera prodigia, quae plurima fuisse traduntur] *Interea prodigia plurima fuisse traduntur* Boend. *Interea prodigia multa fuisse traduntur* ed. Camp. *Inter ea prodigia* Voss. Norv. et reliquae edd. ante Sigon. qui, consentiente Berg. *Inter alia prodigia* dedit: quod obtinuit, usque dum Gruter. in postrema ed. ex Pighio in Ann. ad ann. ıɔLXI. p. 276. subponeret *Inter caetera prodigia*, cui concinit Leid.

Bovem Cn. Domitii consulis locutum, Roma cave tibi, refertur] *Cn. Domitio consule* Norv. et edd. usque ad Sigon. qui ex eodem Pighio vulgatum adscivit, quod etiam firmant omnes nostri. Deinde *locutam* Leid. et Berg. Hinc *cave tibi, Roma, referuntur* Boend. *fuisse ferunt, Roma, cave tibi* Leid. Mox verba *Adparant in Antiochum bellum Romani* exsulant ab omnibus scriptis meis, Norv. et edd. primis. Ascensius demum anno 1513. addidit.

Nabis Lacedaemoniorum tyrannus, incitatus ab Aetolis, qui et Philippum etc. *sollicitabant*] *Nabis tyrannus, qui et Philippum* etc. *sollicitabat* Leid. *qui Philippum* Berg. Boend. et ed. Camp. Hinc *sollicitabat* etiam Voss. et Berg. Mox *a populo Romano descivisse* Voss. *a populo Romano deseruisse* Berg. Sed hae quatuor voces cum septem sequentibus desunt in Voss.

Ab Aetolis interfectus est] Gud. minor *ab Aetolis et Alexameno duce eorum interfectus est.* J. FR. GRON. Similiter Leid. nisi quod voce adhuc auctior legat *ab Aetolis et ab Alexameno*, quod recepi. V. ad 6, 28, 6. *Aetolis interfectus est*, omissa praepositione, Voss.

Cum quibus societate juncta, Antiochus Syriae rex, cum bellum Graecis intulisset] *Quum societate juncta Ant. Syr. rex bellum Graecis intulisset* omnes scripti nostri, et ed. Camp. Mox *plures urbes*, pro *complures*, Voss. Deinde *et Tyrum*, pro *et totam Euboeam*, idem Voss.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS QUINTUS.

I. Principio anni, quo haec gesta sunt, Sex. Di- 1
gitius praetor in Hispania citeriore cum civitatibus
iis, quae post profectionem M. Catonis permultae
rebellaverant, crebra magis, quam digna dictu,
proelia fecit, et adeo pleraque adversa, ut vix di- 2
midium militum, quam quod acceperat, successori
tradiderit. Nec dubium est, quin omnis Hispania 3
sublatura animos fuerit, ni alter praetor P. Corne-
lius Cn. F. Scipio trans Iberum multa secunda proe-

§. 1. *Principio anni, quo haec gesta sunt*] *quo gesta haec sunt* Lov. 3. *quo gesta sunt haec* reliqui codd. [Bamb.] et edd. vetustae. Moguntini tandem ex membranis suis voces in eum ordinem digesserunt, quo nunc eduntur. [*civitatibus his* Bamb.] Mox *post profectionem M. Catonis rebellaverant* olim vulgo editum fuit. Moguntini deinde testati sunt, se in cod. suo invenisse *post profectionem M. Catonis permultae rebellaverunt*. Hinc secutus Aldus *permultae* admisit, sed *rebellaverant* servavit. Omnes codd. nostri, et Hearnii L. 1. [Bamb.] priscarum edd. lectionem defendunt, nisi quod Lov. 2. *rebellaverunt* legat.

§. 2. *Ut vix dimidium militum, quam quod acceperat, successori tradiderit*] De conjectura *τὸ quod* tollebam, quum vidi non agnoscere illud Vossianum. Sic praecedenti lib. c. 52, 4. 28, 43, 3. J. FR. GRON. Tollit etiam alibi, partim ex auctoritate librorum scriptorum, qui sine dubio sequendi sunt, partim quod videtur putasse, hoc genus loquendi ab lingua Latina abhorrere: de quo vide ad 32, 13, 7. et 34, 52, 4. *Dimidium quam quod* vulgo etiam legitur 45, 18, 7. *Dimidium tributi, quam quod regibus ferre soliti erant, populo Romano pendere*. Sed ibi recte induci credo *quam*. DUK. *Τὸ quod* deest etiam in Harl. contra praecedens *quam* in Lov. 1. Verum ita scribendum foret *dimidium militum, quos acceperat*. V. ad 45, 18, 7. Praeterea *acceperit* cod. Mog. Tum *traderet* Voss. et Lov. 1. Paullo ante *adeo, pleraque*, omissa praecedenti vocula *et*, Voss. Lov. 1. et 6.

§. 3. *P. Cornelius Cn. F. Scipio*] Is, qui vir optimus a sena-

Digitized by Google

lia fecisset: quo terrore non minus quinquaginta
4 oppida ad eum defecerunt. Praetor haec gesserat
5 Scipio. Idem pro praetore, Lusitanos, pervastata
ulteriori provincia, cum ingenti praeda domum red-
euntes, in ipso itinere adgressus, ab hora tertia diei
ad octavam incerto eventu pugnavit, numero mili-
6 tum inpar, superior aliis: nam et acie frequenti
armatis adversus longum et inpeditum turba pecorum agmen, et recenti milite adversus fessos lon-
7 go itinere concurrerat. Tertia namque vigilia exi-

tu judicatus fuerat. SIG. *P. Cornelius c. f. Scipio* Lov. 1. *T. Scipio* Voss. *P. Cornelius Scipio* Lov. 3. Harl. et Hearnii L. 1. *P. Cornelius cum L. Scipione* Lov. 2. in contextu, et Lov. 6. *P. Cornelius Cn. Furius Scipio* Lov. 2. in margine. *P. Cornelius Scipio Cn. F.* Lov. 5. et edd. ante Prob. anni 1535. [*P. Cornelius Cn. P. Scipio* Bamb.]

§. 4. *Praetor haec gesserat Scipio*] Ista non agnoscit editio Moguntina. MOD. Immo editio illa non agnoscit tantum tria priora vocabula, quartum *Scipio* jungit sequentibus. Similiter autem praeferunt omnes edd. priores; sed ex scriptis tantum Lov. 5. et Hearnii L. 1. Quod nunc exstat, Aldus ex cod. Mog. recepit, cui nullus meorum consentit. Nam *praegesserant Scipio idem* legunt Voss. Lov. 1. 2. 5. 4. et Mead. 2. *praegesserat Scipio idem* Mead. 1. *praegesserat idem Scipio* Harl. *precesserat Scipio idem* Lov. 2. in marg. et Lov. 6. [*praecesserat Scipio* Bamb.] *presserat Scipio idem* Gaertn. Veram igitur hujus loci lectionem debemus Mstо iterum Moguntino.

§. 5. *Idem propraetor Lusitanos*] Vet. lib. *Idem pro praetore Lusitanos*, quod est prorogato ultra praeturam praetorio imperio. SIG. Idem ergo dicendum est de L. Valerio, Cn. Domitio, P. Cornelio, et M. Baebio, quorum illos 34, 46. 36, 36. 37, 2. *proconsules*, hunc 36, 8. *propraetorem* vocat, et de aliis, quos alibi, praetermissa mentione prorogati imperii, *proconsulum* et *propraetorum* nominibus appellat. In eadem sententia etiam Pighium fuisse, quum aliunde, tum ex iis, quae ad A. V. 1DLXII. de P. Cornelio et M. Baebio scribit, constat: idque haud dubie verum est. Etenim provinciae et exercitus sine imperio haberi non poterant; imperium autem cum magistratu finiebatur. Unde consequens est, omnibus, quorum annus magistratus exierat, ut pro consulibus vel pro praetoribus rem gerere possent, prorogationem imperii necessariam fuisse. Neque enim sine illa in provinciis res gerere, quod multos fecisse legimus, potuissent. Sed, quum Livius saepe tradat, imperia quibusdam in provinciis, quibus praeerant, vel ut aliis praeessent in annum prorogata fuisse, quaeri potest, quid de his dicendum

Digitized by Google

erant hostes: huic nocturno itineri tres diurnae horae accesserant: nec ulla quiete data, laborem viae proelium exceperat. Itaque principio pugnae vigoris aliquid in corporibus animisque fuit, et turbaverant primo Romanos: deinde aequata paullisper pugna est. In hoc discrimine ludos Jovi, si vi fudisset cecidissetque hostes, propraetor vovit. Tandem gradum acrius intulere Romani, cessitque Lusitanus. deinde prorsus terga dedit. et, quum institissent fugientibus victores, ad duodecim millia ho- 8 9

sit, qui anno priore in provinciis cum imperio fuerant, et exacto anno magistratus successores, qui provincias illas sortiti fuerant, sed plerumque multis rebus impediebantur, ne statim, sortitione facta, in eas proficisci possent, nondum acceperant. Livius quidem satis raram imperii his, quoad successores in provincias venissent, prorogati mentionem facit: sed tamen ex iis, quae 40, 36. de P. Cornelio et M. Baebio, 41, 14. et 21. de Ti. Sempronio et L. Cornelio, et 42, 1. de M. Atilio praetoribus scribit, satis intelligitur, his quoque, post relationem ad senatum de provinciis, et post sortitionem provinciarum, imperia prorogata fuisse. Nec admodum vero dissimile est, id eadem lege, qua novis magistratibus imperium annuum in provinciis dabatur, factum esse. DUKER. *Eodem praetore* Lov. 1. *Idem praetor* Lov. 6. *Idem praeceptor* Gaertn. Mox *pervastante ulteriore provincia* Lov. 1. *ulteriore provincia* etiam Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *interiore provincia* Harl. Praeterea *usque ad octavam* Lov. 3.

§. 6. *Adversus fessos longo itinere concurrerat*] Ita Aldus edidit ex cod. Mog. cum quo faciunt omnes edd. principes, et Mfti mei, nisi quod *circum currerat* sit in Gaertn. *concurrerat* in Lov. 1. *occurrerat* primum vidi in ed. Mediol. anni 1480. tum in Tarvis. utraque, et hinc in reliquis usque ad Aldum.

§. 7. *Nocturno itineri tres diurnae horae accesserant*] *nocturno itinere* male Voss. Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox *ne ulla quiete data* Lov. 2. et 3. *nec vel quiete data* Lov. 4. et Mead. 2.

§. 8. *Si vi fudisset cecidissetque hostes, propraetor vovit*] Vet. lib. *si fudisset cecidissetque hostes, praetor vovit*. praetorem autem videtur vocare eum, qui cum praetorio erat imperio, alioquin *pro praetore* legendum est. SIG. Vocem *vi* non agnoscunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et ed. Rom. princeps. *si fudissent cecidissentque hostes* in Oxon. L. 1. se invenisse, testatur Hearnius. Eamdem voculam *vi* etiam in Victor. deesse, Crevierius docet, ac probat. Contra Gronov. *vi fudisset* adversus Sigon. tuetur in pr. ed. not. ad 34, 46, 7. Id tamen curis secun-

Digitized by Google

10 stium sunt caesa: capti quingenti quadraginta, omnes fere equites: et signa militaria capta centum triginta quatuor. de exercitu Romano septuaginta
11 et tres amissi. Pugnatum haud procul Ilipa urbe est. Eo victorem opulentum praedae exercitum P.

dis omittens, tacitus damnasse videtur. Deinde *praetor* omnes nostri codd. ut et edd. usque ad Moguntinos, qui *propraetor* dederunt, incertum an ex cod. suo. In excerptis tamen ejus lectionis non meminerunt. V. ad 36, 36, 1.

§. 9. *Acrius intulere Romani*] Ita Frob. anno 1531. ex cod. Mog. nec aliter omnes nostri, solo excepto Lov. 5. qui cum edd. prioribus exhibet *Romani acrius intulerunt*. Mox *terga dedit*, *quum institissent*, omissa vocula *et*, Voss. Deinde *ad duodecim hostium*, omissa voce *millia*, Hearnii N. [*ad* XII *hostium* Bamb.]

§. 10. *Capti quingenti quadraginta, omnes ferme equites: et signa militaria capta centum triginta quatuor*] Rursus cusus Moguntiae Livius: *capti ducenti quinquaginta*, *omnes ferme equites: et signa militaria capta centum quinquaginta quatuor*. Ita, inquam, hic iterum evariat typis expressus Moguntiae Livius, sed manu exaratus sine ulla litura facit pro scriptura, quam in contextu expressimus. MOD. Lectio, quam Modius ex ed. Mog. profert, non ei propria est, sed itidem exstat in omnibus prioribus excusis: neque aliter legunt, quosquos consului, manu exarati. Priora verba *capti ducenti quinquaginta*, *omnes ferme equites* Hearnius etiam invenit in Oxon. L. 1. at *capti CC ferme L*, *omnes equites* in Oxon. N. [*ducenti quadraginta*, *omnes ferme* Bamb.] Quod nunc vulgo editur, Aldus ex cod. Mog. adscivit, in quo tamen etiam *fere*, pro *ferme*, legitur; quod itidem admisi. V. ad 37, 38, 5.

De exercitu Romano septuaginta et tres amissi) *et de exercitu Romano* Lov. 3. *et exercitu Romano* Lov. 1. 4. et ed. Mediol. anni 1480. *et ex exercitu Romano* ed. Ven. anni 1498. *ex exercitu Romano* Lov. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et reliquae edd. usque ad Mog. quae *de exercitu Romano* substituit. qui tamen eam procurarunt, nihil de cod. sui lectione monuerunt. V. ad c. 29, 8. *de exercitu Romanorum septuaginta tres amissi* Lov. 6.

§. 11. *Pugnatum inde haud procul Ilipa urbe est*] Illud *inde*, nisi loci sit, omnino tollendum est. Ptolemaeus [2, 4.] *Ilipam* unam, *Ilipulas* duas, magnam alteram facit, montem praeterea *Ilipam*: omnia haec in Baetica. Plin. 3, 1. *Ilipam* magnam et *Ilipulam* minorem vocat, haud scio diminutione exiguitatem denotante. *Ilipae* etiam meminit Strabo l. 3. ad finem, de magna, ut opinor, loquens. GLAR. Vox *inde* supervacanea est, et a veteribus, quos legi, libris abest. SIG. Abest eadem vox non modo ab omnibus scriptis nostris, sed etiam ab edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum *haud prope* Voss. V. infra ad c. 15, 5. Praeterea *Illipa urbe*, sine τῷ *est*, Gaertn. *Illippa urbe est* Hearnii L. 1. *Hippa urbe est*

Digitized by Google

Cornelius reduxit. ea omnis ante urbem exposita
est: potestasque dominis suas res cognoscendi facta. 12
cetera vendenda quaestori data: quod inde refectum
est, militi divisum.

II. Nondum ab Roma profectus erat C. Flaminius 1

Lov. 6. *Ilippa urbe est* Voss. *Hylippa urbe*, omisso *τοῦ est*, Harl. *Ilipam urbem* Mead. 1.

Eo victorem opulentum praeda exercitum] Sic apud me primus Ascensius, mox Aldus, et caeteri. Scripti vero omnes nostri, et Andreas, Med. Tarv. Venetae, Becc. *opulentum praedae*. Ut apud Tacitum 2. Hist. [6.] *Asia et caeterae provinciae nec virorum inopes, et pecuniae opulentae*. Sic noster 9, 36, 13. *Caesis fugatisque iis, late depopulato agro, victor Romanus, opulentus rerum omnium, in castra rediit*. Justinus 2, [14.] castra Xerxis ait *referta regalis opulentiae*. J. FR. GRON. *victorem et opulentum* Voss. *opulentum praeda*, quod et mihi demum in ed. Ascens. anni 1513. obvium fuit, ut et copula *et* in Voss. addita defendi possent ex illis exemplis, quae contuli ad 4, 34, 4. Verum partim omnes codd. mei, et priscae edd. *praedae* verius esse, partim omnes reliqui et scripti et excusi librarium Vossiani aberrasse docent. Suos etiam omnes in lectionem *praedae* consentire, testatur Gebhard. ad 9, 36, 13. V. etiam Jac. Gronov. ad 22, 3, 3. et Cortium ad Sall. Jug. 84. Mox *omnis* deest in Lov. 1.

§. 12. *Potestasque dominis suas res cognoscendi facta*] *domino suas res recognoscendi* Lov. 3. Supra 5, 16. *Biduum ad recognoscendas res datum dominis*. Sed exempla ibi laudata, *cognoscere* et *noscere* Livio hoc sensu frequenter usurpari, docent. Quare etiam vulgatum, quod est in reliquis omnibus, praefero. Tum *facta est* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] omnesque typis descripti. Primus Frob. anno 1535. *id est* expunxit: si ex cod. Mog. ex quo tamen editores Moguntini nihil notarunt, non adversor. sin, revocandum puto, licet id modo praecesserit, et mox iterum sequatur. Ita supra 2, 32, 2. *In sacrum montem secessisse* (*trans Anienem amnem est*) *tria ab urbe millia passuum. Ea frequentior fama est, quam cujus Piso auctor est, in Aventinum secessionem factam esse*. 3, 5, 14. *Ut Romam reditum et justitium remissum est, coelum visum est ardere*. c. 31, 1. *Laboratum est. De Aventino publicando lata lex est*. 36, 12, 3. *Media visa est Clyti sententia, eoque accepta est*. 43, 18, 7. *Obpugnare est adortus, et corona eam capere conatus est*. ubi iterum Gronov. alterum *est*, ut supervacuum, tollendum existimavit. Similiter *essent* 23, 31, 10. *Ut cives Romani essent: item uti municipes Cumani essent*. ubi nihil mutandum docui. *erat* infra hoc lib. c. 18, 2. et 44, 24, 7. Pari modo repetitur *sunt*. V. ad 37, 42, 2. et *esse*. V. ad 40, 35, 6. (* et c. 34, 11.)

Quod inde revectum est, militi divisum] *effectum est* legi debet, non *revectum*. GELEN. *effectum est* Gelenius, pro *reve-*

Digitized by Google

2 praetor, quum haec in Hispania gerebantur. itaque tam adversae, quam secundae res per ipsum ami-
3 cosque ejus magnis sermonibus celebrabantur: et tentaverat, quoniam bellum ingens in provincia exarsisset, et exiguas reliquias exercitus ab Sex. Digitio, atque eas ipsas plenas pavoris ac fugae accepturus esset, ut unam sibi ex urbanis legionibus de-

ctum, quod erat in Aldina, et Froben. et Saveterii. Naud. *repertum*. Sed verum est, quod habent Barberin. Petav. Voss. cum Romana, Mediolanensi, caeterisque prioribus: *quod inde refectum est*. Hoc enim verbum idem est hac in re, quod redigere. Cicero in Paradoxis [num. 6, 1.] *Igitur proposito numquam eris dives, antequam tibi ex his possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri sex legiones, et magna equitum ac peditum auxilia possis*. 3. in Verr. [50.] *Primo dominus ignarus incommodi sui gaudeat, villicoque delectetur, quod tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum sit*. Varro 1. de Re rust. 2. *Nemo enim sanus debet velle impensam ac sumtum facere in culturam, si videt, non posse refici: nec si potest reficere fructus, si videt eos fore, ut pestilentia dispereant*. Celsus in l. 88. de V. S. *Tantum quisque pecuniae relinquit, quantum ex bonis ejus refici potest*. J. FR. GRON. Moguntini fuerunt, qui operarum errore perperam dederunt *revectum*, pro quo optime Gronov. priscam lectionem *refectum* revocavit: quod non tantum omnes, quos Hearne consuluit, sed et nostri confirmant, uno excepto Lov. 2. qui *refertum* legit. Illa autem vocabula in Mstis confunduntur. V. ad 37, 33, 2. *Reficere* autem eo sensu Gronovius Livio restituit supra 1, 53, 3. *Quum divendita praeda quadraginta talenta argenti aurique refecisset*. ubi vide. [*est* omittit Bamb.] Recte etiam Aldus ex cod. Mog. *militi*, pro *militibus*, concinentibus omnibus meis, uno excepto Lov. 5. qui *militibus* servat.

§. 2. *Per ipsum amicosque ejus magnis sermonibus celebrabantur*] *per eum* Mead. 1. [*itaque adversae* Bamb.] Tum *magis sermonibus celebrabantur* Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] solito errore scribarum. V. ad 10, 40, 14. *Magni sermones* sunt rei augendae comparati. Supra 34, 5, 6. *Verba magna, quae rei augendae causa conquirantur, et haec et alia esse scio*.

§. 3. *Plenas pavoris ac fugae*] *pavoris ac fuga* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead uterque. [*eas plenas palloris ac fuga* Bamb.] Ita supra editur 5, 11, 14. *Plenum vulnerum ac pavore incidentem portis exercitum viderint*. Sed vide, quae ibi notantur. Non censeo igitur hanc lectionem probandam. Mox *sibi unam ex urbanis legionibus* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *sibi unam ex legionibus* Lov. 1. *sibi unam ex legionibus urbanis* Lov. 6.

§. 4. *Tria millia et quingentos pedites, et equites trecen-*

Digitized by Google

cernerent: ad quam quum militem ab se ipso scri- 4
ptum ex senatusconsulto adjecisset, eligeret ex omni numero sex millia et quingentos pedites, et equites trecentos. *Ea se legione* (*nam in Sex. Digitii* 5
exercitu haud multum spei esse) *rem gesturum.* Seniores negare, *Ad rumores, a privatis temere in* 6
gratiam magistratuum confictos, senatusconsulta fa-

tos. Ea se legione] Longobardico charactere scriptae membranae totiens jam laudatae conduplicant ista millia, legendumque suadent, *sex millia et quingentos pedites.* an etiam persuadent? MOD. Hic locus mihi duabus de causis suspectus est. primum, quod legionem vocat numerum militum minorem, quam in legione erat. Deinde, quod, si sibi ad terna millia Romanorum peditum et centum equites, quod ei supplementum decretum fuerat 34, 56, 8. tantum quingentos pedites, et ducentos equites addi postulabat, non erat hoc tam improbum postulatum, quam Patribus visum fuisse significat Livius. Sed credo numeros vitiatos fuisse: nam in libris Hearnii admodum variant. DUK. Idem et mihi verisimile fit. Quae enim vulgo exstat lectio, in nullo cod. nullaque ed. ante Parisinam anni 1573. obvia fuit. Editiones principes legunt *tria millia et ducentos.* consentientibus codd. meis, et Hearnii L. 1. [Bamb.] At secunda caussa, quam dedit Cl. Duker. cur vulgatum suspectum sit, hanc lectionem adhuc magis premit. Aldus deinde Moguntini cod. scripturam adoptavit; hinc Curio priorem revocavit, at Basileenses quinquennio postea Moguntinam. Ex utraque deinde Paris. anno 1573. dederunt *tria millia et quingentos.* Hearnius in Oxon. N. se *VI millia et CC* invenisse refert. Moguntini itaque scripturam restitui. Forte olim per notas numerales scriptum fuerat *VI M. et Vgentos.* Facile autem *VI M.* et *III M.* commutari possunt. Exemplum habuimus ad 10, 1, 1. Facile etiam *Vgentos* et *IIcentos.* Alia ejusdem erroris exempla vide ad 37, 40, 8. et c. 50, 3. Si autem posterior numerus scriptus fuit hoc modo V^c facilius adhuc confundi potuerunt V^c et II^c. eodem modo ut *V* et *II*, de quo v. ad 37, 22, 4. Si quis tamen *et ducentos pedites* maluerit, non adversabor. Agnosco equidem, circa haec tempora ordinarium fuisse, ut legio fere constaret ex quinque millibus peditum, trecentis equitibus; at simul memini, majorem interdum in eam numerum contributum esse; certe Scipionem in Africam trajecturum ita legiones supplesse, *ut singulae sena millia et ducenos pedites, trecenos haberent equites*, supra 29, 24, 14. Similiter igitur Flaminius nunc petit, ut legio, qua rem gesturus esset, haberet sex millia et quingentos, vel ducentos pedites, equites trecentos. Ceterum copulam *et* secundo loco omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.]

§. 6. *Ad rumores a privatis temere*] Ita Moguntini ex cod.

cienda esse. nisi quod aut praetores ex provinciis scriberent, aut legati renunciarent, nihil ratum ha-
7 *beri debere. Si tumultus in Hispania esset, placere, tumultuarios milites extra Italiam scribi a praetore.*
Mens ea senatus fuit, ut in Hispania tumultuarii
8 milites legerentur. Valerius Antias et in Siciliam navigasse delectus caussa C. Flaminium scribit: et ex Sicilia Hispaniam petentem, tempestate in Africam

suo vulgarunt. Antea edebatur *Ad rumores privatos*, quod superest in omnibus meis. [*rumores privatis in graciam* Bamb.] Mox etiam *confectos*, pro *confictos*, Lov. 5. et ed. Camp. V. ad 40, 12, 7.

Nisi quod aut praetores ex provinciis scriberent, aut legati renunciarent] Moguntina editio, *nisi quod aut ex provinciis scriberetur, aut legati renunciarent.* Nimirum vocem *praetores* singulari litera *P.* aut certe initialibus duabus *Pr.* scriptam fuisse, quam geminationem principii sequentis *provinciis* rati boni librarii et illud *praetores* omiserunt, et reliqua pro captu suo interpolarunt. nimis utrumque audacter, ne dicam temere. MOD. Immo ed. Mog. *nisi quod ex provinciis scriberetur.* Neque illa tantum ita exhibet, verum etiam, una cum Lov. 5. etiam omnes priores, nisi quod in una vel altera sit *scriberet.* Reliqui codd. [Bamb.] legunt *nisi quod ex provinciis scriberent.* Quod nunc vulgo exstat, Aldus ex membranis Mog. adscivit.

§. 7. *Placere, tumultuarios milites extra Italiam scribi a praetore. Mens ea senatus fuit, ut in Hispania tumultuarii milites legerentur*] Hic iterum locus indicio est, quantum cod. Mog. ceteris Mstis praestiterit; sine quo locus hic etiam nunc mancus ac mutilus foret. Ejus enim lectionem Aldus recepit, nisi quod pro *eligerentur*, ut erat in Mog. ex vulgato retinuerit *legerentur.* Et recte. V. ad 29, 22, 12. Antea, reliquis omissis, tantum edebatur, *placere, ut tumultuarii milites extra Italiam legerentur:* quod etiam praeferunt Lov. 5. et Harl. Nec multum abeunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] nisi quod τὸ *ut* omittant. *placere tumultuarios milites extra Italiam legerentur* in Lov. 2. inveni. Repetitio τῶν *tumultuarios milites, tumultuarii milites* effecit, ut tot numero voces perperam a librariis omitterentur. V. ad 9, 11, 11.

§. 8. *Et in Siciliam navigasse delectus caussa C. Flaminium scribit*] *etiam in Siciliam navigasse* etc. *scripsit* Mog. codex. Praeterea *dilectus caussa*, et §. seq. *dilectibus* Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 37, 51, 7. Mox vocem *milites* neglegunt Lov. 1. et 6.

§. 9. *Tertium in Hispania adlegisse*] Legi debet *tertium in Hispania adjecisse*, non *allegisse.* GELEN. Ita Gelenius emendat ex cod. Mog. *elegisse* est

Digitized by Google

delatum, vagos milites de exercitu P. Africani sacramento rogasse: his duarum provinciarum delectibus 9
tertium in Hispania adjecisse.

III. Nec in Italia segnius Ligurum bellum crescebat. Pisas jam quadraginta millia hominum, ad- 1
fluente quotidie multitudine ad famam belli spemque praedae, circumsedebant. Minucius consul Ar- 2
retium die, quem dixerat ad conveniendum militi-

in Harl. *allegasse* in Hearnii L. 1. *alegisse* in Lov. 2. *adlegisse* in reliquis meis. [Bamb.] Commutantur haec verba etiam supra 4, 17, 10. et 34, 9, 3. Similiter varia alia eorumdem verborum composita. V. ad 28, 36, 7. Supra hoc cap. *Ad quam quum militem ab se ipso scriptum ex senatusconsulto adjecisset.*

§. 1. *Pisas jam quadraginta millibus hominum, adfluente quotidie multitudine* etc. *circumsedebant*] *quadringentis millibus* \ oss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] Tum *circumsedebat* Lov. 1. 4. et Mead. 2. [Bamb.] Non displicet, quod Cl. Jac. Gronovio ad Livii 7, 35, 6. in mentem venit, legendum esse *Pisas jam quadraginta millia hominum* etc. *circumsedebant.* Ut error inde natus sit, quod vocem *millia* per notam *M.* vel ∞, aliave scriptam non eo, quo debuerant, casu librarii extulerint. V. ad 25, 9, 16. Praeterea *quotidie*, quod Moguntini ex cod. suo adjecerunt, non modo exsulat a prioribus excusis, verum etiam ab omnibus scriptis nostris, et Hearnii L. 1. [Bamb.] Paullo ante *Ligurum* deest in Harl. [*Nec in Italiam* Bamb.]

§. 2. *Die, quem edixerat ad conveniendum militibus*] MS. *die, quam dixerat ad c. m.* Utrumque ferri potest. Nam et Terentius aït [Andr. 1, 1, 75.] *Hic nuptiis dictus est dies.* Hoc tamen loco malo scripturam, quam expressimus. MOD. Non membranae modo Magontiacenses, sed et nostrarum potiores, editique omnes ante Aldum *quem dixerat.* Modius aït utrumque ferri posse propter Terentii *nuptiis dictum diem:* hoc tamen se loco malle alterum. Sed non in nuptiis tantum sic loquuntur. Caesar 5. Gall. [55.] *Nuntios mittit ad finitimas civitates, equitesque undique convocat: iis certum diem conveniendi dicit.* Noster 45, [12, 10.] *Jam primum cum legionibus diem dixit, non auspicato templum intravit: vitio diem dictam esse augures decreverunt.* Et mox: *Quod vitio dies exercitui ad conveniendum dicta erat.* J. FR. GRON. *dixerat* propter auctoritatem potiorum MSS. et edd. praeferri potest. alioqui *edixerat* facile defendi posset. 23, 31, 3. *Ut duabus legionibus urbanis Ti. Sempronius consul Cales ad conveniendum diem ediceret.* Sic ibid. c. 32, 14. et 28, 5, 2. DUK. *edicere* in hac re Livio usitatum esse, patere potest ex illis, quae notantur ad 31, 49, 12. Id tamen eum hoc loco non adhibuisse, ostendunt fere om-

Digitized by Google

bus, venit. inde quadrato agmine ad Pisas duxit; et, quum hostes mille passuum ab oppido trans fluvium movissent castra, consul urbem, haud du-
3 bie servatam adventu suo, est ingressus. Postero die et ipse trans fluvium fere quingentos passus ab hoste posuit castra. inde levibus proeliis a populationi-

nes Msti. Certe *dixerat*, praeter Moguntinum, exhibent Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Neque aliter Pal. ut testatur Gebh. ad 22, 12, 1. Eodem autem verbo hoc sensu Livium uti solitum fuisse, constare poterit ex J. Fr. Gronov. ad 33, 13, 1. et Jac. Gronov. ad 36, 8, 2. Ceterum in Mog. cod. non est *quam dixerat*, ut Modius testatur, sed *qua dixerat*, quod tamen docet, verisimiliter legendum esse *quam dixerat*. Non nego quidem, Livium voci *dies* hoc sensu interdum adjectivum genere masculino addidisse; at longe numero superant exempla, in quibus adjectiva genere sequiori ei juncta obcurrunt. Supra 23, 31, 5. *Exercitum, cui ad conveniendum Cales edicta dies erat.* 33, 14, 11. *Omnibus ad diem edictam paratis.* 42, 48, 4. *Exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum.* Eodem modo Livium dixisse *dies praestituta, stata, statuta, constituta*, vidimus ad 3, 22, 4. *dies indicta* est 10, 27, 3. Ita in judiciis *dies dicta* 3, 66, 2. 5, 11, 4. 29, 32. [?] *dies prodicta* 2, 61, 8. 3, 58, 6. 6, 20, 11. 38, 51, 5. et 52, 1. et passim alibi. [*de qua edixerat* Bamb.]

Inde quadrato agmine ad Pisas duxit; et, quum hostes non plus passuum tribus millibus ab oppido] Primae edd. exhibent, *inde quadrato agmine cum ad Pisas duxisset, dum hostes non plus passuum tribus m. a. o.* Aldus deinde ex cod. Mog. substituit *inde quadrato agmine ad Pisas duxit, et quum hostes mille passuum ab oppido.* Tandem Gronov. reliqua parte ejus lectionis servata, pro duabus his vocibus *mille passuum*, ex priscis edd. substituit *non plus passuum tribus millibus*, nulla alibi, quod quidem sciam, factae mutationis ratione reddita: quam eo magis adscriptam oportuerat, quia, licet omnes mei codd. in prima parte horum verborum priscis edd. adsentiantur, et habeant *cum ad Pisas duxisset, dum hostes*, Hearnii autem L. 1. non aliter inde dissentiat, quam quod, mutato dictionum ordine, *ad Pisas cum duxisset, dum hostes* legat, nullus tamen, nisi solus Lov. 3. in posteriore parte veterum excusorum scripturam probat, sed contra omnes reliqui haud obscuris indiciis Moguntinam veriorem esse indicant. Nam *non plus passum ab oppido* legunt Voss. Gaertn. Mead. 1. et Lov. 1. 2. 3. 4. 6. quorum ultimus a m. 2. *non plus passuum paucorum* praefert. *non plus passuum ab oppido* Hearnii L. 1. *non plus passuum mille ab oppido* Harl. et Mead. 2. ut in prioribus numeri millenarii nota *M.* excide-

Digitized by Google

tionibus agrum sociorum tutabantur. in aciem exire 4
non audebat, novo milite, et ex multis generibus hominum conlecto, necdum noto satis inter se, ut fidere alii aliis possent. Ligures multitudine freti 5
et in aciem exibant, parati de summa rerum decernere: et abundantes militum numero passim multas manus per extrema finium ad praedandum emitte-

rit propter ultimam literam vocis *passuum*, vel, ut errore operarum scribitur, *passum*. Per omnia igitur Moguntini lectionem revocavi. Est autem proba ac Liviana locutio *mille passuum*. V. ad 5, 26, 5. 21, 61, 1. 37, 1, 5. Praeterea *Idem quadrato agmine* Harl. sollemni scribarum lapsu. V. ad 1, 19, 7. [*agmine duxit ad ipsas et dum hostes non plus* ∞ *passuum ab oppido* Bamb.] Mox voces *adventu suo* omittit Harl. sed *adventu suo et ingressus* legit Mead. 1.

§. 3. *Trans fluvium ferme mille passus ab hoste*] *mille ferme passus* Lov. 3. Et ita forte invenerunt scribae Lov. 1. et 4. sed qui τὸ *mille* omiserunt, interceptum, ut videtur, a praecedentis vocis *fluvium* litera finali. V. ad §. praec. *ferme mille passibus* Gaertn. *ferme passus mille* Lov. 6. et Mead. 2. *quingentos fere passus* Moguntinus cod. quod Aldus recepit, et post eum reliqui editores usque ad Gronov. qui priorum edd. scripturam restituit. Quum tamen in verbis praecedentibus Mog. Msti lectionem probarim, eam neque hic deserere potui. [*et ferme passus* Bamb.] Paullo ante voces *et ipse* desunt in Lov. 1. et 6. τὸ *et* in Lov. 4.

Agrum sociorum tutabatur] Rursus *socios* vocat c. 6, 2. Unde Noris. Cenot. Pis. differt. 1, 1. Pisas urbem foederatam fuisse colligit. DUK.

§. 4. *Necdum noto satis inter se, ut vix fidere alii aliis possent*] *vix* redundat. GELEN. V. Gronov. 3. Obs. 10. DUK. Gelenium recte voculam *vix* expunxisse puto. Neque ullus est meorum codd. qui per omnia edd. priscis adsentitur hoc loco, nisi Lov. 5. Ex reliquis intelligi potest, unde lectio illa nata sit, et quibus gradibus tandem inrepserit. *infidere alii* est in Lov. 1. *ui fidere alii* in Lov. 4. Utrumque *in* et *ui* ex librariorum errore pro *ut* esse, nemo negabit. *in* et *ut* in Msstis confundi, vidimus ad 21, 63, 14. *ui* et *ut* ad 4, 51, 6. Ejus loco *vix fidere alii* datum est in Lov. 2. et 3. At utramque lectionem jungens Lov. 5. *ut vix fidere alii* dedit, quod secuti sunt primi editores. *necdum* ita *satis noti erant, ut possent*. Cl. Crevierius lectionem a Gelenio rejectam probat. Paullo ante *novo milite*, *ex multis generibus*, omissa copula. Lov. 6. [*et multis*, omisso *ex*, Bamb.] Vox *hominum* deest in Gaertn.

§. 5. *Ad praedandum emittebant*] Ita Froben. anno 1531. ex cod. Mog. edidit; quum antea vulgaretur *mittebant*, quod superest in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. [Bamb. qui ante *frequenti*, pro *freti*.] Paullo ante

Digitized by Google

6 bant: et, quum coacta vis magna pecorum praedaeque esset, paratum erat praesidium, per quod in castella eorum vicosque ageretur.

1 IV. Quum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset, consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Bojorum induxit, ubi longe alia belli ratio, quam cum Liguri-
2 bus, erat. Consul in aciem exibat, hostes pugnam detrectabant: praedatumque, ubi nemo obviam exiret, discurrebant Romani; Boji diripi sua inpune,
3 quam tuendo ea conserere certamen malebant. Postquam omnia ferro ignique satis evastata erant, consul agro hostium excessit, et ad Mutinam agmine

de summa rerum cernere, pro *decernere*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed v. ad 37, 13, 5.

§. 6. *Praesidium, per quod in castella eorum vicosque ageretur*] *per quos* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] quod dictum esse potest, quemadmodum *auxilia irati*, de quo actum est ad 29, 12, 4. Paullo ante *praeda eque* duabus vocibus Voss. Lov. 3. 6. Harl. et Gaertn.

§. 1. *Quum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset*] Gronov. 4. Obs. 26. p. 418. Sic 21, 49, 1. *Quum ad Trebiam terrestre constitisset bellum*. quod ibidem c. 48, 9. dicit Poenos *ad Trebiam sedisse*. DUKER.

Per extremos Ligurum fines] Hanc lectionem Moguntini ex cod. suo adoptarunt. Antea edebatur *praeter extremos*, quod in omnibus meis Mſs [Bamb.] superest. Saepe *pter*, sive *praeter*, et *per* in codd. antt. commutantur. V. ad 28, 42, 3. Mox *qua cum Liguribus*, pro *quam*, Harl. V. ad 6, 35, 9. Mox §. seq. *detrahebant* Voss. *detractabant* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. 2. V. ad 34, 15, 9.

§. 3. *Omnia ferro ignique satis evastata erant*] *ferro ignique omnia* Harl. *omnia ferro igneque* Lov. 4. Sed v. ad 1, 41, 3. et 4, 9, 8. Deinde *evastata* Froben. primus anno 1531. ex cod. Mog. adsumsit, quum antea circumferretur *vastata*. Licet autem id omnes nostri, et Hearnii L. 1. probent, alterum tamen malo. *Evastare* autem verbum est Livio admodum frequens, ut saepius notavimus. V. ad 37, 19, 7. [*vastatata* Bamb. sed correctum est.]

Ut inter pacatos, ducebat] MS. voce addita, *ut inter pacatos agros, ducebat*. Non placet Caeterum et statim, ubi est *egressum e finibus suis hostem*, τὸ *e* non agnoscit Moguntina editio. MOD.

Digitized by Google

incauto, ut inter pacatos, ducebat. Boji, ubi egressum e finibus suis hostem sensere, sequebantur silenti agmine, locum insidiis quaerentes. nocte praetergressi castra Romana saltum, qua transeundum erat Romanis, insederunt. Id quum parum occulte 5 fecissent, consul, qui multa nocte solitus erat movere castra, ne nox terrorem in tumultuario proelio augeret, lucem exspectavit: et, quum luce moveret, tamen turmam equitum exploratum misit. Postquam 6 relatum est, quantae copiae, et in quo loco essent, totius agminis sarcinas in medium conjici jussit, et triarios vallum circumjicere: cetero exercitu instructo ad hostem accessit. Idem et Galli fecerunt, 7

Neque mihi *inter pacatos agros* placet, sed vocem *agros* in Mog. cod. irrepsisse credo ex glossa interpretis; qui, observans interdum apud Livium *in pacato* obcurrere, pro *in pacato agro*, ut alibi plene locutus est, eamdem vocem etiam hic subintelligendam putavit, quum potius supplendum videatur *ut inter pacatos populos*. Ita *gens diu pacata mansit* Livio ex conjectura reddidit Gronov. ad 23, 27, 9. Ita *pacati* dicuntur, qui non gerunt bellum, qui sunt in pace, 3, 19, 12. *Magis bellantes, quam pacati, propitios habemus Deos*. Mox *egressum finibus* omnes codd. nostri, et non tantum Mog. ed. sed et omnes aliae usque ad Frob. qui anno 1531. *e finibus*, praeeunte cod. Mog. emendavit: quod verum videtur. Solet enim Livius praepositionem in regimine hujus verbi repetere. V. ad 2, 48, 10. et 10, 35, 17. [*Boi, ut egressum* Bamb.] Paullo post *praegressi* Lov. 1. Sed *prae* et *praeter*, praesertim in compositis, passim confunduntur. V. ad 36, 42, 1. Hinc *saltum, quo transeundum erat* male Voss. *qua* est qua parte. V. ad 1, 38, 6. [*locum cum insidiis querentes* Bamb.]

§. 5. *Ne nox terrorem in tumultuario proelio augeret*] *et ne nox terrorem in tumultuario* Lovel. 6. [*ne nox in terrorem* Bamb.] *ne et nox terrorem in tumultuario* Voss. *ne nox terrorem et tumultuario* Harl. [Ante *nocte* omittit Bamb.] Mox *lucem moveret* perperam Mead. 1. et Gaertn. pro *luce*, in fine ejus vocis repetita litera initiali sequentis. V. ad 40, 7, 8. Deinde *tū turmam equitum* Lov. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. At, saepe *tū* et *tn̄* ob ductuum adfinitatem in Mstis commutari, vidimus ad 22, 27, 5.

§. 6. *Et triarios vallum circumjicere*] Forte *eo*. J. FR. GRONOV. *triariis* Harl. Male. V. ad 27, 24, 3. Tum *circuire*, vel *circumire* perperam Lov. 2. 3. 6.

Digitized by Google

postquam apertas esse insidias, et recto ac justo proelio, ubi vera virtus vinceret, dimicandum viderunt.

1 V. Hora secunda ferme concursum est. sinistra sociorum ala et extraordinarii prima in acie pugnabant. praeerant duo consulares legati, M. Marcel-
2 lus et Ti. Sempronius, prioris anni consul. Novus consul nunc ad prima signa erat, nunc legiones continebat in subsidiis; ne certaminis studio prius
3 procurrerent, quam datum signum esset. equites

Neque necesse videtur, ut τὸ *et* cum Gronov. mutemus in *eo*. Nam vel sine eo intelligitur, mentem consulis fuisse, ut triarii sarcinas in medium conjectas vallo cingerent; licet Doujatius satis inperite dubitet, utrum consul voluerit, ut triarii vallos abjicerent; an, ut castra vallo cingerent. Supra 25, 36, 5. *Agitare dux coepit, si quo modo posset vallum circuminjicere.* [*copiae, in quo loco* Bamb. mox *coici*, pro *conjici* idem.]

§. 7. *Apertas esse insidias, et recto ac justo proelio*] *Τὸ esse* excludit Harl. Tum *ac recto et justo* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. omnesque edd. ante Frob. anni 1535. Mox *ut vera vinceret virtus* Lov. 1. *ubi vera vinceret virtus* reliqui scripti, [Bamb.] et eaedem edd. Deinde *viderent* cod. Mogunt.

§. 1. *Hora secunda ferme concursum est*] *Hora ferme secunda* Harl. Verbum *est*, quod Aldus ex cod. Mog. addidit, exsulat non tantum ab edd. antiquioribus, sed etiam a Voss. Lov. sex, Harl. et Hearnii L. 1.

Sinistra sociorum equitum ala] At ego assero, *equites* ibi nullos fuisse, et temere per inscitiam insertos. Scripserat Livius: *sinistra sociorum ala*, et pedestrem intellexerat illam partem. Sciolus quisquam, qui alas non nisi in equitibus norat, eos injunxit. Male. ni ita sit, (notam narrationem vide) numquam mihi apud te fiet fides. LIPS. 2. de Milit. Rom. 7. Emendationem Lipsii probarunt Inl. Schel. c. 12. ad Polyb. et Crevierius ad h. loc. Vocem itaque *equitum*, quum neque in Voss. exstet, fidenter expunxi.

M. Marcellus et T. Sempronius, prioris anni consul] *Ti. Sempronius*, ut supra. SIGON. V. ad 34, 42, 3. [*T. Sempronius* Bamb.] Tum *prioris anni consules* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. Sed Aldus recte substituit *consul*. Non enim Marcellus priori anno, sed triennio ante, consulatum gessit. Error inde ortus videtur, quod olim per compendium *cons.* scriptum fuerit. V. ad 10, 10, 2.

§. 2. *Ne certaminis studio prius concurrerent*] Hearnius ex ed. Aler. adnotat *procurrerent*. Non deterius est vulgato. Livius 10, 36, 4. *Ad suos tuendos ab Romanis procursum est.* Et ibid.

Digitized by Google

earum extra aciem in locum patentem Q. et P. Minucios tribunos militum educere jussit. inde, quum signum dedisset, inpetum ex aperto facerent. Haec 4
agenti nuncius venit a Ti. Sempronio Longo, *non sustinere extraordinarios inpetum Gallorum, et caesos permultos esse; et, qui supersint, partim labore, partim metu remisisse ardorem pugnae. legionem alteram ex duabus, si videretur, submitteret, priusquam ignominia acciperetur.* Secunda legio 5 6
missa est, et extraordinarii recepti. Tum redinte-

Impigre magis et plures procurrerant Samnites. Priscianus l. 10. p. 901. ex Livii l. 20. *Et si ferocius procurrissent.* DUKER. *percurrerent* Voss. *precurrerent* Lov. 6. a m. 1. *procurreret* Harl. *procurrent* Mead. 1. *procurrerent* Mead. 2. Gaertn. Lov. 1. 2. 4. 6. a m. 2. et omnes, quibus usus sum, edd. usque ad Paris. anni 1573. ubi primo vulgatum obcurrit. Recte itaque Cl. Oudend. ad Lucani 7, 385. ex Vossiani lectione *procurrerent* scribendum conjecit, quod tot codicum fide recepi. De verbo *procurrere*, saepius in hac re apud Livium obvio, v. ad Silii 7, 566. et supra ad 25, 39, 6. Locus Livii, quem Prisc. perperam ex l. 20. laudat, exstat l. 25, 11, 3.

§. 3. *Inde, quum signum dedisset, inpetum ex aperto facerent*] Lego *facere*. Intelligendum enim de proximo *jussit*. J. FR. GRON. *facerent* constanter in omnibus nostris, quum scriptis, tum editis, superest: quare nihil mutarem. V. ad 26, 22, 7. et mecum sentit etiam Cl. Dukerus. Praeterea *unde quum signum* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinos. qui *inde* ex cod. suo receperunt. V. ad 39, 33, 5. [*unde cum signa* Bamb.] Tum *ut impetum*, adscita prioni vocula, Hearnii L. 1. Hinc *ex adverso* Mead. 2. Paullo ante *P. et Q. Mutios* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. usque ad Mediol. anni 1505. quae *Minucios* dedit; id autem Ascens. anno 1513. et hinc reliqui admiserunt. V. ad 23, 24, 4. [*Minūcios*, punctulis sub *n* et *u* positis, Bamberg.]

§. 4. *Nuncius venit a Ti. Sempronio*] *ab Ti.* vel *ab T.* Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Mox *impetus Gallorum* Gaertn. Tum *caesos et permultos* Lov. 1.

§. 5. *Si videretur, submitteret, priusquam ignominia acciperetur*] *transmitteret* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui ex Mog. probavit *submitteret*, subscribentibus reliquis codd. nostris. Tum *ignominiam acciperet* Lov. 3. *ignominiam* etiam Harl. Paullo ante *remisse*, pro *remisisse*, Mead. 1. Pari errore *emisset*, pro *emisisset*, erat in scriptis supra 5, 5, 11. *emistis*, pro *emisistis*, 21, 41, 6.

§. 6. *Secunda legio missa est*] Ita Frob. anno 1535. edidit; prio-

Digitized by Google

grata eſt pugna. Quum et recens miles, et frequens ordinibus legio succeſſiſſet, et siniſtra ala ex proe-
7 lio subducta eſt; dextra in primam aciem subiit. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia aeſtus corpora Gallorum: densis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in scuta incumbentes, suſtinebant inpe-
8 tus Romanorum. Quod ubi animadvertit consul, ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem, qui praeerat alariis equitibus, quam concitatissimos equos inmittere jubet: et legionarios equites in sub-

res vero cum omnibus codd. meis [Bamb.] praeferunt *secunda missa est legio.* Mox *Tunc redintegrata est pugna* Voſſ. V. ad 2, 12, 15. *Tum redintegrata est pugna* Mead. 1. sollemni scribarum errore. V. ad 28, 15, 10.

Quum etc. *legio successit. sinistra ala*] *successisset, et sinistra ala* omnes noſtri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. antt. *Tò et* prima omisit ed. Paris. anni 1573. ultima deinde Gruteri, pro *successisset*, subposuit *successit.* Priscam lectionem revocavi, mutata etiam diſtinctione: *Tum redintegrata est pugna. Quum et recens miles, et frequens ordinibus legio successisset, et sinistra ala* (id eſt, etiam siniſtra ala) *ex proelio subducta est.* Praeterea *deducta*, pro *subducta*, male Mead. 2. *aciem* autem ignorant Harl. Unde videri posset legendum *dextra in primum subiit*; de quo v. Gronov. ad 10, 14, 17. Sed uni codici fidem habere periculosum puto.

§. 7. *Densis tamen ordinibus*] *densi* tantum non omnes codd. noſtri [Bamb.] cum edd. antt. pro quo Froben. anno 1531. *densis* recte ex cod. Mog. recepit. Ita *densi globi* apud Sil. 4, 520. *ordines densati* supra 30, 34, 8. *densare ordines* 33, 8, 14. Eo sensu opponuntur *rari ordines.* V. ad 2, 47, 4. [*Gallorum corpora* Bamb.]

§. 8. *Ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem*] Quatuor priora verba perperam desunt in Harl. ultimum eorumdem in Lov. 6. *ad perturbandos animos eorum* legit Mog. Male, ut conſtat ex seqq. Deinde *C. Licinium* Hearnii L. 1. *C. Lucium* ejusdem N. *C. Lilium* Lovel. 1. [*Clivium* Bamb.] Mox *alaris* Voſſ. et Lov. 1. ac 4. *alaribus* Lov. 6. Mead. 2. Gaertn. a manu 1. et edd. antt. *alariis* Moguntini ex cod. suo recepérunt. V. ad 10, 40, 8. Insuper *milites in subsidiis esse* Lov. 6. V. ad 8, 7, 9. *equites inde subsidiis esse* Lov. 3. V. ad 10, 20, 6. *equites in subsidium esse* Voſſ.

§. 9. *Primo confudit et turbavit, deinde dissipavit aciem*] *dissipavit etiam aciem* Lov. 2 et Harl. *Tò dissipavit* exsulat a Voſſ.

§. 10. *Hastilibus caedentes terga trepidantium, et redire in ordines cogentes*] *et hastilibus c. t. trepidantium, et, ut redi-*

Digitized by Google

sidiis esse. Haec procella equestris primo confudit 9
et turbavit, deinde dissipavit aciem Gallorum; non
tamen, ut terga darent. Obstabant duces, hastili- 10
bus caedentes terga trepidantium, et redire in ordi-
nes cogentes: sed interequitantes alarii non patie-
bantur. Consul obtestabatur milites, *Ut paullulum* 11
adniterentur: victoriam in manibus esse. dum per-
turbatos et trepidantes viderent, instarent. si restitui
ordines sissent, integro rursus eos proelio et dubio
dimicaturos. Inferre vexillarios jussit signa. omnes 12

rent in ordines, cogentes Voss. *hastilibus c. t. trepidantium, ut redirent in ordines cogentes* Lovel. 3. et 6. Mox *interequitantes alares*, vel *alaris*, Lov. 1. 6. et Voss. V. modo ad §. 8. *interequitantes salaris* Lov. 4. et Mead. 2. in initio posterioris vocis repetita ultima prioris litera. V. ad 37, 29, 8.

§. 11. *Consul obtestabatur milites*] Haec est Moguntini codicis lectio, (antea edebatur *orabat*) cujus tamen bonitas non intelligitur, nisi levi conjectura adjuvetur: *Consul obtestatus milites, ut paullulum adniterentur, victoriam in manibus esse: cum perturbatos et trepidantes viderent, instarent: si restitui ordines sissent, integro rursus eos proelio et dubio dimicaturos: inferre vexillarios jussit signa.* Scripsimus etiam *sissent* pro *sivissent:* nam in scriptis reperimus *scissent.* Sic alibi [3, 18, 6.] *Si edoceri se sissent.* J. FR. GRON. Moguntini lectionem primus admisit Aldus; eaque egregia etiam mihi videtur, praesertim si *obtestatus* cum Gron. legas, ut ita sermo cohaereat *obtestatus milites, inferre vexillarios jussit signa.* Nisi forte, servata Mog. lectione, et distinctione vulgata, periodum finire malis voce *dimicaturos*, deinde legere, *ut inferre vexillarios jussit signa, omnes connisi* etc. [*Consul obstabat milites* Bamb.] Praeterea *ut parum niterentur* Lov. 5. et primae edd. *ut paullum niterentur* reliqui codd. nostri. [Bamb.] *ut paullulum adniterentur* iterum Aldus ex cod. Mog. De voce *paullulum* cum *paullum* commutata v. ad 36, 9, 8. Ipsa haec locutio etiam supra obcurrit 21, 8, 8. *Poeno, cepisse jam se urbem, si paullulum adnitatur, credente.* Deinde *victoriam in manu esse* Harl. Hinc *et dum turbatos* Lov. 2. et Harl. *dum turbatos* reliqui mei cum antiquis edd. *dum perturbatos* ex Mog. cod. Frobenius anno 1531. substituit, quod obtinuit usque ad Gronov. qui pr. ed. not. *turbatos* vindicavit, et restituit: neque tamen postea, quum iteratis curis *cum perturbatos* verius judicasset, illud *perturbatos* revocavit. *dum* cur ferre non potuerit, v. ad 1, 40, 7. Sed *perturbatos* ob fidem Msti Mog. recepi. Modo hoc cap. *Ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem equos inmittere jubet.* V. ad 3, 70, 9. Deinde Gro-

Digitized by Google

connisi tandem averterunt hostem. Postquam terga dabant, et in fugam passim effundebantur, tum ad
13 persequendos eos legionarii equites inmissi. Quatuordecim millia Bojorum eo die caesa sunt; vivi capti mille nonaginta duo: equites septingenti viginti unus, tres duces eorum, signa militaria ducenta duo-
14 decim, carpenta sexaginta tria. Nec Romanis incruenta victoria fuit. supra quinque millia militum,

nov. pr. notarum ed. testatur, scriptos praeferre *si restituti ordines fuissent*, quod non modo ipse in seqq. earum editionibus tacitus omisit, sed mihi etiam in nullo meorum obcurrit. Primae edd. *si restitui ordines sivissent*. nec aliter plerique codd. [*sinissent* Bamb.] *scivissent* Gaertn. quod errore operarum praeferunt edd. Parm. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, et aliae usque ad Ascens. *scissent* Voss. et Lov. 3. Sed recte Gronov. *sissent;* quod firmat Lov. 4. Et id voluisse videtur librarius Lov. 1. in quo tamen legitur *issent*, prima litera *s* elisa ab ultima vocis praecedentis *ordines*. de eo errore v. ad 30, 3, 7. ut et Victor. Crevierii, qui *siissent*. De hac autem contractione *sissent*, pro *sivissent*, v. ad 3, 18, 6. Tandem *et dubio* deest in Voss. [*integro bello rursus eos dimicaturos*. Bamb.]

§. 12. *Connixi tandem averterunt hostem*] *commissi* Lov. 1. Ita *committerentur* et *conniterentur* commutantur supra 9, 31, 12. *mitteretur* et *niteretur* 35, 10, 10. *subnisus* et *submissus* 4, 42, 5. *conissi* Lov. 4. *connissi* Mead. 1. *connisi* Voss. V. ad 2, 50, 9. Deinde *adverterunt hostem* Voss. V. ad 6, 23, 8. *averterunt hostes* Lov. 3. V. ad 5, 50, 2. *Avertere*, ut 7, 8, 3. *Primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremo jam haud dubie avertunt.* Mox vocula *tum* deest in Harl. ejus loco *cum* male legunt Voss. et Lov. 1.

§. 13. *Equites ducenti viginti unus*] Manuscriptus *equites septingenti viginti unus*. Et raro sane in his conveniunt libri cusi cum scriptis, ex notarum, ut opinor, quibus designari numeri aliter atque aliter solent, varia scribendi ratione. MOD. *ducentos viginti unum* Lov. 1. *ducenti viginti unum* Lov. 4. et Harl. *ducenti viginti unus* Lov. 2. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *CCXXI* Voss. Lov. 3. et Hearnii L. 1. ac N. *CC et XXI* Lov. 5. et vett. edd. pro quo Frob. anno 1531. *ducenti viginti unus*. Gronov. demum anno 1665. cod. Mog. lectionem recepit. Forte librarii reliquorum codd. per notas scriptum invenerant *IↃCCXXI*, et quingenarii numeri notam, ut incognitam, omiserunt. V. ad 37, 40, 11. Paullo ante *vivi capti MXII* Lov. 3. *vivi capti mille duodecim* Lov. 6. *et vivi capti MXII* Hearnii L. 1. *vivi capti mille ducenti viginti* Gaertn. [*eo die sunt caesa* Bamb.]

Carpenta sexaginta tria] Editus Moguntiae Livius *carpenta centum et duo*. MOD. Immo *centum duo*. Neque ille tantum ita

Digitized by Google

ipsorum aut sociorum, sunt amissa, centuriones tres et viginti, praefecti sociûm quatuor, et M. Genucius, et M. Marcius, tribuni militum secundae legionis.

VI. Eodem fere tempore duorum consulum literae adlatae sunt, L. Cornelii de proelio ad Mutinam cum Bojis facto, et Q. Minucii a Pisis. *Comitia suae sortis esse. ceterum adeo suspensa omnia*

praefert, sed etiam omnes codd. nostri, omnesque typis descripti usque ad Frob. qui anno 1531. ex cod. Mog. *carpenta LXIII* recepit. *carpenta CCII* legit Hearnii N. [*signa militaria* CCII, *carpenta* CCII Bamb.]

§. 14. *Supra quinque millia militum, ipsorum aut sociorum, sunt amissa*] *quinque millia ipsorum* Voss. Deinde *amissi sunt* Harl. [*sunt* omittit Bamb.] Mox *centuriones XX* Lov. 3. et Hearnii L. 1. Tum *praefecti sociorum quatuor* Lov. 3. Sed v. ad 21, 17, 2. *praefecti socii quatuor* Lov. 4. *praefecti quatuor* Mead. 2.

Et M. Martius tribunus] Reposuimus, secuti archetypa, *et M. Genutius, et M. Martius, tribuni*. GELEN. MS. *et M. Genutius eques, et M. Martius tribunus militum*. MOD. Et hoc [*et M. Genucius et M. Marcius tribunus*] Moguntino debetur. Vulgo aberat *M. Genucius*. Modius affert *et M. Genucius eques*. Sed non est credibile, unum modo equitem desideratum, ubi quinque millia militum occubuere. Nos invenimus in scriptis *quatuor et M. Marci tribuni militum*. Lege: *praefecti sociûm quatuor, et Marci Genucius et Marcius tribuni militum secundae legionis*. Gelenius quoque e Moguntino advocat *tribuni*. J. FR. GRON. Cum vetustissimis edd. *quatuor, et M. Marcius tribunus* legunt Lov. 5. et Harl. *quatuor et M. Marcus tribunus* Lov. 2. 4. et ambo Mead. *quatuor, et M. Marci tribuni* Voss. Lov. 1. et Hearnii N. *quatuor, et M. tri* Gaertn. *quatuor, et tres mortui tribuni* Lov. 6. et Hearnii L. 1. *quatuor, et tres Marcelli tribuni* Lov. 3. Agnosco, ubi duo eodem praenomine adpellati junguntur, Livium id eo modo saepe enunciasse, quemadmodum hic legendum conjicit Gronov. V. ad 4, 48, 1. et 10, 1, 7. Verisimilior tamen videtur Gelenii emendatio. Repetitionem enim praenominis *Marci* caussam fuisse puto errandi plerisque librariis; quum ceteroqui non videam, cur *Genucius* ex omnibus codd. praeterquam ex solo Mog. exciderit. Neque semper Livius ea formula, quam Gronovius ipsi restitutam voluit, locutus est. Supra 6, 38, 2. *Sp. Servilius, L. Papirius, L. Veturius*. ubi etiam potuisset *Lucii Papirius, Veturius*. In mentem etiam veniebat, ex τῷ *eques* codicis Mog. faciendum *et Qu. et*, adeoque legendum *et M. Genucius et Q. et M. Marcii tribuni militum*. Sed videant alii. [*Q. et M. Marci* Bamb.]

§. 1. *Eodem fere tempore duorum consulum literae adlatae*

Digitized by Google

in Liguribus se habere, ut abscedi inde, sine perni-
3 *cie sociorum et damno reipublicae, non possit. Si ita videretur Patribus, mitterent ad collegam, ut is, qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam*
4 *rediret; si id facere gravaretur, quod non suae sortis id negotium esset, se quidem facturum, quodcumque senatus censuisset; sed etiam atque etiam viderent, ne magis e republica esset interregnum in-*
5 *iri, quam ab se in eo statu relinqui provinciam.* Senatus C. Scribonio negotium dedit, ut duos legatos ex ordine senatorio mitteret ad L. Cornelium consu-

sunt] Vox *fere* deeft in Lov. 3. *ro consulum* in Voff. Deinde Moguntini edentes *literae allatae*, omissa voce *sunt*, eam in Mfto suo exftare in ejus excerptis monuerunt. Eamdem etiam servant omnes noftri codd. omnesque, praeter Moguntinam, edd. Mox *ad Mutinam de proelio cum Bojis facto* Lov. 5. Gaertn. et primae edd. *de proelio cum Bojis ad Mutinam facto* Harl.

§. 2. *Ut abscedi inde, sine pernicie sociorum et damno reipublicae, non possit*] *sine pernicie* Frob. anno 1531. ex cod. Mog. recepit. Nec aliter eft in Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *absque pernicie* praeferunt priores typis inpressi, faventibus Voff. et Lov. 5. *ut abscedere sine pernicie suorum et damno reipublicae inde non possit* Gaertner. *suorum* etiam Lov 6. Praeterea *non posse* Harl. *non posset* Voff. Lov. sex. Mead. uterque, [Bamb.] et edd. ante Aldum.

§. 4. *Se quidem facturum, quodcumque senatus censuisset*] Iterum manuscriptus *se id quidem facturum*. MOD. *quod senatus censuisset* Gaertn.

Viderent, si magis e republica esset] Idem Manuscriptus *ne magis e republica esset*. quorum utrumvis convenit. nam et τῷ *si* saepe utuntur boni auctores pro *an non*. et pofterior locutio recta quoque eft: nec semel ita Livius loquitur. Sit igitur lectoris arbitrium, utrum recipiatur, MOD. Sub specie modeftae dubitationis dicit, quid sibi videatur, quo nihil frequentius eft. Cic. 2. Phil. 12. *Vide, ne illa caussa fuerit appellandi mei.* et 4. Epift. Fam. 9. *Vide, ne superbi sit adspernari ejusdem liberalitatem.* V. Duaren. 2. Disp. anniv. 2. DUK. *ne magis e republica sit* Gronov. in contextum recepit: id autem contra MSS. aliasque edd. esse, Hearnius adfirmat; et verum esse etiam Cl. Crevierio persuasit; quum tamen ex eod. Mog. excerptis et Modii notis conftet, hanc integerrimi ejus Mfti lectionem esse. Ceterum *viderent, si magis* non tantum Crevierii Victor. et Hearnii Oxonn. sed et omnes mei, nisi quod *sed magis* praeferat Mead. 1.

Digitized by Google

lem, qui literas collegae ad senatum missas deferrent ad eum; et nunciarent, *senatum, ni is ad magistratus subrogandos Romam veniret, potius, quam Q. Minucius a bello integro avocaretur, interregnum iniri passurum.* Missi legati renunciarunt, *L. Cornelium ad magistratus subrogandos Romam venturum.* De literis L. Cornelii, quas scripserat secundum proelium cum Bojis factum, disceptatio in senatu fuit: quia privatim plerisque senatoribus legatus M. Claudius scripserat, *Fortunae populi Romani et militum virtuti gratiam habendam, quod res bene*

6 7 8 9

Tum *ex republica* Voss. sed praepositionem ignorat Lov. 1. Mox *ab se*, pro *a se*, Aldus recepit fide cod. Mog. Consentiunt plures meorum; sed iterum praepositionem neglegit Lov. 1. Deinde *eo statu relinqui*, pro *in eo statu*, Lov. 3. et 6. [§. 5. *senatoris mitterent* Bamb.]

§. 6. *Et nunciarent, senatum, ni is ad magistratus subrogandos Romam veniret, potius, quam Q. Minucius a bello integro avocaretur, interregnum iniri passurum*] Longe aliter, non tamen, ut ego arbitror, etiam melius, Longobardicus codex habet hoc modo: *et nunciarent, senatum velle, ut is ad magistratus subrogandos Romam veniret potius, quam Q. Minucium a bello integro avocarent.* MOD. Mihi etiam vulgata lectio ei, quam obfert cod. Mog. praeferenda videtur. Interim tamen Lov. 3. *senatum velle, ut is ad magistratus:* in reliquis facit cum vulgatis edd. Praeterea *potius quam ea Q. Minucius* Voss. et Lov. 1. An voluerunt *potius, quam ut Q. Minucius?* Sed vocula *ut* commode intelligi potest. [*quam Minucium* etc. *avocaret, interregnum in iris arsurum* Bamb.]

§. 7. *Missi legati renunciarunt, L. Cornelium*] *annunciaverunt* Voss. *nunciaverunt* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae; pro quo Aldus ex Mog. cod. revocavit *renunciaverunt*, concinentibus Lov. 2. 5. et Gaertn. Postea Frob. anno 1535. substituit *renunciarunt*, quod est in reliquis nostris. V. ad Epit. Liv. 47. Deinde Cornelii praenomen *L.* quod deest in omnibus codd. quibus utor, et Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et in edd. prioribus, Aldus itidem ex Mog. Mfto restituit, ut et vocem *Romam*, quae pariter exsulabat ab iisdem edd. et Lov. 5. ac Gaertn.

§. 8. *De literis L. Cornelii, quas scripserat*] *qui scripserat* Lov. 2. 4. Mead. uterque, et Gaertn. Verum ita interpolarunt, qui credebant, *secundum proelium* hic poni pro proelio felice, prospero, quum tamen *scripserat secundum proelium* est, scripserat post proelium: de quo v. ad 8, 10, 9. et ad 24, 10, 11. Mox *secundum proelium tum*

Digitized by Google

gesta esset. Consulis opera et militum aliquantum amissum, et hostium exercitum, cujus delendi ob-
10 *lata fortuna fuerit, elapsum. Milites eo plures perisse, quod tardius ex subsidiis, qui laborantibus opem ferrent, successissent. Hostes e manibus emissos, quod equitibus legionariis et tardius datum signum esset, et persequi fugientes non licuisset.*

1 VII. De ea re nihil temere decerni placuit: ad

factum Lov. 1. Deinde *disceptatio in senatum fuit* Voss. *disceptatio fuit in senatu* Lov. 6. Praeterea *plerumque*, pro *plerisque*, Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. [*qua privatim plerumque* Bamb.] Tandem vox *legatus* non adparet in Lov. 2. et Harl.

§. 9. *Fortunae populi Romani et militum virtuti gratiam habendam*] *Fortunae populi Romani et militum gratiam habendam* Lov. 6. Male. V. Gron. ad 6, 30, 6.

Hostium exercitum, cujus delendi oblata fortuna fuerat, non deletum] Vet. lib. pro *non deletum* habent *elapsum*. Similiter enim *Hostes e manibus emissos*. SIG. *fuerat, non deletum*, a Sigonio rejectum, Frob. anno 1531. ex cod. Mog. receperat. Omnes priores, adstipulantibus nostris et Hearnii codd. dederant *fuerit, elapsum*. Horum *elapsum* Sigonius jam in contextum admisit; sed alterum *fuerit* demum Gronov. ei reddidit.

§. 10. *Legionariis et tardius datum signum esset, et persequi fugientes non licuisset*] Haec etiam lectio cod. Mog. debetur, ex quo eam Aldus adscivit. Antea edebatur *legionariis tardius datum signum esset, ut persequi*. neque aliter tum Hearnii L. 1. tum nostri, nisi quod *et persequi* sit in Mead. 1. *ut prosequi* in Lov. 1. V. ad Epit. Liv. 99. Paullo ante *Milites eo complures perisse* Lov. 6. sed prima τοῦ *cōplures* syllaba ob praecedentis voculae *eo* similitudinem repetita est. *periisse* Gaertn. V. ad 29, 32, 13.

§. 1. *Ad frequentiores consultatio delata est*] Scribe *dilata*. J. FR. GRON. Metellus c. 8, 5. dicit, eo dilatam esse consultationem, ut praesentibus auctoribus earum literarum disceptaretur. DUKER. Unus meorum Gaertn. *delata* tuetur, reliqui omnes cum Oxonn. Hearnii, et Victor. Crevierii *dilata*, ut Gronovius conjicit, probant. [*Idilata* Bamb.]

§. 2. *Quod civitas foenore laborabat: et, quum multis foenebribus legibus*] Manuscriptus *quod civitas foenore laborabat, et quod, cum multis* etc. quod non displicet. MOD. Auctoritati optimi Mog. dedi, ut lectionem reciperem, licet nulli meorum consentiant. V. ad 23, 4, 8. Lucan. 8, 79.

A me quod fasces, et quod pia turba senatus,
Tantaque discessit regum manus.

Deinde *foeneribus legibus* Harl.

Digitized by Google

frequentiores consultatio dilata est. Instabat enim 2
cura alia, quod civitas foenore laborabat: et quod, quum multis foenebribus legibus constricta avaritia esset, via fraudis inita erat, ut in socios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent; ita libero foenore obruebant debitores. Cujus coërcendi 3
quum ratio quaereretur, diem finiri placuit Feralia, quae proxime fuissent: ut, qui post eam diem socii

foeneratoriis legibus Lovel. 3. Gaertn. et Mead. 1. in margine. Male. Festus v. *Fenus*. *Fenus appellatur naturalis terrae fetus; ob quam causam et nummorum fetus fenus est vocatum, et de ea re leges fenebres.* Ita *res foenebris* supra 7, 21, 5.

Via fraudis inita erat] De coërcendis fraudibus in cedendis nominibus agit Cujac. 10. Obs. 3. DUKER.

Ita liberos foenore obruebant debitores] Legitur in antiquis codicibus *libero foenore*, non *liberos*. GELEN. *a tali vero foenore obruebantur* Gaertn. *Itali vero foenore obruebantur* Lov. 4. et Mead. uterque. *in tali vero foenore obruebantur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. vett. Moguntini deinde monuerunt, se in cod. suo invenisse *ita liberos foenore obruebant*, quod Froben. anno 1531. in contextum admisit. Sed quadriennio post, iterum consulto Msto Mog. Gelenius deprehendit, *libero*, non *liberos*, in eo exaratum esse, quod probavit; et recte. *foenus liberum* est, quod obnoxium non erat legibus foenebribus, de quo nihil cautum erat illis legibus. [*obruebantur* Bamb.] Mox *non tenentur* Voss. V. ad 40, 14, 3.

§. 3. *Cujus cernendi quum ratio quaereretur*] Pro *cernendi* quidam *coërcendi* emendarunt, haud scio, quam bene. GLAR. Vet. lib. *cernendi*, pro *coërcendi*, quod placet. Sic enim 6, [27, 8.] *Quia nolunt conspici summam aeris alieni.* Item, *Deinde inspecto aere alieno, initaque ratione minuendi ejus.* Sic hoc loco, quaerunt rationem cernendi foenoris, proptereaque profiteri cogunt eos, qui pecunias crediderint. Itaque ait: *postquam detecta est magnitudo aeris alieni per hanc fraudem contracti.* SIG. Quantum paullo ante profuit, tantum hic nocuit Livio Moguntinus cum suo *coërcendi*. nam *cernendi* non Sigonii modo codex, sed omnes ante illum editi: quod recte probat Sigonius non auditus, ubi debebat audiri. Cicero pro Balbo [5.] *Hoc igitur caussam dicente, cum ipsius tabulae circumferrentur inspiciendi nominis caussa.* Valer. Max. 2, 10, 1. *Cum caussam repetundarum diceret, tabulaeque ejus ab accusatore expostulatae ad nomen inspiciundum circa judices ferrentur.* Ita legendum ex MS. J. FR. GRON. *cernendi* etiam omnes nostri. *cernendi cujus* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Verum non ideo praecipue socii jussi sunt profiteri pecunias, quas civibus Romanis ex Feralibus proximis credidis-

Digitized by Google

civibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur; et ex ea die pecuniae creditae, quibus debitor

sent, ut earum magnitudo nosceretur: sed ut ratio iniretur liberandi cives foenore, quo a creditoribus obruebantur. Cum Crevierio itaque lectionem Mogunt. probavi, eamque in contextum recepi.

Diem finiri placuit Foeneralia, quae proxime fuissent) *Feralia* legitur in antiquis codicibus, non *Foeneralia*. GELEN. Illud magis lectori perpendendum, *diem Foeneralia* appositive intelligendum, ut *Bacchanalia*, *Saturnalia*, atque alia ejusmodi; nam ego nihil definio. Quidam *Feralia* legunt. GLAR. Ante legebatur *Foeneralia*. Gelenius *Feralia* immutavit. Mihi placet magis prior lectio. Proxima enim *Foeneralia* vocat diem, quo proxime de foenore constringendo actum erat. Jusserunt ergo, ut omnes socii profiterentur pecunias, quas credidissent Romanis ab illo die, quo cautum erat, ne civis civem foenore opprimere posset. Cui legi fraus facta fuerat nomina in socios transcribendo. SIG. MS. *diem inire placuit*. MOD. Prave idem codex, quicquid oftentet Modius, *diem inire placuit*. Cicero 3. in Verr. [7.] *Exiguam diem praefiniri operi, quae caeteros ab negotio excluderet*. Nofter 31, [48.] *Potuisse enim, si non cum praetoris, sed consulis exercitu rem geri voluerit, ita finire senatusconsultum, ne per praetorem, sed per consulem gereretur*. 32, [7.] *Colonosque eo trecentos* (*is enim numerus ab senatu finitus erat*) *adscripserunt*. 40, [44, 10.] *De pecunia finitur, ne major caussa ludorum consumeretur, quam* etc. 42, [47, 5.] *Indicere prius, quam gerere, solitos bella, denuntiare etiam; interdum locum finire, in quo dimicaturi essent*. Sic restituendum apud Caesarem ex laudatis illis membranis Andinis 7. de B. Gall. [81.] *Nostri, ut superioribus diebus suus cuique erat locus definitus, ad munitiones accedunt*. Vulgo ex interpretatione *attributus*. Et gaudet ille quoque hoc usu verbi. 7. de Gall. [83.] *Occulte inter se constituunt: adeundi tempus definiunt*. 1. de Civili [9.] *Neque ante quem diem iturus sit, definire*. Auctor de bello Hispaniensi [30.] *Quod quum de Caesare esset animadversum, ne quid temere culpa sua segnius admitteretur, eum locum definire coepit*. Illud quoque notabile apud Varronem 3. de re Rust. 14. *Cochleae aqua finiendae, ne fugitivarius sit parandus*. Fabius declam. 280. *Quotiens finitur dies exspectandus*. Prave item *foeneralia*. cujus historiam nosse, operae pretium est. Andreas et omnes *feralia*, usque ad Moguntinos. hi ex suo illo codice susceperunt alterum, traxeruntque in partes Aldum, Juntam, Frobenium. Intercessit Gelenius, et jussit redire *feralia*, cui paruerunt Gryphius et Curio. Aegre id passus Sigonius, sibi placere aït priorem lectionem. Non denunciat tamen codici suo, credo, quia, ut nostri omnes, habuit *feralia*. Interim secuti illum proximi editores, ubi minime debebant. Quae enim bella illa *foeneralia*? ita vocat diem, inquit, quo proxime de foenore constringendo actum est. Primum ratio istius appellationis nulla est, neque unquam venire in mentem hujusmodi titulo dies potuit antiquis. Nisi Foe-

Digitized by Google

vellet legibus, jus creditori diceretur. Inde, post- 4
quam professionibus detecta est magnitudo aeris

nori et locus inter Deos fuit, ejusque numinis dies festus *Foeneralia*. Deinde quaestio ex eo die, quo ultimum de foenore coëreendo actum esset, fuisset infinita, neque explicari potuisset unquam. Omnes scripti: *diem finiri placuit feralia, quae proxime fuissent*. ut etiam bene monuit Gelenius: isque dies notus ex fastis et Februarii mensis diebus festis. Cicero 8. ad Attic. ep. 14. *Eodem enim die video Caesarem a Corfinio post meridiem profectum esse*, (*id est, feralibus*) *quo Canusio mane Pompejum*. hoc est, ante diem octavum Kal. Martias, ut ipse explicat prima libri sequentis epistola. Perinde est igitur, ac si dixisset Livius: *diem finiri placuit ante diem octavum Kal. Martias, qui proxime fuisset*. Vel, *ante diem undecimum Kal. Martias*, ut Ovidius aliique computant, de qua diversitate Bosius. J. FR. GRON. Salmasium quoque de vulgata scriptura *Foeneralia* dubitasse, ex ejus Epist. 90. apparet. DUK. Recte *finiri* adversus codicis Moguntini *iniri* defendit Gronov. idque in omnibus meis supereft; nisi quod *finire* praeferat Gaertn. Supra 3, 13, 8. *Quot vades darentur, permissum tribunis est. decem finierunt*. 10, 13, 14. *Quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent*. 39, 17, 2. *Diem certam se finituros: ad quam nisi citatus respondisset, absens damnaretur*. 45, 15, 4. *Non, ubi censeatur, finire; sed censu excludere*. Val. Max. 4, 7. ext. 1. *Adpropinquante deinde definita die, nec illo redeunte*. ubi alii *finita die*. V. quae ibi notavit Torren. De usu hoc illius verbi v. Regium ad Quinctil. 2. Inst. 14. p. 177. Cel. Burm. ibid. ad c. 1. p. 128. et ad Vellej. Pat. 1, 10, 2. Solent autem *finire* et *inire* in Mstis confundi. V. ad 44, 34, 9. Deinde *foenebria* Lov. 6. et ed. Camp. *foeneralia* Lov. 3. inter versus. Sed recte *Feralia* reliqui codd. quod tuetur Gronov. Is tamen in historia, quam vocat, hujus vocis erravit, existimans, primam Mogunt. editionem *foeneralia* ex cod. suo invexisse, quum priores haberent *Feralia*. Certe Hearnius ex ed. Aler. sive, ut Gronov. vocat, Andreana laudat *foeneralia*. Sub oculis habeo quatuordecim alias edd. Moguntina antiquiores, quae omnes, unica Campani, quam modo memoravi, excepta, itidem *foeneralia* legunt. Verisimiliter etiam *Feralia* ex cod. Moguntino Gelenius, qui eum consuluit, Livio reddidit; ut nihil aliud peccarint Moguntini, quam quod, priores editores secuti, codici suo veriorem lectionem obferenti obedire neglexerint: non ipsi in eo novarint. Praeterea *proxime fuissent* Frob. anno 1531. ex Msto Mog. iterum recepit, concinentibus codd. nostris, praeter Lov. 1. 5. 6. et Gaertn. qui *proxima* servant, ut olim vulgo edebatur.

Jus creditori diceretur] Ex eodem Mog. est tolerabile *diceretur*, ubi habebatur *redderetur*. 2, [27, 1.] *Quam asperrime poterat, jus de creditis pecuniis dicere*. 3, [47, 4.] *Quod jus sibi pridie per ambitionem dictum non esset*. Etsi alterum aeque frequens. J. FR. GRON. 42, 22, 7. *Ne diceret jus, qui privatus futurus erat*. Similiter *juris Romae dicundi provincia* saepe apud Livium memoratur. Altera

Digitized by Google

alieni, per hanc fraudem contracti, M. Sempronius tribunus plebis ex auctoritate Patrum plebem roga-
5 vit, plebesque scivit, ut cum sociis ac nomine Latino pecuniae creditae jus idem, quod cum civibus
6 Romanis, esset. Haec in Italia domi militiaeque acta. In Hispania nequaquam tantum belli fuit, quan-

etiam locutio *jus reddere* Livio usitata est. Exempla v. 3, 33, 8. 7, 1, 6. 10, 22, 7. et passim. Eam inlustrat Ciofan. ad Nas. 13. Met. 25. Et hoc quidem omnes nostri, [etiam Bamb.] illud unus Mog. cod. tuentur. Paullo ante *ex eo die* Voss. [*ei ex ea die* Bamb.] Deinde *pecuniae editae* Mead. 1. utrumque male, et invitis reliquis.

§. 4. *Inde, postquam professionibus detecta est magnitudo*] *Deinde* Frob. anno 1531. ex Mog. dedit; quod reliquae edd. usque ad Gronov. servarunt: is autem priscam lectionem revocavit: quam etiam praefero. *Inde* enim pro *deinde* ponitur. V. ad 42, 55, 6. Ex ejus igitur interpretatione est *Deinde*. V. ad 36, 24, 10. Hinc *professionis decepta est magnitudo* Mead. 1. *professionis detecta* Gaertn. V. ad 21, 60, 7. *decreta est magnitudo* Lov. 3. et Harl. *detecta magnitudo* Lov. 6. [*dejecta* Bamb.] Mox voces *tribunus plebis* desunt in Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Earum loco *Titus Romuleus* legunt Lov. 1. 6. a manu 1. Voss. et Hearnii N. V. ad 31, 6, 4.

§. 5. *Pecuniae creditae jus idem, quod cum civibus Romanis, esset*] Illud *cum* nesciunt membranae. MOD. Nesciunt eamdem praepositionem Lov. 3. 5. et Gaertn. Sed librariorum errore omissam puto. Deinde *creditae pecuniae* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Vox *pecuniae* deest in Lov. 1. 5. et edd. Rom. anni 1472. Camp. et Parm. Paullo ante *plebsque* Lov. 2. 3. 6. Voss. et Harl. *plebisque* Gaertn. [*scivit* omittit Bamb.] Mox §. seq. *quantum auxerant fama* Mead. 1. [Bamb.] quod probari posset, si plures codd. consentirent.

§. 7. *C. Flaminius in citeriori Hispania oppidum Iluciam in Oretanis cepit*] Ptolemaeus *Hiliciam* scribit. Plinius [3, 3.] *Ilici*. Ex quo apparet, cum *u* litera scribi non oportere. SABELL. Antonius Sabellicus etiam hunc notat locum *Iluciam* apud Ptolem. *Hiliciam* dici. quod equidem nescio, cum apud eum *Ilicis* non in Oretanis, sed in Contestanis, non ita longe citra Carthaginem novam, urbs ponatur. Plinius *Ilicos* coloniam vocat plurativo numero: ut in Ptolemaeo corruptum videri queat *Ilicis* nomen additione *s*, pro *Ilici*. Fieri autem potest, ut *Ilici* in Contestatis, *Ilucia* vero in Oretanis fuerint diversa nomina. Illud magis mirandum, quo pacto Oretani, vicini Baeticae, sint in citeriore Hispania. Atque divisio harum duarum provinciarum variis temporibus diversa fuit, ut ipse etiam fatetur Plinius. Suspicor etiam Livio haec in Hispania nomina non omnino

Digitized by Google

quantum auxerat fama. C. Flaminius in citeriori 7
Hispania oppidum Iluciam in Oretanis cepit: deinde in hiberna milites deduxit. et per hiemem proelia aliquot, nulla memoria digna, adversus latronum magis, quam hostium, excursiones, vario tamen eventu, nec sine militum jactura, sunt facta. Majo- 8
res res gestae a M. Fulvio. Is apud Toletum oppi-

nota fuisse, ut saepe ante conquesti sumus. GLAR. *Inluciam* vel *in Luciam* Voss. Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] *Inlitiam* Lov. 2. *Illuciam* Lov. 6. *Juliciam* Harl. *Biatiam* legendum conjicit Doujatius. Dein *Moretanis*, pro *in Oretanis*, Mead. 1. *Meritanis* Gaertn. *Morientanis* Voss. *in Orientanis* Lov. 1. *more canis* Lov. 3. Praeterea *Crassus Flaminius* Voss. Lov. 1. 4. Mead. 1. et Gaertn. Neque aliter Lov. 2. in margine: quomodo etiam variant supra 3, 50, 15. hoc lib. cap. seq. §. 9. Tum *citeriore Hispania* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

In hiberna milites deduxit] Omnes ante Aldum *hibernacula*. 5, [2, 1.] *Hibernacula etiam, res nova militi Romano, aedificari coepta*. 30, [3, 8.] *Hibernacula Carthaginiensium lignea ferme tota erant*. J. FR. GRON. *hiberna* codd. nisi quod *hibernia* sit in Lov. 1. *hibernalia* in Lov. 4. et Mead. 1. *hibernala* in Hearnii N. *hibernacula* in Lov. 5. [*hiberna loca* Bamb. omisso *milites*] Supra 22, 32, 1. *Hibernaculis mature communitis*. 24, 39, 13. *Ipse hibernacula quinque millia passuum ab Hexapylo communiit*. 40, 35, 14. *Loca pacata me ad hibernacula electurum*. 42, 9, 2. *Legionibus extemplo Pisas in hibernacula missis*. 45, 28, 10. *Ut nudare tegulis muros urbis ad tegenda hibernacula sua pateretur*. Nepos in Agesil. 3. *Quum tempus esset visum copias extrahere ex hibernaculis*. in Eumen. 8. *Duae erant viae, qua ex Medis, ubi ille hiemabat, ad adversariorum hibernacula posset perveniri*. Non itaque semper *hibernacula* sunt tentoria pellibus contecta, sed interdum etiam hiberna. Quare vulgatum servandum videtur apud Sallust. in Jug. 103. *Exercitu in hibernaculis composito*; ubi Cl. Cortius ex duobus tantum codd. et tribus edd. *in hibernis* edidit. Hoc loco *in hiberna* ante Aldum editum vidi Venet. anno 1498. Mox *proelia aliquot* Aldus ex cod. Mog. recepit, consentientibus nostris, nisi quod solus Lov. 5. prioribus edd. adhaerens legat *aliqua*. V. ad 30, 19, 5.

§. 8. *Majores res gestae a M. Fulvio*] *Majores gestae res* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. An, qui ordinem mutarunt, ferre non potuerunt concursum syllabarum *majores res*. Sed v. ad 26, 46, 6. Mox *oppidum* deest in Lov. 3. Tum *cum Vacyeis Vectonibusque in Celtiberis* Voss. *cum Vaceis Bertonibusque in Celtiberis* Lov. 1. [*Vettonibusque* Bamb.] Hinc *subdit, fuga-*

Digitized by Google

dum cum Vaccaeis Vectonibusque et Celtiberis signis conlatis dimicavit: exercitum earum gentium fudit fugavitque: regem Hilermum vivum cepit.

1 VIII. Quum haec in Hispania gerebantur, comitiorum jam adpetebat dies. itaque L. Cornelius consul, relicto ad exercitum M. Claudio legato, Romam

vit Voss. An voluit *fudit, fugavit*, sine copula? V. infra ad 38, 53, 2. Praeterea *Hilernum* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii N. [Bamb.] *Hylernum* Gaertn. *Hybernum* Hearnii L. 1. *Hibernum* Lov. 1. et 3. *Τὸ vivum* exsulat a Lov. 1. et 6.

§. 1. *Dum haec in Hispania agerentur*] MS. *Quum haec in Hispania gerebantur*. Et *gerere* sane, quam *agere*, huic loco magis convenit. cujus de verbi vi multa alii: quos, qui volet, consulat. MOD. Profert lectionem membranarum Modius: *Quum haec in Hispania gerebantur:* et *gerere* huic loco magis convenire, quam *agere*, contendit. Hoc quidem parum interest, hic certe: at non parum, utram ex particulis praeferas: nam sive *Quum haec agerentur*, sive *quum haec gerebantur*, Latine sunt; *dum haec agerentur*, sic positum et in ea vicinitate, σολοικίζει. Petronius [125.] *Dum haec magno tempore Crotone aguntur*. Noster 22, [2, 1.] *Dum consul placandis Romae Diis trahendoque delectu dat operam*. Et passim. Mutavimus ergo particulam: et, quamvis hoc vix adnotatione dignum possit censeri, tamen identidem observo, complures hodie, qui Latine admodum scribere videri volunt, turpi errore haec non distinguere. J. FR. GRON. Codici Mog. *Quum*, pro *Dum*, exhibenti concinunt Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Crevierii Victor omnesque edd. usque ad Froben. anni 1531. Particulam ergo, quam mutare neglexit Gronov. nunc demum mutari curavi. Utro modo legas, parum interesse, judicat Crevierius: se itaque morae non esse cuiquam, quo minus *quum* in locum *τοῦ dum* admittat: illud tamen Gronovio adsentiri non posse, vulgatam lectionem σολοικίζειν: utroque enim modo Latinam orationem esse: ipsum Gronov. ita judicasse, qui infra legebat c. 36, 7. *libertatem*, *dum restitui videretur*, *interceptam*. Verum illa conjectura alia cogitanti, et oblito eorum, quae hic scripsit, Gronovio excidit. Vide, quae notantur ad 1, 40, 7. — V. etiam ipsum Crevier. ad Liv. 39, 49, 8. — (* et ad 36, 5, 1. 41, 14, 1.) Praeterea *gererentur* Lov. 2. et Harl. Saepius haec verba in Mstis commutantur, ut vidimus ad 22, 28, 1. Adde viros doctos ad Suet. Caes. 45. Aug. 37. Gronov. ad Sen. Herc. Fur. 362. 4. Obs. 14. N. Heins. ad Nason. 8. Her. 42. et Cel. Burm. ad Suet. Vespas. 24. Promiscue haec verba ab antiquis usurpata fuisse, docet Gronov. ad Liv. 39, 54, 10. Quum itaque sensui perinde sit, utrum *agerentur*, an *gerebantur* legamus, Mog. libri lectionem, ob codicis auctoritatem, admisi. [*agerentur* Bamb.]

Relicto ad exercitum M. Claudio legato] Ita Moguntini

Digitized by Google

venit. Is in senatu quum de rebus ab se gestis dis- 2
seruisset, quoque in statu provincia esset; questus 3
est cum Patribus conscriptis, quod, tanto bello una secunda pugna tam feliciter perfecto, non esset habitus Diis inmortalibus honos. Postulavit deinde, ut supplicationem simul triumphumque decernerent.

ex membranis suis vulgarunt, quum in prioribus edd. Claudii praenomen omitteretur. Id etiam exsulat ab omnibus scriptis meis, ut et ab Hearnii L. 1. et N. [Bamb.] Verum id interceptum est ab litera finali vocis proximae. V. ad 39, 5, 11.

§. 2. *De rebus a se gestis disseruisset, quoque in statu provincia esset*] Barberin. et Petav. membranae *ab se*, et *quoque statu provincia esset*. Adsertum plus quam semel nostro superius. 34, [22, 11.] *Repeti in libertatem, et eodem statu, quo caeterae urbes Peloponnesi et Graeciae esse.* J. FR. GRON. *ab se gestis* etiam plures meorum, et Hearnii Oxonn. [*Is* omittit Bamb.] Deinde *quoque statu provincia esset*, locutionem esse Livio familiarem, constare potest ex illis, quae notantur ad 3, 68, 3. Ita tamen hic nullus eorum codd. quos consului, praefert. *quaeque in provincia essent* legit Lov. 1. *quoque in statu in provincia essent* Voss. *quo in statu provincia esset* Lov. 3. [*quoque statu* Bamb.] Reliqui omnes vulgatum tuentur; quorum fide id quoque servandum puto, quum Livius in hac locutione praepositionem etiam addere saepe consuerit. Supra 26, 5, 1. *Quum in hoc statu ad Capuam res essent.* 27, 5, 10. *Ut sciret, quo in statu res Africae essent.* quomodo ibi optimos codd. praeferre, ex illis, quae ibi notantur, patet. 29, 8, 4. *In meliore statu sub iratis Romanis futuros.* 32, 11, 1. *Quum in hoc statu res esset.* 33, 41, 9. *In hoc statu regum res erat.* 37, 53, 6. *Ne, qui adversus vos arma tulerint, in meliore statu sint.* Ita optimus ibi ostentat Mogunt. 38, 5, 6. *In hoc statu res ad Ambraciam quum essent.* c. 8, 1. *Quum in hoc statu res ad Ambraciam essent.* Pari modo *respublica in eodem statu permansisset* 22, 9, 10. *in quo statu rerum accepisset eos* 34, 51, 2. Similiter *in eo loco esse* eodem sensu Livium dixisse, vidimus ad 7, 35, 7. Mox vocem *conscriptis* nescit Harl. Locutionem *queri cum aliquo* inlustrat Nic. Heins. ad Vell. Pat. 2, 130, 3.

§. 3. *Tanto bello una secunda pugna tam feliciter perfecto*] *jam feliciter perfecto* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. frequenti scribarum aberratione. V. ad 21, 11, 12. *tam feliciter*, est valde, admodum feliciter, felicissime. V. ad 33, 45, 4.

Postulavit deinde, ut supplicationem simul triumphumque decernerent] Voculam *ut*, quam Aldus ex Mog. cod. recepit, ac priores excusi omittunt, non adparet etiam in ullo nostro, ut nec in Hearnii L. 1. [Bamb.] Eam quidem post *postulare* ac similis potestatis verba omitti, vidimus ad 32, 35, 5. hic tamen

Digitized by Google

4 Prius tamen, quam relatio fieret, Q. Metellus, qui consul dictatorque fuerat; *Literas eodem tempore*, dixit, *et consulis L. Cornelii ad senatum, et M. Marcelli ad magnam partem senatorum, adlatas esse,*
5 *inter se pugnantes: eoque dilatam esse consultationem, ut praesentibus auctoribus earum literarum disceptaretur. Itaque exspectasse sese, ut consul,*

integerrimum cod. sequor. Tum *supplicationem simulque triumphum decernerent* Harl. Sed v. ad 26, 43, 6.

§. 4. *Et consulis L. Cornelii ad senatum, et M. Marcelli*] Voculam *et* priori loco ac Cornelii praenomen *L.* ignorat Harl. praenomen etiam Lov. 2. Tum *et* posteriori loco *ut* et mox *esse* Gaertn. Praeterea *repugnantes* legunt Voss. Lov. 6. et Lov. 2. a m. 1. Dein §. seq. *eorum dilatam esse*, pro *eoque*, Mead. 1. [*auribus*, pro *auctoribus*, Bamb.] Hinc *sese* deest in Lov. 2. et Harl. quod pronomen forte interceptum est ab ultimis literis praecedentis *exspectasse*. Tandem *adversus se conscriptum* Lov. 2.

§. 5. *Duceret eum secum Romam*] Ex Mog. receptum. Scripti nostri et editi priores *deduceret eum secum Romam*. Nempe e provincia. In quibus usurpare solent *decedere*, *deducere*, *deferre*, *deportare*. Plinius 7, 30. *Cato unum ex tribunatu militum philosophum*, *alterum ex Cypria legatione deportavit*. V. Observ. 1, 12. J. FR. GRON. *duceret* ex cod. Mog. primus recepit Froben. anno 1531. Omnes tamen nostri cum Hearnii L. 1. et N. servant *deduceret*; quod in hac re frequens esse, vidimus ad 6, 26, 8.

§. 6. *Verius esset, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato*] Nota *Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato*. Ergo legati imperium non habebant. Atqui Scipionis legatus consularis erat c. 5, 1. aeque ac Claudius Marcellus. Sed responderi potest, Sempronio, qui priore anno consul fuerat, prorogatum esse imperium. Itaque et proconsul et legatus Cornelii Merulae erat. Ita censeo c. 23, 6. *Ut cum imperio esset, qui eam classem duceret*. 36, 1, 8. *L. Quintium superioris anni consulem legari ad id bellum placuit*. et c. 17, 1. *Consulares legatos*. H. VALES. Vossianus *verius esset*, *Sempronio Tito imp.* Lege *quum etiam verius esset*, *Sempronio Tiberio imperium habenti exercitum tradi*. Ut amat noster interdum praenomen secundum ponere. J. FR. GRON. Gruchius c. 5. Refut. ad poster. Sigonii disput. scribit, Sempronium imperium habuisse, quia proconsul erat. Hoc ambiguum est, ac duobus modis accipi potest; primum, quia Sempronius priore anno consul fuerat, Marcellus autem triennio ante: deinde, quia Sempronio ex consulatu prorogatum fuerat imperium, Marcello nec datum, nec prorogatum. Si prius voluit, ex eo sequeretur, omnes, qui superiore anno consules fuerant, sequente proconsules fuisse, et

Digitized by Google

qui sciret ab legato suo adversus se scriptum aliquid, quum ipsi veniendum esset, deduceret eum secum Romam: quum etiam verius esset, Ti. Sempronio im- 6 *perium habenti tradi exercitum, quam legato. Nunc* 7 *videri esse amotum de industria, ne ea, quae scripsisset, praesens diceret, aut argueret coram: et, si quid vani adferret, argui posset, donec ad liquidum veri-*

imperium habuisse; quod falsum est. Nam nemo ob id, quod priore anno consul fuerat, sequente proconsul erat, et imperium habebat, nisi a populo prorogato ex consulatu imperio pro consule esse, et rem gerere jussus fuisset. Si posterius, idem sensit, quod Valesius: cujus sententiam etsi veram esse puto, tamen non magis intelligo, quomodo, qui ipse imperium habebat, consuli imperium habenti, cui utique parere debebat, legatus esse potuerit, quam quomodo Pleminius, si imperium extraordinarium a populo acceperat, quod putabat Pighius, v. ad 29, 6, 9. legatus Scipionis fuerit. Itaque hoc aliis expediendum relinquo. Loca Livii a Valesio huc collata, nihil ad rem pertinent. nam in iis nec, qui classi cum imperio praeerat, alteri legatus fuisse, nec consulares legati imperium habuisse dicuntur. DUK. *quum et verius esset* Lov. 1. *quumque verius esset* Mead. 1. *quum etiam verisimilius esset* Lov. 2. Male. *verius* est aequius; de quo v. ad 23, 11, 12. et ad 2, 48, 2. Deinde *Sempronio Tito* Lov. 1. et 6. pro quo Gronov. *Sempronio Tiberio.* De eo v. ad 3, 1, 1. [*T. Sempronio* Bamb.]

§. 7. *Videri esse amotum de industria, qui ea, quae scripsisset, praesens diceret*] *videri esse admonitum* Lov. 1. Ita passim *monere* et *movere* commutari, videbimus ad c. 35, 5. *videre esse admonitum* Lov. 2. 4. *videre se admonitum* Voss. Lov. 3. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [*videri se admonitum* Bamb.] *videre se admotum* Harl. *videre sese amotum* Lov. 5. et primae edd. Vulgatum demum obcurrit in ed. Froben. anni 1535. Tum *qui ea*, *quae scripsisset* reliqui quidem codd. [Bamb.] cum priscis excusis servant, at *qui eque scripsisset* Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *ne ea, quae scripsisset* cod. Mog. quod Froben. anno 1535. recepit, et reliqui editores servarunt, usque ad Gronov. qui non tantum veterem lectionem *qui ea, quae scripsisset* revocavit, sed in pr. ed. not. insuper monuit, ita legendum esse; pluribusque exemplis docuit, relativum eleganter pro hac aut simili particula poni: quae omnia in curis secundis omisit, quia eadem totidem verbis retulerat ad Senec. 2. de Benef. 24. Quum vero utrumque *qui ea* et *ne ea* commodum sensum reddant, codici Mog. adhaesi.

Praesens diceret, aut argueret coram: et, si quid vani adferret, argui posset] Ita Frob. anno 1531. ex cod. Mog. edidit, quum antea vulgatum fuisset *diceret argueretque coram*. Neutra lectio ullius alterius cod. fide

Digitized by Google

8 *tas explorata esset. Itaque nihil eorum, quae postu-*
9 *laret consul, decernendum in praesentia censere.* Quum pergeret nihilo segnius referre, ut supplicatio decerneretur, triumphantique sibi urbem invehi liceret; M. et C. Titinii tribuni plebis, se interceſſuros, si de ea re fieret senatusconsultum, dixerunt.

nititur, nisi quod solus Lov. 5. veterum edd. scripturam, ut passim solet, praeferat. *diceret argueret coram* eſt in Voſſ. *diceret arguere coram* in reliquis omnibus. [Bamb.] Crevierius scribendum conjicit, *praesens diceret, et aut argueret coram, aut, si quid vani adferret, argui posset.* ut illud *et* ante *aut argueret* interceptum sit ab ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7. alterum *aut si quid* nonnihil firmat lectio Gaertner. *ut si quid* praeferentis; ubi similiter prima litera *τοῦ aut* excidisse potest ob finem praecedentis *corā*, sive *coram*. Praeterea *navi* pro *vani*, transpositis literis, eſt in Lov. 5. et ed. Camp. V. ad 5, 49, 7. *varii* in Lov. 6. V. ad 22, 7, 4. Sed *vanum* hic eſt falsum. V. ad 5, 1, 7. Mox *ad aliquid*, pro *ad liquidum*, Lov. 1. 2. 6. et Voſſ. Curtius 9, 11. *Numquam ad liquidum fama perducitur.* Tum §. seq. *quae postulasset consul* Harl. *quae postulavit consul* Lov. 5. et ed. Camp. An legendum *quae postularit consul?*

§. 9. *Triumphantique sibi in urbem invehi liceret*] Manuscriptus *triumphantique sibi urbem invehi liceret.* Utrumque recte. MOD. *in urbem invehi* tuentur Lov. 5. et Harlej. Eadem autem locutione saepius noſter utitur. V. ad 36, 39, 5. At *urbem invehi*, omiſſa praepositione, Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. in quibus praepositio *I* vel *in* intercepta fuiſſe credi poſſet a litera finali vocis praecedentis. Alia hujus erroris exempla v. ad (* 1, 28, 6.) 4, 2, 10. c. 48, 4. 9, 40, 3. c. 45, 3. 10, 41, 13. 21, 25, 9. 30, 43, 5. 36, 6, 3. 37, 13, 9. c. 41, 8. ubi quaedam vide, aliisque locis. Quum tamen in eam lectionem consentiat etiam integerrimus Mog. potius eſt, ut credamus, praepositionem *I*, vel *in* ex proximae vocis ultima litera repetitam oſſe. V. ad 5, 37, 7. 9, 46, 6. et 10, 23, 6. Eo vero id praefero, quod et illa locutio *invehere urbem* Livio fuerit familiaris. Ita 4, 29, 4. *Ipse, triumphans invectus urbem, dictatura se abdicavit.* ubi quaedam vide. 9, 40, 20. *Consul, praestantiore etiam, quam dictator, victoria triumphans, urbem est invectus.* 30, 45, 2. *Triumphoque omnium clarissimo urbem est invectus.* Ita et *invehi sinum, portum.* 44, 1, 4. *Corinthium sinum invectus.* et c. 7, 10. *Ab invectis jam portum audit.* Hanc igitur lectionem recepi. Paullo ante *supplicationes decernerent* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *supplicationes decernerentur* reliqui codd. mei, [Bamb.] et edd. ante Aldum; qui id, quod nunc exſtat, fide cod. Mog. recepit.

M. et C. Titinii tribuni plebis] *M. Crassus et Minutius Titius* Lov. 2. *M. Crassus et T. Minutius* Harl. et Gaertn. *M.*

Digitized by Google

IX. Censores erant priore anno creati Sex. Ae- 1
lius Paetus et C. Cornelius Cethegus. Cornelius lu-
ſtrum condidit. censa sunt civium capita centum 2
quadraginta tria millia, septingenta quatuor. Aquae
ingentes eo anno fuerunt, et Tiberis loca plana ur-
bis inundavit. Circa portam Flumentanam etiam 3

Crassus et Minutius Titus Mead. 1. *M. et Crassus Minutius Titus* Lov. 3. *M. et Crassus Titinicius plebis* Voſſ. *M. et Crassus Titinii tus p̄* Lov. 1. *M. et Crassus Titini* Lov. 4. *M. et Crassus Ticinii* Lov. 5. 6. et edd. primae. Ejus loco *M. et Crassus Licinii* Ascens. anno 1513. subſtituit. *M. et C. Licinii* Aldus. *M. et C. Titinii* Frob. anno 1535. ex cod. Mog. Pighius in Annal. ad annum V. C. ıɔlx. p. 273. dubitat, utrum *Titinii*, an *Licinii* legendum sit. At codicis Mog. lectionem probo, cui consentire videtur Mead. 2. Plurium autem aliorum veſtigia eodem ducunt. V. ad 3, 54, 13. [mox *si* omittit Bamb.]

§. 1. *Sex. Aelius Paetus et C. Cornelius Cethegus*] *Cn. Cornelius* legendum, non *C.* Quamquam et anno septimo hujus belli, ubi censores creantur, id quoque neglectum. Caeterum fuit consul anno quarto hujus belli. GLAR. *C. Cornelius* ex censura Capitolina. SIG. Copula inter censorum nomina deeſt in Harl. poſterioris autem censoris praenomen omittitur in Lov. 3. Id autem recte *Cajus* eſſe Sigonius monuit, quomodo etiam vocatur in plerisque codd. et edd. principibus. Quin etiam si ille eſt, qui anno quarto hujus belli consul exſtitit, non *Cnaei*, sed *Caji*, praenomen habuit: nam, et ita consulem dictum esse, vidimus ad 32, 17, 5. [*Cethegus. Cornelius* desunt in Bamb.]

§. 2. *Censa sunt civium capita CXLIII, septingenta quatuor*] Nulli non liquere poteſt, *millia* particulam deesse; quae poſt *CXLIII* reponatur, necessum eſt. SABELL. Membranae *septuaginta quatuor*. MOD. Numeri suspecti sunt Pighio ad A. V. ıɔlıx. p. 268. qui suspicatur legendum *ducenta quadraginta tria millia septingenta quatuor*; eo quod ante decennium, Livio Salinatore et Claudio Nerone censoribus, multo majorem numerum, nempe ccxiv. millia referat Livius 29, 37. nec causa esse poſſit, cur is decem annis in tantum inminutus fuerit, quum succeſſu temporis simul cum imperio crescere soleat. Hoc quidem rationem habet; sed dubitatio oriri poteſt, an ibi potius corrupti sint numeri, quam hoc loco. Nam quum quinque annis ante censuram Livii et Neronis A. V. ıɔxlv. tantum centum triginta octo millia, centum et octo civium capita censa fuerint 27, 36. non valde verisimile eſt, durante adhuc bello Punico civium numerum quinque annis prope ad octoginta millia auctum fuiſſe. Verum nihil vitii in numero, qui 29, 37. eſt, esse credo; quia Livius in illa censura quasi extraordinarium memorat, quod censores per provincias dimiserunt, ut, civium Romanorum quantus in exercitibus ubique esset numerus, referretur, et ob eam causam luſtrum serius conditum fuisse scribit: quod supe-

Digitized by Google

conlapsa quaedam ruinis sunt: et porta Coelimontana fulmine icta est, murusque circa multis locis
4 de coelo tactus. Et Ariciae, et Lanuvii, et in Aventino, lapidibus pluit; et a Capua nunciatum est, examen vesparum ingens in forum advolasse, et in Martis aede consedisse. eas conlectas cum cura,
5 et igni crematas esse. Horum prodigiorum caussa

riore censu non videtur factum. Dubitationem Pighii confirmat, quod sequente lustro, T. Quintio et M. Marcello censoribus, censa sunt civium capita ducenta quinquaginta octo millia, trecenta octo, l. 37, 36. Si Livius 32, 7. numerum civium, qui ante quinquennium, P. Africano et P. Aelio censoribus, censi fuerant, retulisset, certius aliquid de hac re statuis posset. DUK. V. eumdem Duker. ad 29, 37, 5. *censuit civium capita* Voss. quod referendum inter ejus generis errores, de quibus dixi ad 23, 29, 16. Vox *millia* deest in Lov. 1. 5. et Hearnii N. Tum *septingenti quatuor* Harl. *septingenta quadraginta quatuor* Lov. 6. a m. 2. [CXLIII. cꝯccIIII. Bamb.] Mox *fuerant* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo: sed ea vox exsulat a Gaertn.

§. 3. *Circa portam Flumentanam*] *Carentanam* Hearnii L. 1. *Camentanam* Lov. 3. *Carmentariam* Lov. 6. in contextu. *Frumentariam* Voss. quomodo etiam in edd. nonnullis Varr. 3. de re rust. 2. peccari, observat Nardin. 1. Rom. vet. 9. circa fin. et *Flumentanam* legendum monet, non *Flumentariam*, ut nuper Schoettg. ad d. l. Varron. existimabat. In hoc nomine variatur etiam infra c. 21, 5. De porta Flumentana v. Donat. 1. de urb. Rom. 19. et Nardin. d. l. Mox *Coelii montana* Mead. 2. De porta Coelimontana ac variis ejus adpellationibus v. Donat. et Nardin. l. laud. Deinde *et murus circa* Lov. 3. *murus circa* reliqui scripti nostri, et edd. ante Aldum, qui *murusque* ex cod. Mog. dedit. Tum *locis multis* Lov. 1. 3. et 6.

§. 4. *Et Ariciae, Lanuvii, et in Aventino lapidibus pluit*] Ita demum editum vidi Parisiis anno 1573. quum priores *et Lanuvii*, vel *et Lanuvio* vulgassent. Copulam etiam eodem loco agnoscunt si non omnes, certe longe plurimi codd. meorum, et Hearnii N. quare eamdem revocavi. [*et Lanuvio* Bamb.] Tum *et Aventino* sine praepositione Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. [Bamb.] *et Aventini* Harl. Praeterea *pluvit* Mead. 1. V. ad 1, 31, 1. Mox *et Capua nunciatum* Voss. *e Capua nunciatum* Lov. 2. Praeterea *collectas cum cura igni crematas esse* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frobenium, qui anno 1531. *et igni crematas* ex cod. Mog. substituit.

§. 5. *Urbs lustrata*] Idem 21, 62, et 45, 16, 6. prodigiorum causa factum narrat. Haec de amburbio intelligenda esse, docet Salmas. ad Vopisci Aurel. 19. nam urbem amburbio, sive amburbiali sacrificio, lustratam fuisse, arva et agros ambarvali.

Digitized by Google

decemviri libros adire jussi, et novemdiale sacrum factum, et supplicatio indicta est, atque urbs lustrata. Iisdem diebus aediculam Victoriae Virginis, 6
prope aedem Victoriae, M. Porcius Cato dedicavit biennio post, quam vovit. Eodem anno coloniam 7
Latinam in agrum Thurinum triumviri deduxerunt Cn. Manlius Vulso, L. Apustius Fullo, Q. Aelius Tu-

Polybius quoque haec distinguit 4, 21. *Μαντινεῖς καὶ καθαρμὸν ἐποιήσαντο [καὶ σφάγια] περιήνεγκαν τῆς τε πόλεως κύκλῳ καὶ τῆς χώρας πάσης.* DUKER.

§. 6. *Aediculam Victoriae Virginis*] *Aedem Victoriae cum aedicula Victoriae* in regione octava Urbis ponunt Sex. Rufus, et P. Victor: sed ille nihil aliud, quam *Aediculam Victoriae*, hic *Aediculam Victoriae Virginis dedicatam a M. Porcio Catone* vocat. Fulv. Ursinus in Familiis Romanis habet denarios gentis Porciae in quibus est effigies Victoriae cum inscriptione *Victrix*, atque inde suspicatur in Livio et P. Victore pro *Virginis* scribendum esse *Victricis*. Mihi ideo nihil contra libros scriptos novandum videtur. Si cognomen *Virginis* nusquam apud alios scriptores Victoriae additum legitur, idem fortassis de cognomine *Victricis* dici potest, cujus nullam auctoritatem attulit Ursinus: nam ex nummis id liquido probari non potest. DUKER.

§. 7. *Coloniam Latinam in agrum Ferentinum triumviri deduxerunt Cn. Manlius Vulso, L. Apustius Fullo, P. Aelius Tubero, cujus lege deducebantur tria millia peditum fere*] Et hic *Cn.* vocatur, non *C. Manlius*. Fit autem consul postea l. 37, [47.] et in Gallos Asiaticos expeditionem suscepit. In libris multis bene habebat hoc praenomen, at quidam temere mutarunt *Cn.* in *C.* Quidam *A. Manlius Volso* legunt. GLAR. Vet. lib. habent, pro *deducebantur*, *deducebatur*. Quae lectio me admonuit, locum hunc ita mendose legi, ut sententiae Livianae sanitas non exstaret. Exstabit autem certe, si non solum *deducebatur*, sed, pro *fere*, *iere* legerimus, ita: *Aelius Tubero, cujus lege deducebatur*, id est colonia. *Tria millia peditum iere, CCC equites.* Sic paulo post in alius coloniae deductione [c. 40, 5.] *Tria millia et septingenti pedites ierunt; trecenti equites.* Quod autem scriptum est *in agrum Ferentinum*, legendum est *in agrum Thurinum*. Primum, quia veteres libri habent *Trentinum*. Tum autem, quia superiore anno [34, 53, 1.] dixit: *Exitu hujus anni Q. Aelius Tubero tribunus plebis ex senatusconsulto tulit ad plebem, plebesque scivit, ut Latinae duae coloniae, una in Bruttios, altera in agrum Thurinum deduceretur. his deducendis triumviri creati, quibus in triennium imperium esset in Bruttios Q. Naevius, M. Minucius Rufus, M. Furius Crassipes. in Thurinum agrum Cn. Manlius, Q. Aelius, L. Apustius.* Porro autem legendum est *Q. Aelius Tubero*, quia ait: *cujus lege deducebatur.* at Q. Tubero legem tu-

Digitized by Google

bero, cujus lege deducebatur. tria millia peditum iere, trecenti equites: numerus exiguus pro copia
8 agri. Dari potuere tricena jugera in pedites, sexagena in equites. Apuſtio auctore, tertia pars agri demta eſt: quo poſtea, si vellent, novos colonos adscribere possent. Vicena jugera pedites, quadragena equites acceperunt.

1 X. In exitu jam annus erat, et ambitio magis, quam umquam alias, exarserat consularibus comi-

lit, non P. SIG. Laborat in hoc agro Ferentino Cluverius 3. Ital. ant. 6. Valde probabiliter Sigonius *Thurinum*. Sed praeterea *τὸ agrum* patrem habet Badium Ascensium. Andreas, Mediolanenses, Tarvisini, Veneti bis, Becharius cum scriptis *castrum Ferentinum*. Numquid igitur scripsit Livius *in castrum Thurinum*? atque is eſt, qui Suetonio *pagus Thurinus* in Octavio 2. Sic *castrum Truentinum* Pompejo in Epiſtolâ ad consules [immo ad L. Domitium procos. sive 2. poſt 12.] l. 8. ad Atticum. J. FR. GRON. *Castrum* habent etiam alii MSS. apud Hearnium. Itaque id non mutandum eſt, etsi Livius de ea re plerumque dicit *in agrum*. 34, 53. bis de eadem hac colonia *in Thurinum agrum*. ibid. c. 45, 3. *Sipontum in agrum, qui Arpinorum fuerat*. 37, 47, 2. *In agrum, qui Bojorum fuisset*. Adde 10, 3. et 21. 39, 45. 55. 40, 29. DUK. Vocem *Latinam* perperam deesse in Harl. docet consensus aliorum codd. in ea servanda, et locus Livii 34, 53, 1. a Sigonio laudatus. Tum *in castrum Ferentinum* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Hearnii Oxonn. nisi quod in uno vel altero meorum sit *Ferrentinum*. [*in castrum Frentinum* Bamb.] Manlio *Titi* praenomen tribuunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Caji* Voſſ. Lov. 1. 3. omnesque edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *Auli* praenomen subposuit, consentiente Hearnii N. [Bamb.] Sed recte Vascos. ex emendatione Glareani *Cnaeus* subſtituit. Tum *Mallius* Voſſ. Lov. 3. Mead. 1. et Hearnii L. 1. V. ad 34, 53, 2. Hinc *Volso* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] cum edd. antt. *Voluso* Lov. 6. *Volsco* Lov. 2. *Vulso* Sigonius dedit. V. ad 22, 35, 1. Deinde Apuſtii praenomen omittitur in Voſſ. Insuper *P. Aelius* omnes noſtri, aut certe eorum longe plurimi. [Bamb.] Sed v. ad 34, 53, 2. Praeterea *deducebantur tria millia peditum fere* Voſſ. Lovel. 3. 4. 5. 6. et Mead. 2. *deducebatur tria millia peditum fere* Lov. 2. et Harl. neque aliter Lov. 1. nisi quod *ferme* legat. Denique *trecentos equites* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 1. errore inde orto, quod numerus esset notis scriptus. V. ad 40, 18, 5.

§. 8. *Dari potuere quadragena jugera in pedites*] Si Apuſtio authore tertia agri pars ademta eſt, ut paullo poſt Livius ait, legendum *tricena jugera in pedites*. non *quadragena*. Sequitur enim, *vicena jugera pedites*,

Digitized by Google

tiis. multi et potentes petebant patricii plebejique: P. Cornelius Cn. filius Scipio, qui ex Hispania pro- 2
vincia nuper decesserat magnis rebus gestis, et L. Quinctius Flamininus, qui classi in Graecia praefuerat, et Cn. Manlius Vulso. hi patricii. Plebeji autem 3
C. Laelius, Cn. Domitius, C. Livius Salinator, M. Acilius. sed omnium oculi in Quinctium Cornelium- 4
que conjecti. nam et in unum locum petebant ambo patricii, et rei militaris gloria recens utrumque

quadragena equites acceperunt. Id facile patet, qui numerorum rationem tenet: mirorque neminem ad talia vigilare, in quibus res ipsa clamat. GLAR. *quadraginta*, vel *XL jugera* Voss. Lov. 1. 5. 6. et Harl. [Bamb.] *quadragena jugera* reliqui mei, et Hearnii L. 1. ac N. Mox *colonos scribere* Harl. V. ad 4, 11, 7.

§. 2. *P. Cornelius Cn. filius Scipio, qui ex Hispania provincia nuper decesserat*] *P. Cornelius T. Scipio* Voss. *cũ. c. Scipio* Lov. 1. *P. Cornelius cum Cn. Scipione* Harl. *P. Cornelius cum T. Quintio* Lov. 3. *P. Cornelius cum F. Scipio* Lov. 4. *P. Cornelius cum F. Scipione* Mead. 1. *P. Cornelius cum Fulvio Scipione* Lov. 2. in contextu. *C. Scipio* in margine, quod etiam praefert Lov. 6. a m. 1. *P. Cornelius Scipio* a m. 2. Deinde *excesserat* Lov. 3. et Hearnii L. 1. [*excesserant* Bamb.] *recesserat* Lov. 1 2. 4. 5. 6. Voss. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. antiquis usque ad Aldum, qui recte *decesserat* ex cod. Mog. recepit. Id autem sollemne in hac re verbum esse, innumera Livii loca probare possunt, quae cumulare operae non est. Alibi saepe *decedere* et *recedere* confunduntur. Exempla v. ad 9, 4, 4. c. 41, 14. Epit. Liv. 23. et saepius: verba autem cum *de* et *re* composita passim confundi, vidimus ad 9, 10, 6. Mox *magnis rebus ibi gestis* Lov. 3. et Hearnii L. 1. qui ultimus cod. supra etiam perperam omittit verbum *petebant*. [*Flaminius* Bamb.] Praeterea *M. Manlius Volso* Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. V. ad 7, 12, 2. *Volso* etiam Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, [Bamb.] et Gaertn. *Volsco* Lov. 2. V. modo ad cap. praec. §. 7.

§. 3. *C. Laelius, Cn. Domitius, C. Livius Salinator, M. Acilius*] *Cornelius Laelius* Hearnii L. 1. V. ad 5, 52, 3. *Cn. Laelius* Voss. et Lov. 6. *Gneus Laelius* Lov. 2. Tum *C. Domitius* Lov. 1. *et C. Domitius* Harl. Sed v. ad 10, 9, 12. Hinc *Cn. Livius* Voss. et Lov. 6. V. ad 45, 22, 11. Tandem *M. Acilius* Lov. 3. 4. 5. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. V. ad 27, 25, 2. *M. Attilius* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. et Hearnii L. 1. V. ad c. 24, 5.

§. 2. *Nam et in unum locum tenebant patricii ambo*] Antiquior lectio *in unum locum petebant ambo patricii.* GELEN. *tenebant* in una tantum ed. Froben. anni 1531. inveni, sine dubio operarum lapsu. Reliquae omnes servant *petebant*; neque aliter Mſti, nisi quod *pendebant*

Digitized by Google

5 commendabat. Ceterum ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum, duo clarissimi aetatis suae imperatores. major gloria in Scipione: et, quo major, eo propior invidiam. Quinctii recentior,
6 ut qui eo anno triumphasset. Accedebat, quod alter decimum jam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat; quae res minus verendos magnos homines ipsa satietate facit: consul iterum post de-

sit in Lov. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [*petebant* omittit Bamb.] Tum *patricii ambo* tuentur omnes nostri, [Bamb.] uno forte Lovel. 2. unde nihil notatur, excepto. Paullo ante *oculi Quinti Cornelium conjecti* Lov. 1. *oculi in P. Cornelium conjecti* Lov. 3. *oculi in Q. Cornelium conjecti* Lov. 4. et Gaertn. *oculi in Quintium Cornelium conjecti* Voss. Lov. 6. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] *oculi in Quintium et Cornelium conjecti* Lov. 5. 6. a m. 2. Harl. et edd. antt. usque ad Frobenium, qui anno 1531. ex cod. Mog. recepit *Quintium Corneliumque*. Id autem etiam in Lov. 2. fuisse videtur.

§. 5. *Major gloria Scipionis: et, quo major, eo propior invidiae*] Vet. lib. *invidiam*. SIG. Manuscriptus *Major gloria in P. Scipione*. MOD. Videtur scribendum *Major gloria in P. Scipione, et quo major, eo propior invidiam*. Prius ex Mogunt. admittimus. Infra [c. 22, 4.] *Postremo in quibus aut fortuna aliqua aut diguitas erat, ad mille quingentos ad consules transfugerunt*. Lucanus 1, [143.] *Sed non in Caesare tantum Nomen erat nec fama ducis*. Posterius Sigoniani et Pet. codicum est: ut alii tamen alludant. Nam Barb. Naud. Voss. *invidia*. J. FR. GRON. Non tantum cum Gronov. ex Mog. probavi, sed etiam recepi, *Major gloria in P. Scipione*. Neque me retinuit, quod mox sequitur, *Quinctii recentior*: nam ipsa illa diversitas constructionis, *major gloria in P. Scipione, Quinctii recentior*, non *in Quinctio*, vel *in T. Quinctio*, stilo Liviano convenit. V. ad 38, 39, 10. [*gloria Scipionis* Bamb.] Verum insuper, malo quoque *Major gloria in P. Scipione, sed, quo major*. Solent autem *et* atque *sed*, vel, ut scribi solet, *set* in Mstis confundi. V. ad 40, 58, 1. Deinde *propior invidia* Voss. Lov. 2. 3. 6. Mead. 2. Hearnii L. 1. et Crevierii Victorin. *propior in invidiam* Gaertn. *propior invidiam* Lov. 4. Harl. Mead. 1. et Hearnii N. quomodo etiam locum laudavit Muret. ad 21, 1, 2. Horum igitur fide id etiam in contextum recepi. V. ad 2, 41, 11. Paullo ante *certamen accendebat fratres candidatorum* Voss. Verum ita etiam legendum foret *duos clarissimos*, vel certe *duo clarissimos*. Reliqui recte vulgatum servant. Ita *certamine accenso* 1, 57, 7. *accendere discordiam, invidiam, audaciam*. V. ad 2, 29, 8. [§. 6. *Accendebat* Bamb.]

§. 7. *Nihil nec petierat a populo*] *nihil petierat*, omissa me-

Digitized by Google

victum Hannibalem, censorque fuerat. In Quinctio 7
nova et recentia omnia ad gratiam erant: nihil nec
petierat a populo post triumphum, nec adeptus
erat: *pro fratre germano, non patruele, se petere* 8
ajebat: *pro legato et participe administrati belli. se*
terra, fratrem mari, rem gessisse. His obtinuit, 9
ut praeferretur candidato, quem Africanus frater
ducebat; quem Cornelia gens, Cornelio consule co-

dia voce, Lov. 1. et Mead. 2. Male. V. ad 4, 58, 5. [*nec ademptus erat* Bamb.]

§. 8. *Pro fratre germano, non patruele*] *non patrueli* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Reliqui vulgatum defendunt. Supra 29, 30, 11. *Optimum ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare.* ubi duo tantum codd. similiter *patrueli* praeferunt; reliqui, et inter eos optimi, *patruele.* V. viros doctos ad Fragm. Nepot. ex l. 16. Viror. Inlustr. et Voss. 4. Gramm. 11. (* Ita *agreste* pro *agresti* est apud Tac. 4. Ann. 45. sed ibi MS. *agresti* praeferre, auctor est Jac. Gronov.) Tum *agebat*, pro *ajebat*, Voss. et Lov. 1. V. ad 8, 33, 23.

Pro legato et participe administrandi belli] Vet. lib. *administrati.* Recte. nam dixit: *L. Quintius, qui classi in Graecia praefuerat.* SIG. MS. *pro legato et participe administrati belli.* MOD. *pro collega* omnes mei, Hearnii L. 1. et edd. antt. Postea Aldus *pro legato* ex fide cod. Mog. recepit: Curio deinde, hinc ed. Lugd. anni 1553. Paris. anni 1573. et reliquae *pro collega* revocarunt; unde necesse habuit Modius monere, *pro legato* legi in Mog. membranis; quod tamen et ipse et Grut. atque Heinsius spreverunt, et demum Gronov. anno 1665. restituit. Praeterea *administrare belli* Gaertner. *administranti belli* Lov. 1. *administrandi belli* Voss. Lov. 6. et Hearnii L. 1. [Bamb.] *administrati belli* reliqui mei, et edd. vett. usque ad Frob. qui anno 1535. *administrandi* dedit; Sigonius deinde priscam lectionem reduxit, Crevierius illam Frobenii, quam elegantiorem judicat, et a Victor. suo firmari testatur. Ego Sigonio adhaereo.

§. 9. *Quem Africanus frater ducebat*] Vet. lib. *quem Africanus fraterque ducebant.* Significat autem Cn. Scipionem a P. et L. Scipionibus, Africano et eo, qui post Asiaticus dictus est, esse deductum. SIG. Ab Sigonio, cum prius esset *Africanus frater.* nempe patruelis. Sic Cicero 1. ad Attic. [5.] *Lucii fratris nostri morte.* Lucium, qui postea dictus Asiaticus, sufficit in Cornelia gente intelligi. J. FR. GRON. *Africanus fraterque ducebant*, ut ex vet. lib. edidit Sigonius, unus ex meis Gaertn. *Africanus fraterque ducebat* Lovel. 6. et Mead. 1. *Africanus fraterque dicebat* Barl. *Africanus fratrem ducebat* Lov. 2. *Africanus frater decebat* Mead. 2. *Africanus frater ducebat*, ut ante Sigon. edebatur, Voss. et Lov. 1. 3. 4. ac 5. Loco istius lectionis, quam Si-

Digitized by Google

mitia habente; quem tantum praejudicium senatus, virum e civitate optimum judicatum, qui matrem
10 Idaeam Pessinunte venientem in urbem acciperet. L. Quinctius et Cn. Domitius Ahenobarbus consules facti. adeo ne in plebejo quidem consule, quum pro

gonius ex cod. vet. in contextum recepit, Paris. anno 1573. datum est *Africanus fraterque ducebat.* in ultima Gruteri *Africanus fraterque deducebat.* a Gronov. anno 1665. *Africanus frater deducebat:* quod reliqui, etiam recentissimi, editores servarunt; quum tamen in nullo cod. haec lectio obcurrat. Adsentior Gronov. tuenti *Africanus frater* sine copula. Nam L. Scipio, postea Asiaticus dictus, levior hoc tempore erat, quam ut commendatio ejus nondum consulis multum candidato consulatus apud populum prodesset. *Frater* autem simpliciter est frater patruelis. Ita Hermione patrui Agamemnonis filium Orestem *fratrem* vocat apud Ovid. 8. Her. 1. et 28. Ita fratres fuerunt Aegyptus et Danaus, et tamen prioris filius Lynceus ac posterioris filia Hypermnestra *frater* et *soror* vocantur eidem 14. Her. 123. et 130. Neque tantum apud poëtas eo sensu hae voces usurpantur, sed etiam apud alios. Ita apud Justin. 17, 13. *Post ejus mortem frater Aeacides regno successit.* ubi v. viros doctos. Adde Gronov. 2. Obs. 6. et Perizon. Animadv. Hist. c. 3. p. 106. Deinde, *deducere* in hac re usitatum verbum esse, non diffiteor; quum tamen in nullo *deducebat* invenerim, sed longe plurimi *ducebat* obferant, id etiam admittendum existimavi. Paullo ante *Is obtinuit* Lov. 2. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Ven. anni 1498. Mediol. anni 1505. quaedam Ascensianae in margine, Mogunt. et reliquae usque ad Gronov. qui in pr. ed. not. *His* revocandum monuit. V. ad 38, 16, 6.

Quem tantum praejudicium senatus] De Africano et gente Cornelia proprie dicit *deducebat.* de praejudicio senatus satis improprie hac sententia, ni fallor, quod id non minus prodesse debuerat candidato, quam commendatio et suffragatio eorum, a quibus deducebatur. DUKER. An *praejudicium senatus* hic candidatum *deducit*, vel *ducit*, quemadmodum *fortuna* praetoriis comitiis Cn. Scipionem et scribam Cicerejum *in campum deduxisse* dicitur apud Val. Max. 4, 5, 3.? Crevierius putabat, ad omnia hujus periodi membra unum adponi verbum, quod tamen uni eorum non conveniebat; cujus loco aliud erat intelligendum: de quo infra v. ad 40, 42, 12. Mox *matrem ad eam* Mead. 1. Vox *Idaeam* neglexit Lovel. 1. Hinc *Pessimunte* Lov. 3. 5. et Gaertn. *Pessimuntē* Lov. 1. *Pesimonte* Hearnii L. 1. *Pessimonte* Lov. 2. 6. et Harl. [*Peissinunt evenientem* Bamb.]

§. 10. *Cn. Domitius Aenobarbus*] *Ahenobarbus*, ut supra. SIG. V. ad 34, 42, 4. Mox *mitteretur*, pro *niteretur*, Lov. 3. et Harl. V. supra h. l. ad c. 5, 12.

§. 11. *Postero die praetores creati L. Scribonius Libo*] *praetores facti. creatus* Hearnii L. 1. *praetores facti creatique* Gaertn. *praetores facti. creati* Voss. Lov.

Digitized by Google

C. Laelio niteretur, Africanus valuit. Postero die 11 praetores creati L. Scribonius Libo, M. Fulvius Centumalus, A. Atilius Serranus, M. Baebius Tamphilus, L. Valerius Tappo, Q. Salonius Sarra. Aedilitas insignis eo anno fuit M. Aemilii Lepidi et L. Aemilii

sex, Mead. ambo, Harl. [Bamb.] et edd. vett. *Td facti* Moguntinenses, codicis sui auctoritatem secuti, ex contextu ejecerunt. Deinde *Livio* Lov. 1. 2. 4. 6. et Voss. *Libio* Lov. 5. et edd. antt. *Limo* Harl. et Mead. 1. [*Liro* Bamb.] *Fulo* Lov. 3. *Fullo* Hearnii L. 1. *L.* Gaertn.

M. Fulvius Centimalus] *Centumalus*, ut supra. SIG. V. ad 24, 43, 6. *inde*, pro praenomine *M.* Lov. 1. et 6. V. ad 4, 52, 4.

A. Attilius Seranus] *Atilius Serranus*, ut supra. SIG. De gentili *Atilius* v. ad 5, 13, 3. et ad Epit. Liv. 17. de cognomine *Serranus* ad 34, 54, 3. Id *Ferritinus* scribitur in Lov. 1. *Feritinus* in Lov. 6. Praenomen exsulat ab eodem Lov. 6.

M. Bebius Pamphilus] *Baebius Tamphilus*, ut supra. SIG. V. ad 31, 49, 12. Plerique codd. *Tamphilus* hic praeferunt.

L. Valerius Tappus] In quibusdam codicibus omissum nomen erat Valerii hujus: sed non recte. Caeterum hic *Tappus* cognominatur, alibi *Tappo*, ut 37, [46, 11.] deinde, maxime inter triumviros, qui Bononiam coloniam deduxerunt. Et C. Valerius 38, [36, 7.] tribunus plebis *Tappo* dicitur. Sed de hac variatione satis. GLAR. Tria haec vocabula desunt in edd. antt. propter similitudinem praecedentis vocis *Tamphilus* per operarum neglegentiam omissa, vel quod in exemplari, unde primae edd. publicatae sunt, ob eamdem caussam a scriba librario erant neglecta. Nam, et nonnullos codd. eodem errore infectos esse, constitit mihi ex Lov. 3. et 5. unde itidem exsulant. Postea primi Moguntini haec addiderunt ex cod. suo, cui consentiunt reliqui Msti, in ultima tamen voce varie corrupti. Nam *L. Valerius Tamphilus* est in Lov. 2. 4 Harl. Mead. 2. et Gaertn. *L. Valerius Taphilus* in Mead. 1. *L. Valerius Camphypolus* in Lov. 1. *L. Valerius Camphipolus* in Lov. 6. *L. Valerius Tamphipolus* in Hearnii L. 1. *L. Valerius Tamphilopus* in Voss. Et *Tappus* quidem probat Sigonius ad Livii 37, 46, 11. et ad 38, 36, 7. Mihi tamen verius videtur *Tappo*; quod et in contextum admisi. Caussam dicam ad priorem Livii locum. Mox *Sara* Lov. 2. 4. 6. *Sariti* Lov. 1. V. infra ad c. 20, 8.

M. Aemilii Lepidi et L. Aemilii Paulli] Voss. *M. Lepidi Aemilii et P. Aemilii Paulli.* Suspicor fuisse: *M. Lepidi et L. Paulli Aemiliorum.* Sic certe solet Livius. J. FR. GRON. Vossiano consentiunt Lov. 1. et 6. Reliqui nihil mutant, nisi quod *P. Aemilii Paulli* perperam sit in Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, Hearnii L. 1. N. et edd. antt. pro quo Frob. anno 1535. *L. Aemilii* ex cod. Mog. recepit. Ceterum Gronovii conjecturam probare nequeo. Nam fateor quidem Livium hoc loquendi compendio uti, ut *Spurii Maecilius et Metilius, P. et Cn. Corneliis Cossis, Quinti Fabii Labeo et Pictor, Marci Livius Denter et Aemi-*

Digitized by Google

12 Paulli. Multos pecuarios damnarunt: ex ea pecunia clipea inaurata in faſtigio Jovis aedis posuerunt. Porticum unam extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adjecto; alteram a porta Fontinali ad Martis aram, qua in Campum iter eſſet, perduxerunt.

1 XI. Diu nihil in Liguribus dignum memoria geſtum erat. Extremo ejus anni bis in magnum peri-
2 culum res adducta eſt. nam et caſtra consulis obpugnata, aegre sunt defensa: et non ita multo poſt per saltum anguſtum quum duceretur agmen Roma-
3 num, ipsas fauces exercitus Ligurum insedit. qua quum

lius: quae exempla v. ad 4, 58, 6. 6, 22, 1. et 10, 1, 7. eum tamen id fecisse, ubi, praenomine et cognomine diversis, ut hoc loco, tantum nomen gentile ambobus idem sit, ita ut id, quo commode enunciatio hoc modo formetur, extra sedem ordinariam in ultimum locum rejiciatur, nondum observavi. Alio modo certe infra Livius loquitur, hos ipsos Aemilios memorans, c. 24, 6. *Postero die praetores creati L. Aemilius Paullus, M. Aemilius Lepidus, M. Junius Brutus.*

§. 12. *Multos pecuarios damnarunt: ex ea pecunia clipea inaurata*] *pecuniarios* Voſſ. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. Rom. anni 1472. Camp. et Parm. Male. V. ad 10, 23, 13. Hinc *damnaverant* Lov. 2. *damnaverunt* Lov. 3. 6. Harl. et Gaertn. Tum *et ex ea pecunia* edd. antt. usque ad Froben. qui anno 1535. copulam, ab omnibus Mſtis meis ignoratam, ejecit. Tandem *clupea inaurata* Voſſ. Harl. et Mead. 2. Mox praepositio *in* non adparet in Lov. 2.

Porticum unam] De hac et de *Emporio* ad Tiberim v. Donat. 3. Urb. Rom. 13. et Nardin. 7. Rom. vet. 9. De *porta Fontinali* et *Martis ara* illum 1, 21. hunc 1, 9. DUKER.

Alteram a porta Fontinali ad Martis aram, qua in campos iter esset] *in campum* scribendum eſt: nam de campo Martio intelligi debet. GELEN. *in campos* demum inveni in ed. Ascens. anni 1513. priores praeferunt *in campis*. Sed recte *in campum* subſtituit Gelenius, adſtipulantibus omnibus, quos vidi, scriptis. Eamdem lectionem adſtruit etiam Donat. 1. de Urb. Rom. 21. et per *campum* intelligendum campum Martium, in quo ara Martis infra 40, 45, 8. memoratur, docet. Eum autem per excellentiam *campum* vocari, vidimus ad 3, 27, 3. Adde Abram. ad Cic. Orat. de Provinc. consul. 9. Ita infra 40, 52, 4. aedem Larium Permarinum, quam L. Aemilius Regillus vovit, *in campo* dedicatam dicit; quam *in campo Martio* fuiſſe teſtatur Macrob. 1. Saturn. 10. Praeterea *ad portam Fontina-*

Digitized by Google

quum exitus non pateret, converso agmine redire institit consul: et ab tergo fauces saltus occupatae a parte hostium erant, Caudinaeque cladis memoria non animis modo, sed prope oculis, obversabatur. Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat. eorum praefectus consuli pollicetur, *Se parte, utra vellet, cum suis erupturum. Tantum uti diceret, utra pars frequentior vicis esset. in eos se inpetum facturum: et nihil prius quam flammam tectis injecturum, ut is pavor cogeret Ligures excedere saltu, quem obsiderent, et discurrere ad opem ferendam suis.* Conlaudatum eum consul spe praemio- 4 5 6

lem ad Martis aram omnes omnino mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. Quae nunc exstat lectio, primum adparuit in ed. Frob. anni 1531. Eam autem probat non tantum verbum *perduxerunt*, sed et locus infra 41, 27, 7. *Porticum ab aede Saturni in Capitolium ad senaculum.* Ceterum *produxerunt* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Ea verba commutari, videbimus ad 38, 50, 1. [*reduxerunt* Bamb.]

§. 2. *Non ita multo post per saltum angustum quum duceretur agmen Romanum*] *non ita multum post per saltum in angustum quum duceretur agmen Romanorum* Voss. et Lov. 3. Neque aliter differunt Lov. 1. et 6. quam quod prior legat *in angustum*, posterior *non ita multo post*. Sed *non ita multum post* etiam Lov. 5. et edd. antt. V. ad 36, 14, 5. [*non ita multit post* Bamb.]

§. 3. *Redire institit consul: et a tergo fauces saltus occupatae a parte hostium erant*] Scribe: *qua quum exitus non pateret, converso agmine redire institit consul: sed et a tergo fauces saltus occupatae a parte hostium erant.* J. FR. GRON. Si ita cum Gronovio emendamus, quemadmodum etiam emendandum videtur, vocula *sed* intercepta erit a sequenti *et*; id autem facillime fieri posse fatendum est, si scriptum forte fuisse cogitemus *cos. set et.* In pr. vero ed. not. *τὸ sed* pro *et* substituit, et legit *sed a tergo*; et in contrarium peccatum monuit apud Nason. 3. Art. Am. 757. ubi ejus tempore *sed desine*, pro *et desine*, edebatur. Et passim scribas confudisse has voces, docui ad 21, 26, 6. et 40, 58, 1. Porro *instituit consul* Lov. 1. et 3. V. ad 28, 46, 11. et 30, 12, 18. Tum *ab tergo fauce saltus occupata ea parte hostium erat* Lov. 1. *ab tergo* etiam Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et ambo Mead. Vox *saltus* deest in Harl. Hinc *occupata ea parte hostium* Voss. [*occupata a parte* Bamb.] *occupatae ea parte hostium* Lov. 3. *occupatae aperte hostium*, Lov. 4. et Mead. 1. Mox *oculis adversabatur* Voss. et Gaertn. *oculis ver-*

Digitized by Google

rum onerat. Numidae equos conscendunt, et obequitare stationibus hostium, neminem lacessentes,
7 coeperunt. Nihil primo adspectu contemtius. equi hominesque paulluli et graciles: discinctus et inermis eques, praeterquam quod jacula secum portat:
8 equi sine frenis, deformis ipse cursus rigida cervice et extento capite currentium. Hunc contemtum

sabatur Lov. 1. Frontin. in eadem historia 1, 5, 16. *Quum jam omnibus obversaretur Caudinae cladis exemplum.* ubi etiam codd. male *adversaretur.* [§. 5. *utra pars frequentior vicisset se impetum* Bamb.]

§. 6. *Conlaudatum eum consul spe praemiorum onerat. Numidae*] *Laudatum eum* omnes Msti mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. *Collaudatum* Aldus ex cod. Mog. restituit. V. ad 7, 41, 3. Tum *per praemiorum honorum ad Numidae* Voss. *per praemiorum honorem at Numidae* Lov. 1. *per praemiorum onerum at Numidae* Lovel. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *per praemiorum onera at Numidae* Lov. 3. *praemiis onerat. at Numidae* Harl. *spe praemiorum onerat. et Numidae* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. *spe praemiorum onerat. at Numidae* Lov. 2. 6. et ed. Aldina. Voculam *at* primus Frob. anno 1535. omisit, quam tamen partim aperte requirunt Msti, partim eorum vestigia eo ducunt. An itaque ex editione Frobenii excidisse censenda est operarum errore ob literas ultimas vocis praecedentis? V. ad 34, 32, 13. De verbo *onerare* hoc sensu v. ad 4, 13, 13. et Gebh. ad 24, 13, 4. Paullo ante §. praec. *quem obsederant* Lovel. 2. et Gaertn. *quem obsiderant* Harl. [*ut is* omittit Bamb.]

Obequitare stationibus hostium] *To hostium* abest ab editione Moguntina. sed non bene. MOD. Id abest etiam non tantum ab omnibus editione Moguntina prioribus, sed et a Msts. [etiam a Bamb.] Aldus primus fide cod. Mog. recepit. Paullo ante *nemine lacessente* Lov. 6.

§. 7. *Nihil primo contemtius*] Lege *primo aspectu cont.* GELEN. V. Lipsium 3. de Milit. Rom. 8. DUK. Vox *adspectu* in sola deerat Frob. ed. anni 1531. quam agnoscunt omnes priores cum omnibus scriptis; nisi quod tria vel quatuor haec vocabula desint in Lov. 6. *contentius* male legit Harl. V. ad 25, 38, 20. [*contemptus* Bamb.]

Equi hominesque paulluli] *parvuli* Lov. 1. et Harl. ex scribarum glossis ortum. Supra 8, 11, 4. *Pro paullula via magnam mercedem Romanis esse solvendam.* ubi pariter variant codd. Ita *PAULLULUS* Postumiorum Albinorum agnomen Pighius in Ann. ad ann. 101 XII. p. 282. profert ex nummo, quem edidit Goltzius in Fast. p. 130. Mox *discinctus et inermis et eques* Voss. Lov. 2. 4. [Bamb.] et Mead. ambo. Praeterea *portant* Voss. ut *eques* conlective dicatur. V. ad 8, 38, 5.

§. 8. *Contemtum de industria augentes, labi ex equis*] *agentes* Voss. Lov. 5. et edd. Camp.

Digitized by Google

de induſtria augentes, labi ex equis, et per ludibrium spectaculo eſſe. Itaque, qui primo intenti 9
paratique, si lacesserentur, in ſtationibus fuerant, jam inermes sedentesque pars maxima spectabant. Numidae adequitare, dein refugere, sed propius 10
saltum paullatim evehi: velut quos inpotentes regendi equi invitos efferrent. poſtremo subditis cal-

Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 27, 9, 11. Tum *labi equis* Lov. 6. ut Frontin. 1. 5, 16. *Numidae ad augendum sui contemtum labi equis.* [ante *deformes ipse cursus* Bamb.]

§. 9. *Primo intenti paratique*] *proximo intenti* Lov. 1. 6. et Voſſ. V. ad 5, 47, 5. Tum *cedentesque* Lov. 1. V. ad 31, 40, 2. Praeterea *spectabat* Lov. 1. 3. et 6.

§. 10. *Numidae adequitare, dein refugere*] *adequitare, se refrigere* Voſſ. *de equitatu se refugere* Lov. 1. *adequitare, redire, refugere* Lov. 6. *adequitare et refugere* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. reſtituit. [*adequitare* omittit, vacuo spatio relicto, Bamb.]

Propius saltum paullatim evehi] Quomodo dicit *propius saltum*, quum ipsi in saltu essent, quem consul cum exercitu Romano ingressus erat? Puto *saltum* esse fauces saltus ab Liguribus inseſſas. Sic 36, 15, 5. *saltum Thermopylarum* videtur dicere pro faucibus sive anguſtiis aditus: *Intra saltum Thermopylarum sese recepit.* quem locum *portas* vocat c. 16, 1. *Intra portas loci ejus castris positis, munitionibus insuper saltum impediebat.* DUK. *paullatim evehi* Lov. 6.

Velut quos inpotentes regendi equos invitos efferrent] Lege *impotentes regendi equi invitos*, non *equos invitos.* nominativus enim melius quadrat. GELEN. Fortassis *auferrent.* Id enim videtur esse, quod Francis *emporter.* Sic Ovidius 1. Met. [306.]

Crura nec ablato prosunt velocia cervo.

de quo valde aliena Gebhardus 2. Crep. 7. quasi *ablatus* sit velox et pernici cursu ac volubilibus pedibus ex oculis abreptus: ut taceam insanum illud sine exemplo *ablatam praedam*, pro cervinam. Nam in his non tam velocitas, quam vis extrema, significatur. Si hoc, quod ille vult, esset *ablatus*, crura ei sua profuissent. Horat. 1. Sat. 5, 83. *Somnus tamen aufert Intentum Veneri.* Ovid. Remed. Am. [343.]

Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur
Omnia. pars minima est ipsa puella sui.

Cicero 2. Famil. 7. *Ne te auferant aliorum consilia.* Livius h. lib. [c. 21, 6.] *In agris passim inundatis pecua ablata, villarum strages facta est.* Curtius 8, [13, 16.] *Qui effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt, aut vorticibus implicati. Ablatus* non suae potestatis. Hinc et pro mentis parum

Digitized by Google

11 caribus inter medias stationes hostium erupere: et, in agrum latiorem evecti, omnia propinqua viae tecta incendunt. proximo deinde vico inferunt
12 ignem, ferro flammaque omnia pervastant. Fumus primo conspectus, deinde clamor trepidantium in

compote in Epist. Hypsipyles [vers. 131.]

— — *o demens, Colchisque ablate venenis.*

J. FR. GRON. *impotentes gerendi* transpositis literis Voss. in contextu, Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. V. ad 27, 40, 2. *equos* omnes mei [Bamb.] nisi quod *equi* fuisse videatur in Lov. 6. unde nihil adfertur. Deinde vulgatum *efferrent* defendi posset ex illis, quae notabimus ad 37, 16, 4. Quum tamen in Lov. 1. invenerim *afferrent*, eo non parum firmatur Gronovii *auferrent*. Ita supra 30, 18, 7. *In ablatum paventibus procul equis* [equitem] *melius ex intervallo Numidae jaculabantur*. hoc lib. c. 40, 1. *Abstulerunt me velut de spatio Graeciae res inmixtae Romanis*. 44, 44, 3. *Dum effuse sequitur hostes, in partem aliam turba ablatus erat*. Ovid. 12. Her. 36.

Abstulerant oculi lumina nostra tui.

Quinctil. 8. Inst. 3. *Plerumque ipsa delectatione capiuntur, nonnumquam admiratione auferuntur*. Silius 6, 256.

— — *ablato ni Regulus arte regendi*
Instantem elusisset equo.

qui locus praesertim Gelénii emendationem *equus* [l. *equi*] adstruit, quum ibi simpliciter *regendi*, pro regendi equum, similiter Silius dixerit, ut hoc loco Livius, Gelenii lectione admissa. De verbo *auferre* hoc sensu v. ad d. loc. ut et Cel. Burm. ad Ovid. 6. Her. 131. Similiter fluctus et tempestatus dicuntur *auferre* navigantes. V. Bentl. ad Ter. Phorm. 4, 4, 8.

Per medias stationes hostium erupere] MS. *inter medias stationes hostium erupere*. MOD. Probo, quod Mogunt. *inter medias stationes*. Sic 25, [15, 4.] *Cum aliquot navibus onustis in portum Tarentinum inter hostium custodias pervenit*. 31, [36, 11.] *Tandem inter medias stationes elapsi quidam trepidi*. 32, [4.] *Qui Archidamo duce inter custodias Macedonum moenia ingressi*. 44, [3, 5.] *Quos paucos inter media praesidia hostium praemiserat*. Et ita scribendum 24, 41, 9. quamvis dissimulantibus scriptis: *Inter bina castra cum magna caede hostium urbem est ingressus*. Ubi male *intra* legitur. Vicissim 25, 31, 3. scribendum: *Qui per seditionem pulsi ab domo intra praesidia Romana fuerant*. non *inter*. Et 38, 11, 4. *Quum intra praesidia Romana Aetoli essent*. Eodemque, c. 48. 9. *Qui intra ejus praesidia fuissent*. Utrobique vulgo *inter*. Cujusmodi et alia jam attigimus. Caeterum hinc differentia utriusque *inter praesidia* et *intra praesidia*, quam editores hactenus non deprehenderunt, colligi facile potest. J. FR. GRON. Vulgata lectio e Caesare, Curtio, et aliis

Digitized by Google

vicis auditus, postremo seniores puerique refugientes tumultum in castris fecerunt. itaque sine consilio, sine imperio, pro se quisque currere ad sua tutanda: momentoque temporis castra relicta erant, et obsidione liberatus consul, quo intenderat, pervenit. 13

locis Livii satis defendi potest. 22, 60, 17. *Prius P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium, fuit erumpendum.* Adde ad 24, 7, 6. Sed *inter* vix a scriba proficisci potuit. Dubitari tamen potest, an liber scriptus, qui hoc habet, in sequenti voce *medias*, itidem ut alii, corruptus sit. Nam quum in Frontino, qui 1. Strateg. 5, 16. hunc locum ita descripsit, ut pleraque verba Livii retinuerit, legatur *per intermissas hostium stationes*, non improbabilis est conjectura Doctiss. Oudendorpii, ita hic quoque olim scriptum fuisse. *Intermissae* erant *stationes*, quod, qui primo intenti paratique in iis steterant, deinde inermes sedentesque pars maxima, paucis stationes servantibus, spectabant: qua re Numidis via per intermissas stationes erumpendi patefacta est. Livius quoque multum hac voce utitur. 7, 36, 1. *Vadentem per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt.* 23, 17, 5. *Per intermissa munimenta neglectasque custodias silentio noctis dilapsi.* 24, 35, 8. *Nocte per intermissa custodiis loca profectus.* 34, 37, 8. *Ut per intermissa, ut tunc erant, moenia urbem intrarint.* DUK. Si codd. auctoritas accederet, eamdem conjecturam probarem: nunc Moguntini Msti lectionem recepi. Supra 3, 26, 4. *Inter stationes hostium emissi.* 5, 46, 1. *Ne quis hostium evadere inter stationes posset.* 28, 8, 11. *Inter medias hostium classes Chalcidem pervenit.* 45, 41, 4. *Inter praesidia ejus saltum ad Petram evasi.* V. Gronov. ad 1, 10, 7. 5, 27, 2. 25, 24, 15. [*per medias* Bamb.] Solent autem et alibi *per* et *inter* in Msstis confundi. V. ad 24, 7, 6. 38, 23, 6. 39, 1, 2. et viros doctos ad Suet. Caes. 4. Tum *stationes erupere hostium* Lov. 2. 3. 6. et Voss. *stationes hostium erumpere* Gaertn. Vox *hostium* deest in Lov. 1. [Bamb.] quam Frontin. servat.

§. 11. *In agrum latiorem evecti*] *evectis* Lov. 4. *enecti* Mead. 1. literis *u* et *n* ob similitudinem in scriptura Longobardica confusis. V. ad 39, 15, 11. Post haec verba duo admodum versus *omnia propinqua* etc. *ferro flammaque* desunt in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd principibus; quae culpa librariorum ob vocis *omnia* repetitionem exciderunt. V. ad 9, 11, 11. Solus verba illa Livii nobis servavit cod. Mogunt. ex quo ceteris primus addidit Aldus. Mox *devastat* Lov. 3. et Hearnii L. 1. Sed *pervastare* apud Livium obvium. V. ad 21, 7, 4. Deinde §. seq. *in vicis auditur* Voss. et Lov. 3.

§. 13. *Itaque* etc. *pro se quisque currere ad sua tuenda*] *ita* Lov. 1. et 6. V. ad 21, 53, 7. Tum *pro se quisque currebat* Lov. 6. a m. 2. Sed v. ad 1, 50, 5. Hinc *tutanda* Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. omnes usque ad Paris. anni 1573. in qua demum *tuenda* obcurrit. Alteram igitur re-

Digitized by Google

1 XII. Sed neque Boji, neque Hispani, cum quibus eo anno bellatum erat, tam inimici infestique
2 erant Romanis, quam Aetolorum gens. Ii post deportatos ex Graecia exercitus primo in spe fuerant, et Antiochum in vacuam Europae possessionem ven-
3 turum; nec Philippum, aut Nabin quieturos. Ubi nihil usquam moveri viderunt, agitandum aliquid miscendumque rati, ne cunctando senescerent consilia,
4 concilium Naupactum indixerunt. Ibi Thoas praetor eorum, conquestus injurias Romanorum statumque Aetoliae, *quod omnium Graeciae gentium civitatium-*

vocavi. V. ad 28, 20, 1. Mox *tenderet* Lov. 6, *tenderat* Voss. et Lov. 1. Male. Supra 34, 29, 8. *Nec multum abfuit, quin, qua intenderant, penetrarent.* Ter. Andr. 2, 2, 6. *Sed ubi quaeram? quo nunc primum intendam? Intendere iter* alibi dixit. V. ad 10, 43, 13.

§. 1. *Tam inimici infestique erant Romanis*] Scripti omnes consensu *tam inimice infesti erant Romanis.* Literae consulum C. Fabricii, Q. Aemilii ad Pyrrhum regem apud Gellium 8, 8. *Nos pro tuis injuriis continuo animo strenui, commoti inimiciter, tecum bellare studemus.* Etsi alterum Cicero 3. in Verrem [13.] *Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum fuisse?* Et noster alibi [28, 29, 8.] *inimicius infestiusque.* Satis tamen placet scripta lectio. J. FR. GRON. *inimicus* et *infestus* saepe quidem conjunguntur. V. Gronov. ad 28, 29, 8. *inimicus* et *hostis* Liv. 39, 28, 13. Sed nulla ratio est, cur hic deserenda sit lectio Mstorum. DUR. *tam inimice infesti erant* Voss. Lov. 2. 4. 5. Mead. utque, Gaertn. Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *tam nunc inimice infesti erant* Lov. 3. *tantum inimici infesti erant* Lov. 1. *tam tunc inimici infestique erant* Lov. 6. et Crevierii Victor. *tam inimici infestique erant* Harl. quo modo et in cod. Mog. fuisse videtur, ex quo nihil notarunt, quibus eum excutere contigit. Cortius ad Sall. Catil. 19, 1, vel cum Mstis legit *inimice infesti*, vel emendat *tam inimici infesti erant*, quia Sallust. ibidem dixit: *Quod eum infestum inimicum Cn. Pompejo cognoverat.* Paullo ante *eo anno bellatum fuerat* Harl. *eo anno erat bellatum* Lov. 6.

§. 2. *Ii post deportatos ex Graecia exercitus*] *Is deportato ex Graecia exercitu* Lov. 1. *e Graecia* Gaertn. Mox *venturum* exsulat ab Harl. [*Nabim* Bamb.]

§. 3. *Agitandum aliquid miscendumque rati*] *To aliquid*, quod deest in solo Lov. 5. omiserant etiam edd. vett. Verum recte id Aldus ex Mog. cod. addidit, et probant reliqui Msti. Insuper *cogitandum aliquid* Voss. Lov.

Digitized by Google

que inhonoratissimi post eam victoriam essent, cujus caussa ipsi fuissent, legatos censuit circa reges 5
mittendos, qui non solum tentarent animos eorum, sed suis quemque stimulis moverent ad Romanum bellum. Damocritus ad Nabin, Nicander ad Phi- 6
lippum, Dicaearchus frater praetoris ad Antiochum est missus. Tyranno Lacedaemonio Damocritus, *ad-* 7
emtis maritimis civitatibus enervatam tyrannidem, dicere. *inde militem, inde naves navalesque socios habuisse. inclusum suis prope muris Achaeos videre dominantes in Peloponneso. numquam habiturum re-* 8

1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. quod natum est ex glossa nasuti, qui, *agitare* saepe pro cogitare poni noscens, id ita etiam hic capiendum putavit. V. ad 25, 36, 5. quum tamen *agitare* hic potius sit turbare, res novas moliri. V. Cortium ad Sall. Catil. 38, 3. quod indicare poterat *τὸ miscere*, eodem sensu usurpari solitum. V. eumdem ad Sall. Jug. 41, 10.

§. 4. *Thoas praetor eorum, conquestus injurias*] *praetor Etholorum* Gaertn. *eorum praetor* Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535. [*Thoans* Bamb.] Tum *questus injurias* Voss. Male. Supra 29, 9, 11. *Quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit.* 31, 31, 2. *Quum ad conquerendas Philippi injurias venissem.* 39, 3, 2, *Id Cenomani conquesti Romae.* Mox *civitatium* ed. Mediol. anni 1480. [Bamb. omisso *que.*] V. ad 33, 20, 11. [*victoriam esse, cujus caussa ipsis* Bamb.] Deinde *inhonorantissimi* Lov. 3. V. ad 5, 48, 3. Similiter *temperatior* et *temperantior* varie scribebatur supra 26, 22, 14. Nihil mutandum. 37, 54, 9. *Regem amicum inhonoratum dimitteretis.* Ovid. 13. Met. 41.

Nos inhonorati et donis patruelibus orbi.

§. 6. *Damocritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicaearchus*] *Democritus* hic et mox §. seq. Lov. 3. 5. 6. Gaertn. et primae edd. pro quo Frob. anno 1535. *Damocritus* dedit, consentientibus reliquis scriptis. V. ad 31, 32, 1. Tum *ad Nabin navigat, Dicaearchus ad Philippum, Nicander* Mead. 2. *ad Nabin navigat, Nicander*, (vel *Nicanter, Nicader, Nicameder*) *ad Philippum, Dicaearchus* reliqui scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. antiquae. [*navigat.* pro *Nicander*, Bamb.] Vulgatum Aldus ex cod. Mog. reposuit. [§. 5. *quin non solum* etc. *sed visquemque* Bamb.]

§. 8. *Numquam habiturum recuperandi sua occasionem*] In Vossiano non invenio *τὸ recuperandi.* Et videntur interposuisse ex eo, quod infra: *Occasionem recuperandi ea, quae bello amisissent.* Vellem plures codices

Digitized by Google

cuperandi sua occasionem, si eam, quae tum esset, praetermisisset. Nullum exercitum Romanum in Graecia esse: nec propter Gythium, aut maritimos alios Laconas, dignam caussam existimaturos Romanos,
9 *cur legiones in Graeciam rursus transmittant.* Haec

super hoc loco consulere mihi liceret! Nam si in hoc consentirent, scriberem: *numquam habiturum suam occasionem, si eam, quae tum esset, praetermisisset.* Est enim nostri 4, [58, 2.] *Tantum abfuit, ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur.* Et Justini 38, [5.] *Utrum sua occasione, an illorum.* J. FR. GRON. Locutionem, quam Gronov. Livio reddere conatus est, Livio dignam esse confiteor. Supra 22, 39, 21. *Neque occasioni tuae desis, neque suam occasionem hosti des.* 42, 55, 3. *Si acie instructa et loco suo et tempore obstitisset rex.* V. ad 23, 41, 11. et Klockium ad 2, 30, 4. Quum tamen decem codd. quos praeter Voss. adhibui, nihil mutent, neque Hearnius, Gronovii conjecturam recensens, aliam lectionem ex Mstis suis proferat, nihil etiam mutari praestabit. [*reciperandi* Bamb.] Mox *quae tunc esset* Lov. 1. 5. et edd. antt. Sed *tum* reposuit Frob. anno 1531. ex cod. Mog. cui reliqui mei adsentiuntur. V. ad 2, 12, 15.

Nullum exercitum Romanum in Graecia esse: nec propter Gythium] Barberin. et Petav. *Romanorum.* Inducor, ut in proximo membro *τὸ Romanos* ex interpretatione adjectum, scribendumque existimem: *Nullum exercitum Romanorum in Graecia esse, nec propter Gythium aut maritimos alios Laconas dignam caussam existimaturos, cur legiones in Graeciam rursum transmittant.* Profecto alterum sordet. Sed et *τὸ propter* haud ineleganter exesset. J. FR. GRON. Infra c. 17, 7. *Paucas et vix dictu dignas belli caussas tanto regi eas civitates esse.* DUK. *Et nullum exercitum* Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] omnesque edd. usque ad Frob. quae anno 1535. copulam omisit; utrum vero de industria, an opererarum errore ob ultimas literas vocis praecedentis, ignoro. Tum *exercitum Romanum* constanter omnes nostri. Si vero adtendimus ad ea, quae notavi ad 1, 3, 9. caussam nullam esse puto, cur hic *Romanum* et proximo membro *Romanos* tam prope posita Gronovio sordere debuerint. Ita mox §. seq. *Ut, quum in Graeciam Antiochus trajecisset, conscientia violatae per sociorum injurias Romanae amicitiae conjungeret se cum Antiocho.* Ne quid tamen dissimulem, *Romanos*, quod Gronov. deletum volebat, exsulat etiam a Gaertn. Eidem Gron. vocem *propter* delenti adsentitur Crevier. et se *τὸ ob*, similiter perperam additum, tollendum judicasse ex 24, 8, 5. monet. Praeterea *Cytellum* Voss. *Cythellum* Lov. 1. *Cythelum* Lov. 4. *Cithelum* Lov. 6. [Bamb.] *Cytheum* Hearnii N. *Cythium* Mead. 2. *Chitum* Lov. 3. *Achalum* Hearnii L. 1. *Gytheum* Gaertn. *Gyttheum* Lov. 5. et edd. antt. Mox *in Graeciam rursum* Frob. dedit anno 1535. *in Graeciam rursus* habent priores typis descri-

Digitized by Google

ad incitandum animum tyrannum dicebantur, ut, quum in Graeciam Antiochus trajecisset, conscientia violatae per sociorum injurias Romanae amicitiae, conjungeret se cum Antiocho. Et Philippum Nicander haud dissimili oratione incitabat. erat

pti cum Lov. 5. *rursum in Graeciam* Harl. et Gaertn. *rursus in Graeciam* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. [Bamb.] et Mead. ambo. Tandem *transmittantur* Voss. et Lov. 1. V. ad 39, 22, 8.

§. 9. *Violatae per sociorum injurias Romae amicitias jungerent cum Antiocho*] Etsi omnia, quae vidimus, exemplaria sic habent, *Romanae amicitiae* tamen vera erit lectio. SABELL. Hoc [*conscientia violatae per sociorum injurias Romanae amicitiae conjungeret se cum Antiocho*] Aldo debemus. Nam Andreas Romae, Mediolani, Tarvisii, et bis Venetiis dederunt *Romae amicitias jungerent cum Antiocho*. Becharia: *violati per soc. inj. Romani jungeret se cum Antiocho*. Badius et Mog. *Romanae amicitiae jungeret se cum Antiocho*. Sed, ut primi illi, Vossianus, nisi quod *jungeret*. Unde faciendum fuit: *Ut, cum in Graeciam Antiochus trajecisset, conscientia violatae per sociorum injurias Romanae amicitiam jungeret cum Antiocho. To amicitiae* eleganter intellectum voluit auctor, ut in fine l. 21. [c. 63, 7.] *Conscientia spretorum*. Est et Livii *jungere amicitiam*. 28, [34, 7.] *Cum quo nec foedere, nec aequis legibus jungeretur amicitia*. Sic enim legendum diximus ad 36, 28, 5. 34, 57, 9. *Ad amicitiam sociali foedere inter se jungendam coëant*. Et mox [c. 58, 1.] *Genera jungendarum amicitiarum*. J. FR. GRON. *conscientia*, vel *conscientiae violatae per soc. inj. Romae amicitias jungerent cum Antiocho* fere omnes codd. nostri, nisi quod *Romanorum*, pro *Romae*, sit in Lov. 3. *ratione* a m. 2. in Lov. 6. *Romani amicitiam* in Hearnii L. 1. *jungeret* in utroque Mead. *conscientia violatae per soc. inj. fidei Romanae amicitias jungeret cum Antiocho* Harl. [*conscientiae violatae p. s. i. Romae amicitias jungerent se* Bamb.] Probari posse conjecturam Gronov. non diffiteor. Nam *jungere amicitiam*, ut ipse monuit, Livio familiaris est locutio. Exemplis, quae laudavit, adde 23, 33, 6. *Ad amicitiam societatemque jungendam cum populo Romano*. Et, *Foedusque cum eo atque amicitiam junxit*. 24, 48, 13. *Cum Syphace Romanis juncta amicitia est*. 30, 14, 4. *Ad jungendam mecum amicitiam venisse*. V. etiam ad Epit. Liv. 44. Locutio etiam *jungere amicitiam cum Antiocho conscientia violatae Romanae*, scil. amicitiae; nomine, quod praecessit, repetito, licet alio casu, similiter Livio frequens est. V. ad 2, 30, 4. Tandem conjectura illa non multum abit a quorumdam Mstorum lectione. Nihilominus praeferendam censeo lectionem Aldinam a Gronovio spretam, quia recepta est ex cod. Mog. eaque admissa, nulla opus est conjectura; ac tandem etiam alibi Livius ita loquitur. Ita 33, 20, 3. *Se obviam ituros* [sc. Antiocho,] *non ab odio ullo, sed ne conjungi cum Philippo pa-*

Digitized by Google

etiam major orationi materia, quo ex altiore fastigio rex, quam tyrannus, detractus erat, quoque
11 plures ademtae res. Ad hoc vetusta regum Macedoniae fama, peragratusque orbis terrarum victoriis ejus gentis referebatur. *Et tutum vel incepto, vel*
12 *eventu se consilium adferre. nam neque, ut ante se moveat Philippus, quam Antiochus cum exercitu*
13 *transierit in Graeciam, suadere; et, qui sine Antiocho adversus Romanos Aetolosque tam diu sustinuerit bellum, ei, adjuncto Antiocho, sociis Aetolis, qui tum graviores hostes, quam Romani, fuerint, qui-*
14 *bus tandem viribus resistere Romanos posse?* Adjiciebat de duce Hannibale, nato adversus Romanos

terentur. Quae haec est invidia, ut codici optimo, a quo toties in locis desperatis Livio auxilio latum est, fidem in aliis abrogemus, et lectioni ejus paratae incertas conjecturas praeferamus? [*Antiochus in Graeciam* Bamb.]

§. 10. *Erat etiam major orationi materia*] *orationis* Lov. sex, Harl. Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Frob. qui anno 1531. *orationi* ex Mog. cod. probavit. Eam autem lectionem firmat reliquorum testimonium. Supra 26, 35, 4. *Ut magis dux, quam materia, seditioni deesset*. V. ad 3, 46, 2. Paullo ante *τὸ Et* non adparet in Lov. 2. et 3. Tum *Nicander hac dissimili* Lov. 1. *Nicander hac simili* Lov. 6.

Ex altiore fastigio rex, quam tyrannus, detractus erat] *Τὸ detractus* exsulat a Mead. 2. unde suspicio oriri posset, legendum esse, *quam tyrannus, ruerat*. Sed nihil muto. Infra 37, 45, 18. *Regum majestatem difficilius ab summo fastigio ad medium detrahi*. Mox *quo plures demtae res* Lov. 6.

§. 11. *Ad hoc vetusta*] *Ad haec* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. Frobenius demum *Ad hoc* anno 1535. substituit; quod etiam in reliquis supersit. V. ad 21, 52, 10. Mox *referebantur*, nempe fama et orbis victoriis peragratus, Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. Deinde *Et tum vel incepto* Harl. ut librarius duas priores *τοῦ tutum* literas repetere neglexerit. V. ad 10, 37, 2. Contrario errore *tutum* pro *tum* datum est in Mstis infra 40, 21, 8. Insuper *inceptu* in margine Livii conjecit Cl. Ant. Perizon. Sed v. ad praef. §. 10.

§. 12. *Nam neque, ut ante se moveat*] *Namque ut ante* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. contra manifestum Livii sensum. *Neque ut ante*, omissa prima voce *Nam*, Lov. 1. 5. et edd. principes. Eam Aldus ex Mog. cod. addidit. Mox *transiret* Gaertn.

Digitized by Google

hoste, qui plures et duces et milites eorum occidisset, quam quot superessent. Haec Philippo Nicander. Alia Dicaearchus Antiocho: et omnium primum, *praedam de Philippo Romanorum esse* dicere, *victoriam Aetolorum, et aditum in Graeciam Romanis nullos alios, quam Aetolos, dedisse; et ad vincendum vires eosdem praebuisse.* deinde quantas peditum equitumque copias praebituri Antiocho ad bellum essent: quae loca terrestribus copiis, quos portus maritimis. Tum de Philippo et Nabide libero mendacio abutebatur: *paratum utrumque ad rebellandum esse: et primam quamque occasionem recuperandi ea, quae bello amisissent, adrepturos.* Ita

§. 13. *Adjuncto Antiocho, sociis Aetolis*] Addidimus particulam *ei*, sic: *ei adjuncto Antiocho* etc. GELEN. *ei* abest a Lov. 2. 5. et Harl. quorum ultimus legit insuper *sociisque*. Sed *et adjuncto* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. [Bamb.] et Gaertn. Paullo ante *sustinuit* Lov. 6.

Qui tum graviores hostes, quam Romani, fuerint] *qui cum graviores hostes tum Romanis fuerint* Lov. 5. et ed. Camp. *qui tum gr. h. cum Romanis fuerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, [Bamb.] et Gaertn. *quam Romani fuerunt* Harl. *cum Romanis fuerint* reliqui typis inpressi usque ad Moguntinos, vulgatae lectionis auctores, pro qua ex cod. suo laudant *quam Romani fuerant*. Mox *tandem* omittit Voss. Male. V. ad 3, 9, 6. Tum *possent* non melius Lov. 3.

§. 14. *Quam quot superessent*] *quos superessent* Harl. *quod superessent* Mead. 1. Gaertn. [Bamb.] et edd. Tarvis. ambae. An, media voce emissa, legendum *quam superessent*? Vide Gronov. supra ad cap. 1, 2. Sed potius vulgatum servo. [*Adiciebant de duce* Bamb.] Mox §. seq. *dicere* nescit Lov. 3. [*vires eodem* Bamb.]

§. 16. *Quantas peditum equitumque copias praebituri*] *equitum peditumque* Voss. Lov. 3. 5. 6. Harl. Gaertn. et edd. antt. Aldus ordinem mutavit, cod. Mog. secutus. V. ad 34, 26, 2. Tum *copias praebituri* Lov. 3. 5. et Voss. Mox §. seq. *utebatur* Harl. *abutebantur* Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et pleraeque edd. principes. Hinc *bellandum* Lov. 2. V. ad 40, 38, 5.

§. 18. *Reges tamen aut non moti*] *Et reges* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1535. quae prima τὸ *Et* expunxit. Deinde *tum*, pro *tamen*, Gaertn. V. ad 22, 17, 5. Paullo ante *bel-*

Digitized by Google

per totum simul orbem terrarum Aetoli Romanis concitabant bellum. reges tamen aut non moti, aut tardius moti sunt.

1 XIII. Nabis extemplo circa omnes vicos maritimos dimisit, ad seditiones in iis miscendas: et alios principum donis ad suam caussam perduxit, alios pertinaciter in societate Romana manentes 2 occidit. Achaeis omnium maritimorum Laconum tuendorum a T. Quinctio cura mandata erat. itaque extemplo et ad tyrannum legatos miserunt, qui 3 admonerent foederis eum Romani, denunciarent-

lum incitabant Gaertn. *concitant bellum* Lov. 1.

§. 1. *Nabis extemplo circa omnes vicos maritimos dimisit*] *Nabim extemplo* Mead. 1. *Tyrannus Nabis extemplo* Voss. Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. Tum *maritimos vicos dimisit* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, [Bamb.] et Gaertn. *maritimos vicos misit* Voss. Lov. 5. et edd. antt. Primus Froben. anno 1531. vulgatum restituit ad fidem cod. Mog. Mox *in Romana societate* Lov. 2. et Harl. *in societatem Romanam* Lov. 6. Dein *cecidit* Lov. 6. V. ad 36, 36, 6.

§. 2. *Omnium maritimorum Laconum tuendorum*] *maritimorum latronum* Lov. 1. *maritimorum locorum* Voss. Lov. 5. 6. et edd. principes. Aldus ex cod. Mog. vulgavit *maritimorum Laconum*, quod est in reliquis Mstis. Supra cap. praec. *Gythium aut maritimos alios Laconas* memoravit. Tum *a T. Quinctio* Voss. Lov. sex. Gaertn. et edd. antt. *ab T. Quinctio* primo datum vidi Basil. anno 1539.

Et ad tyrannum legatos miserunt] Prima vocula exsulat a Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Frobeniana anni 1535. prioribus. Deinde vocem *miserunt* hic supervacuam et odiose inculcatam esse, quum in fine totius periodi reperiatur, existimat Crevierius. Eamdem tamen tuentur omnes codd. Deinde *foederis Romani*, expuncta media voce, omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes. Eam primi Moguntini ex cod. suo interposuerunt.

§. 3. *Ne pacem, quam tantopere petisset, turbaret: et auxilia*] *ne, quam pacem* Gaertn. Tum *tanto tempore* Harl. *tanto opere* Lov. 1. 2. et 4. V. ad 26, 50, 11. Hinc *petiisset* Lov. 1. et Gaertn. V. ad 37, 45, 2. *petissent* Harl. *turbaret: auxilia* Lov. 3. media vocula a literis ultimis vocis praecedentis intercepta. V. infra ad c. 41, 7. Mox *ab tyranno* Lov. 1. 3. 4. et 6. Deinde *nunciarent ea* Lov. 1. 6. et Voss. *nunciaret eam* Lov. 3. *eam nunciaret* Lov. 4.

§. 4. *Antiochus rex ea hieme Rhaphiae in Phoenice*] *Rha-*

Digitized by Google

que, ne pacem, quam tantopere petisset, turbaret: et auxilia ad Gythium, quod jam obpugnabatur a tyranno, et Romam, qui ea nunciarent, legatos miserunt. Antiochus rex, ea hieme Raphiae in 4
Phoenice Ptolemaeo regi Aegypti filia in matrimonium data, quum Antiochiam se recepisset, per Ciliciam, Tauro monte superato, extremo jam hiemis Ephesum pervenit: inde principio veris, Antio- 5
cho filio misso in Syriam ad custodiam ultimarum partium regni, ne quid, absente se, ab tergo moveretur, ipse cum omnibus terrestribus copiis ad Pisi-

phia urbs post Rhinocolura sita est, prima civitatum Syriae, quae Aegyptum aspiciunt, aït Polybius l. 5, (80.) Caeterum omnes Palaestinae urbem faciunt; solus, quod sciam, Livius Phoeniciae. Sed vel error est in codice Livii, vel duae ejusdem nominis sunt civitates, vel Livio ipsi haec non admodum cognita fuere. Ad eam urbem Ptolemaeus quartus, qui et Philopater, cum hoc Antiocho ante aliquot annos feliciter pugnaverat. Hic vero Ptolemaeus quintus est Epiphanes, si non fallunt Chronica Eusebii: in cujus tamen codice Antiochus dicitur vicisse Ptolemaeum Philopatera, sed errore forsan librariorum. GLAR. Stephanus: *Ραφία πόλις Συρίας.* SIG. In omnibus, quos Livio Glareanus opponit, non est Strabo, qui sic l. 16, [756.] *Ἐπεὶ οὖν τὴν ἰδίως λεγομένην Κοίλην Συρίαν ἐπελήλυθαμεν, ἐπὶ τὴν Φοινίκην μέτειμεν.* Et inde ponit post Berytum, Sidona, Tyron, Ptolemaïda, Joppen, Gadarin, Azoton, Ascalona, Jamniam, Gazam, Raphiam, Rhinocolura, etc. Tandem [p. 760.] *Τοιαύτη μὲν ἡ Φοινίκη.* J. FR. GRON. *Raphaim* Hearnii L. 1. *Raphea* Lov. 2. [*Raphae* Bamb.] *Raphey* Lov. 1. *Raphei* Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii N. et edd. antt. Quum autem primo in margine ed. Ven. anni 1495. aliarumque monitum esset, videndum, ne *Raphaneae* sit legendum potius, aut *Raphiae*, quamquam haec in Palaestina, tandem posteriorem lectionem Moguntini receperunt. Plura de hac urbe v. apud Noris. in Epoch. Syro-Mac. diss. 5. c. 4, 2. p. 518. et Relandi Palaest. 3. p. 967.

§. 5. *Ad Pisidas, qui circa Sicam incolunt*] *Selgam*, non *Sicam*. GELEN. Ita [*Sicam*] omnes habent codices nostri. Verum ex Plinii 5, 27. legendum, *qui circa Sidam incolunt*. cujus et Ptolemaeus meminit, et alii, atque adeo ipse postea hic author l. 37, [23, 3.] in pugna navali Eudemi ac Hannibalis. Quidam *Selgam* reposuerunt, quod mihi non probatur. GLAR. Stephanus: *Σέλγη, πόλις Πισιδίας.* SIG. Sic [*Selgam*] Gelenius: et est quidem *Selga* haud dubie Pisidarum. Sed veteres

Digitized by Google

das, qui circa Sidam incolunt, oppugnandos est
6 profectus. Eo tempore legati Romani P. Sulpicius et P. Villius, qui ad Antiochum (sicut ante dictum est) missi erant, jussi prius Eumenem adire, Elaeam venere; inde Pergamum (ibi regia Eumenis fuit)
7 escenderunt. Cupidus belli adversus Antiochum Eumenes erat, gravem, si pax esset, adcolam tanto potentiorem regem credens; eumdem, si motum bellum esset, non magis parem Romanis fore, quam
8 Philippus fuisset: et aut funditus sublatum iri: aut,

libri *Sicam* vel *Sitam:* ut videatur assentiendum Glareano, corrigenti *Sidam*. Quod et Rubenio placet. Strabo de Pisidis [12, 569.] *Τὸ μεν οὖν πλέον ἀυτῶν μέρος τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου κατέχει· τινὲς δὲ καὶ ὑπὲρ Σίδης καὶ Ἀσπένδου Παμφυλικῶν πόλεων.* Et fuerunt hi olim socii Achaei, teste Polybio l. 5, [73.] *Ἐτεννεῖς μὲν οἱ τῆς Πισιδικῆς τὴν ὑπὲρ Σίδης ὀρεινὴν κατοικοῦντες, ὁκτακισχίλιους ὁπλίτας ἔπεμψαν.* Puta Garsyeri praefecto Achaei. J. FR. GRON. *Sycham*, *Sicam*, *Siocam*, *Sicas* codd. nostri. [*Sicam* Bamb.] *Selgam* Gelenii nimis a vulgato et codd. vestigiis recepit. Nec *Sidam* Glareani et Gronovii placet, siquidem illa potius Pamphyliae, quam Pisidiae, urbs maritima fuerit. V. Sigon. ad 38, 15, 1. Praefero itaque *Sindam* cum Cl. Jac. Gronov. dissert. epist. in Livii loca quaed. Geogr. epist. 5. p. 38. quod mediterraneum est Pisidiae oppidum. Dicitur autem hic Antiochus *cum omnibus terrestribus copiis ad Pisidas, qui circa Sidam*, vel *Sindam*, *incolunt*, *obpugnandos profectus esse.* [*et obpugnandos* Bamb.] Paullo ante *Inde in principio veris* Lov. 3. Sed v. ad 2, 30, 14. *Inde primo veris* Mead. 2. Tum *ab tergo moveretur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque.

§. 6. *P. Sulpicius, P. Julius*] Priore libro [c. 59, 8.] tres Publii mittebantur ad Antiochum, Sulpitius, Julius, Aelius: hoc autem loco Aelius omnibus codicibus deest. Nec hoc incuria authoris factum videtur, cum de Sulpitio tam diligenter commemoret [b. lib. c. 14. 16.] ut Pergami aeger substiterit, postea vero Ephesum cum Julio rursus venerit: Aelii ne meminit quidem. Credo autem Livium diversos secutum authores, quod per Claudii testimonium [cap. seq.] roboratur. Sed lectoris esto judicium, nam res est non admodum magni momenti. Pro *Julio* quidam ubique *Villium* legunt, ut antea [ad 31, 49, 12.] admonuimus. GLAR. Pleriqui meorum *Iulius*, vel *Vilius*. Sed recte substitutum est *Villius*. V. ad 40, 44, 1. Inter duorum autem legatorum nomina copulam *et* inserunt Lov. 1. 2. 5. Harl. Mead. uterque, et edd. usque ad ultimam Gruteri, quae prima expunxit. Loco igitur restitui. Mox *missi fuerant* Harl. [*Eloam* Bamb.]

Digitized by Google

si pax victo daretur, multa illi detracta sibi accessura: ut facile deinde se ab eo sine ullo Romano auxilio tueri posset. Etiam, si quid adversi casurum 9
foret, satius esse Romanis sociis quamcumque fortunam subire, quam solum aut imperium pati Antiochi, aut abnuentem vi atque armis cogi. Ob haec, 10
quantum auctoritate, quantum consilio valebat, incitabat Romanos ad bellum.

XIV. Sulpicius aeger Pergami substitit. Villius, 1
quum Pisidiae bello occupatum esse regem audisset,

Pergamum (ibi regia Eumenis fuit) descenderunt] *Pergamum ascenderunt* scripsimus. Nam ad mediterranea *ascenditur*, non *descenditur*. GELEN. *descenderunt* habent omnes, quot quot vidimus, codices. Sed quomodo *descenderunt*, a mari secundum flumen Caïcum ascendentes? Res geographis nota, utcumque alii judicaverint. Editio Frobenii nuper haec recte emendavit. GLAR. Mog. Voss. Thuan. *descenderunt*, pro *escenderunt*, quomodo legendum. Ita rursus c. 43, 3. *Ilium a mari descendit* Thuan. habet pro vulgato *ascendit*; nec dubitare fas est, id mutatum ex *escendit*. Et 36, 30, 2. item MS. Thuan. *Ipse Oetam descendit*, ex eodem priscae lectionis vestigio formatum. JAC. GRON. Pro *ibi* in aliis est *ubi*. quae varietas suspicionem praebet, ab aliquo utrumque adsutum esse, qui ignorabat, *regias* etiam dici urbes, in quibus sedes regum sunt. Flor. 2, 9. *Ambraciam, regiam Epiri, machinis quatit*. V. Salmas. ad Solin. p. 337. Sed nihil affirmo. Nam Livius 38, 9, 13. *Quibus ornatior Ambracia, (quia regia ibi Pyrrhi fuit) quam ceterae regionis ejus urbes erant.* DUK. *ubi* Lov. 1. 5. Hearnii L. 1. et edd. principes: cujus loco *ibi* ex cod. Mog. Aldus substituit, consentientibus reliquis meis. Dukeri conjecturam probare posset locus Liv. 44, 46, 4. *Situm urbis undique adspiciens, quam non sine caussa delectam esse regiam advertit*. Sed neque ego illam certam adfirmo. Solent hae voculae a scribis commutari. V. ad 27, 5, 2. Tum *descenderunt* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. [Bamb.] Sed *excenderunt* Gaertn. *exscenderunt* Mead. 1. unde egregie confirmatur Jac. Gronovii conjectura *escenderunt*, quae et patri ejus antea placuit ad 34, 28, 2. De hoc verbo v. ad 2, 28, 6. [§. 7. *tanto* omittit Bamb.]

Facile deinde se ab eo etc. *tueri posset*] Pronomen *se* deest in Lov. 5. et ed. Camp. [*auxilio Romano* Bamb.] Tum *possit* Harl. Mead. 1. et Gaertn. Mox §. seq. *sanctius esse Romanis sociis* corrupte Lov. 1. 3. .6 et Voss. V. ad 34, 33, 7. Tum *annuentem* non melius Voss. et Lov. 1. [Bamb.] V. ad 36, 34, 6.

§. 1. *Villius, quum Pisidiae* etc. *Ephesum profectus*] Hoc de P. Scipione aït Appianus [in

Digitized by Google

Ephesum profectus, dum paucos ibi moratur dies,
2 dedit operam, ut cum Hannibale, qui tum ibi forte
3 erat, saepe congrederetur; ut animum ejus et tentaret, si qua posset, et metum demeret periculi ei
4 quidquam ab Romanis esse. His conloquiis aliud quidem actum nihil est: secutum tamen sua sponte est, velut consilio petitum esset, ut vilior ob ea regi Hanni-

Syriac. 90.] *Ῥωμαῖοι δὲ πρέσβεις ἕτεροί τε καὶ ὁ Σκιπίων ἐπεὶ τὸν βασιλέα εὗρον διχόμενον ἐις Πισίδας, ἐν Ἐφέσῳ περιέμενον.* SIG. Vox *profectus* deest in Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. mox etiam *ibi* in Lov. 2. et Harl. An igitur legendum *Ephesi dum paucos moratur dies?* Paullo ante *subsistit* Voss.

§. 2. *Dedit operam, ut cum Hannibale, qui tum ibi forte erat*] *Τὸ ut* exsulat a Lov. 3. Tum *qui ibi tum forte* Lov. 2. et Harl. Mox *spe congrederetur* Voss. et Lov. 1. Male. *Θαμινά* dixit App. Al. in Syriac. p. 91.

§. 3. *Et metum demeret periculi ei quidquam ab Romanis esse*] *et demeret*, media voce omissa, Lov. 6. Tum *periculi quidquam ei* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*periculi quicquam et ab Romanis* Bamb.] Paullo ante *animum ejus tentaret* Lov. 2. 3. et 6. V. ad 2, 44, 3. [*temptaret, et si qua posset metum* Bamb.]

§. 4. *Aliud quidem actum nihil est: secutum tamen sua sponte est*] Posterius *est* tuto deleas licet. J. FR. GRON. *aliud quod tactum* Voss. et Lov. 1. *aliudque tactum* Lov. 6. *aliud quid tactum* Lov. 3. *aliud quid actum* Lov. 4. Harl. Mead, ambo, et Gaertn. *aliud nihil actum* Lov. 5. et edd. antt. usque ad Frob. qui primus anno 1535. vulgatum proposuit. [*Iis conloquiis alii ut qui tactum nihil est* Bamb.] Deinde pro posteriori *est* exstat *tum* in Lov. 6. et Crevierii Victor. At priori loco omittitur in Lov. 1. Saepe hoc verbum a Livio bis terve repeti, vidimus h. lib. ad c. 1, 12. Ubi tamen codd. fide digni alterutro loco omittunt, eorum fidem sequentibus non adversabor. Verum quum ex integerrimo cod. Mog. nihil ab iis, qui eum excusserunt, notatum videam, utrum delendum sit, incertus haereo. Idem pronunciandum de alio loco infra 36, 12, 3. Si quis nihilominus verbi hujus repetitionem ferre nequeat, utro id loco deleatur, perinde esse puto. Quum tamen expresse in uno cod. desit priori, ibi potius expungendum censeo. Mox *consilio esset petitum* Voss. sed *esset* deest in Harl. Tum *ut vilior ab ea regi* Lov. 5. 6. et ed. Camp. *ut utilior ab ea* Voss. sollemni scribarum aberratione, qui passim voces *vilitas* et *utilitas* commutarunt. V. Cel. Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. 5, 7. p. 382. ad Suet. Caes. 50. et Cort. ad Plin. 4. ep. 6. Deinde *Hannibal, suspectior ad omnia esset,* omissa conjunctione, Voss. Lov. 1. et

Digitized by Google

Hannibal et suspectior ad omnia fieret. Claudius, 5
secutus Graecos Acilianos libros, P. Africanum in
ea fuisse legatione tradit: eumque Ephesi conlocu-
tum cum Hannibale. Et sermonem etiam unum re- 6
fert, quo quaerenti Africano, *quem fuisse maxi-*
mum imperatorem Hannibal crederet? respondisse,
Alexandrum Macedonum regem; quod parva manu 7
innumerabiles exercitus fudisset, quodque oras, quas

Gaertn. [Bamb.] *Hannibal, suspectiorque ad omnia esset* Lov. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. ante Froben. anni 1535. *Hannibal, suspectiorque ad omnia foret* Lov. 6. Saepe *foret* et *fieret* commutari, vidimus ad 23, 10, 8.

§. 5. *Graecos Acilianos libros*] *Accilianos* Lov. 1. et 6. *Attilianos* Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn. *Atilianos* Lov. 3. et Mead. 1. V. ad 25, 39, 12. Mox *in ea legione* Voss. V. ad 7, 30, 14. Mox *Ephesi* deest in Lov. 1. 3. 6. et Voss.

§. 6. *Respondisset, Alexandrum*] Vet. lib. *respondisse.* ita paulo post *dixisse.* Sic Appianus [Syriac. p. 91.] *τοῦ Σκιπίωνος ἐρομένου, τίς δοκεῖ ὁ στρατηγὸς ἄριστος γενέσθαι, τὸν Ἀννίβαν εἰπεῖν, ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος.* SIG. *respondisse* non tantum omnes codd. sed et edd. ante Frob. anni 1531. Paullo ante *Et sermonem unum etiam refert* Voss. Lov. 1. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] *Sermonem unum etiam refert* Lov. 3. *Et sermonem unum refert* Lov. 4. et Mead. 2. Hinc *quaerenti Africano*, omisso pronomine *quo*, Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] *quo quaerente Africano* Lov. 5. et ed. Camp. *quem quaerenti Africano* Lov. 4. et Mead. 2. *conquaerenti Africano* Voss. *cum quaerenti Africano* Lov. 3. *cum quaereret Africanus* Lov. 1. et 6.

§. 7. *Quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset*] MS. *quod oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset.* MOD. *quodque ultimas oras supra spem humanam peragrasset* Lovel. 2. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. neque aliter Lov. 1. nisi quod male *spem Romanam* praeferat. *quod ultimas oras supra spem humanam peragrasset* Voss. Lovel. 3. 4. 5. 6. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. usque ad Aldum, qui ultimam partem ex cod. Mog. recte formavit *quas visere supra spem humanam esset, peragrasset;* in priori dedit *quodque ultimas oras*, forte ut ita per omnia conveniret lectio, quae est in Epit. hujus libri, quum Mog. cod. praeferat tantum *quod oras.* Sane illud *ultimas*, licet ita etiam sit in Epitome, hic ex glosse interpretis additum videtur, ut exponeret, quaenam essent orae, quas visere supra spem humanam esset. Praeterea in principio horum verborum conjunctionem necessariam puto: incertum vero est, utrum *et quod*, an *quodque*, ut editur, legendum sit. Si prius, *τὸ et* elisum erit,

Digitized by Google

8 *visere supra spem humanam esset, peragrasset.* Quaerenti deinde, *quem secundum poneret? Pyrrhum,*
9 dixisse. *castra metari primum docuisse. ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse, artem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse, ut Italicae gentes regis externi, quam populi Romani, tamdiu principis in ea terra, imperium esse mal-*
10 *lent.* Exsequenti, *quem tertium duceret?* haud du-

ab ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 39, 18, 8. Si posterius, praecedens *p* ob similitudinem absorpsit sequens *q*; Ceterum Crevier. existimans parce nimis laudatum Alexandrum, si ultimas oras peragrasse tantummodo, non et subegisse dicatur, legendum putat *victoriis peragrasset*, ut c. 12, 11. *Peragratusque orbis terrarum victoriis ejus gentis.* Verum partim nullum in codd. est vestigium vocis, quae excidisset, partim similiter de eodem Alexandro M. Livius infra 45, 9, 6. *Arabas hinc Indiamque, qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, peragravit.* (* Accedit, quod non tantum visere potuerit oras, quas visere supra spem humanam erat, sed etiam peragrarit.)

§. 9. *Ut Italicae gentes regis externi* etc. *imperium esse mallent*] *Italiae gentes* Harl. et Gaertn. Tum *regis eterni* Lov. 1. et 4. sed uterque *externi* a m. 2. *regis externi* Lov. 6. in margine. (* v. ad Epit. 72.) Eodem modo etiam commutantur *superi* et *superni*, *inferi* et *inferni*. V. ad 31, 30, 4. Tum *imperium esset, mallent* Mead. 1. *imperium mallent* Lov. 2. et Harl. Paullo ante *praesidia deposuisse* Voss. et Gaertn. quae ambo vocabula desunt in Lov. 1. Praeterea *eum habuisse* Lov. 5. et edd. ante Aldum: qui ex cod. Mog. *eam* dedit, concinentibus reliquis meis.

§. 10. *Tum risum obortum Scipioni, et subjecisse*] Sic Appian. [in Syriac. p. 91.] Ὡς ἀυτὸν ὁ Σκιπίων εἶδεν ἀπομηκύνοντα τὴν δεμνολογίαν, ἔφη γελάσας. SIG. Apud Hearnium video, Sigonium edidisse, *Tum risu oborto Scipionem subjecisse.* Hoc quidem usitatius dicitur, nec tamen recepta scriptura movenda est. Livius casum pronominis, praecedente alio casu, et intercedente copula, vel sine ea, saepe supplendum relinquit. 30, 42, 8. *Dupliciter ab eo foedus violatum, et quod sociis populi Romani injurias fecerit, bello et armis lacessierit.* Et, [§. 17.] *Populo Romano usitata ex victoria gaudia esse, et plus paene parcendo victis, quam vincendo, imperium auxisse.* DUK. *Tum risu oborto Scipionem subjecisse*, quod in omnibus Sigonii edd. vidi, in solo tantum Lov. 2. inveni. Proxime accedunt Harl. et Gaertn. non aliter discedentes, quam quod perperam *aborto* praeferunt. *Tum risum obortum Scipionem subjecisse* Lov. 4. et Mead. ambo. *Tum risum obortum Scipioni*, omissa voce *subjecisse*, Lov. 3. *Tum risum*

Digitized by Google

bie *semet ipsum* dixiſſe. Tum risum obortum Sci- 11
pioni, et subjeciſſe. *Quidnam tu diceres, si me vicisses? Tum me vero,* inquit, *et ante Alexandrum, et ante Pyrrhum, et ante omnes alios imperatores esse.* Et perplexum Punico aſtu responsum, et inprovi- 12
sum adsentationis genus Scipionem moviſſe, quod e grege se imperatorum velut inaeſtimabilem secreviſſet.

obortum Scipioni subjecisse Lov. 1. 5. 6. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. vulgavit, quod nunc vulgo exſtat, et in Voſſ. etiam fuisse videtur, quia inde nihil notatum video. Recte Cl. Duker. scripturam hanc probavit. Similis exſtat locus 28, 43, 17. *Illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africae, et res egregias primo anno gessisse, et invietum ad ultimum permansisse.* Ubi quum prima parte periodi praecessit *imperatori*, secunda et tertia supplendum eſt *eum* alio casu. Eo non adtendens ὁ πάνυ Gronov. genus loquendi nimis abruptum, et a Livio non profectum credidit, invitisque optimis Mſtis, partim ex levioris fidei codd. partim ex ingenio, aliter legendum censuit. Sed vide, quae et ibi notavi. Paullo ante *Exsequenti deinde, quem tertium diceret* Lov. 5. et edd. principes. Aldus postea fide codicis Mog. dedit *duceret.* V. ad 38, 43, 1. Frobenius deinde anno 1535. *deinde* expunxit. In utroque adsentientes habent codd. noſtros. Tandem *se ipsum* Lov. 5. et ed. Camp.

§. 11. *Quidnam tu diceres, si me vicisses? Tum me vero*] *Quidnam tum diceres* Lov. 2. et Harl. *Quidnam diceres* Lov. 3. *Quidnam tu diceres, si tu me vicisses* Gaertn. Hinc *Tum vero me* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et uterque Mead. [Bamb.] Mox *et ante Alexandrum, et Pyrrhum* Voſſ. Deinde *et ante alios* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *et ante alios omnes* Lov. 1. 4. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Tandem *esse* exsulat a Voſſ.

§. 12. *Responsum, et adsentationis genus*] A Frobenio jam sic omnes dedisse comperio. Sed scripti et Andreas editique omnes prius *responsum et improvisum adsentationis genus.* Quod excludendi nulla ratio videtur. J. FR. GRON. Omnes etiam noſtri et Hearnii L. 1. ac N. *inprovisum* retinent: neque id a cod. suo abesse Moguntini notarunt. Eſt autem ed. Frob. anni 1531. quae prima vocem omisit: quum tanto minus audio, quoniam ei Gelenium ope cod. Mog. adjutum praefuisse non conſtat. Mox *quod egregie imperator* Gaertn. *quod egregie se imperatorem* Lov. 6. *quod egregie imperatorum* Mead. 1. *quod egre se imperatorem* Voſſ. et Mead. 2. *quod egre se imperatorum* Lov. 3. 4. Lov. 1. a m. 1. et Mead. 2. inter versus. [Bamb.] *quod e grege imperatorum* Lov. 2. et Harl.

Digitized by Google

1 XV. Villius ab Epheso Apameam proceſſit. eo et Antiochus, audito Romanorum legatorum adven-
2 tu, obcurrit: Apameae congreſſis disceptatio eadem ferme fuit, quae Romae inter Quinctium et legatos regis fuerat. mors nunciata Antiochi, filii regis, quem miſſum paullo ante dixeram in Syriam, dire-
3 mit conloquia. Magnus luctus in regia fuit, magnumque ejus juvenis desiderium. id enim jam specimen sui dederat, ut, si vita longior contigiſſet, magni juſtique regis in eo indolem fuiſſe adpareret.
4 Quo carior acceptiorque omnibus erat, eo mors ejus suspectior fuit, gravem successorem eum in-

§. 1. *Eo et Antiochus, audito Romanorum legatorum*] *eoque Antiochus* Lov. 2. Tum *legatorum Romanorum* Mead. 2. [Bamb.]

§. 2. *Apameae congressis*] *Apameae et congressis* Lov. 3. *Apameam et congressis* Lov. 1. *Apameam congressis* Voſſ. Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. [*Antiochi* omittit Bamb.] Mox *deremit* Lov. 1. *dirrimit* Mead. 1. *dirimit* Lov. 2. 4. 5. Gaertn. [Bamb.] et ed. Camp.

§. 3. *Id enim jam specimen sui dederat, ut, si vita longior*] *deminem specimen suis dederat* Voſſ. *denim specimen suum dederat* Mead. 2. *denim jam specimen suum dederat* Lov. 4. *dum nimiam spem suis dederat* Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *dominii spem suis dederat* Lov. 1. *eximiamque spem suis dederat* Lov. 6. [*specimen sũ* Bamb.] Vulgatum, quod in Lov. 5. edd. omnibus, et forte cod. Mog. supereſt, verum puto. Supra 7, 40, 8. *Iis eram natus, id specimen mei dederam, ea aetate consulatum adeptus eram.* Tum *uti si vita* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Mox *regis in eodem indolem* Lov. 6.

§. 4. *Talium ministeriis facinorum acceptos*] *ministerio* omnes noſtri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et primae edd. usque ad Frob. qui anno 1531. *ministeriis*, quod Moguntini in membranis suis repererant, subſtituit. Paullo ante *omnibus fuerat* Gaertn. *omnibus fuit* Lov. 6. additis notis, poſteriorem vocem delendam esse; nempe quia mox iterum sequebatur. [*suspectior, gravem*, omisso *fuit*, Bamb. *senectutis* idem.]

§. 5. *Quod, quum Seleuco*] In Thuanaeo non reperitur *τὸ quum*. Sed et poſtea *habuisse*, non *habuisset*. et videtur elegantius: *causam adjiciebant, quod Seleuco filio Lysimachiam dedisset; Antiocho quam similem daret sedem, non habuisse.* JAC. GRON. *quod Seleuco*, excluso *τῷ quum*, Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, [Bamb.]

Digitized by Google

ſtare senectuti suae patrem credentem, per spadones quosdam, talium miniſteriis facinorum acceptos regibus, veneno sustulisse. Eam quoque caussam 5
clandeſtino facinori adjiciebant, quod, quum Seleuco filio Lysimachiam dediſſet, Antiocho quam similem daret sedem, ut procul ab se honore eum quoque ablegaret, non habuiſſet. Magni tamen luctus 6
species per aliquot dies regiam tenuit: legatusque Romanus, ne alieno tempore incommodus obversaretur, Pergamum concessit. Rex Ephesum, omiſſo, 7
quod inchoaverat, bello, rediit. ibi, per luctum regia clausa, cum Minione quodam, qui princeps ami-

et Gaertn. Eamdem lectionem, quam Gronov. in Thuan. invenit, sibi quoque in L. 1. obviam fuiſſe, Hearnius teſtatur. Si plures codd. id vellent, non adversarer. Innumeris enim locis Livius ita variat in conſtructione, *adjiciebant*, *quod dediſset*, *non habuiſse*. V. ad 39, 14, 9. Verum quum omnes mei *habuisset* conſtanter servent, vel ea lectio probanda eſt, *adjiciebant quod dediſset*, *non habuisset*; vel etiam vulgata, quae supereſt in Lov. 5. edd. omnibus, et, ut conjicio, in cod. Mog. unde nihil notatur: ut praecedens *quod* proximum *quum* interceperit, quale exemplum habuimus 5, 50, 7.

Ut procul ab se honore eum quoque ablegaret] Scribo *per honorem*. GELEN. Perspicue legendum eſt *per honorem*. SIG. [*per honorem*] Gelenii et Sigonii conjectura. Vetus lectio *ab se honore eum quoque*. Quod defendimus 4. Observ. 16. [p. 272.] J. FR. GRON. Pessime *prope a se honoremque eum obligaret* Gaertn. Sed *procul* et *prope* etiam alibi commutantur. V. ad 6, 28, 5. 35, 1, 11. et alibi. *honore quoque eum quod ablegaret* Lov. 6. *honori* a m. 2. *honorem eum quoque quem ablegaret* Lov. 2. *honorem eum*, *quem allegaret* Lov. 3. *honorem eum quoque ablegaret* Voſſ. Lov. 1. 4. et Mead. uterque. Ita et per errorem editum est Basil. anno 1554. unde Sigonio ausa data eſt iterandi lectionem Gelenii, quam editiones exemplo Frobenianae anni 1535. receperant. Ego hic cum Gronov. facio. Videtur enim Gelenius incidiſſe in cod. qui similiter depravatus *honorem eum* exhibebat, et inde conjecisse *per honorem eum*. Certe se cod. secutum non monet.

§. 6. *Ne alieno tempore incommodus obversaretur*] *in alieno tempore* Voſſ. et Lov. 1. Tum *incommodius* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *incommodum* Lov. 6. Hinc *adversaretur* Gaertn. *observaretur* Lov. 1. 3. 6. et Voſſ. V. ad 6, 17, 4. Mox *precessit* Voſſ. et Lov. 1.

§. 7. *Cum Minione quodam*]

Digitized by Google

8 eorum ejus erat, secreta consilia agitavit. Minio, ignarus omnium externorum, viresque aestimans regis ex rebus in Syria aut Asia gestis, non caussa modo superiorem esse Antiochum, quod nihil aequi postularent Romani, sed bello quoque superaturum
9 credebat. Fugienti regi disceptationem cum legatis, seu jam experto eam minus prosperam, seu moerore recenti confuso, professus Minio, se, quae pro caussa essent, dicturum, persuasit, ut a Pergamo arcesserentur legati.

1 XVI. Jam convaluerat Sulpicius: itaque ambo Ephesum venerunt. Rex a Minione excusatus, et ab-
2 sente eo res agi coepta est. Ibi praeparata oratione Minio; *Specioso titulo*, inquit, *uti vos, Romani, Grae-*

MS. *cum Mimnione q.* et mox *Mimnio*, atque iterum *Mimnione*, constanter. MOD. *Munione* ubique scribunt Voss. et Lov. 6. *Mimone* itidem Hearnii L. 1. *Amunione* hic et infra aliquoties Lov. 1. [*Minnitis*, *s* punctulis notato, Bamb.] Idem nomen infra obcurrit 37, 41, 1. Sed et ibi admodum variant codd. Mox *princeps arricorum ejus* vitiose Voss. Paullo ante *redit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. V. ad 36, 35, 2. Mox §. seq. *virisque extimans* Lov. 1. 3. et Gaertn. *viresque existimans* Lov. 2. 5. Harl. et edd. ante Aldum. V. ad 34, 2, 5. [*in Syriam aut Asia* Bamb.]

§. 9. *Seu jam experto*] *se uiam experto*, perperam vocibus, quae olim continua serie scriptae erant, divisis, Lov. 3. Mead. 1. et Gaertn. Mox *quae pro ea essent* Mead. 1. et Gaertn. de quo errore v. ad 38, 58, 11. [*professum Minnio* Bamb.]

Accerserentur legati] Manuscriptus *arcesserentur legati*. MOD. Ita et quidam meorum. V. ad 24, 2, 4. [*accerserentur* Bamb.]

§. 1. *Et, absente eo, res agi coepta est*] *eo absente agi res* Lov. 2. *et absente eo agi res* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et uterque Mead. [Bamb.] Paullo ante *Ephesum venerant* Lov. 5. 6. et Harl.

§. 2. *Aliud Antiocho juris statuistis*] Immo *statuitis*. JAC. GRON. *statuistis* omnes nostri. *alio jure Antiocho statuistis* Harl. In praecedentibus *Ubi praeparata oratione* Lov. 3. V. ad 27, 5, 2. *Praeparata ibi oratione* Harl. Hinc *civitatium* ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11.

§. 3. *Qui enim magis Smyrnaei Lampsacenique Graeci sunt*] *Quid enim* Voss. Lov. 3. 5. et

Digitized by Google

carum civitatium liberandarum video: sed facta vestra orationi non conveniunt; et aliud Antiocho juris statuistis, alio ipsi utimini. Qui enim magis Smyr- 3
naei Lampsacenique Graeci sunt, quam Neapolitani, et Rhegini, et Tarentini, a quibus stipendium, a quibus naves ex foedere exigitis? Cur Syracusas, atque 4
in alias Siciliae Graecas urbes praetorem quotannis, cum imperio et virgis et securibus, mittitis? nihil aliud profecto dicatis, quam armis superatis vos iis has leges inposuisse. Eamdem de Smyrna et Lam- 5
psaco civitatibusque, quae Joniae aut Aeolidis sunt, caussam ab Antiocho accipite. Bello superatas a ma- 6
joribus, et stipendiarias ac vectigales factas, in antiquum jus repetit. itaque ad haec ei responderi ve-

edd. antt. pro quo Frob. 1535. *Qui enim* vulgavit ex cod. Mog. concinentibus reliquis meis. Tum *Exmirne* Lov. 1. *Zimirne* Lov. 4. et Mead. 1. *Zmirne* Voss. [*Zmurnae* Bamb.] Hinc *Lapsaceque* Lov. 4. *Lapsaceni* Lov. 1. 2. 3. et 6. *Lampsacenique* Lov. 5. quemadmodum fere utraque haec nomina in iisdem codd. §. 5. scribuntur. Insuper *Creti sunt* Voss. et Lov. 1. Mox *Neapolitani*, *Rhegini* sine media conjunctione Harl. Praeterea voces *a quibus stipendium* non adparent in Lov. 2. Tandem *exegistis* Voss. et Lov. 1. 2. 3. ac 6. *exigistis* Lov. 1. a m. 2. et Harl.

§. 4. *Cur Syracusas atque in alias Siciliae Graecas urbes*] *Cur Syracusanis* Lov. 2. *Cur in Syracusas* Lov. 6. Tum *atque alias Graecas urbes* Lov. 3. Mox *cum imperio, virgis et securibus* Voss. *cum imperio, et securibus, et virgis* primae edd. Sed ordinem, qui hodie obtinet, dedit vocabulis Frob. anno 1535. praeeunte cod. Mog. Nec aliter Mssi nostri. Tum *iis leges* Lov. 5. et ed. Camp.

§. 5. *Eamdem de Symrna et Lampsaco civitatibusque, quae Joniae aut Aeolidis sunt, caussam*] *Eadem* etc. *caussa* Harl. Tum copula inter voces *Smyrna* et *Lampsaco* deficit in Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. [Bamb.] Hinc *civitatibus quaeque Joniae* Harl.

§. 6. *Et stipendiarias ac vectigales factas Antiochus repetit*] Lege *vectigales factas in antiquum jus repetit.* GELEN. Prior conjunctio copulativa exsulat ab omnibus nostris, [Bamb.] et edd. antiquioribus; quam Aldus ex cod. Mog. adscivit. Deinde *Antiochus repetit* omnes codd. et edd. ante Gelenium. [*Antiochum repetit* Bamb.] Sed *in antiquum jus repetit*, ut *in an-*

Digitized by Google

lim, si ex aequo disceptatur, et non belli caussa quae-
7 *ritur.* Ad ea Sulpicius, *Fecit verecunde,* inquit, *An-*
tiochus, qui, si alia pro caussa ejus non erant, quae
dicerentur, quemlibet ista, quam se, dicere maluit.
8 *Quid enim simile habet civitatium earum, quas com-*
parasti, caussa? Ab Rheginis, et Neapolitanis, et
Tarentinis, ex quo in nostram venerunt potestatem,
uno et perpetuo tenore juris, semper usurpato, num-
quam intermisso, quae ex foedere debent, exigimus.
9 *Potesne tandem dicere, ut ii populi non per se, non*
10 *per alium quemquam foedus mutaverint, sic Asiae*
civitates, ut semel venerunt in majorum Antiochi po-
testatem, in perpetua possessione regni vestri perman-
sisse, et non alias earum in Philippi, alias in Pto-
lemaei fuisse potestate, alias per multos annos nullo

tiqui formulam juris restituere 32, 33, 7. et *res ex formula juris antiqui componere* 34, 57, 8.

Ad haec ei responderi velim, si ex aequo disceptatur, et non belli caussa quaeritur] *eo responderi* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. *ego responderi* Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Tum *disceptaturi, non belli caussa quaeritur* Lov. 1. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. Parm. Tarv. utraque, et aliae. Neque aliter Hearnii L. 1. nisi quod insuper vocem *quaeritur* omiserit. *disceptaturis non belli caussa quaeritur* edd. Camp. et in marg. quaedam Asceasii. *disceptaturi et non belli caussa quaeritur* Lov. 4. *disceptatur, non belli caussa quaeritur* Voss. Lov. 3. 5. 6. Harl. cum nonnullis edd. antt. *disceptatur, non caussa belli quaeritur* Lov. 2. Vulgatum primum inveni in ed. Asc. anni 1513. quod deinde Moguntini ex eod. suo probarunt. Mox §. seq. *quae dissererentur* pro *dicerentur,* Lov. 2.

§. 8. *Quid enim simile habet civitatum earum, quas comparasti, caussa*] *simile habuit* Lov. 3. Tum *civitatium earum* ed. Mediol. anni 1480. V. ad §. 13. Mox post vocem *juris* distinguendum esse, observat Cl. Jac. Gronov. ad 34, 9. 5. Hinc *et numquam intermisso* Gaertn. Tandem *exegimus* Lov. 1. 5. et edd. antt. cujus loco Frob. anno 1531. ex cod. Mog. substituit *exigimus,* consentientibus reliquis meis.

§. 9. *Non per alium quemquam foedus mutaverint*] Fortassis *mutaverunt.* nam *ut* hic est pro quemadmodum, cui respondet *sic.* DUK. Hanc conjecturam firmat Gaertn. [*ut hi populi* etc. *foedus mutaverint* Bamb.]

Digitized by Google

ambigente libertatem usurpasse? Nam si, quod ali- 11
quando servierunt, temporum iniquitate pressi, jus
post tot secula adserendi eos in servitutem faciet;
quid abest, quin actum nobis nihil sit, quod a Phi- 12
lippo liberavimus Graeciam, et repetant posteri ejus
Corinthum, Chalcidem, Demetriadem, et Thessalo-
rum totam gentem? Sed quid ego caussam civita- 13
tium ago, quam, ipsis agentibus, et nos et regem
ipsum cognoscere aequius est?

XVII. Vocari deinde civitatium legationes jussit, 1
praeparatas jam ante et instructas ab Eumene, qui,
quantumcumque virium Antiocho decessisset, suo id
accessurum regno ducebat. Admissi plures, dum suas 2
quisque nunc querelas, nunc expostulationes inse-
rit, et aequa iniquis miscent, e disceptatione alter-

Tum *per alium quemque* Lov. 3. et 6.

§. 10. *Sic et Asiae civitates, ut semel venerunt*] *sic Asiae civitates* omnes scripti, et editi usque ad Gronov. qui utrum τὸ *et* ex Mßis adsumserit, non monet. Hinc *ut semel verterentur* Voss. *ut semel venerint inde in aliorum Antiochi* Lov. 3. *venerint* etiam Harl. et Mead. 1. [*venere* Bamb.] Praeterea *avorum Antiochi* Lov. 1. Mox *in perpetuam potestatem* Voss. et Lov. 6. Inde *vestri* deest in Harl. Tandem *mansisse* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 11. *Adserendi eos in servitutem facit*] Ita ultima Gruteri editio, omnesque recentiores. Priores cum codicibus, quoscumque vidi, ut et Hearnii L. 1. *faciet*; quod revocavi. Paullo ante *serviere* Gaertn. *servivere* Lov. 2. et Mead. 1. *servierint* Lov. 3. [*qui aliquando* Bamb.]

§. 12. *Quid abest, quin actum nobis nihil sit, quod a Philippo*] *nihil est* cod. Mog. Sed sequens *repetant* requirit *sit. quod abest, cum actum nobis nihil sit, quid a Philippo* Voss. et Lov. 1. *cum actum nobis nihil sit* Lov. 3. *cur actum nihil nobis sit* Lov. 6. [*q actum nihil nobis sit* Bamb.]

§. 13. *Caussam civitatum ago*] *civitatium* cod. Mog. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad §. 8. cap. seq. §. 1. et supra ad 33, 20, 11.

§. 1. *Vocari deinde civitatum legationes*] *civitatium* iterum ed. Mediol. anni 1480. ut modo vidimus. Mox *praeparatas et instructas* Gaertn. Hinc *quantumque virium* Mead. 2. Tum *ab Antiocho decessisset* Lov. 6. Tan-

Digitized by Google

cationem fecerunt. itaque, neque remissa ulla re,
neque impetrata, aeque ac venerant, omnium in-
3 certi legati Romam redierunt. Rex, dimissis iis,
consilium de bello Romano habuit. Ibi alius alio
ferocius (quia quo quisque asperius adversus Ro-
4 manos locutus esset, eo spes gratiae major erat)
alius superbiam postulatorum increpare, tamquam
Nabidi victo, sic Antiocho, maximo Asiae regum,

dem *dicebat* Lov. 1. et Gaertn. V. ad 38, 43, 1.

§. 2. *Nunc postulationes inserit, aequa iniquis miscentes e disceptatione altercationem ferunt*] Manuscriptus *et aequa iniquis miscent*. MOD. Meritis codicis Mog. dedi, ut ejus lectionem, quamvis dissentientibus reliquis, receperim. *Quisque* hic tamquam collectivum consideratur, cui in priori membro verbum singulare, in posteriori plurale additur. V. ad 30, 42, 16. Ejusdem unius auctoritate etiam recepi *expostulationes*, quas similiter cum querelis junxit infra 42, 42, 9. *Si talibus de caussis, quae vix querela et expostulatione dignae sunt, arma capitis.* [*postulationes* Bamb.] Deinde *e disceptatione altercationem fec.* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Ita variant etiam codd supra 4, 6, 1. et 8, 33, 10. [*ex disceptatione* Bamb.] *disceptatione altercationem fec.* omissa praepositione, Lov. 4. Harl. et Mead. 2. *disceptationem altercationem fec.* Voss. Lov. 3. et Gaertn. *disrepationem altercationem fecerunt* Lov. 1. V. ad 21, 31, 7. *disceptationem altercationemque fec.* Lov. 6. *disceptationem altercatione fec.* Lov. 2. Sed vulgatum verum est. Mox *nec remissa ulla re, neque impetrata, neque facta qua venerant* Lov. 1. *nec remissa ulla re, nec impetrata* Lov. 6. [Bamb.] *nec remissa ulla re* etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 9, 9, 14.

§. 3. *Consilium de bello Romano*] Modius edebat *concilium*, quem secuti sunt Gruter. et Elzeviriana D. Heinsii. Gronov. deinde anno 1665. restituit *consilium*; itaque legendum docuit ad 44, 2, 5. Neque aliter codd. nisi quod *conscilium* sit in Lov. 1. et 4. *de bello Romano consilium* in Lov. 3. Mox *alius alio velocius* Lov. 5. et ed. Camp. [*esset* omittit Bamb.]

Eo spe gratiae major erat] Lege *spes*, non *spe*. GELEN. Manuscriptus *eo spe gratiae major erat*. MOD. Immo, in cod. suo se *eo spe gratiae major erit* invenisse, Moguntini notarunt; ex quo etiam *spe* receperunt: quum recte ederetur, *eo spes gratiae major erat*, ut Gelenius restituit, consentientibus omnibus nostris. Librarius Mog. cod. hic manes suos passus est.

§. 4. *Alius superbiam postulatorum increpare*] Vocem *alius* non esse Livii existimat Crevier. inmissam ab iis, qui non viderunt, ita cohaerere orationem,

Digitized by Google

inponentium leges. *quamquam Nabidi tamen domi-* 5
nationem in patriam suam, et patriam Lacedaemo-
nem, remissam. Antiocho si Smyrna et Lampsacus 6
imperata faciant, indignum videri. alii, *parvas et* 7
vix dictu dignas belli caussas tanto regi eas civita-
tes esse. sed initium semper a parvis injusta imperan-
di fieri: nisi crederent, Persas, quum aquam ter-
ramque ab Lacedaemoniis petierunt, gleba terrae et

Ibi alius alio ferocius superbiam postulatorum increpare, media autem omnia parenthesi includenda esse. Omnes codd. constanter eam vocem tuentur. An igitur a Livio addita est ex more, quo propter hyperbaton sive alia interposita vel vocem praecedentem vel aliud quid ejus loco perspicuitatis caussa repetit? V. ad 2, 12, 2. Mox vocula *sic* deest in omnibus nostris, et edd. antt. quam Moguntini ex cod. suo interposuerunt. [*inpotentium leges* Bamb.]

§. 5. *Nabidi tamen dominationem in patriam suam, et patriam Lacedaemonem*] *Tò tamen* abjiciunt Voss. et Lov. 3. ac 6. ejus loco *tũ* praefert Lov. 2. V. ad 22, 17, 5. Tum *dominationem in patria sua* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et Gaertn. Denique *et Lacedaemonem* Harl. quum tamen iterata hac voce *patriam* eleganter augeat, quod modo dixerat, Nabidi remissam esse dominationem in patriam suam; sed quae non erat ignobilis urbs, verum clarissima et simul validissima Lacedaemon. [*remissa* Bamb.]

§. 6. *Antiocho si Smyrna et Lampsacus* etc.] Ordinem puto: Romanis indignum videri, si Antiocho Smyrna et Lampsacus imperata faciant. Considerandum tamen, sitne locus corruptus. GLAR. Vocula *si* deest ab Lov. 2. et Harl. Sed excidisse videtur ob similitudinem primarum literarum sequentis. *Faciant imperata Antiocho*, pro ab Antiocho. V. ad 38, 43, 3.

§. 7. *Sed initium semper per jus injusta impetrandi fieri*] Lege cum Rubenio *sed initium semper a parvis injusta imperandi fieri*. J. FR. GRON. Conjecturam Rubenii in contextum recepi, quia partim plerorumque codd. vestigia eo ducunt, alii id aperte postulant. *puis impetrandi* est in Lov. 2. *per uis injusta imperandi* in Lov. 5. *parvis injusta impetrandi* Voss. Mead. ambo, Gaertn. et Doujatii Naud. a m. 1. *apius injusta imperandi* Lov. 3. *parvis injusta imperandi* Lov. 4. Harl. Hearnii N. Doujatii Reg. et Crevierii Victor. [Bamb.] *a parvis injusta impetrandi* Doujatii Naud. a m. 2. *a parvis injusta imperandi* Lov. 6. et Hearnii L. 1. Editor Delphinicus lectionem cod. Naud. a m. 1. tolerari posse putat, quam ita exponit, *initium injusta* et magna *impetrandi semper fieri* petitis atque impetratis *rebus parvis*. quod eo minus placet, quoniam *impetrandi* ne in edd. quidem invenerim ante Paris. anni 1573. quum priores

Digitized by Google

8 *haustu aquae eguisse. Per similem tentationem Romanis de duabus civitatibus agi. et alias civitates, simul duas jugum exuisse vidissent, ad liberatorem*
9 *populum defecturas. Si non libertas servitute potior sit, tamen omni praesenti statu spem cuique novandi res suas blandiorem esse.*

1 XVIII. Alexander Acarnan in consilio erat, Philippi quondam amicus, nuper relicto eo secutus opu-
2 lentiorem regiam Antiochi: et, tamquam peritus Graeciae, nec ignarus Romanorum, in eum gradum amicitiae regis, ut consiliis quoque arcanis interesset,
3 acceptus erat. Is, tamquam non, utrum bellandum

omnes *imperandi* potius legant. Solent autem *imperare* et *impetrare* in Mstis confundi. Ita §. praec. *impetrata faciant*, pro *imperata*, est in Voss. et Lov. 1. Pluribus exemplis, quae contuli ad 9, 30, 10. adde 27, 30, 6. 33, 13, 4.

Aquam terramque ab Lacedaemoniis petierunt] *petierunt a Lacedaemoniis* Gaertn. *ab Lacedaemoniis petierunt* Voss. et Lov. 1. 3. 6. et cod. Mog. [*ob Lacedaemonis petierint* Bamb.] De aqua et terra a Persis petita, v. Brisson. 3. de Regn. Pers. p. 330.

§. 8. *Romanis de duabus civitatibus agi*] Velim *per similem tentationem a Romanis de duabus civitatibus agi*. J. FR. GRON. Codd. nostri nihil mutant. An igitur vulgato defendendo sufficiunt, quae notantur ad 6, 11, 4.? Mox *sed alias civitates*, pro *et*, malebat Crevier.

§. 9. *Tamen omnem praesenti in statu spem cuique novandi res*] Sincera lectio *omni praesenti statu*. GELEN. *omnem praesenti in statu spem* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. et Gaertn. *praesenti in statu* etiam Hearnii L. 1. *omnem in praesenti statu spem* Voss. *omnem praesenti statu* Mead. uterque. [Bamb.] *omnibus praesenti in statu* Lov. 2. Insuper *tum*, pro *tamen*, Harl. et Gaertn. V. ad 22, 17, 5. Hinc *cujusque* omnes scripti, [Bamb.] et edd. priores. Ascensius anno 1513. *cuique* dedit, altera lectione in marginem rejecta. Paullo ante *si liberas servitute* Harl. [*servituti* Bamb.]

§. 1. *Alexander Acarnan in concilio erat*] *Acarnas* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii N. [Bamb.] et editiones Ascensiana anni 1513. priores. *Acharnax* Hearnii L. 1. *Atamas* Gaertn. *Athamas* Lov. 2. et Mead. 1. Deinde *in conscilio* Lov. 1. *in consilio* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. et Gaertn. quod recepi. Intelliguntur enim consiliarii regis, quos *consilium*, non *concilium*, vocari docuit Gronov. ad 44, 2, 5.

Digitized by Google

esset, nec ne, consuleretur, sed ubi et qua ratione bellum gereretur, *Victoriam se haud dubiam proponere animo* adfirmabat, *si in Europam transisset rex, et in aliqua Graeciae parte sedem bello cepisset. Jam* 4 *primum Aetolos, qui umbilicum Graeciae incolerent, in armis eum inventurum, antesignanos ad asperrima quaeque belli paratos. In duobus velut cornibus* 5 *Graeciae, Nabin a Peloponneso concitaturum omnia, repetentem Argivorum urbem, repetentem maritimas civitates: quibus eum depulsum Romani Lacedaemo-* 6 *nis muris inclusissent; a Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audisset, arma capturum.*

Philippo quondam amicus] Manuscriptus *Philippi quondam amicus*. MOD. Lectionem cod. Mog. *Philippi* Aldus recepit, et proximae plures edd. servarunt. Quum deinde Curio, ejusque exemplo plerique recentiores priscam *Philippo* revocassent, Gronovius iterum anno 1665. alteram restituit. Ex codd. nostris *Philippo* legunt Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] cum Hearnii L. 1. reliqui Mog. codici consentiunt. Quin utraque admitti possit, nullus dubitat. V. ad 39, 47, 10. Pro altera stat optimi cod. auctoritas, pro altera illud militat, quod haud facile scribae *amicus Philippi* in *Philippo* mutaturi videantur. Eligat igitur lector utrum malit, ego judicium Gronovii secutus sum.

§. 2. *In eum gradum amicitiae regis*, etc. *acceptus erat*] Postrema vox sine damno sententiae aut elegantiae abesse potuisset, ut *est* in principio cap. sequentis sublatum a Sigonio. DÜKER.

§. 3. *Is, tanquam non, utrum*] *Itaque non utrum* Harl. Tum *ubi aut qua ratione* Lovel. 6. Hinc voces *bellum gereretur* omittit Harl. quasi ex praecedenti *bellandum esset* supplendum foret. Non tamen delerem. Hinc *animorum*, pro *animo*, Lov. 3. Mead. 1. et Gaertn. [*haud dubie* etc. *firmabat* Bamb.] Deinde *in aliqua Graeciae parte*, omissa copula, Voss. et Lov. 1. *et in aliqua parte Graeciae* Lov. 2. 3. et 6.

§. 5. *In duobus velut cornibus Graeciae*] Incertius hoc est loco, ubi nam distinguendum, et quae sint illa cornua, tum quomodo Aetoli in umbilico Graeciae. Strabo l. 8, [361.] simile quiddam habet de Peloponneso, a Demetrio Phalereo bove dicta, cujus cornua esse Ithomen Messeniorum et Acrocorinthum Corinthiorum montes: sed ut hunc locum juvent, non plane video. GLAR. *In duobus velut cornibus in Graecia* Lov. 3.

§. 6. *Ubi primum bellicum cani audisset*] *bellicam audisset* Lov. 2. *belli caussas audisset*

Digitized by Google

Nosse se spiritus ejus, nosse animum: scire, ferarum modo, quae claustris aut vinculis teneantur,
7 *ingentes jam diu iras eum in pectore volvere. meminisse etiam se, quoties in bello precari omnes Deos solitus sit, ut Antiochum sibi darent adjutorem. cujus voti si compos nunc fiat, nullam moram rebel-*
8 *landi facturum. Tantum non cunctandum, neque cessandum esse. in eo enim victoriam verti, si et loca*

Harl. *belli cām*, id est belli caussam, *audisset* Lov. 6. *belli can audisset* Lov. 1. *bella audisset* Lovel. 3. *bellum audisset* Voss. Lov. 4. Mead. uterque, et Gaertn. [*bellum cani* Bamb.] Paullo ante *ad Macedoniam Philippum* Gaertn. In sequentibus *Nosse se spiritus ejus animum* Lov. 3. *Nosse se spiritum ejus* Lov. 1. *Nosse se spem ejus* Lov. 4. et Mead. 2.

Scire, ferarum modo, quae claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras eum in pectore volvere] Primae edd. *scire ferum ferarum modo*, et mox *iras in pectore volvere*. Neque aliter codd. nostri; nisi quod in prima parte *scire ferrum ferarum modo* sit in Gaertn. *scire ferarum ferum modo* in Lov. 6. *scire fetum ferarum modo* in Lov. 1. in posteriore vero *ingentis jam diu votis in pectore volvere* in Lov. 1. Postea Ascens. anno 1513. dedit *scire eum ferarum modo*. Haud diu post Mog. in cod. suo esse monuerunt *scire ferarum modo, quae claustris aut vinculis tenentur, ingentes jam diu iras in pectore volvere*: quod Frob. anno 1535. recepit, nisi quod *teneantur* et ipse, et reliqui editores servarint. [*scire ferum ferarum modo* Bamb.]

§. 7. *Si compos nunc fiat, nullam moram rebellandi facturum*] *si nunc compos fiat* Lov. 2. *compos si nunc fiat* Lov. 6. Hinc *bellandi* Voss. *debellandi* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. pro quo Ascens. anno 1513. fecit *bellandi*, in margine vero *rebellandi*; quod posterius Moguntini receperunt. Utrumque et *bellandi* et *rebellandi* ferri potest. Solent autem *bellare* et *debellare* in libris confundi. V. ad Epit. Liv. 37. Quale exemplum habuimus 6, 30, 8. Servavi igitur *rebellandi*. Supra 33, 12, 12. *Si elapsus eo tempore fuisset, mox gravius eum rebellaturum*. 35, 12, 17. *De Philippo et Nabide libero mendacio abutebatur, paratum utrumque ad rebellandum esse*. 39, 35, 2. *Philippus minime, quin rebellandum esset, dubius*. 42, 52, 7. *Illum*, Philippum, *omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum, inter adparatum belli fato obpressum*. Paullo ante *meminisse etiam, quoties*, omisso pronomine, Lov. 1.

§. 8. *In eo enim victoriam verti, si et loca opportuna, et socii praeoccuparentur*] *victoriam niti* Harl. Tum *si et* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *si et loca* in Mead. 1. sola vocula *et* in Lov. 5. [Bamb.

Digitized by Google

opportuna, et socii praeoccuparentur. Hannibalem quoque sine mora mittendum in Africam esse ad distringendos Romanos.

XIX. Hannibal non adhibitus in consilium, pro- 1
pter conloquia cum Villio suspectus regi, et in nul-
lo postea honore habitus, primo eam contumeliam
tacitus tulit: deinde melius esse ratus, et percuncta- 2
ri caussam repentinae alienationis, et purgare se,

et edd. antt. *si et loca opportuna* primus Aldus ope cod. Mog. emendavit. V. ad 2, 44, 3. Paullo ante *esse* non adparet in Lov. 1. [*nec cessandum* Bamb.]

Mittendum in Africam esse ad distringendos Romanos] *extinguendos* Gaertner. *extingendos* Lov. 2. *extingendum* Lov. 3. *effringendos* Lov. 6. *infringendos* Harl. *astringendos* Voss. *extringendos* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *estringendos* Mead. 1. (qui in margine *instringenos* habet) et edd. Camp. et Rom. anni 1472. *restringendos* Lov. 5. et ed. Parm. *destringendos* edd. his proximae. [Bamb.] *distringendos* edd. Mediol. anni 1505. Ascens. anni 1513. et 1516. Frob. anni 1531. et hinc reliquae; quae vera est scriptura. Infra 44, 35, 8. *Populatione maritimae oras distringere copias regias.* V. Cuper. 4. Obs. 5. Oudend. ad Front. 1. Strat. 3, 5. et quae notavi ad Silii 17, 164.

§. 1. *Hannibal non adhibitus est in concilium, propter conloquia*] Ex veteribus libris verbum *est* tolli debet, ut omnia ad verbum *tulit* referantur. SIG. Verbum *est* exstat in Voss. Lov. sex, et Gaertn. [Bamb.] quod, quemadmodum omitti potest, ita etiam servari, modo majori distinctione interpungas post τὰ *honore habitus.* Etiam *habitus*, pro *adhibitus*, Voss. Deinde *in consilium* Lov. 1. *in consilium* Voss. Lovel. 2. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. principes; quod quum deinde et aliae exhibuissent a Mogunt. usque ad Modium, qui iterum *in concilium* substituit, Gronov. tandem consiliarios regis Antiochi indicari, et hinc *in consilium* legendum monuit ad 44, 2, 5. Quod Crevier. et ego in contextum recepimus. Praeterea *et propter conloquia* Gaertn. quod, si plures accederent, non displiceret. V. ad 2, 44, 3. *propter conloquium* Harl. Male. Villium enim operam dedisse, *ut cum Hannibale saepe congrederetur*, et *conloquia* numero plurium supra memoravit Livius c. 14, 2. In verbis sequentibus τὸ *et* non adparet in Voss. *primum* vero legit Gaertn.

§. 2. *Et purgare se tempore apto*] Forsan *capto*. quod et supra reddidimus Livio 26, 12, 15. 3, 9, 7. *Insidiatum eum et tempore capto adortum rempublicam.* Ubi frustra Glareanus *captato*. Quare et incipio dubitare in illo l. 4, 36, 3. *Captatum deinde tempus ab tribunis militum.* et Flori 3, 5. *Repente, quasi captato tempore.* Quin illi scripserunt *captum* et *capto*. J. FR. GRON. Hic melius esse credo *capto*, quam *apto*. De ceteris,

Digitized by Google

tempore apto, quaesita simpliciter iracundiae caus-
3 sa auditaque, *Pater Hamilcar*, inquit, *Antioche, parvum admodum me, quum sacrificaret, altaribus admotum jurejurando adegit, numquam amicum fo-*
4 *re populi Romani. Sub hoc sacramento sex et triginta annos militavi: hoc me in pace patria mea expulit:*

quae non nituntur auctoritate Mstorum, quid mihi videatur, dixi ad Flori 3, 5, 5. Nec adhuc muto sententiam. Addo, nihil esse, cur putemus minus recte dici *captare tempus*, quam *captare tempestates*, et *opportunitates temporum*. Livius 5, 6, 4. *Tamquam navale bellum gerant, captatis tempestatibus, et observato tempore anni*. 33, 35, 6. *Temporum opportunitates captasse ad bellandum*. quod idem est ac *tempora*. nam *tempus* est *opportunitas temporis*. Etiam distinguendum puto: *et purgare se, tempore*. DUR. Lectio vulgata, quam Aldus ex cod. Mog. recepit, in nullo mihi cod. vel ed. antiqua obvia fuit. *purgare sese ac petere* legit Lov. 1. *purgare sese ac tempore* Harl. *purgare sese at tempore* Mead. 1. et Lov. 3. *purgare sese aut tempore* Gaertn. *purgare sese a tempore* Voss. Lov. 2. 4. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. [*a tempore* et jam Bamb.] *purgare sese. at tempore apto* Mead. 2. *purgare sese tempore apto* ed. Mog. *capto tempore* probam ac Livio usitatam locutionem esse, vidimus ad 3, 9, 7. Et ita 33, 28, 2. *Tempore ad eam rem capto circumventus occiditur*. Voces etiam *aptus* et *captus* in Mstis confundi, monui ad 30, 11, 4. Nondum tamen caussam video, quae subigit, ut optimi cod. Mog. lectionem repudiemus, quum haec etiam locutio proba sit. Ovid. 16. Her. 299.

Non habuit tempus, quo Cressia regna videret,
Aptius. O mira calliditate virum!

In Rem. Amor. 132.

Et data non apto tempore vina nocent.

4. Ex Ponto Epist. 14, 2.

Non aptum numeris nomen habere meis.

Et ita *apta dies* 4. Fast. 819. *aptum insidiis tempus* Tacit. 2. Hist. 16. Nihil itaque a scriptura cod. Mog. recedo. Paullo ante *dein* Gaertn. V. etiam ad §. 6. et supra ad 3, 3, 6. [§. 3. *parvum admodum mecum sacrificare et altaribus* Bamb.]

§. 4. *Hoc me in pace patria mea extulit*] Mog. Voss. Thuan. *expulit*; quod violentius est, et excitatiorem jurisjurandi memoriam in Annibale exprimit. 38, 50, 7. *Siquidem victa Carthago victum Annibalem in exsilium expulisset, Roma victrix victorem Africanum expellat*. JAC. GRON. *Expulit* non modo codd. quos Jac. Gronov. laudavit, verum praeterea nostri omnes, Crevierii Victorin. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri; in quam illud *extulit* forte per operarum errorem inrepsit, et nihilominus per recentiores fuit propagatum usque ad Crevier.

Digitized by Google

lit: hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce, si tu spem meam destitueris, ubicumque vires, ubi arma esse sciam, huc veniam, toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis hostes. Itaque, 5 si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi ex me quaerant. Odi, odioque sum Romanis. id me verum dicere, pa- 6

qui priscam lectionem Livii contextui reddidit.

Hoc duce, si tu spem meam destitueris] Posset alicui ποιητικώτερον videri *duce sacramento.* Non mutant tamen aut haesitant nec scripti, nec editi veteres. Qui si adstipularentur, mallem *hoc ducente.* Curtius 4. [11, 21.] *Ite, nunciate regi vestro, et quae amisit, et quae adhuc habet, praemia esse belli. Hoc regente utriusque terminos regni id quemque habiturum, quod proximae lucis adsignatura fortuna est.* Ubi nonnulli scripti codices inepte, *Hoc regem esse, et utriusque.* J. FR. GRON. Neque ulli meorum a lectione vulgata recedunt, nisi quod vox *duce* exsulet a Voss. Receptam scripturam Jensius 1. Lect. Lucian. 8. haud male defendit, et variis exemplis inlustrat, tum et aliis scriptoribus, tum ex Livio, qui 8, 1, 2. *populus dux*, et Cicer. qui 1. de Orat. 45. *auctor ingenium* dixerunt. Plura ibi vide, et infra ad 39, 1, 4. Jensio consentit etiam Cl. Dukerus.

Huc veniam, toto orbe terrarum quaerens] Vetusta scriptura *inveniam toto.* GELEN. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Eam autem lectionem Froben. anno 1535. recepit, quae etiam obtinuit usque ad Gronov. is vero priorem restituit; quamvis tamen supra ad 1, 51, 5. hunc locum adducens *inveniam* laudet.

§. 5. *Si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi, quam ex me, quaerant*] *quam* redundat. GELEN. Gelenio obsecutus Frob. τὸ *quam* ejecit in ed. anni 1535. ei vicissim adhaeserunt reliqui editores usque ad Gronov. qui voculam illam restituit. Crevierius τὰ *aliam quam* conjungit, et exponit aliam aliquam: hic tamen id paullo durius esse agnoscit. Quum igitur desit in Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Crevierii Victor. praestare putavi, ut denuo exigatur. Praeterea *si cui tuorum* et deinde *ex me quaerat* tantum non omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. Alterum Aldus ex cod. Mog. recepit. [*si qui tuorum* Bamb.] Insuper Mog. cod. *crescere lubet*, invitis scriptis meis. Sed *libet* et lubet tantum orthographia differre, ut *maximus* et *maxumus*, *optimus* et *optumus*, monuit Cortius ad Sallustii Catil. 7, 4.

§. 6. *Odioque quod sim Romanis*] *Odi, odioque sum* legi debet. GELEN. Codd. variant. Priscam lectionem, recte a Gelenio damnatam, in solo inveni Lov. 5. *odio sum Romanis* habet Harl. *odio quod sum Romanis* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *odiove sum Romanis* Voss. *odioque si Ro-*

Digitized by Google

ter Hamilcar et Dii testes sunt. Proinde, quum de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Hannibalem habeto. si qua res te ad pacem compellet, in id consilium alium, cum quo deliberes, quaerito.
7 Non movit modo talis oratio regem, sed etiam reconciliavit Hannibali. Ex consilio ita disceſſum eſt, ut bellum gereretur.

1 XX. Romae deſtinabant quidem sermonibus hoſtem Antiochum, sed nihildum ad id bellum praeter
2 animos parabant. Consulibus ambobus Italia pro-

manis Lov. 4. *odioque sim Romanis* Lov. 2. Mead. uterque, et Gaertn. *odioque sum Romanis* Lov. 1. [Bamb.] Patet, originem erroris esse, quod prima vox *Odi* a primis syllabis sequentis *odio* absorpta sit. Poſtea alii varie corruperunt.

Inter primos amicos Hannibalem habeto] MS. *inter primos amicos hos Annibalem habeto.* MOD. Male. Primam literam *τοῦ hos* addo voci *Annibalem*; reliquae ex ultimis vocis praecedentis perperam repetitae videntur. Paullo ante *proin* Gaertn. qui idem etiam *dein* legebat §. 2.

Si qua res te ad pacem compellet] Thuan. *in pacem.* Et sic 38, 22, 2. *In id necessitate ipsa compulsi.* 36, 39, 9. *In jus judiciumque cogantur.* Seneca Suasor. 6. *Jam intelliges, Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non posse.* JAC. GRON. *in pace compellet* Lov. 3. *in pacem compellat* Gaertn. *in pacem compellit* Harl. *in pacem compellet* Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. [Bamb.] et edd. principes. Aldus vulgatum ex Mog. cod. adoptavit. Infra 42, 52, 7. *Illum omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum.*

In id consilium, cum quo deliberes, quaerito] Legi debet *alium, cum quo deliberes.* ubi vox *alium* interciderat GELEN. Emendatio Gelenii profluxit ex cod. Mog. ex quo laudant editores Moguntini *id in consilium alium, cum quo deliberares, quaerito* Vocem *alium* non agnoscunt Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] quae excidisse videtur ob similitudinem ultimae partis vocis praecedentis. Amplius *id consilium cum quo deliberes, quaerito* Harl.

§. 7. *Ex consilio ita discessum est*] *conscilio* Lov. 1. *concilio* Lov. 2. et Gaertn. cum una et altera veterum edd. et ed. Modii, poſt quem id recentiores servarunt usque ad Gronov. qui *consilio* reposuit, itaque legendum docuit ad 44, 2, 5. Et ita reliqui mei. Praeterea *et consilio* Harl. V. ad 26. 45, 1. Paullo ante *Non movit solum* Lov. 3. Tum *sed etiam conciliavit* Lov. 2. Vox *Hannibali* deeſt in Mead. 2.

§. 1. *Romae destinabant quidem sermonibus hostem Antio-*

Digitized by Google

vincia decreta est: ita ut inter se compararent, sortirenturve, uter comitiis ejus anni praeesset. ad 3
utrum ea non pertineret cura, ut paratus esset, si quo eum extra Italiam opus esset ducere legiones. Huic consuli permissum, ut duas legiones scribe- 4
ret novas; et sociûm Latini nominis viginti millia, et equites octingentos. Alteri consuli duae legio- 5
nes decretae, quas L. Cornelius consul superioris anni habuisset: et sociûm ac Latini nominis ex eodem exercitu quindecim millia, et equites quingenti.

chum] *Romani destinabant* Lovel. 3. qui error inde natus videtur, quod non deeere putabat, ut verbo casus rectus deesset. Sed v. ad 34, 56, 11. *Romae extimabant* Voss. Mox *nihil tum ad id bellum* Lov. 3. V. ad 24, 20, 15. [*nildum* Bamb.] Mox §. seq. *τὸ est* deest in Lov. 3. Tum *computarent* Voss. Inde *uter comitiis ejus anni praeessent* Harl. [*ita*, pro *Italia*, Bamb.]

§. 3. *Si quo eum extra Italiam opus esset ducere legiones*] *si quid eum extra Italiam opus duceret legiones* Lov. 1. *si quo esset extra Italiam opus, duceret legiones* Lov. 6. *si quo eum extra Italiam opus ducere legiones* Harl. *si quo eum extra Italiam opus duceret legiones* Voss. Lov. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *si quo extra Italiam opus esset, duceret legiones* Lov. 5. et edd. principes. Aldus ex cod. Mog. eam dedit lectionem, quae nunc vulgo exstat. Ex quo eodem etiam supplevit verba sequentia, *Huic consuli permissum, ut duas legiones scriberet*, quae ab omnibus scriptis meis, [Bamb.] et edd. prioribus male exsulabant.

§. 4. *Et sociûm ac Latini nominis viginti millia, et equites nongentos*] MS. *et sociûm Latini nominis*. quod aliud longe est. MOD. In scripto invenio: *Latini nominis millia viginti, et equites DCCC*. J. FR. GRON. Olim edebatur *et sociûm ac nominis Latini*; quod in solis superest Lov. 5. et Mead. 1. Ejus loco cod. Mog. exhibuit *et sociûm Latini nominis*; reliqui mei [Bamb.] *et sociûm nominis Latini*. Male itaque Aldus, quum ex cod. Mog. transponeret *Latini nominis*, servavit voculam *ac*, quam, quae insuper in plerisque meorum deest, nunc denique expunxi. Vellem tamen, Modius docere voluisset, quid intersit inter *socios Latini nominis* et *socios ac Latinum nomen*. Adsentior enim Sigonio, id promiscue dici monenti 1. de Ant. jur. Ital. 2. Tum *millia triginta* Harl. Mead. 1. Lov. 2. et Gaertn. *millia viginti* Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui fide cod. Mog. voces transposuit. Hinc *equites octingentos*, vel *DCCC*, omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] Similiter *equites DCCC* omnes editi usque ad Gruter. qui pro notis numeralibus pessime dedit *nongentos*, quod reliqui editores ad unum serva-

Digitized by Google

6 Q. Minucio cum exercitu, quem in Liguribus habebat, prorogatum imperium. additum, in supplementum ut quatuor millia peditum Romanorum scriberentur, et centum quinquaginta equites; et sociis eodem quinque millia peditum imperarentur, du-
7 centi quinquaginta equites. Cn. Domitio extra Ita-

runt: cujus loco *octingentos* revocavi.

§. 5. *Ex eodem exercitu pedites quindecim millia, et equites quingenti*] Scribe *peditum*. nam id exposcit Latini sermonis ratio et mos Livii. In Vossiano ea vox deerat. J. FR. GRON. Eodem modo emendat, quod infra est c. 23, 8. *Tumultuariorum militum ad duodecim millia pedites, et quadringentos equites scribere eum*. Et ita utrumque locum jam citaverat Pighius ad A. V. 1011. Praefanda est mihi venia dicenti, sermonis Latini ejusque causarum peritissimum Gronovium nondum mihi plane persuadere potuisse, haec rationi illius repugnare. Ipse 1. Pecun. Vet. 7. docet, *millia* numquam dici sine genitivo, sive expresso, sive intellecto, et ostendit, ei interdum addi ablativum *numero*, vel praepositionem *ad*. Quid ergo obstat, quo minus, quod hic legitur, ita expleri, et integrum fieri possit: *decreti sunt pedites* numero *quindecim millia*, vel, ad *quindecim millia* hominum, vel militum? et c. 23, 8. *Scribere eum tumultuariorum militum, pedites* ad *duodecim millia* hominum numero, *et equites quadringentos?* qua ratione ipse quaedam eo, quem dixi, loco supplet. Si his locis ratio linguae Latinae non fert dici *pedites*, non intelligo, cur 21, 55, 4. ex illius emendatione legi debeat, *duodeviginti millia Romani erant*. et 28, 2, 4. *Erant autem in Celtibero exercitu quatuor millia scutati*, pro *Romanorum*, et *scutatorum*. aut quomodo ea non adhibitis iisdem supplementis explicari possint. Eadem ratio est in hoc 3, 5, 13. *Romanos cecidisse in Hernico agro quinque millia ac trecentos*. Et in eo, quod MSS. Bongars. et Duisb. in Justin. 24, 7. habent, *Delphorum sociorumque non nisi quatuor millia milites erant*. ubi in aliis est *militum*. Sed forsan ipse erro, et vir summus haec melius vidit, de quo doctiores judicare volo. DUKER. Nullus codex Gronovio adsentitur. Cl. Perizon. vulgatum etiam tuetur ad Sanctii Minerv. 4, 8. p. 709. ex variis locis Livii docens, familiare ei esse, ut pro genitivo partitionis, ut dicitur, adhibeat illum ipsum casum, quo numerus rei numeratae exprimitur: vel etiam genitivum subintelligi hoc modo, *pedites quindecim millia hominum*. Posset etiam locutio suppleri hoc modo, quod adtinet *ad pedites, quindecim millia*. At potius censeo, locum esse mendosum. Vulgatum enim, quod omnes libri typis descripti tuentur, in uno tantum inveni Lov. 5. Reliqui omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. vocem *pedites* uno consensu omiserunt: neque dubito, quin et ab aliis codd. quibus *ὁ πάνυ* usus est, abfuerit. Eamdem igitur vocem ex contextu ejeci: praesertim quum Livius supra hoc cap. similiter

Digitized by Google

liam, quo senatus censuisset, provincia evenit, L. Quinctio Gallia et comitia habenda. Praetores de- 8
inde provincias sortiti: M. Fulvius Centumalus urbanam, L. Scribonius Libo peregrinam, L. Valerius Tappo Siciliam, Q. Salonius Sarra Sardiniam, M. 9
Baebius Tamphilus Hispaniam citeriorem, A. Atilius

locutus sit: *Permissum, ut duas legiones scriberet novas, et sociûm Latini nominis viginti millia, et equites octingentos.*

§. 6. *Et centum quinquaginta equites, et sociis eodem quinque millia peditum*] Omnia haec verba cum sequenti *imperarentur* neglegentia librarii desunt in Hearnii L. 1. Solam primam voculam *et* omittunt omnes scripti nostri, et edd. ante Aldum, qui eam adscivit fide cod. Mog. Tum *D. equites* Lov. 1. Deinde *ex sociis* Lov. 5. et ed. Camp. V. ad 26, 45, 1. Praeterea *VI peditum* Lov. 1. *quinque peditum millia* Lov. 5. et edd. usque ad Aldum, qui praeeunte Mſio Mog. dedit *quinque millia peditum*: neque aliter reliqui codd. nostri, nisi quod *quinque millia pedites* sit in solo Lov. 6. et vox *peditum* exsulet a Mead. 2. [*peditum* Bamb.] Insuper *imperarent* Voss. V. ad 10, 10, 1. Paullo ante *additum supplementum* Lov. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Sed praepositio *in* absorpta est ab ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. [*quatuor peditum*, omisso *millia*, Bamb. qui *et*, ante *centum*, non habet.] In sequentibus *ducenti equites* Lov. 2.

§. 7. *L. Quinctio Gallia. Praetores deinde*] Reposuimus ex fide archetyporum *Gallia et comitia habenda*. GELEN. Insanum bene Gelenius *L. Quintio Gallia et comitia habenda. Praetores deinde provincias sortiti.* Nam de consularibus in insequentem annum sensit Livius, et respicit illo, quod ante dixerat: *Consulibus ambobus Italia provincia decreta est: ita ut inter se compararent sortirenturve, uter comitiis ejus anni praeesset: ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus esset, si quo eum extra Italiam opus esset ducere legiones.* Nunc igitur significat, hanc posteriorem sortem Cn. Domitio excidisse, priorem L. Quintio. Sic supra hoc libro [c. 6, 1.] *Q. Minucii* (consulis literae allatae sunt) *a Pisis: comitia suae sortis esse.* Et mox [eod. cap.] *ad comitia Romam rediret. Si id facere gravaretur, quod non suae sortis id negotium esset.* 39, [6, 1.] *Jam consularium comitiorum appetebat tempus, quibus quia M. Aemilius, cujus sortis ea cura erat, occurrere non potuit.* Et iterum [c. 32, 5.] *Prior tamen Claudius, cui sors comitia habendi obtigerat, Romam venit.* J. FR. GRON. *Gallia et comitia habita praetorum. deinde* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. uterque. *Gallia et comitia praetorum habita. praetores deinde* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et priscae edd. Voces *et comitia praetorum habita* primus omisit Aldus, quarum loco Frobenius, Gelenio obsecutus, anno 1535. *et comitia habenda* substituit. [*comitia habita* Bamb.]

§. 8. *L. Valerius Tappus*] *Cappo* Lov. 6. *Trappo* Harl. *Tappo*

Digitized by Google

Serranus ulteriorem. Sed his duobus primum senatusconsulto, deinde plebis etiam scito permuta-
10 tae provinciae sunt. Atilio classis et Macedonia,
11 Baebio Bruttii decreti. Flaminio Fulvioque in Hispaniis prorogatum imperium. Baebio Tamphilo in Bruttios duae legiones decretae, quae priore anno urbanae fuissent: et ut sociis eodem millia peditum
12 quindecim imperarentur, et quingenti equites. Atilius triginta naves quinqueremes facere jussus, et

Hearnii N. *Tapo* Lov. 2. 3. *Tappo* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. Quod verum est. V. ad c. 10, 11. Mox *Sara* Lov. 2. *Sera* Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. [*Sacra* Bamb.] *Seranus* Hearnii L. 1. Hinc Baebii praenomen *M.* deest in Lov. 6. *Inde Baebius* legit Voss. qui similiter *Inde Actilus Seranus* legit. *M. Attilius* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *Seranus* etiam Lov. 2. 3. Gaertn. et Hearnii iidem. [*Saeranus* Bamb.] V. ad 34, 54, 3.

§. 9. *Sed his duobus primum senatusconsulto, deinde plebis etiam scito permutatae*] Petavianus et Vossianus *primum SC. deinde plebei jam permutatae.* Scribe *senatusconsulto, scito deinde plebei etiam permutatae provinciae sunt.* J. FR. GRON. Prima vocula *Sed* exsulat a Voss. qui etiam *secum*, pro *senatusconsulto*, praefert. V. ad 22, 10, 1. *per senatusconsultum* Lov. 6. Praeterea *deinde plebiscito permutatae* primae edd. quod itidem praeferunt Lov. 2. 5. et Harl. *deinde plebis jam permutatae* Lov. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertner. *deinde plebeis jam permutatae* Hearnii L. 1. *deinde plebei jam scito permutatae* ejusdem N. *Sed his duobus deinde primum plebei jam permutatae* Lovel. 1. [*deinde plebei etiam* Bamb.] *deinde plebis etiam scito permutatae* primus edidit Froben. anno 1531. in eo praeeuntem cod. Mog. secutus. V. ad 31, 50, 10. Mox §. seq. duobus praetoribus *Atilio* et *Baebio* tribuitur *Auli* praenomen in nonnullis Mstis: in aliis vero *Auli* priori, *Marci* posteriori: quibus adsentiuntur primae edd. Sed utraque praenomina omisit Frob. anno 1535. [*A. Attilio classis* Bamb. §. seq. *in Hispanis* idem.]

§. 11. *Baebio Tamphilo in Bruttios duae legiones decretae*] Duorum praetorum *Baebii Tamphili* hoc loco, et *Atilii* mox §. seq. nomina alterum alterius locum occuparunt in omnibus codd. nostris, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. antiquis; neque aliter fuisse in cod. Mog. excerpta ejus fidem faciunt. Ea primus in suum, quo nunc conspiciuntur, locum reposuit Aldus. Praeterea *in Brutio* cod. Mog. *in Bruttiis* Lov. 3. 6. et Harl. *in Graeciam* Ascensiana ed. anni 1513. et quaedam aliae. Mox *priori anno* Lov. 5. et ed. Camp.

Ut et sociis eodem millia peditum quindecim imperarentur]

Digitized by Google

ex navalibus veteres deducere, si quae utiles essent, et scribere navales socios. Et consulibus imperatum, ut ei duo millia sociùm ac Latini nominis, et mille pedites darent Romanos. Hi duo praetores et 13 duo exercitus, terrestris navalisque, adversus Nabin, aperte jam obpugnantem socios populi Romani, dicebantur parari. Ceterum legati ad Antiochum missi 14 exspectabantur: et, priusquam ii redissent, vetuerat Cn. Domitium consulem senatus ab urbe discedere.

Lege *urbanae fuissent: et ut sociis.* J. FR. GRON. Eam emendationem recepi, quod ita viderim scribi in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Tum vocem *peditum* ignorant Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. quam Mog. ex cod. suo addiderunt: quomodo etiam in Voss. fuisse videtur. [*millia peditum* ignorat Bamb. qui *imperaretur.*] Mox §. seq. *ex navibus veteres* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo. *ex navibus veteribus* Gaertn. et Mead. 1. in margine.

§. 12. *Uti duo millia sociûm ac Latini nominis*] Scribo *ut ei duo millia.* GELEN. Aliud etiam hic latet. Antiquissimae edd. praeferunt: *Et consuli imperatum. u. d. m. s. a. L. n. et mille Romanos daret pedites.* Ejus loco Aldus ex cod. Mog. adoptavit *Et consulibus imperatum*, tum *et mille pedites darent Romanos.* Haec autem scriptura deinceps obtinuit usque ad ultimam Gruteri, quae operarum errore pro *darent* dedit *daret.* Eumdem errorem emendare neglexerunt Dan. Heinsius in ed. Elzev. J. Fr. Gronovius, et Doujatius, qui quidem in ipso contextu *Ex consulibus* edidit, sed inter errata *Et consuli* emendavit, in eo Cl. Jac. Gronov. secutus: qui, videns *Et consulibus τῷ daret*, quod jam errore inoleverat, non convenire, itidem *Et consuli* vulgari curavit. Sed rogo, utri consuli imperatum, et cur tantum uni? Haec me permoverunt, ut cod. Mog. lectionem revocarem, quod et Hearnium fecisse video, quem nullus audire dignatus est, nisi qui editioni Londinensi praefuit. Ad id autem faciendum eo magis permotus sum, quod viderem, solum tantum Lov. 5. per omnia vulgato adsentiri; a quo reliqui mei divertunt, *darent* legentes. In eorum insuper nonnullis *cos*, vel *coss*, vel *cons*, per compendium scribebatur, quod non *consuli*, sed *consulibus*, reddendum esse τὸ *darent* evincit. In ultimis etiam verbis ordinem cod. Mog. servavi, licet invitis scriptis nostris et edd. vett. [*uti duo milia*, et *mille Romanos darent pedites* Bamb.]

§. 13. *Duo exercitus, navalis terrestrisque*] *terrestres navalesque* Voss. et Lov. 3. Mox *dicebantur parati* Lov. 1.

§. 14. *Priusquam ii redissent*] *et priusquam*, addita vocula, Voss. Lov. sex, Harl. Hearnii L. 1. et edd. usque ad ultimam Gru-

Digitized by Google

1 XXI. Praetoribus Fulvio et Scribonio, quibus, ut jus dicerent Romae, provincia erat, negotium datum, ut, praeter eam classem, cui Atilius prae-
2 futurus erat, centum quinqueremes pararent. Priusquam consul praetoresque in provincias proficisce-
3 rentur, supplicatio fuit prodigiorum caussa. Capram sex hoedos uno foetu edidisse, ex Piceno nunciatum

teri: quare voculam ab ea omissam Livio reddidi. Tum *rediissent* Lov. 1. et Gaertn. V. ad 8, 26, 6. Mox *vetuerant* Harl. De locutione *senatus vetuerant* dictum ad 4, 58, 4. hic tamen librarii errore ita datum puto, ob reliquorum dissensum. Tum *Domitium secus consulem discedere ab urbe* Voss. *Domitium senatusconsultum discedere ab urbe* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Domitium consulem senatus discedere ab urbe* Harl. [*Domitium senatus consulem discedere ab urbe* Bamb.] *To discedere* deest in Lov. 1. et Gaertn.

§. 1. *Quibus, ut jus dicerent, Roma provincia erat*] Scribo *Romae, provincia,* non *Roma.* GELEN. *Romae*, praeter Lov. 5. editis faventem, omnes nostri. Praeterea *ut jus diceretur* Harl. Tum *provincie erat* Voss. *provinciae erant* Lov. 1. et 6. Mox *cui Baebius* omnes mei, [Bamb.] quod pendet ex illis, quae cap. praec. §. 11. dicta sunt. Hinc *praefecturus erat* Voss. Lov. 5. et ed. Camp. *praefectus erat* Lov. 6. Dein *triremes pararentur* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*pararentur* Bamb.] V. ad 39, 22, 8.

§. 3. *Amiterni terra pluisse*] Barberin. et editi ante Curionem *terram pluisse*, vel *pluvisse.* Quod restituendum arbitror, etsi alibi saepe Livius *lapidibus pluit*, et 34, [45, 6.] *Terra pluit.* Sic etiam 3, 10, 6. *Inter alia prodigia et carnem pluisse.* uti quidem Pall. omnes, Campanique, et Aldina editiones: quod perperam Andreas et Rhenanus mutarunt. 10, [31, 8.] *Nam et terram multifariam pluisse, et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos nunciatum est.* 37, 3, 3. *Terram apud se pluisse Tusculani nunciabant.* Sic veteres. 40, [19, 2.] *In area Vulcani et concordiae sanguinem pluit.* J. FR. GRON. *terram pluisse*, vel *pluvisse*, etiam Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Victor. Crevierii. [*pluvisse* Bamb.] *terra pluisse* primus Frob. anno 1535. edidit, hinc Basil. anno 1539. Vascos. et Gryph. et ita demum Curio. De orthographia *τοῦ pluvisse* v. ad 1, 31, 1. de locutione *pluere terram* ad 3, 10, 6. Paullo ante *edidisse uno foetu* Lov. 2. *uno partu edidisse* Lov. 3. *uno foetu enixisse* Harl. [*haedos* Bamb.] Hinc *puerum unum natum unimanum* Lov. 1. 5. 6. et editi ante Aldum.

§. 4. *Formiis portam murumque de coelo tacta*] *Formis* Lov. 1. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 38, 27, 8. *in formis* Voss. Tum *de coelo tactam* Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Videri possent voluisse *tactum*, ut 29, 14, 3. *Anagniae et portam et multis locis murum de*

Digitized by Google

est: et Arretii puerum natum unimanum: Amiterni terra pluisse: Formiis portam murumque de coelo 4 tacta: et (quod maxime terrebat) consulis Cn. Domitii bovem locutum, ROMA CAVE TIBI. Ceterorum 5 prodigiorum caussa supplicatum est: bovem cum cura servari alique aruspices jusserunt. Tiberis, infestiore quam priore inpetu inlatus urbi, duo pontes,

coelo tactum. Sed vulgatum etiam probum est. V. ad 1, 31, 7.

Et (quod maxime terrebat) consulis Cn. Domitii bovem locutum] *terrebat consules, C. Domitii bovem* Lov. 1. *terrebat consulem M. Domitium, bovem* Voss. *terrebat Cn. Domitium consulem, bovem* Harl. *terrebat consulem Cn.* vel *C. Domitium, bovem* Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. tantum non omnes. Verum cur hoc prodigium Cn. Domitium magis, quam conlegam ejus L. Quinctium, vel quemvis civium, terruit? Non male igitur Pighius in Annal. ad ann. DLXI. p. 276. emendavit, ut nunc editur; quod Gruteri postrema ed. et post eam omnes recentiores in contextum admiserunt. [*consulis Cn. Domiti* Bamb.] Praeterea *bovem locutam* Lov. 2. 3. 5. et edd. princ. pro quo Aldus *locutum* reposuit ex cod. Mog. Ei autem consentiunt reliqui codd. nostri. [Bamb.]

§. 5. *Servari aliquot aruspices jusserunt*] Scribo *servari alique aruspices jusserunt*, non *aliquot*. GELEN. *servari aliqui aruspices* Voss. Lov. 2. 3. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed recte reliqui Msti *alique*. [*aliique* Bamb.]

Tiberis, infestiore quam priore inpetu] Legerim *quam priore anno, impetu*. TAN. FABER. *Tiberis infestior* Mead. 1. et Gaertn. Tum *quam priori inpetu* Lov. 3. Gronovius in priori ed. not. ad h. loc. et supra ad 4, 23, 6. legendum conjiciebat *infestiore, quam prius, inpetu*. quod Cl. Dukerus Fabri conjecturae praeferendum judicabat.

Duos pontes, aedificia multa] *duo* pro *duos* plane habet Barberinus. Ut et cap. sequenti idem cum Petav. vetustisque editionibus nonnullis: *proficisci ambo in provinciam placuit*. Ubi perperam Sigonius *ambos*. Observatum veteribus Grammaticis, promiscue sic hunc casum enuntiasse antiquos. Viri docti, qui in congerendis exemplis adeo fuerunt accurati, ut nescire se audeant profiteri, an multo plura inveniantur, a nobis haec addere possunt. l. 6. cap. ult. *Factum senatusconsultum, ut duo viros aediles ex Patribus dictator populum rogaret*. sic clare membranae Thuaneae. 7, 40, 9. *Eodem tenore duo insequentes consulatus gessi*. eaedem cum duobus Pall. 8, 3, 9. *Praetores tunc duo Latini habebant, L. Annium Setinum et L. Numicium Circejensem, ambo ex coloniis Romanis*. iterum Pall. 26, 6, 6. *Ambo mihi consules et universum senatum intueri videor*. Ita optimus Put. et melior Petav. 26, 7, 5. *Ca-*

Digitized by Google

aedificia multa, maxime circa portam Flumentanam, 6 evertit. Saxum ingens, sive imbribus, sive motu terrae leviore, quam ut alioqui sentiretur, labefactatum, in vicum Jugarium ex Capitolio procidit, et multos obpressit. In agris passim inundatis pecua

puam extemplo omissuros aut ambo imperatores Romanos. Eodem, c. 13, 7. *Omisso ipso Annibale ambo consules et duo consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt.* c. 26, 11. *Et consules bellicosos ambo viros acresque nimis et feroces creatos.* 27, 27, 7. *Postquam vulneratos ambo consules, Marcellum etiam transfixum.* 28, 11, 3. *Et albae duo soles visos referebant.* 29, 21, 12. *Pleminium et ad duo et triginta homines cum eo damnaverunt.* Eodem, c. 30, 12. *Ambo praeoptantes exsilio modicam domi fortunam ad sese perduxit.* 30, 14, 3. *Quos quum pariter ambo et benigno vultu excepisset.* Eodem, c. 17, 13. *Et equos duo phaleratos, bina equestria arma cum loricis.* Sic omnibus his locis ἀνώνυμον ille Puteaneus: plerisque etiam alii meliores. 38, 58, 6. *Ad extremum ambo pro populo Romano morte occubuisse.* Sic Barberin. et Petav. Caesar 5. de bello Gall. [37.] *Interfectos esse legatos duo, magnamque partem exercitus interisse.* 7, [33.] *Quum leges duo ex una familia, vivo utroque, non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent.* Sic utrobique insignes Andinae membranae. Frustra igitur in hoc apud Silium 4, [175.]

Cryxus Picentem Laurumque, nec eminus ambo,
Sed gladio Laurum:

frustra, inquam, quum alia molitur, tum *ambos* scribendum edicit Barthius 6. Advers. 3. J. FR. GRON. *ambo* et *duo* casu quarto pluribus, quam quae Gronov. laudavit, locis partim inveni in vulgatis editionibus, partim ex Mstis optimis restitui. Ita 3, 62, 6. *Inter fidentes sibimet ambo exercitus.* 7, 19, 5. *Eo nec patricios ambo consules, nec comitiorum curam plebs ad animum admittebat.* 10, 37, 14. *Fabius, ambo consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse, scribit.* 27, 22, 2. *Ex tribus eligerent duo, quos vellent.* c. 40, 6. *Duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam.* 39, 21, 10. *Novi praetores ambo exercitus in hiberna deduxerunt.* 45, 19, 15. *Ambo infirmos, distractis viribus, et omnibus injuriis obnoxios fore.* Exstant et alia loca, ubi in quibusdam Mstis eamdem lectionem inveni, sed propter optimorum dissensum recipere ausus non sum. Exempla v. 1, 31, 8. 2, 40, 13. 5, 24, 1. 6, 40, 18. 22, 34, 10. 25, 9, 14. 27, 16, 12. 36, 37, 2. 38, 42, 9. 39, 2, 7. et c. 39, 4. Unus etiam exstat locus 9, 43, 11. ubi Cl. Jac. Gron. tacite *duo* edidit, sed suadentibus scriptis meis *duos* revocavi. Contra *ambo* pro *ambos* ex MS. reddidi olim Silio 17, 427.

Archemorum Rullus, Teucrum Norbanus, et ambo
Mantua labenti genetrix dimiserat aevo.

ubi vide, quae notavi. Adde Gebh. ad Liv. 7, 40, 9. Gronov.

Digitized by Google

ablata, villarum ſtrages facta eſt. Priusquam L. Quin- 7
ctius consul in provinciam perveniret, Q. Minucius
in agro Pisano cum Liguribus signis conlatis pugna-
vit: novem millia hoſtium occidit: ceteros fusos fu-
gatosque in caſtra compulit. Ea usque in noctem 8

ad Livii 8, 3, 9. Graev. ad Cic. 6. ad Att. 1. p. 582. Cel. Burm. ad Quinct. 2. Inſt. Or. 17. p. 196. et Cortium ad Sall. Jug. 21. 4. An autem ita hic legendum sit, vehementer dubito. Certe omnes noſtri [Bamb.] conſtanter *duos*. Et Hearnii quidem L. 1. *duo* praefert, sed inter versus litera *s* adscripta eſt. Ex Mog. cod. nihil etiam notatur. Vir doctus, qui tanta cura exempla vocum *duo* et *ambo* casu quarto collegerat, ut nescire se profiteri ausus sit, an multo plura invenianturt, eſt Marius Corradus 4. de L. Lat. p. 155. ut monet G. J. Voſſ. 4. Gramm. 6. ubi ipse etiam Corradi exemplis plura nova addidit.

Maxime circa portam Flumentanam] Prima vox deeſt in Lov. 3. Tum *circa Flumentanam portam* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. [Bamb.] cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *circa Flumentaneam portam* Lov. 6. *circa Flumenariam portam* Mead. 2. V. ad c. 9, 3.

§. 6. *Sive imbribus, sive motu terrae leviore, quam ut alioqui sentiretur, labefactatum*] Olim edebatur *sive imbribus, seu motu terrae*, quod praeferunt Lov. 1. 4. 5. et Hearnii L. 1. [Bamb.] V. ad 10, 14, 9. Id Frob. anno 1535. mutavit, *sive motu* subſtituens. Hujus mutationis Gelenium auctorem fuiſſe, eumque cod. Mog. secutum esse conjicio, quia in excerptis ejus Mſti notatur, eum praeferre *sive imbribus*; quod moneri nihil adtinebat, quum similiter habeant omnes editi. Videntur itaque viri docti indicare voluisse, se in eo cod. invéniſſe, *sive motu terrae*, quod in reliquis meis etiam supereſt, nisi quod in quibusdam bis *sine*, pro *sive*, obcurrat. Tum *motu terrae leniore* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. et Mead. 2. [Bamb.] V. ad 36, 31, 8. Praeterea *quam motu alioqui* Voſſ. et Lov. 1. 3. 6. *quam ut alioquin* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Ascens. anni 1513. Tandem *labefactum tum* Harl. *labefacte tum* Lov. 2. *labefactum cum* Lov. 1. 3. 6. *labefactum* Gaertn. V. ad 10, 37, 2. Mox *in vicum Inganum* Lov. 1. *in vicum Lugarium* Lov. 5. *in vicum Vigapium* Lov. 6. De hoc vico v. ad 24, 47, 15.

In agris passim inundatis pecua ablata] *in undas*, pro *inundatis*, Harl. Tum *pecora* omnes noſtri, Hearnii L. 1. et edd. principes; cujus loco Frob. anno 1535. *pecua* subſtituit. Si constaret, Gelenium ita ex Mog. cod. emendasse, non displiceret. Livium enim ea voce usum eſſe, vidimus ad 26, 34, 5.

§. 7. *Priusquam L. Quinctius consul in provinciam perveniret*] *proconsul* Voſſ. Lov. 1. 4. Mead. 2. Hearnii N. [Bamb.] et edd. principes. Tum *in provincia* Voſſ. et Lov. 1. [*Piseno* hic et §. 10. Bamb.] Mox *novem millia occidit* Lov. 1. *cecidit* Lov. 2. et Harl. V. ad 36, 36, 6. Deinde §. seq. voces *magno certamine* desunt in Harl.

Digitized by Google

magno certamine oppugnata defensaque sunt. nocte
9 olam profecti Ligures: prima luce Romanus vacua
castra invasit. praedae minus inventum est, quod
10 subinde spolia agrorum capta domos mittebant. Minucius nihil deinde laxamenti hostibus dedit. ex agro Pisano in Ligures profectus, castella vicosque eo-
11 rum igni ferroque pervastavit: ibi praeda Etrusca, quae missa a populatoribus fuerat, repletus est miles Romanus.

1 XXII. Sub idem tempus legati ab regibus Ro-
2 mam reverterunt. qui quum nihil, quod satis maturam caussam belli haberet, nisi adversus Lacedaemonium tyrannum, adtulissent, quem et Achaei le-

§. 9. *Minus inventum est, quod subinde spolia*] *inventum eo quod subinde* Gaertn. *inventum est, eo quod subinde* Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, Venetae variae, aliaeque usque ad Frob. anni 1535. quae *τὸ eo* delevit. V. ad Epit. Liv. l. 35. *quo subinde*, et ante *prima luce vacua castra Romanus* Bamb.]

§. 11. *Ibi praeda Etrusca, quae missa a populatoribus fuerat*] *ubi praeda* Lov. 2. 4. et Harl. V. ad 27, 5, 2. Tum *missa popularibus* Voss. *missa populatoribus* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. V. ad 6, 11, 4. *missa a popularibus* mendose in exemplaribus vulgatis quibusdam legi, testatur Pighius in Annal. ad ann. ıɔLXI. p. 279. Indicat autem edd. Modii, et primam Gruteri. [§. 10. *vicosque igni*, omisso *eorum*, Bamb.]

§. 1. *Romam reverterunt*] *revertuntur* Lov. 1. V. ad 6, 29, 7. Mox §. seq. *satis quod maturam* Lov. 2.

§. 2. *Quem et Achaei legati adnunciabant*] *quod et Achaei* Voss. *quem etiam Achaei* Gaertn. Tum *nunciabant* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri, quam perperam dantem *annuciabant* recentiores secuti sunt. Priscam igitur lectionem Livio reddidi. Sic enim, ut tradunt Grammatici, quorum excerpta post auctores L. Lat. edidit Gothofr. p. 1349. *nunciare* est de longinquo, *annunciare* de futuro; vel p. 1358. *obnunciare* est rem malam, *annunciare* bonam nunciare, hic contra sermo est de praesenti, et de re haud bona. Mox vocem *obpugnare* omittit Harl. Praeterea *missus in Graeciam est* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [*missus in Graeciam ad tuendos socios* Bamb.]

§. 3. *Consules, quando nihil*

Digitized by Google

gati nunciabant contra foedus maritimam oram Laconum obpugnare; Atilius praetor cum classe missus est in Graeciam ad socios tuendos. Consules, 3
quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo in provincias placuit. Domitius ab Arimino, qua proximum fuit, Quinctius per Ligures in Bojos venit. Duo consulum agmina diversa late agrum ho- 4
stium pervastarunt. primo equites eorum pauci cum praefectis, deinde universus senatus, postremo in quibus aut fortuna aliqua, aut dignitas erat, ad mille quingenti ad consules transfugerunt. Et in 5
utraque Hispania eo anno res prospere gestae. nam et C. Flaminius oppidum Litabrum, munitum opu-

ab Antiocho instaret, proficisci ambo in provincias] Vet. lib. *ambos*. SIG. *quod nihil in Antiocho* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *quod nihil ab Antiocho* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. principes, usque dum *quando* Aldus ex cod. Mog. reciperet; ex cujus interpretatione *τὸ quod* natum est. V. ad 5, 27, 4. et 34, 33, 3. *quando* autem pro quod, quia, quoniam Livio familiare est. V. ad 40, 9, 1. Deinde *ambos* Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. Postea Frob. dedit *ambo*, quod reliqui nostri tuentur. Neque aliter se in Barber. et Petav. invenisse, Gronov. testatus est ad cap. praec. §. 5. V. etiam Gebh. ad 7, 40, 9. Tum *in provinciam* Lov. 2. 3. et Harl. Mox *quam primum fuit*, pro *qua proximum*, Voss. Voces *primus* et *proximus* saepe commutari, vidimus ad 5, 47, 5. Deinde *pervenit* Lov. 3.

§. 4. *Pauci cum praefectis, deinde universus senatus. postremo in quibus aut fortuna*] *pauci et praefectis* Voss. *pauci ex praefectis* Lov. 1. in quo etiam vox *universus* omittitur. Praeterea *aut forma aliqua* Harl. V. ad 41, 20, 2. Paullo ante *diversa late agrum* desunt in Gaertn.

Ad mille quingenti ad consules transfugerunt] *aut mille aut consules* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. qui in margine ostentat *aut milites ad consules*: quod etiam in Gaertn. inveni. *aut nulla ad consules* Lov. 3. *ad mille ad consules* Lov. 2. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. N. et edd. antt. donec Aldus ex cod. Mog. vulgatam lectionem receperit, quae vera est. Nam eumdem numerum Livius etiam infra prodidit c. 40, 3. ubi codd. nihil mutant. Ex eodem etiam loco insuper constat, numerum hic editum pertinere ad omnes, qui ex gente Bojorum ad Romanos transfugerant, non vero ad solos proxime memoratos, *in quibus aut fortuna aliqua. aut dignitas erat.* [*aut mille quingenti* Bamb.]

§. 5. *Oppidum Litabrum, mu-*

Digitized by Google

lentumque, vineis expugnavit, et nobilem regulum Cor-
6 ribilonem vivum cepit: et M. Fulvius proconsul cum duobus exercitibus hostium duo secunda proelia fecit: oppida duo Hispanorum, Vesceliam Holonemque, et castella multa expugnavit: alia voluntate ad
7 eum defecerunt. tum in Oretanos progressus, et ibi

nitum opulentumque] Neque hoc, nec quae sequuntur paulo post oppida facile reperias apud classicos scriptores. Fieri autem potest, ut diruta fuerint, aut nomina vel mutata, vel corrupta. Hoc etiam obiter hic notandum, quae Livius hic de consulum in Bojos profectione narrat, eadem illa narraturum esse post aliquot paginas [c. 40.] pauloque diversius. Porro quae de M. Fulvio Nobiliore, ulterioris Hispaniae praetore, ante aliquot paginas hujus libri [c. 7.] narravit, hic prope eadem repetere, nempe de Tolcto ac Vectonibus, perinde atque antea nihil ea de re dixisset. Sed non est mihi dubium, tanta rerum gestarum mole, ingentique scriptorum multitudine Livii memoriam obrutam: nec id mirandum, praesertim in homine sene. GLAR. *Licabrum* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii N. et cod. Mog. [Bamb.] *Licabium* Hearnii L. 1. Ortelius in Thes. Geogr. hac voc. monuit, Moralem l. 2. Chron. fol. 56. b. et in Antiquit. fol. 95. legendum suspicari *Britablum*, qui locus est juxta Segoviam. Paullo ante *In utraque Hispania*, omissa conjunctione *Et*, Lov. 2. *Sed in utraque Hispania* Lov. 1. *Sic in utraque Hispania* Lov. 6. [*in* omittit Bamb. Idem *Cn. Flaminius.*] Tum voces *eo anno* desunt in Harl.

Nobilem regulum Corribilonem] *regium Coribilonem* Voss. et Lov. 1. ac 4. *regium Corbilionem* Lov. 3. *regum Corribilonem* Harl. *regium Corribilonem* Lov. 5. et Mead. uterque. [*regium Conribilonem* Bamb.] *regem Corribilonem* margo Mead. 1. *regem Coribilonem* Lov. 6. *regem Corunbilonem* Gaertn. *regulum Corbilionem* Hearnii L. 1. *regium*, vel *regum* primae edd. *regulum* primi dederunt Moguntini. *Corbulonem* est in margine Ascens. anni 1513.

§. 6. *M. Fulvius proconsul*] Mihi non dubium est, quin legendum sit *propraetor*. Hi praetores A. V. ıɔLX. sortiti fuerant Hispaniam, Flaminius citeriorem, Fulvius ulteriorem, 34, 55, 6. et anno sequente utrique prorogatum fuerat imperium supra c. 20, 11. Sed nihil est, unde pateat, Fulvium, quum priore anno praetor provinciam obtinuisset, sequente imperium proconsulare accepisse. Nam quod Pighius ad A. V. ıɔLXI probat *proconsul* hoc argumento, quod Plutarchus successorem Fulvii Paullum Aemilium *pro consule* Hispaniae ulteriori praefuisse scribit, qui etiam Livio 37, 46, 7. *proconsul* dicitur, leve est, nec ullam vim ad confirmandam scripturam vulgatam hujus loci habet. Neque enim ex eo sequitur, idem M. Fulvio datum fuisse, quem Livius 36, 2, 8. *propraetorem* vocat. Nec c. 21, 10. ubi ovantem ex Hispania urbem ingressum scribit, quidquam aliud

Digitized by Google

duobus potitus oppidis, Noliba et Cusibi, ad Tagum amnem ire pergit. Toletum ibi parva urbs erat, 8
sed loco munito. eam quum obpugnaret, Vectonum magnus exercitus Toletanis subsidio venit. Cum his signis conlatis prospere pugnavit: et, fusis Vectonibus, operibus Toletum cepit.

de eo dicit, quam *M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante praetor in ulteriorem Hispaniam erat profectus.* DUK. V. ad 40, 39, 1. [*et* ante *M. Fulvius* omittit Bamb.]

Oppida Hispanorum, Vesceliam Holonemque] Manuscriptus *Vescellam Helonemque.* MOD. *oppida duo Hispanorum* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. incertum, utrum dedita opera, an operarum errore, vocem *duo* omisit. Deinde *Vescelia* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Hearnii N. [Bamb.] *Veseliam* Lov. 3. et Hearnii L. 1. Tandem *Holonenque* Mead. 1. *Illonemque* Lov. 2. *Elonemque* Lov. 3. *Helonemque* Voss. Lov. 1. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Victor. Crevierii, et Hearnii N. ac L. 1. [Bamb.] Unde Jac. Gronov. in Dissert. Epist. in Livii loca Geogr. Ep. 5. p. 38. minima mutatione *Belonemque* legendum censuit, adprobante ejus emendationem Jac. Periz. in margine Livii sui. *Belonis* meminit Mela 2, 6. *Tum Mellaria, et Belo, et Besippo, usque ad Junonis promontorium oram freti occupat.* ubi v. Vossium, et Harduin. ad Plinii 3. Hist. Nat. 1. Contra, situm locorum huic emendationi repugnare, existimat Crevier. Belonem enim, Baeticae maritimae urbem, nimium distare ab Oretanis, inter Anam et Baetim sitis; in quos, his urbibus captis, progressus esse Fulvius dicitur. Vesceliam igitur Holonemque Ibero viciniores fuisse credit, quam Oretanos.

§. 7. *Noliba et Cusibi, ad Tagum amnem ire pergit*] *Nobilibus et Cusibi* Harl. *Nobilibus et cum sibi* Mead. 1. *Voliba et cũ sibi* Hearnii L. 1. *Noliba et cum sibi* Lov. 4. *Noliba et Cusibi* Lov. 1. et Mead. 2. *Noliba et Consibi* Voss. Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. *Nobilia* legit Ortelius in Thes. Geogr. ea voce, et addit, Moralem in Antiq. legisse *Noliba*, se tamen ignorare, mendosene, an ex vetusti cod. fide. Sed *Nobilia* in nulla inveni editione, nisi in Sigonianis. Paullo ante *in Orientanos* Voss. et Lov. 1. *in Orentanos* Lov. 2. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn.

§. 8. *Parva urbs erat, sed loco munita*] Non displiceret *loco munito*, quod ex Aler. adnotat Hearnius, si MSS. adsentirentur. DUK. *loco munita* primi ediderunt Moguntini: sed nihil ex cod. ad haec verba notant. Omnes priores ediderunt *loco munito*; quod etiam superest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et Gaertn. quod recepi. V. ad 5, 39, 10. Voces *sed loco munita* desunt in Lov. 3. et Hearnii L. 1. τὸ *erat* in Lov. 1. Mox *Vetonum, Vettonum, Ventonum*, et *Vetonibus, Vettonibus*, ac *Ventonibus* quidam meorum. [*Vettonum, Vettonibus* Bamb.] Tum *maximus exercitus* Lov. 3. Tan-

Digitized by Google

1 XXIII. Ceterum eo tempore minus ea bella, quae gerebantur, curae Patribus erant, quam exspecta-
2 tio nondum coepti cum Antiocho belli. nam etsi per legatos idemtidem omnia explorabantur, tamen rumores, temere sine ullis auctoribus orti, multa
3 falsa veris miscebant. Inter quae adlatum erat, quum

dem *effusis*, pro *et fusis*, Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 38, 49, 4. *exeffusis* Harl. [*Cum iis signis* Bamb.]

§. 1. *Minus ea bella, quae gerebantur, curae Patribus erant*] *minus bella* Lov. 1. et 6. *bella, quae rebantur* Harl. *quae gerebant* Mead. 1. *ea bella, quae gerebantur, minus curae* Lov. 6. et edd. ante Aldum. Mox *exspectatio signi nondum coepti* Lov. 2. Gaertn. Harl. Mead. 1. Vox autem *belli* deest in Lov. 1.

§. 2. *Nam etsi per legatos identidem omnia explorabantur, tamen rumores*] Ita primi Moguntinenses ex cod. suo vulgarunt, quum antea ederetur, *nam et per legatos identidem omnia expromebantur, quod rumores*, quomodo servant Lov. 5. 6. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. [Bamb. nisi quod *et quod rumores*.] Ab hac lectione alii parum differunt. nam *quam rumores* est in Voss. *et rumores* in Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. et margine Mead. 1. *tamen rumores* in Lov. 4. Codicibus nostris consentire Barb. et Naud. in prima not. ed. testatur Gronovius. Hinc, verbum *expromebantur*, quo Livius etiam 27, 51, 11. et alibi usus est, injuste hic ei ereptum esse certissimum habens, in particulis magnum facinus admissum suspicatur, et auctorem scripsisse conjicit: *nam qua per legatos identidem omnia expromebantur, qua rumores*, posteriori itaque loco corruptam particulam esse, priori ejusdem interpretationem receptam. Usum deinde particularum *qua, qua* inlustrat, de quibus etiam v. ad 10, 38, 1. de verbo autem *expromere* ad 39, 12, 4. Si vulgatum displiceret, potius cum nonnullis codd. legerem *nam et per legatos* etc. *et rumores*. Sed omnino Mog. lectio genuina est, et recte Gronov. in repetitis curis conjecturam omisit. *explorare* autem quin recte de legatis dicatur, nemo dubitare potest. Praeterea cura, brevi bellum cum Antiocho gerendum fore, Patribus injecta erat non per legatos, qui explorata renunciantes nihil, quod satis maturam caussam belli haberet, nisi adversus Lacedaemonium tyrannum adtulerant, ut cap. praec. dixit Liv. sed per rumores, qui, temere sine ullis auctoribus orti, multa falsa veris miscebant. Hinc neque particulis *et, et*, neque etiam *qua, qua* locum esse puto. Praeterea *orti multi falsa veris miscebant* Mead. 1.

§. 3. *Quum in Aetoliam venisset*] Voss. *ut in Aetoliam venisset*. Quanto scitius est, tanto verius puto. Plauto Bacch. [1, 1, 73.] *Ut in navi vecta es, credo, timida es*. Cicero ad Attic. 1, 15. *Ut Brundisio profectus*

Digitized by Google

quum in Aetoliam veniffet Antiochus, extemplo classem eum in Siciliam miffurum. Itaque senatus, 4
etsi praetorem Atilium cum classe miserat in Graeciam, tamen, quia non copiis modo, sed etiam 5
auctoritate opus erat ad tuendos sociorum animos, T. Quinctium, et Cn. Octavium, et Cn. Servilium, et P. Villium legatos in Graeciam misit; et, ut

es, nullae mihi abs te sunt redditae literae. Lib. 5, 10. *Ut Athenas a. d. VII. Cal. Quinct. veneram, exspectabam ibi jam quartum diem Pontinum.* Ovidius [5. Trift. 10, 1.] *Ut sumus in Ponto.* J. FR. GRON. V. ad 21, 29, 5. Quo minus hanc lectionem probem, illud efficit, quod nullus meorum teftimonium Voff. consensu probet. Insuper Grammatici observant, τὸ *ut* hoc sensu indicativum requirere, qui etiam jungitur omnibus locis, quae Gronov. laudavit. V. Vossium 7. Gramm. 62. Ceterum *allatum erat, eum in Aetoliam missurum*, reliquis omissis, Hearnii L. 1.

§. 5. *Ad tuendos sociorum animos*] Lege *tenendos.* Exscriptor in animo habuit, quod c. 22, 2. *Missus est in Graeciam ad socios tuendos.* Sed aliud eft. TAN. FABER. Scio *tueri* esse interdum alere, suftentare: videndum tamen, an non scripserit Livius *tenendos.* Juftinus 29, [4.] *Omnibus tamen propediem se auxilia missurum pollicetur, non quia facere posset, quae promittebat, sed ut spe impletos in societatis jure retineret.* Cicero 1. Fam. 7. *Virum excellentem, et tua tibi praestanti in eum liberalitate devinctum, nonnihil suspicantem, propter aliquorum opinionem suae cupiditatis, te ab se abalienatum, illa epistola retinuisti.* Idem 2. ad Attic. [19.] *Pompejus, nostri amores, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit. neminem tenet.* Quintus de Petitione [c. 12.] *Ut multi spe tui praesidii retineantur.* J. FR. GRON. Non dubitandum eft de veritate emendationis. Ad Gronoviana adde Cicer. 2. de Offic. 7. DUK. *ad tuendum* Lov. 5. et edd. antt. *ad tuendos* Aldus ex Mog. cod. concinentibus reliquis noftris. Virorum doctorum conjecturam probat etiam Crevier. Liv. 7, 25, 7. *Quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset.* 23, 15, 5. *Nec ea spe quemquam tenuit. dilapsi omnes.* 25, 15, 6. *Metu, quo tenebantur, liberati ad Hannibalem defecere.* 34, 27, 3. *Ne quid intestini motus oriretur, metu et acerbitate poenarum tenebat animos.* Saepe autem *tenere* et *tueri* commutantur. V. ad 33, 15, 12.

T. Quinctium, et C. Octavium, et Cn. Servilium, et P. Villium] *L. Quinctium* Voff. Lov. 1. 2. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et editi ante Aldum, qui recte *T. Quintium* ex cod. Mog. subftituit. Nam L. Quinctius hoc anno consul bellum cum Bojis gerebat. Tum *M. Octavium* Hearnii L. 1. *Cn.* vel *Gn. Octavium* Voff. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead.

Digitized by Google

M. Baebius ex Bruttiis ad Tarentum et Brundisium
6 promoveret legiones, decrevit; ut inde, si res po-
sceret, in Macedoniam trajiceret; et ut M. Fulvius
praetor classem navium triginta mitteret ad tuendam
Siciliae oram: et ut cum imperio esset, qui classem
7 eam duceret: (duxit L. Oppius Salinator, qui prio-
re anno aedilis plebis fuerat) et ut idem praetor

ambo, Gaertn. Hearnii N. et edd. Gruterianis priores: hae autem, incertum qua auctoritate, sed forte lapsu operarum, *C. Octavium* dederunt, quod recentiores servarunt. Sed priorem lectionem revocavi. Quamvis enim et *C.* et *Cn.* praenomina in hac gente usitata fuerint, circa haec tamen tempora nullus praenomine *Caji* dictus obcurrit. At contra *Cn. Octavius*, qui ex aedilitate plebis praeturam nactus est, memoratur 28, 38. quem hic indicari existimo. Ejus filius, ut videtur, itidem *Cn. Octavius* dictus, ut praetor memoratur 44, 17. qui etiam anno 1DXXCVI. navalem de rege Perseo triumphum egit 45, 42. et in fragm. fastor. Triumph. *CN. F. CN. N.* vocatur. Insuper auctor est Suet. in Aug. 2. C. Octavium Rufum procreasse Cn. et C. filios, a quibus duplex Octaviorum familia defluxit; Cnaeum enim et deinceps ab eo reliquos omnes summis honoribus functos esse; Cajum ejusque posteros in equestri ordine constitisse usque ad Augusti patrem. Ex prioris itaque posteris hic memoratus fuit, qui illius, unde stirps profluxit, praenomen usurpavit. Deinde *L. Servilium* Hearnii L. 1. *C. Servilium* Lov. 1. Memoratur circa haec tempora et C. et Cn. Servilius, prior ex familia Geminorum praetor fit 28, 10. consul 29, 38. et diu superfuit: posterior praeturam obtinet 28, 38. consulatum 29, 38. Quum itaque in praenomen *Cnaeum* consentiant reliqui codd. id etiam retinui. Tandem partim *P. Julium*, partim *P. Vilium* codd. sollemni errore. V. ad 40, 44, 1. Verba *et P. Villium* desunt in Voss.

§. 6. *Ut inde, si res posceret, in Macedoniam trajiceret; et ut M Fulvius*] Vocula *ut* utroque loco deest in omnibus nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. Frobeniana anni 1535. antiquioribus. Contra paullo post, ubi nunc editur *et cum imperio esset*, editiones ante Modium exhibent *et ut cum imperio esset*, quam lectionem firmant insuper Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Quemadmodum prioribus locis voculam ejicere ausus non sum, ita ultimo Modium sequi nolui, sed eam librorum auctoritate restitui. Cl. Crevierius etiam eam primo loco, concinente Victor. deleri, ultimo addi malebat, quia ibi novum memoratur senatusconsulti caput, et ad eumdem hominem non pertinens. Praeterea *si res poscerent* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Classem navium triginta mitteret] MS. *Fulvius pr classem navium viginti mitteret a. t. S. o.* itemque rursus paulo post [cap. seq.] eaedem membranae constanter habent, *Oppius is erat;*

Digitized by Google

L. Valerio collegae scriberet, *Periculum esse, ne classis regis Antiochi ex Aetolia in Siciliam trajiceret: itaque placere senatui, ad eum exercitum, quem haberet, tumultuariorum militum ad duodecim millia, et quadringentos equites scribere eum, quibus oram maritimam provinciae, qua vergeret in Graeciam, tueri posset.* Eum delectum praetor non ex Sicilia 8 9

qui classem viginti navium in Siciliam duxerat; ubi item in editionibus omnibus est, *qui classem triginta navium.* MOD. *navium XX*, vel *navium viginti*, praeter cod. Mog. non tantum hic legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] sed etiam cap. seq. §. 6. ubi prioribus accedit Harl. Ea autem lectio inde firmari potest, quod L. Valerius, qui hoc anno praetor Siciliam sortitus est, anno sequenti, prorogato imperio, Siciliae maritimam oram *viginti navibus longis* custodire jubetur 36, 2, 11. et quidem forte illis navibus, quas hoc anno Oppius in Siciliam duxit. [*cum imperio esse* Bamb.]

§. 7. *Qui priore anno aedilis plebis fuerat*] *priori anno* Lov. 5. et ed. Camp. Deinde *aedilis plebejus* Voss. et Lov. 6. Tum praenomen Valerii *L.* deest in Lov. 3. Vox *collegae* in Voss.

§. 8. *Ad eum exercitum, quem haberet*, etc. *scribere eum*] *ut ad eum exercitum, quem haberet*, etc. *scriberet* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. 2. [Bamb.] *ad quem haberet*, etc. *scriberet* Voss. *ad exercitum, quem haberet*, etc. *scriberet* Lov. 1. *ut ad eum exercitum, quod haberet*, etc. *scriberet* Mead. 1. *ad eum exercitum, quem haberet*, etc. *scriberet* Lov. 3. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frob. anni 1535. quae vulgatam lectionem prima exhibuit.

Tumultuariorum militum ad duodecim millia pedites, et quadringentos equites] Si toleres, omnino scribendum *peditum*. Sed videtur τὸ *pedites* additamentum esse inlatum ab iis, qui nesciebant, per vocem *milites* hos intelligi. De quo jam pluries et plusculis monitum. Malim ergo: *tumultuariorum militum ad duodecim millia, et quadringentos equites scribere eum.* J. FR. GRON. *militum duodecim millia* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. Primi Moguntini τὸ *ad* ex cod. suo addiderunt. Tum vulgatam lectionem *pedites* adversus Gronov. defendere conatur Cl. Periz. ad Sanctii Min. 4, 8. p. 709. iisdem rationibus, quas supra recensui ad c. 20, 5. Ejus loco *milites* est in Harl. Reliqui omnes nostri cum Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. eamdem vocem plane expellunt. Gronovio igitur adsensus expunxi. Praeterea *et CCC equites* Lov. 1. Conjunctionem *et* ignorat Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. Sed *qua* Frob. anno 1535. substituit. Infra 38, 4, 2. *Urbs, qua murus vergit in campos et flumen, occidentem spectat.* c. 38, 4. *Usque ad juga, qua in*

Digitized by Google

ipsa tantum, sed etiam ex circumjacentibus insulis habuit: oppidaque omnia maritima, quae in Grae-
10 ciam versa erant, praesidiis firmavit. Addidit alimenta rumoribus adventus Attali, Eumenis fratris, qui nunciavit, Antiochum regem Hellespontum cum exercitu transisse; et Aetolos ita se parare, ut sub
11 adventum ejus in armis essent. Et Eumeni absenti, et praesenti Attalo gratiae actae: et aedes liberae, locus, lautia decreta, et munera data, equi duo, bina equestria arma, et vasa argentea centum pondo, et aurea viginti pondo.

Lycaoniam vergit. V. ad 10, 14, 4.

§. 9. *Sed etiam ex circumjacentibus insulis habuit: oppidaque omnia*] *Tò etiam* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 2, 6, 1. Tum *oppida omnia* Lov. 5. et edd. priscae. Moguntini ex cod. suo substituerunt *oppidaque omnia*, quod reliqui scripti probant. Paullo ante *Tum delectum* Lov. 6. et Harl. V. ad 9, 35, 7. *Tum dilectum* Voss. [Bamb.] V. ad 37, 51, 7. [*non Sicilia* Bamb.]

§. 10. *Hellespontum cum exercitu transisse*] Praepositionem *cum* neglegit Voss. quam neque requirerem, si plures codices accederent. Liv. 9, 13, 10. *Priusquam alter consul victore exercitu advenit.* ubi enim turbant Msti. 36, 12, 10. *Consulem jam legionibus mare trajecisse.* ita unus cod. reliqui, ut vulgo editur, *jam cum legionibus.* c. 26, 4. *Omnibus copiis in Asiam trajicere.* Tacit. 15. Ann. 7. *Duabus legionibus Armeniam intrat.* V. ad 1, 14, 7. et 22, 9, 5. Quia tamen alii omnes vulgatum defendunt, *τὸ cum* hausum puto ab ultima syllaba vocis praecedentis. V. ad 10, 1, 5. 28, 12, 6. et alibi. [*Addidit alimentorum operibus adventus* Bamb.]

Aetolos ita se parare] Ita Frob. anno 1535. ex cod. Mog. vulgavit; quod etiam superfuisse videtur in Lov. 1. et 4. Sed Lov. 5. et principes excusi dederunt *et se parare Aetolos.* sequentes *et sperare Aetolos*, vel *et ita se parare Aetolos.* Variant etiam reliqui codices. *et Aetolos ita sperare* legunt Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. *et Aetolos ita separare* Mead. 2. *et Aetolos ita se parare* Voss. Lov. 2. 3. 6. et Harl. quod recepi. In cod. enim Mog. prima syllaba vocis *Aetolos*, sive, ut indocti librarii scribebant, *Etolos*, elisit vocalem praecedentem *et.* Alia exempla v. ad 32, 34, 7. et apud viros doctos ad Suet. Caes. 13. Mox *in marinis*, pro *in armis*, margo Voss. *marinis* Lov. 1. et 5.

§. 11. *Aedes liberae Attalo ac lautia decreta*] Vet lib. *aedes liberae, locus, lautia decreta.* ut 30, [17, 14.] *Aedes liberae, loca, lautia, legatis decreta.*

Digitized by Google

XXIV. Quum alii atque alii nuncii bellum in- 1
ſtare adferrent, ad rem pertinere visum eſt, con-
sules primo quoque tempore creari. Itaque sena- 2
tusconsultum factum eſt, ut M. Fulvius praetor li-
teras extemplo ad consulem mitteret, quibus cer-
tior fieret, senatui placere, provincia exercituque
tradito legatis, Romam reverti eum, et ex itinere 3
praemittere edictum, quo comitia consulibus cre-
andis ediceret. Paruit his literis consul, et, prae-
misso edicto, Romam venit. Eo quoque anno ma- 4
gna ambitio fuit, quod patricii tres in unum locum

SIG. Eadem lectio eſt in Lov. 1. 3. 4 et Mead. 2. Reliqui codd. eodem ducunt. *aedes liberae*, *locus*, *lancia decreta* legit Voſſ. *aedes liberae*, *locus*, *lauticiae decreta* Lov. 5. et ed. Camp. *aedes liberae*, *locus*, *lauticia decreta* Lov. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Neque aliter reliquae edd. principes, nisi quod praeferant *loca*. Lectionem a Sigonio ejectam inveni demum in ed. Aldina. V. viros doctos ad 28, 39, 12. et 30, 17, 14. Paullo ante *Eumene praesenti et absenti Attalo* perperam Lov. 4. et Mead. 2.

Munera data quina ambobus equestria arma, et vasa argentea C pondo] Antiqua scriptura *equi duo, bina equestria arma, et vasa argentea C pondo, et aurea XX pondo.* GELEN. *jugera data* Hearnii L. 1. Tum *qua boum equestria arma* Voſſ. *quina equestria arma* Hearnii L. 1. *quina bonus equestria arma* Lov. 1. *quina boum equestria arma* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. antt. [*equi duo, in equestria arma* Bamb.] *quina ambobus equestria arma* subſtituit Ascens. anno 1513. Sed veram esse Gelenii emendationem, certe ejus partem, ex Prisciano conſtat, qui in lib. de Ponder. p. 1353. agens de dispertivis numeris, ex Livii 35. hunc locum innuens, laudat *bina equestria arma.* Ultima verba, *et aurea viginti pondo*, quae desunt in omnibus membranis meis [Bamb.] Hearnii L. 1. editisque vetuſtis, et Frob. demum anno 1535. ex mente Gelenii recepit, exciderant ob vocis *pondo* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

§. 2. *Itaque senatusconsultum factum est, ut M. Fulvius praetor literas extemplo*] *Itaque ergo factum est* Lov. 1. V. ad 22, 10, 1. Tum *ut inde Fulvius* Voſſ. et Lov. 1. V. ad 4, 52, 4. *extemplo* exsulat a Lov. 1. Mox *mittere* et *fieri* Voſſ. Antea §. praec. *τὸ est* non adparebat in Voſſ.

§. 3. *Et ex itinere praemittere edictum, quo comitia consulibus creandis ediceret*] Vocula *et* neglegitur in Lov. 6. Tum *praetermittere edictum* Voſſ. et Lov. 1. Hinc *quod* Lov. 1. 3. et 6. Tum *comitia consulibus edi-*

Digitized by Google

petierunt, P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno repulsam tulerat, et L. Cornelius Scipio, et Cn.
5 Manlius Vulso. P. Scipioni, ut dilatum viro tali, non negatum, honorem adpareret, consulatus datus est. additur ei de plebe collega, M.' Acilius Glabrio.
6 Postero die praetores creati, L. Aemilius Paullus, M. Aemilius Lepidus, M. Junius Brutus, A. Cornelius Mammula, C. Livius, et L. Oppius; utrique eo-

ceret Voss. *comitia consulibus creandis ediceretur* Harl. V. ad 39, 22. 8. In verbis sequentibus, *Paruit his literis consul*, dubium non fuisset Doujatio, utrum L. Quinctius, an Cn. Domitius indicaretur, si ex c. 20, 7. meminisset, L. Quinctio evenisse Galliam provinciam et comitia habenda. [*Paruit iis literis* Bamb.]

§. 4. *P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno repulsam tulerat, et L. Cornelius Scipio, et Cn. Manlius Vulso*] *P. Cornelius Scipio, M. Fulvius, qui priore* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *P. Cornelius, C. Fulvius Scipio, qui priore* Lov. 1. *P. Cornelius et Cn. Scipio, ejus filius, qui in Hispania periit, et qui priore* Lov. 2. *P. Cornelius Cn. Scipionis filius, qui in Hispania periit, et qui priore* Lov. 6. Tum voces *qui priore anno repulsam tulerat* non adparent in Mead. 1. et Gaertn. neque sequentia *et L. Cornelius Scipio* in Lov. 2. et Mead. 2. At *P. Cornelius Cn. F. Scipio, et Cn. Manlius*, reliquis omissis, Harl. *P. Cornelius, Cn. Manlius* Hearnii N. [*Volso* Bamb.] Paullo ante *Eoque anno* Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. V. ad 5, 27, 1. Deest insuper vocula *quod* in Lov. 1. quae etiam omitti posset, si idem vellent reliqui codd.

§. 5. *Additur ei de plebe collega M.' Acilius Glabrio*] *additur* Voss. et Lov. 1. ac 6. quod quum Moguntini se etiam in suo cod. invenisse testentur, recipiendum putavi. [*additu rei* Bamb.] Tum *M. Atilius* Lov. 1. et 3. *M. Attilius* Voss. Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. V. ad 27, 4, 10. 31, 50, 5. et alibi saepe. *M. Acilius* Lov. 4. 5. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. quod, a sequentibus editoribus in *M. Attilius* mutatum, revocavit Frob. anno 1535. et servarunt posteriores usque ad Gruter. cujus ultima dedit *Manius Acilius*, forte ex Pighio, qui in Annal. ad ann. ıɔLXII. p. 280. fere ubique ei corrupte *Marci* praenomen tribui monuit.

§. 6. *M. Junius Brutus, A. Cornelius Mammula, C. Livius*] Junii cognomen *Brutus* exsulat ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquis, quod Moguntini ex cod. suo addiderunt. Recte. Est enim is, qui tribunus plebis memoratur 34, 1, 4. et consul 40, 59, 4. Deinde *L. Cornelius* codd. mei, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. vett. Primus Frob. anno 1535. *A. Cornelius* dedit; nescio tamen, utrum ex cod. an ex ipso Livio, apud quem 36, 2, 6. constanter id ei praenomen tribuitur. V. ad 37, 48,

Digitized by Google

rum Salinator cognomen erat. Oppius is erat, qui classem triginta navium in Siciliam duxerat. Interim 7
dum novi magistratus sortirentur provincias, M. Baebius a Brundisio cum omnibus copiis transire in Epirum est jussus, et circa Apolloniam copias continere: et M. Fulvio praetori urbano negotium da- 8
tum est, ut quinqueremes novas quinquaginta faceret.

5. Tum *Mamula* Lov. 3. 5. et edd. antt. *Mamnula* Lov. 6. *Mamilla* Voss. et Lov. 1. Hinc *L. Livius* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *C. Livius* ex cod. Mog. reposuit. Adsentiuntur reliqui nostri, nisi quod *Gneus Livius* sit in Lov. 2. *C. Livius* [?] in Mead. 2. Pariter fere errant quidam codd. 37, 25, 13. Mox *Salinatori* malebat Gronov. ad 1, 1, 4. Sed codd. nihil mutant, nisi quod ineptus monachus *Salvator* dederit in Lovel. 1. Praeterea *classem XX*, vel *viginti, navium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et cod. Mogunt. [Bamb.] V. ad cap. praec. §. 6. [*Paullus, M. Aemilius* omittit Bamb.]

§. 7. *M. Baebius a Brundusio*] *Cn.* vel *Gn.* vel *Gneus Bebius* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et edd. principes. [*Cn. Baebilis* Bamb.] *C. Baebius* Lov. 1. et cod. Mog. At ed. Mog. *M. Bebius*, quod et in Lov. 3. fuisse videtur, unde nihil notatum video. *Marci* praenomen tribuitur illi praetori, qui, primo Hispaniam citeriorem sortitus, mox senatusconsulto plebisque scito Bruttios accepit, ex Bruttiis autem ad Tarentum et Brundusium legiones promovere jussus est. V. ad capp. 10. 20. 23. Tum a *Brundisio* Lov. 1. 4. et Mead. 1. V. ad 42, 17, 2.

Transire in Epirum est jussus, et circa Apolloniam copias continere] Atqui *Apollonia* in Illyride Graeca erat, non in Epiro. Verum neque Livius dicit, eam in Epiro fuisse; cujus verba ita accipi possunt, eum ex Epiro Apolloniam progredi jussum fuisse. Illud difficilius explicatu videtur, quod hic *Epirum*, et 36, 1, 7. *Macedoniam* nominat. *Quem* (exercitum) *M. Baebius praetor anno priore in Macedoniam trajecisset*. Utrum has ideo permutare potuit, quod jam olim partes quaedam Epiri, Orestae, Pelagones, Elimiotae Macedoniae adjectae fuerant, ut auctor est Strabo 7. p. 434? e quibus Pelagones et Elimiotae ex divisione Paulli Aemilii in quarta regione Macedoniae fuisse, scribit Livius 45, 30, 6. An, quod, postquam transmarinae illae regiones in potestatem Romanorum venerant, Epirus provincia Macedonia continebatur? ita enim ex orat. Cic. in Pison. 40. colligit Manut. ad Cic. 13. Ep. Fam. 18. etsi ex eadem epistola observat, Epirum partem Achajae provinciae fuisse, quo tempore Ser. Sulpicius ab Julio Caesare post Pompejum victum Achajae praepositus erat. Quidquid

Digitized by Google

1 XXV. Et populus quidem Romanus ita se ad
2 omnes conatus Antiochi praeparabat. Nabis jam
non differebat bellum, sed summa vi Gythium ob-
pugnabat; et, infensus Achaeis, quod miserant ob-
3 sessis praesidium, agros eorum vastabat. Achaei,
non antea ausi capessere bellum, quam ab Roma
4 revertissent legati, ut, quid senatui placeret, sci-
rent, post reditum legatorum et Sicyonem conci-
lium edixerunt, et legatos ad T. Quinctium mise-
5 runt, qui consilium ab eo peterent. In concilio

est, constat aetate Livii appellationem Macedoniae late patuisse, adeo ut ea etiam Illyricum et Epirus comprehensae fuisse videantur. Suet. Caes. 25. scribit, Caesarem, a Brundusio in Macedoniam transgressum, Pompejum quatuor fere menses obsedisse. Sed Caesar classem ad terram *Cerauniorum*, quae initium *Epiri* est, appulit, atque inde Orico Epiri, Apollonia, Byllide, Amantia Illyridis, totaque Epiro in deditionem acceptis, Pompejum apud Dyrrhachium obsedit. Caesar 3. B. C. 6. 11. 12. Adde Casaub. ad Suet. l. d. DUK. *transire imperium* Voss. *transire in Pirum* Lov. 1. Mox §. seq. copula *et* deest in Lov. 1. 2. 3. et Harl. Tum *C. Fulvio* Lov. 1. Praeterea *praetore* Lov. 5. Mead. 1. et ed. Camp. Hinc *quinqueremes naves quinquaginta* Lov. 1.

§. 2. *Et, infestus Achaeis*] MS. *et, infensus Achaeis, quod* etc. MOD. *infestus* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *infensus* ex Mog. cod. recepit, quod etiam in Voss. fuisse videtur. Ex eo enim nihil in excerptis notatur. Saepe librarios has voces commutasse, vidimus ad 2, 46, 7. Paullo ante *Nabis vero jam non* Lov. 2. V. ad 21, 13, 2. *Nabis non* Lov. 6. *Nabis nam non* Lov. 1. Tum *in Cichoñ* Voss. *Acheum* Lov. 1. *Chiteum* Lov. 3. *Citeum* Lov. 4. *Citheum* Lov. 6. *Cithium* Mead. 1. *Gytheum* Lov. 5. Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. V. ad c. 12, 8. et hoc cap. §. 11. Mox *permiserant*, Voss. Cap. 13, 3. *Auxilium ad Gythium miserunt.* [*miserat* Bamb.] Hinc *agros circumvastabat* Lov. 3. in contextu, altera lectione margini adscripta.

§. 3. *Non antea ausi capessere bellum, quam ab Roma*] Puto scribendum esse *non ante ausi*, et a temere fini vocis *ante* ex capite sequentis adhaesisse. Video quidem aliquot loca Livii et Ciceronis pro *antea quam* proferri; sed in quatuor edd. Livii, quas vidi, 38, 25, 1. et 42, 47, 2. et in Lambini, Gruteri, Graevii et Gronovii edd. Ciceronis pro Rabirio perduell. reo c. 9. Epist. fam. 10, 16. et 11, 13. est *ante quam*, non *antea quam*. Et in iisdem 3. ad Att. 24. *Antea, cum ad me scripsissetis, vestro consensu consulum provincias ornatas esse*, non an-

Digitized by Google

omnium ad bellum extemplo capessendum inclinatae sententiae erant: literae T. Quinctii cunctationem injecerunt, quibus auctor erat praetorem classemque Romanam exspectandi. Quum principum 6
alii in sententia permanerent; alii utendum ejus, quem ipsi consuluissent, consilio censerent; multitudo Philopoemenis sententiam exspectabat. Praetor is tum erat, et omnes eo tempore et prudentia et auctoritate anteibat. Is praefatus, *Bene comparatum apud Aetolos esse, ne praetor, quum de* 7

tea quam, ut male in quibusdam MSS. et Lexicis. Uno tantum loco Cic. in omnibus his edd. est *antea*, *quam* 3. Epist. Fam. 6. *Te antea*, *quam tibi successum esset*, *decessurum fuisse*. Sed ibi quoque unus MS. in var. lect. Graevii habet *ante*, *quam*, quod non dubito praeferre. DUKER. Omnes nostri vulgatum servant, praeter Gaertn. qui *non ausi antea* legit. Tum *a Roma* Voss. Lov. 1. et Gaertn. Mox *quid placeret senatui* Voss. Insuper §. seq. *Sicyone concilium indixerunt* Voss. Non sequor. V. ad 41, 5, 7.

§. 6. *Alii utendum ejus, quem ipsi consuluissent, consilio*] *utendum eis, quae ipsi consuluisset consilio* Harl. *utendum ejus*, vel *eis, quod ipsi consuluissent*, vel *contulissent, consilium* edd. antt. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo receperunt, quod vulgo exstat, consentientibus reliquis meis. Paullo ante *Quum primum alii* Voss. Insuper §. praec. *cunctationem fecerunt* omnes Msti nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. dedit *injecerunt*. Praeterea in verbis mox sequentibus *multitudo* etc. *exspectabant* Lov. 1. V. ad 6, 19, 6. Reliqui tamen vulgatum tuentur.

§. 7. *Et prudentia et auctoritate anteibat*] Buslid. et Voss. *et providentia*. J. FR. GRON. Similiter Lov. 1. 6. et Crevierii Victorin. V. ad 25, 34, 7. Saepius ita variarunt librarii. V. Cl. Haverk. ad Oros. 1, 1. et Oudend. ad Front. praef. Strateg. ubi etiam vocem hanc inlustrarunt.

Is praefatus, *Bene comparatum apud Aetolos esse, ne praetor*] Immo *apud Achaeos*. Neque enim Aetolorum erat ille mos praecipuus, sed omnium fere liberorum populorum. Sic Romae neque consul in curia dicebat, neque praetor in foro ferebat sententiam. Sed nec Aetolorum consuetudo poterat liberare Philopoemenem ab officio fungendo: nisi offensam civium, in caussa gravissima, non patriam, sed gentis Achaeis invisissimae rationem imitando, indubitatam contrahere vellet, praesertim quum exspectaretur, et oculos omnium in se convertisset. quid enim propius, quam ut responsaretur, quid illi cum Aetolis? praetorem Achaeorum

Digitized by Google

bello consuluisset, ipse sententiam diceret: ſtatuere
8 quamprimum ipsos, quid vellent, jussit. *Praetorem decreta eorum cum fide et cura exsecuturum: adnisurumque, ut, quantum in consilio humano po-*
9 *situm esset, nec pacis eos poeniteret, nec belli.* Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit, quam si aperte suadendo cupiditatem res gerendi
10 oſtendiſſet. Itaque ingenti consensu bellum decretum est: tempus et ratio adminiſtrandi ejus libera prae-
11 tori permiſſa sunt. Philopoemen, praeterquam quod

eſſe: agere patrio more debere. J. FR. GRON. *Is profecto bene comparatum apud Aetolos esse ait, ne praetor* Lov. 5. et edd. principes usque ad Aldum, qui id, quod nunc vulgo circumfertur, ex cod. Mog. adscivit. Conspirant reliqui mei, nisi quod *profatus* sit in Voſſ. *praefectus* in Lov. 1. deinde *compererat* in Voſſ. *praeparatum* in Mead. 2. [*Aetolos essent praetor* Bamb. mox *quamprimo ipsos* idem.]

§. 8. *Adnixurumque, ut, quantum in consilio*] *annisurumque* Lov. 2. 4. Gaertn. et Mead. 2. V. ad 2, 50, 9. *admissurumque* Voſſ. et Lov. 1. V. ad 4, 43, 5. Tum *ut quam in consilio* Mead. 2. *unquam cum in consilio* Voſſ. qui etiam mox *penderet*, pro *poeniteret*, praefert. Paullo ante vox *Praetorem* exsulat a Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 9. *Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit*] *Ea plus ratio* Lov. 6. *Ea ratio non minus* Lov. 3. *ratio* etiam Lov. 1. 2. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo Mogunt. ex cod. suo dederunt *oratio*, concinentibus Voſſ. Lov. 4. et Harl. Ita saepe peccarunt librarii. V. ad 5, 55, 1. 9, 23, 14. 34, 40, 4. 36, 6, 4. c. 8, 1. Adde Sigon. ad 42, 40, 11. Gronov. ad 45, 21, 6. Cel. Burm. ad Suet. Claud. 38. Cort. ad Sall. Jug. 22. ad Plinii 2. ep. 11. et Walcker. ad Cic. 3. de N. D. 40. Tum *ad concitandos* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *incitandos*, praeeunte cod. Mog. recepit. Neque aliter reliqui codd. mei, nisi quod *incitandas* sit in Gaertn. *ad bellum animos habuit* etiam Lov. 3. Mox *rem gerendi* Lov. 1. 3. 6. et Voſſ. de qua locutione v. ad 10, 43, 6. Sed in vulgatum consentiunt reliqui, quos sequor. [*si a parte suadendo* Bamb.]

§. 10. *Tempus et ratio administrandi ejus libera praetori permissa sunt. Philopoemen, praeterquam*] *et tempus et ratio administrandi* Harl. *et ora ministrandi*, reliquis omiſſis, Lov. 1. *ministrandi* etiam Voſſ. Deinde *praetori permissa Philopoemeni sunt. Praeterquam* omnes codd. et edd. principes, nisi quod *premissa* legat Lov. 1. *sunt* desit in Gaertn. *Philopoemene* praeferant Lov. 4. et Mead. 1. *Philomene* Mead. 2. *Philomini*

Digitized by Google

ita Quinctio placeret, et ipse existimabat classem Romanam exspectandam, quae a mari Gythium tueri posset, sed metuens, ne dilationem res non 12
pateretur, et non Gythium solum, sed praesidium quoque missum ad tuendam urbem amitteretur, naves Achaeorum deduxit.

XXVI. Comparaverat et tyrannus modicam clas- 1
sem ad prohibenda, si qua obsessis mari submitterentur, praesidia, tres tectas naves, et lembos pristesque, tradita vetere classe ex foedere Romanis.

Lov. 5. [*permissa. Philopo eumenes* Bamb.]

§. 11. *A mari Gytheum tueri posset*] Sic semper apud Livium. Ptolemaeus et Plutarchus *Gythium* ubique vocant. SABELL. In ea voce hic et §. seq. variant eodem fere modo codd. quo supra hoc cap. §. 2. et alibi saepe notavimus. [*Cythelum* Bamb.] *Gythium* ubique in Livio recepit ed. Gronov. anni 1665. Sed, *Gythium* et *Gytheum* dici recte posse, contendit Cluver. 2. Geogr. ant. 13. p. 768. quia Graeci extulerunt *Γύθιον* et *Γύθειον*. V. etiam Meurs. 4. Miscell. Lacon. 6. et Crag. 4. de Rep. Lac. 5. Praepositionem autem *a*, quam Aldus addidit ex cod. Mog. ignorant Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Paullo ante *et ita existimabat* Lov. 5. et edd. principes. *et ipse existimabat* Moguntini ex cod. suo ediderunt, concinentibus reliquis scriptis nostris.

§. 12. *Metuens, ne dilationem res non pateretur*] *dilationem* omittit Lov. 6. particulam *non* Gaertn. [Bamb.] *res non paterentur* legit Lov. 6. Mox *non Gytheum solum debellationem* Harl. Tum *missum admitteretur* Gaertn. *admitteretur* etiam Mead. 1.

§. 1. *Ad prohibenda, si qua obsessis mari submitterentur praesidia*] Monuit *ὁ πάνυ* in pr. not. ed. membranas Barber. et Petav. legere *ad prohibendum, si qua obsessis mari submitterentur praesidia.* et, si ita distinguas, habere quod ei lenocinetur. Verum et ipse in curis secundis omittendo tacite damnavit, et nullus meorum ei adsentitur.

Lembos treis isque] Lege *lembos pristeisque.* GELEN. *lembos trisque* Lov. 1. 4. et Voss. *tres lembos isque* Lov. 6. *lembos tres isque* Lov. 3. *lembos tris quae* Harl. et Mead. 2. *lembos tris isque* Lov. 2. 5. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] Sed verum vidit Gelenius. *Pristis* autem, secundum Nonium ea v. est *navigii genus; a forma pristium marinarum, quae longi corporis sunt, sed angusti.* Serv. ad Virg. 5. Aen. 116. vel a tutela depicta, vel *ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα* ita dici censet. Ejusdem generis naves memorat Liv. 44, 28, 1. *Adjectae ad hunc numerum quinque pristes erant.* Polyb. 16, 1.

Digitized by Google

2 Harum novarum tum navium agilitatem ut experiretur, simul ut omnia satis apta ad certamen essent, provectos in altum quotidie remigem militemque simulacris navalis pugnae exercebat, in eo ratus verti spem obsidionis, si praesidia maritima inter-
3 clusisset. Praetor Achaeorum, sicut terrestrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel

Λέμβοι δὲ σὺν ταῖς πρίσεσιν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. et alibi. Insolita voce obsensi librarii facillime errare potuerunt. V. Gronov. 1. Obs. 18.

§. 2. *Harum ut novarum tum navium agilitatem experiretur, simul omnia*] Ita Gronov. ex scriptis et primis edd. dedit, ut monuit in pr. not. ed. Neque aliter codd. nostri, [Bamb.] nisi quod *tamen* pro *tum* sit in Mead. 1. *agilitate* in Harl. Aldus ex cod. Mog. vulgarat *Harum novarum tum navium agilitatem ut experiretur, simul ut omnia.* quod ad Gronov. usque editores servarunt. Quum autem utraque lectio commodum sensum praebeat, optimum cod. Mog. sequi malui. Praeterea Gronov. ex iisdem libris mox *provectos*, pro *profectos*, restituit, et Livii ac Virgilii exemplis firmavit. Sed *profectus* error est operarum, primum in Basil. ed. anni 1539. commissus, quem patientius, quam par est, sequentes editores tulerunt.

Remigem militemque simulacris navalis pugnae exercebat] Haec optima integerrimi cod. Mog. lectio est, quam recte Aldus recepit, et firmat locus geminus Livii, a Gronovio in pr. ed. not. ad verba praecedentia laudatus. ex 26, 51, 6. *Remigium classicique milites, tranquillo in altum evecti, agilitatem navium simulacris navalis pugnae experiebantur.* Antea edebatur *simul Achaeis navibus pugnam exercebat.* neque aliter codd. nostri, [Bamb.] nisi quod *sic Achaeis navibus* legat Lov. 6. Tum *ad pugnam exercebat* Lov. 1. *pugnam exerebat* Voss. *pugnam exercebant* Gaertn.

§. 3. *Quemvis clarorum imperatorum vel usu vel ingenio*] *clarissimorum imperatorum* Lovel. 3. Tum priorem voculam *vel*, quae exsulabat ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. prioribus, Aldus ex Msto Mog. interposuit. Posterius *vel* deest in solo Lov. 3. Mox *rudis ire navalis erat*, pro *rei navalis*, Mead. 1.

§. 4. *Externorum etiam omnium*, etc. *militaverat, ignarus. Navis erat quadriremis vetus, capta*] Voces *ignarus. Navis erat* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et utroque Mead. [Bamb.] tantum voces *Navis erat* in Gaertner. *omnium ignarus*, etc. *militaverat. quadriremis vetus, capta* legit Harl. *ignarus omnium*, etc. *militaverat quadrimi vectus capta* Lov. 5. et ed. Camp. Neque aliter reliquae edd. vett. nisi quod *omnium ignarus* praeferant. *omnium*, etc. *militaverat, ignarus. quadriremis vetus capta* cod. Mog. quod Aldus recepit, et locum, ut non-

Digitized by Google

usu vel ingenio aequabat, ita rudis in re navali erat; Arcas, mediterraneus homo, externorum etiam omnium, nisi quod in Creta praefectus auxiliorum militaverat, ignarus. Navis erat quadriremis vetus, capta annis octoginta ante, quum Crateri uxorem Nicaeam ab Naupacto Corinthum veheret. hujus fama motus (fuerat enim nobile in classe regia quondam

4 5 6

dum sanum, asterisco notavit. In Frob. demum ed. anni 1531. additis duabus vocibus *Navis erat*, vulgatum vidi, ut nunc ubique exstat.

§. 5. *Capta annis octoginta ante*] Hic locus quibusdum in codicibus totus erat corruptus, in aliis restitutus, ut nihilominus haereas. Nec id mirum; nam historia illa de Cratero ac ejus uxore *Nicaea*, aut, ut alii habent codices, *Nicala*, obscura est. GLAR. *quadraginta* legendum ex Plutarcho, qui meminit hujus navis in Philopoemene [p. 364.] his verbis: *ἀλλὰ καὶ ναῦν τινα παλαιὰν μὲν, ἔνδοξον δὲ δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα κατασπάσας ἐπλήρωσεν.* SIG. Si verus hic numerus (*octoginta*,) Craterus foret Demetrii Poliorcetae filius, Gonatae Antigoni frater, cujus meminit Plutarchus *περὶ Φιλαδελφ.* p. 486. Prologus 26. Trogi Pompeji, et Phlegon Trallianus *περὶ Θαυμασίων* c. 32. Ab ejus aetate ad haec tempora facile tot annos colligas. Sigonius ex Plutarcho *quadraginta*. Omnes ante Aldum *annis octo ante*. J. FR. GRON. De Cratero, Alexandri M. duce, et Nicaea, Antipatri filia, intelligi non potest: nam interjecti sunt anni ferme cxxx. et Nicaeam illam non Cratero, sed Perdiccae, nupsisse, auctor est Diodor. Sic. 18. p. 640. Craterum Antigoni Gonatae fratrem vocat Prologus Trogi l. 26. Plutarchus et Phlegon tantum Antigoni, non addito cognomine, fratrem. De ejus uxore Nicaea nihil alibi proditum inveni. Sed si hic Craterus, Antigoni Gonatae frater, designatur, vix mendo vacare potest locus Plutarchi in Philopoem. *ναῦν τινα παλαιὰν* etc. *δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα κατασπάσας ἐπλήρωσε.* Gonatas enim jam quinquaginta annis ante hoc tempus diem obierat, quum annos triginta sex regnasset. Ab Antigoni Dosontis principio ad A. V. ıɔLxı. anni sunt circiter quadraginta. DUK. *Τὸ ante* deest in Lov. 1. *LVX*, pro *LXXX*, Hearnii N. *annis ante XXX* Lov. 6. a m. 1. *annis ante octoginta* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *annis ante octo* Lov. 5. et edd. principes, pro quo Aldus *annis ante octoginta*, Froben. anno 1531. *dnnis octoginta ante* dederunt. Mox *Cratini uxorem* Voss. *Cratari uxorem* Lov. 3. Hinc *Vitalem* Lov. 3. *Vicallam* Lov. 6. *Nicolam* Lov. 2. [Bamb.] *Nitalam* Hearnii L. 1. *Nichalam* Gaertn. *Nicalam* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii N. et edd. vett. *Nicaeam* Frob. anno 1531. ex cod. Mog. Cujus loco quum Curio corrupte *Nicaelam* edidisset, idque reliqui servassent, Dan. Heinsius in ed. Elzev. *Nicaeam* revocavit. Deni-

Digitized by Google

navigium) deduci ab Aegio putrem jam admodum
7 et vetustate dilabentem jussit. Hac tum praetoria
nave praecedente classem, quum in ea Patrensis
Tiso praefectus classis veheretur, obcurrerunt a
8 Gythio Laconum naves: et primo statim incursu ad
novam et firmam navem vetus, quae per se ipsa

que *a Naupatho* Hearnii L. 1. *a Naupacto* Voss. Lov. 1. 5. Gaertn. Hearnii N. et edd. usque ad Gronov. qui *ab Naupacto* substituit, probantibus aliis meis.

§. 6. *Fuerat enim nobile in classe regia quondam navigium*] Ita Frob. ed. anni 1531. Antea vulgabatur *motus venit, et nobilem in classe regia quondam navium*, vel *navim*, vel *navem*: quod praefert etiam Lov. 5. a quo reliqui in paucis tantum apicibus differunt, nisi quod tamen *enim* pro *et*, ac *navigium* servent. [*famosus*, pro *fama motus*, et pro *fuerat* lacunam habet Bamb.]

Deduci ab Aegio putrem eam admodum] Vet. lib. *putrem jam admodum*. SIG. Lectionem, quae Sigonio displicuit, primum inveni in Frob. anni 1531. Omnes nostri etiam *jam* tuentur. [*Aegeo* Bamb.]

§. 7. *Ac tum praetoria nave*] Ex vet. lib. legendum est *Hac tum*. Veterem enim navem pro praetoria usurpatam a Philopoemene ait. SIG. Ita non tantum omnes codd. sed et edd. praeter Basil. anni 1554. et 1555. quae, omissa adspiratione, *Ac* dederunt. Ita saepe librarii in Mstis lapsi sunt. V. ad 1, 37, 1. 3, 37, 8. 5, 51, 4. 6, 14, 4. c. 42, 3. 7, 2, 11. c. 4, 6. cap. 10, 4. 8, 6, 5. 10, 32, 7. 35, 31, 11. Adde Cortium ad Plinii 5. ep. 6, 19. Sunt plures voces, quae addita vel detracta adspiratione inter se commutantur in scriptis Livii. Ita *hora* et *ora*. V. ad 5, 37, 2. *hominis* et *ominis*. V. ad 10, 11, 2. *habeamus* et *abeamus*. V. ad 22, 59, 19. *haud* vel *haut* et *aut*. V. ad 28, 2, 11. *honerare* et *onerare*. V. ad 36, 40, 9. *hostium* et *ostium*. V. ad 37, 13, 8. *his* et *is*. V. ad 38, 16, 6. *hesternus* et *externus*. V. ad 40, 14, 2. Alia his addi possent. Sed haec sufficiant. V. etiam, quae notavi ad Silii 2, 125. [*nave praecedentem* Bamb.]

Patrensis Piso] Lege *Patrensis Tiso*, non *Piso*. GELEN. *Piso* perperam servant omnes nostri, et Hearnii L. 1. [Bamb.] *obcurrunt* Lov. 5. et edd. ante Aldum. V. ad 10, 12, 4. Deinde §. seq. *per se ipsam* Lov. 3. et 6. V. ad 2, 19, 5. Tum *omnis compagibus* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. V. ad 21, 60, 7.

§. 9. *Cetera classis, praetoria nave amissa, quantum quaeque remis valuit, fugerunt*] Manuscriptus *quantum quaeque remis valuit, fugit*. non multum refert, utro modo legas. MOD. *fugit* Lov. 5. et edd. principes: non erat igitur caussa, cur docti Moguntini, se ita in cod. suo invenisse, notarent; quum non aliter ad eos usque editum sit. Puto igitur eos facili errore ex incuria nato lapsos adnotasse *fugit*, quod in editis exstabat, loco lectionis, quam in cod. invenerant. Ferme similiter eos pec-

Digitized by Google

omnibus compagibus aquam acciperet, divulsa est: captique omnes, qui in nave erant. cetera classis, 9 praetoria nave amissa, quantum quaeque remis valuit, fugerunt. ipse Philopoemen in levi speculatoria nave fugit: nec ante fugae finem, quam Patras ventum est, fecit. Nihil ea res animum militaris vi- 10

casse, vidimus ad c. 21, 6. (*c. 46, 3.) Videtur autem in Mog. cod. lectum fuisse *fugerunt*, quia Gelenius, qui eo cod. usus est, ita apud Frob. anno 1535. edidit, neque reliqui nostri aliter praeferunt, nisi quod *aufugerunt* sit in Gaertn. Non multum referre, utro modo legas, *fugit* an *fugerunt*, pronunciat Modius. Id verum esse fateor, quod ad sensum adtinet: non tamen ad stilum Livii et rationem scribendi, qua delectatus est, deprehendendam. Certe vocem *classis*, qua plures naves unam classem efficientes, vel plures milites in classe merentes indicantur, tamquam conlectivum cum verbo plurali infra construit, si vera est quorumdam codd. lectio, 40, 26, 8. *Imperatum ut classem duceret in Ligurum oram, si quo usui esse possent.* ubi tamen alii cum vulgatis *posset*. Ut autem pateat, nihil Livio familiarius esse, quam ut conlectivum singulare cum verbo plurali construat, quaedam exempla breviter memorabo. Ita *plebs amitterent*, ad 2, 5, 2. *exercitus fuerant* ad 3, 28, 2. *miles contulerant* ad 3, 42, 5. *civitas gererent* ad 4, 32, 2. *senatus cogitaverant* ad 4, 58, 4. *manus transcendissent* ad 5, 35, 1. *gens compleverant* ad 5, 37, 8. *pars fugerent* 5, 38, 5. *turba minabantur* 6, 17, 6. *multitudo viderint* 6, 19, 7. *ingens vis hominum concurrunt* ad 8, 28, 6. *globus increpabant* ad 8, 32, 13. *eques abstinerent* ad 8, 38, 5. *omne nomen Etruscum peterent* ad 9, 41, 6. *populus inibant* ad 10, 13, 11. *juventus obsistebant* ad 21, 7, 7. *hostis superant* ad 21, 41, 15. *Poenus habebant* 21, 50, 3. *nobilitas poterant* ad 26, 12, 8. *acies perturbant* 27, 12, 15. *Castulo defecerant* ad 28, 19, 2. *praesidium descenderent* ad 32, 32, 4. *frequentia obsederunt* 34, 8, 2. *collegium juberent* ad 36, 3, 8. *legatio venissent* ad 39, 33, 5. (**vulgus conspiciebant* 39, 53, 2.) *equitatus procucurrissent* ad 40, 30, 5. Plura similia ex Sallustio conlegit Cort. ad Jugurth. 28.

Ipse Philopoemenes] Ita ubique contra fidem veterum codicum legitur, quum *Philopoemen* legendum sit. GELEN.

In levi speculatoria nave fuit] Lege *in levi piscatoria nave fugit*. Ita enim majus periculum Philopoemenis offenditur. SIG. Non admittendam puto hanc conjecturam, quamquam ab uno MS. apud Hearnium confirmatam. nam non debet is valere contra tot alios, in quorum lectione nihil absurdi est. Naves *piscatoriae* non solent esse in iis locis, quibus proelium navale comittitur: in classibus autem *leves speculatorias naves* fuisse, notum est. DUK. *piscatoria* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. Alterum Aldus ex Msto Mog. recepit, et recte Cl. Duker. contra Sigonium tuetur. Contra *fuit*, quod est in Lov. 1.

Digitized by Google

ri, et multos experti casus, inminuit. quin contra, si in re navali, cujus esset ignarus, obfendisset, eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus, breve id tyranno gaudium se effecturum adfirmabat.

1 XXVII. Nabis, quum prospera elatus re, tum spem etiam haud dubiam nactus, nihil jam a mari peri-

3. [Bamb.] et Aldus ex iisdem membranis admisit, bene Sigonius in *fugit* mutavit, ut erat in prioribus excusis et reliquis Mstis. Solent autem hae voces in Mstis confundi. V. ad 27, 32, 6.

Nec ante fugae finem, quam Patras ventum sit] Aut delendum *τὸ sit*, aut ei substituendum sive *est*, sive *esset*, sive *fuit*. J. FR. GRON. *ventum est*, in Victor. cod. superesse Crevier. testatur, idque ex meis servat Lov. 6. quorum fide recepi.

§. 10. *Eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus, breve id tyranno gaudium se*] De constructione, *in ea* re, *quorum*, v. ad 34, 58, 4. *usu valeret* Lov. 6. quod ex interpretis expositione natum est. *caleret* Harl. *incaleret* Lov. 1. Pari errore *calidus* et *callidus* in Mstis confundi, videbimus ad c. 32, 13. De regimine hujus verbi v. Barth. ad Sulpiciae Satyr. vers. 10. et Cel. Burm. ad Petron. Satyr. 134. Tum *bene id tyranno gaudium se effecturum* Gaertn. *breve id gaudium tyranno se gaudium effecturum* Voss. *se gaudium effecturum* etiam Lov. 1. et 6. *gaudium effecturum* sine pronomine Lov. 3. *gaudium se affecturum* Lov. 5. et ed. Camp. Paullo ante *militantis viri* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *et experti casus* Lov. 6. a m. 1. *et experti varios casus* a m. 2.

§. 1. *Nabis, quum prospera elatus re, tum spem etiam haud dubiam nactus*] *Nabis tum spem jam haud dubiam nactus* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *Nabis tum spem haud dubiam nactus* Lov. 1. 3. 5. 6. Voss. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. *Nabis cum prospere latus, tum etiam haud dubiam nactus* cod. Mog. unde sagaciter Aldus lectionem, quae nunc vulgo exstat, exsculpsit. [*quum pr. elatus re* omittit etiam Bamb.] Mox *nihil jam mari periculi timens*, *terrestres* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *jam nihil mari periculi timens*, *et terrestres* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. antt. Hic iterum Aldus vulgatum ex Mog. Msto recte recepit. An insuper legendum *opportune obpositis praesidiis*? V. ad 23, 29, 4.

§. 2. *Ad Pleias posuit castra. Inminet is locus et Leucis et Acris*] *Pleias*, locum in Laconica, non memini me uspiam legere. *Leucam* quidam agrum in Laconica ponit Strabo l. 8. [p. 363.] Et *Acrias* promontorium ad Eurotae fluvii ostium quidem ponunt. At Strabo [ibid.] Εἰς ὁ Ἐυρώτας ἐκδίδωσι μεταξὺ Γυθίου καὶ Ἀκτάιων. id est, *Eurotas excurrit inter Gythium ac Actaeas*. Ptolemaeus [3, 16.] *A-*

Digitized by Google

periculi fore, et terrestres aditus claudere opportune positis praesidiis voluit. tertia parte copiarum ab obsidione Gythii abducta, ad Pleias posuit castra. Inminet is locus et Leucis, et Acriis, qua videbantur hostes exercitum admoturi. Quum ibi stativa essent, et pauci tabernacula haberent, multitudo alia casas ex arundine textas fronde, quae

2

3

crian vocare videtur. Nam *Acritas* promontorium, de quo Plinius 4,5. longius ad occasum est. Sed haec lectori judicanda relinquo. Illud mihi mirum, quod hoc loco Nabim aït posuisse castra ad Pleias, postea vero, quum ea a Philopoemene incensa essent, non aderat Nabis, imo a Gythio mittit praesidium agris. Verum ea *κατὰ διωπώμενον* intelligi possunt. GLAR. Legendum est *ad Eliam*, non *ad Pleias*, quas merito queritur Glareanus se in Laconica non reperire. Item *Acriis*, non *Acris*. id docet locus unus Polybii, qui est l. 5, [19.] ubi horum oppidorum omnium meminit. Ejus verba sunt: *Μεταλαβόμενος δ' ἀυθις, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν ναύσαθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα. Τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει τριάκοντα σάδια. τοῦτο δ' ἀπολιπὼν κατὰ πορείαν δεξιὸν, κατεστρατοπέδευσε περὶ τὴν Ἐλίαν. ἥτις ἐστὶν ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένη, πλείση καὶ καλλίση χώρα τῆς Λακονικῆς. ὅθεν ἀφεὶς τὰς προνομὰς, αὐτόν τε τὸν τόπον τοῦτον πάντα καταπυρπόλει, καὶ διέφθειρε τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς. ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκρίας καὶ Λεύκας.* SIG. *Pleias* nusquam in Laconica observavi, uti neque usquam alibi: itaque censeo, hic et mox iterum *nocte Pleias pervenit*, rescribendum *Boeas*. Certe Boeas, Leucas, Acrias vicinas inter se fuisse discimus e Polybii l. 5, [19.] *Ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκρίας καὶ Λεύκας, ἔτι δὲ τὴν τῶν Βοιῶν χώραν.* Licet quoque observare apud Strabonem l. 8, [363, 364.] Sed et Pausanias [Lacon. 21.] Boeas Acriasque vicinas facit his verbis. *Τάδ' ἐπέκεινα Γυθείου πρὸς θαλάσσῃ, Ἄσωπος, Ἀκριαὶ, Βοῖαι.* MEURS. 4. Miscell. Lacon. 5. quem v. etiam ibid. c. 1. Omnes nostri hic et mox §. 6. *Pleias* tuentur; nisi quod hoc loco Lov. 3. obferat *Pelyas*, at inferius Lov. 1. et 3. *Pelias*. Hearnii L. 1. hic et mox legit *Pleyas*, ejusdem N. *Plebeias*. [*Plebejas* Bamb.] Deinde *τὸ castra* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Tum *Imminens locus et Leucis* Mead. 2. *Imminet is locus Leucis* Lov. 3. Hinc *et Argis* Lov. 6. Mead. 1. in margine, et Hearnii L. 1. [*Acris* Bamb.] Paullo post *essēt pauci tabernacula haberent* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. vett. [*essent, pauci tabernacula erant haberent* Bamb.] *essēt, pauci tabernacula habere* cod. Mog. *essēt, et pauci tabernacula haberent* edidit Ascens. ut copula intercepta fuerit ab ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 37, 59, 1. [Ante *ab sidione Gythei* Bamb.]

§. 3. *Casas ex arundinibus textas fronde, quae umbram mo-*

Digitized by Google

4 umbram modo praeberet, texissent; priusquam in conspectum hostium veniret Philopoemen, nec opinantem eum inproviso genere belli adgredi statuit.
5 Navigia parva in stationem occultam agri Argivi contraxit: in ea expeditos milites, caetratos plerosque, cum fundis et jaculis, et alio levi genere armaturae,
6 inposuit. inde litora legens, quum ad propinquum castris hostium promontorium venisset, egressus callibus notis, nocte Pleias pervenit: et, sopitis vigili-

do praeberet, texissent] MS. *ex arundine textas.* et paullo ante *pauci tabernacula habere*, pro euso *et pauci tabernacula haberent.* MOD. *ex arundinibus tectas* Lov. 1. et Harl. [*ex harundinibus textas* Bamb.] Tum *etexissent* Gaertner. [*erexisset* Bamb.] *erexissent* Lov. sex, Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. sed nihil mutandum, nisi quod ex Mog. cod. *ex arundine* malim. Supra 27, 3, 3. *Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta omnia.* 30, 3, 9. *Numidae praecipue arundine textis, storeaque pars maxima tectis, passim nullo ordine habitabant.* Lucan. 5, 516.

Haud procul inde domus, non ullo robore fulta,
Sed sterili junco, cannaque intexta palustri.

Silius 17, 89.

Castra levi calamo cannaque intexta palustri.

Ita pro *intorta* legendum videri, olim monui: quam conjecturam firmat nunc locus Lucani. Solent autem *textus* et *tectus* commutari. V. ad 27, 20, 10. et quae notavi ad Silii 14, 310. Insuper *modo umbram praeberent* Harl. *praeberent* etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertner. [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1531. quae restituit *praeberet.* referendum enim ad *umbram*, non ad *casas.*

§. 4. *Priusquam in conspectum hostium veniret Philopoemen, nec opinantem eum*] Singulari *hostis* recte adponitur adjectivum et pronomen plurale, ut omnibus conlectivis. 24, 31, 3. *Qui mos colloquia serendi cum hoste, injussuque praetorum miscendi eos agmini suo.* Et 26, 4, 8. Forsitan etiam sunt exempla diversi generis, ut hic *hostium, eum.* Sed quia ea mihi non succurrunt, interim probabo *hosti*, quod in aliis esse testatur Hearnius. Ad *Nabis*, quod in principio cap. est, non puto, tam multis interjectis, referri posse *eum.* DUK. *hostium* primus Aldus ex Msto Mog. recepit, itaque in Lov. 3. et 6. ex quibus nihil in excerptis notatur, fuisse videtur. Reliqui servant *hosti*, ut erat in edd. primis. [*hostis veniret Philopoemenes* Bamb.] Praeterea *in conspectu veniret* Lov. 5. et Gaertn. Eo modo plures codd. legunt 22, 15, 6. *Prius recipere sese jusserat, quam in conspectu hostium veniret.* V. Cel. Burm. ad Phaedri 5, 1, 14.

Digitized by Google

bus, ut in nullo propinquo metu, ignem casis ab omni parte castrorum injecit. Multi prius incendio 7 absumti sunt, quam hostium adventum sentirent: et, qui senserant, nullam opem ferre potuerunt. Ferro 8 flammaque omnia absumta: perpauci tamen ex tam ancipiti peste ad Gythium in majora castra perfugerunt. Ita perculsis hostibus, Philopoemen protinus 9 ad depopulandam Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum est, duxit: et, magna 10

Similiter *venire in potestate*, de quo v. ad 9, 25, 3. Sed reliqui vulgatum tuentur.

Adgredi statuit. Navigia parva in stationem occultam agri Argivi] *aggredi jussit* Lov. 6. *aggredi statuit Nabim. parvam in stationem* Lov. 3. et Mead. 1. *aggredi statuit. Navigia parvam in stationem occultam* Lov. 2. Deinde vox *agri* deest in Voss. et Mead. 2. sequens *Argivi* in Lov. 4. et 6. Sed altera vox alteram ob ductuum adfinitatem intercepisse videtur. Mox literarum ordine turbato *cretatos* Voss. Ita etiam idem cod. exhibet c. 28, 11. c. 29, 4. et c. 30, 4. *certatos* Lov. 5. *creatos* Lov. 1. *armatos* Lov. 3. *detractos* Gaertn. Vox minus frequens in hos errores librarios inpulit. V. ad 23, 26, 11. Tandem *ac alio* Harl. Male. V. ad 10, 36, 17.

§. 6. *Venisset, egressus callibus notis*] *venissent* Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. Tum *egressus* deest in Lov. 2. et Harl. Mox *injicit* Lov. 3. Insuper §. seq. *senserunt* Lov. 4. 6. et Mead. 2. Dein *adferre potuerunt* Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535. quae, consentientibus aliis scriptis, *ferre* substituit. [*incendio adsumti* Bamb.]

§. 8. *Perpauci tamen ex tam ancipiti peste*] Voces *ex tam* primi Mog. ex cod. suo addiderunt. Desunt autem non tantum ab omnibus prioribus excusis, sed et a scriptis nostris, et Hearnii L. 1. [*tamen ex* omittit Bamb.] Paullo ante *absumta sunt*, addita voce, Lov. 6. [*assumta* Bamb.]

§. 9. *Perculsis hostibus, Philopoemenes*] MS. *Philopoemen*, quod perpetuo servat in iis, quae sequuntur. MOD. Similiter varii meorum codd. et praesertim Lov. 2. 3. et Gaertn. V. Gelen. ad cap. praec. §. 9. [*Philopoemenes* Bamb.]

Qui proximus finem Megalopolitarum est] Sic 28, [5, 5.] *Lacedaemonius tyrannus haud procul Argivorum fine positis castris terrebat.* Sed ex frequentiore usu Livii foret, *proximus finem Megalopolitanum.* Ut 7, [19, 9.] *Valerium consulem Volscis oppositum, castraque ad finem Tusculanum habentem.* 9, [6, 10.] *Ut proficiscentes ad finem Campanum prosequerentur.* 10, [35, 1.] *Ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit.* Sic 34, [56, 2.] *Finem Pisanum.* Neque forsan inepte dubites, an 28, [5, 5.] *Argivo fine* scripserit Livius. Plinius 3, 1. *Ulterior appellata eadem Baetica; mox a fine Urgitano citerior.* J. FR.

Digitized by Google

vi pecorum hominumque inde abrepta, priusquam
a Gythio tyrannus praesidium agris mitteret, dis-
11 cessit. Inde Tegeam exercitu contracto, concilio-
que eodem et Achaeis et sociis indicto, in quo et
Epirotarum et Acarnanum fuere principes, statuit,
12 quoniam satis et suorum a pudore maritimae igno-
miniae restituti animi, et hostium conterriti essent,
ad Lacedaemonem ducere: eo modo uno ratus ab
13 obsidione Gythii hostem abduci posse. Ad Caryas

GRON. *proximus finis*, vel *fines* Lov. 3. 5. et primae edd. *proximus fini* Lov. 6. At Frob. anno 1535. *finem* dedit, quod recte superest in reliquis scriptis. V. ad 38, 15, 10. Tum *Megapolitarum* Lov. 2. *Megalipolitarum* Lov. 6. Sed v. ad 32, 5, 5. Gronovii conjectura nullius cod. praesidio firmatur, quam tamen probat Crevier. At, praeterquam quod ipse Gronov. *fine Argivorum* ex Livio laudet, *Ligurum extremo fine* supra est 33, 37, 6. [ubi tamen vide.] et *extremum finem provinciae Gallicae* 40, 16, 5. Similiter Tacitus, *finem Ligurum* dixit 16. Ann. 15. Paullo ante *ad depopulandum Tripolim* Lov. 6. *ad depopulandum Tripolin* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Tripolin* etiam Lov. 5. edd. Camp. aliaeque usque ad Frob. qui anno 1535. *Tripolim* substituit. Mox *discedit* Lov. 3.

§. 11. *Idem Telegam exercitu contracto*] *Tegeam* in *Telegam* nescio quis depravavit. GELEN. *Inde* alii libri. Et vide, num *Tegeam* legendum potius. nec enim uspiam legi, quod sciam, *Telegam*. GLAR. Jam a Gryphio usque *Idem Tegeam* libros occupat. Vetusti *Inde Telegam*. Nomen oppidi restituit Gelenius. Scribe *Inde Tegeam*. J. FR. GRON. Non primus Gryphius, sed Frob. anno 1531. *Idem* substituit: quod in multis Mssis superesse videtur. Sed *Inde*, praeter edd. priores, superest etiam in Lov. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. quod recte Crevier. recepit. Solent passim hae voces commutari. V. ad 1, 19, 7. et mox hoc cap. §. 14. Deinde *Thelegam* Voss. et Lov. 6. [*Tegelam* Bamb.] *Telegam* reliqui: cujus loco recte viri docti *Tegeam*. Mox *et Epirotarum Acarnanum*, omissa altera copulativa, Lov. 1. 2. et Mead. uterque. [Bamb.]

§. 12. *Quoniam satis et suorum a pudore* etc. *restituti animi, et hostium conterriti essent*] Haec lectio, quam in nullo meorum codd. inveni, primum obcurrit in ed. Ascens. anni 1513. Antiquiores legerunt *quoniam satis essent testes suorum et a pudore* etc. *restituti animi*, nisi quod in ed. Camp. *amni* sit pro *animi*. Editis prioribus conveniunt plerique scripti: reliqui in paucis apicibus dissentiunt; unde tamen melior lectio elici nequit. [*quoniam satis essent testes suorum a pu*, relicta lacuna, *maritimae* Bamb.] Deinde *contenti* Lov. 3. *exterriti* Voss. *territi* Lov. 6. Mox *uno* deest in Lov.

Digitized by Google

primum in hostium terra posuit castra. Eo ipso die Gythium expugnatum est. cujus rei ignarus Philopoemen, castra ad Barbosthenem (mons est decem millia passuum ab Lacedaemone) promovit. Et Na- 14
bis, recepto Gythio, cum expedito exercitu inde profectus, quum praeter Lacedaemonem raptim duxisset, Pyrrhi (quae vocant) castra occupavit: quem peti locum ab Achaeis, non dubitabat. inde hostibus obcurrit. Obtinebant autem longo agmine propter 15

1. et 6. *abduci* in solo Lov. 1. [*Gythei* Bamb.]

§. 13. *Ad Caryas primum in hostium terra posuit castra*] Priore libro [c. 26, 9.] Livius aït, Romanum imperatorem Caryis exspectasse sociorum auxilia, priusquam hostium intraret agrum, hic aït ad Caryas primum in hostium terra Philopoemenem posuisse castra. Nisi quis intelligat, ita dictum *ad Caryas*, hoc est, non longe ab eo oppido. Confines enim erant Lacones et Arcades. Quae controversia effecit, ut quidam priore libro *Caphyas* legendum putarint pro *Caryae*. quod haud scio ut probem. GLAR. *ad Ceuias* Hearnii L. 1. *ad Charias* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *ad Carias* reliqui [Bamb.] cum priscis edd. Licet vero interim Vascos. Gryph. et Sigon. *ad Caryas* recte odiderint, nullus tamen recentiorum ante Crevier. eos recte monentes audire dignatus est, sed alterum servarunt. Eamdem autem difficultatem, quam hoc loco, movit etiam Glarean. ad 34, 26, 9. ubi eam tollere conatus sum. Recte etiam Dukerus hic de Caryis Laconicis, illic de Arcadicis verba fieri vidit. Mox *τὸ est*, quod Aldus ex Mog. cod. addidit, deest in Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et Gaertn. Insuper *oppugnatum* Lov. 1. et 6. [*Gythium* et *est* omittit Bamb.]

Castra ad Barbosthenem (mons est decem millibus passuum] Haud facile id nominis reperias apud idoneos authores, ut puto. Fortassis autem nomen obscurum est, ideoque a Livio adjectum, quod in parenthesi ponitur. GLAR. Vox *castra* deest in Harl. Tum *Bolostones* Lovel. 1. *Branbastanes* Voss. *Baibatenes* Lov. 2. *Barbathenes* Harl. *Barbastenes* Mead. ambo. *Barbasthenes* Lov. 4. Gaertn. et Hearnii N. *Barbastrenes* Lov. 3. *Barbathenes* Hearnii L. 1. *B'stenes* Lov. 6. *Barbosthenes* Lov. 5. [Bamb.] et primae edd. Sed Ascens. anno 1513. *Barbosthenem* primus dedit. Mox *posuit*, pro *promovit*, Harl. *processit* reliqui Msti, [Bamb.] eaedemque edd.

§. 14. *Et Nabis, recepto Gythio, cum expedito exercitu inde profectus*] Copula *et* exsulat a Lov. 2. et 3. Deinde *et expedito exercitu* Lov. 1. 6. et Voss. De locutione *profectus exercitu*, pro *cum exercitu*, vidimus ad 22, 9, 5. Hic tamen vulgatum reliqui tuentur. Tum *idem profectus* Lov. 1. qui eadem variatione mox hoc §. dedit *idem hosti-*

Digitized by Google

anguſtias viae prope quinque millia passuum. cogebatur agmen ab equitibus, et maxime a parte auxiliorum: quod exiſtimabat Philopoemen, tyrannum mercenariis militibus, quibus plurimum fideret, ab
16 tergo suos adgreſſurum. Duae res simul inopinatae perculerunt eum: una, praeoccupatus, quem petebat, locus: altera, quod primo agmini obcurrisse hoſtem cernebat, ubi, quum per loca confragosa iter eſſet, sine levis armaturae praesidio signa ferri non videbat posse.

1 XXVIII. Erat autem Philopoemen praecipuae in ducendo agmine locisque capiendis solertiae atque usus: nec belli tantum temporibus, sed etiam in pace, ad id
2 maxime animum exercuerat. Ubi iter quopiam face-

bus obcurrit. Praeterea *dubitavit* Gaertn.

§. 15. *Et maxime a parte auxiliorum*] Ergo auxiliares praecipue et magis cogebant agmen, quam equites. Sed quis umquam illa in re magis aut minus ſtatuit? Scribe, *et maxima parte auxiliorum.* Lib. 42, 64, 5. *Ipse cum equitatu et levi armatura substitit ad agmen cogendum.* JAC. PERIZON. Emendationem hanc probavit Crevier. Paullo ante *per angustias* Lov. 2. V. ad Epit. Liv. 84. Tum vox *prope* deeſt in Lov. 2. et Hearnii L. 1. In sequentibus *existimabat* Aldus recepit ex cod. Mog. et ita noſtri, nisi quod in paucis *extimabat* invenerim. antea edebatur *aestimabat.* V. ad 34, 2, 5. [*mercennariis equitibus* Bamb.] Insuper *ab tergo* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo.

§. 16. *Duae res simul inopinatae perculerunt eum*] MS. *Duae res simul inopinantem perculerunt eum.* MOD. *inopinatae*, quae vox in uno Harl. deeſt, reliqui omnes tuentur: quod Moguntini lectioni praefero, nisi quis malit *inopinatum.* V. ad 21, 52, 10. Praeterea *pertulerunt* Harl. et Mead. 1. sollemni scribarum lapsu. Ita 1, 59, 11. 2, 14, 6. c. 22, 2. c. 37, 9. c. 54, 9. c. 65, 1. 3, 70, 8. et plurimis aliis locis.

§. 1. *In pace, se ad id maxime exercuerat*] Vetuſta scriptura, *sed etiam in pace, ad id maxime animum exercuerat.* GELEN. Ita Frob. anno 1535. edidit ex fide cod. Mog. Alterum supereſt in scriptis noſtris, [Bamberg.] nisi quod Lov. 6. trajectis vocibus *ad id maxime se exercuerat* praeferat. Sed mox hoc cap. habemus: *His curis cogitationibusque ita ab ineunte aetate animum agitaverat.* Paullo ante *belli tantum tempore* Lov. 2. Harl. et Gaertn. *temporis* Mead. 1.

Digitized by Google

ret, et ad difficilem transitu saltum venisset, contemplatus ab omni parte loci naturam, quum solus iret, secum ipse agitabat animo; quum comites haberet, ab iis quaerebat, *Si hostis eo loco adparuis-* 3
set, quid, si a fronte, quid, si ab latere hoc aut illo, quid, si ab tergo adoriretur, capiendum consilii foret? Posse instructos recta acie, posse incondiditum agmen, et tantummodo aptum viae, obcurrere. Quem locum ipse capturus esset, cogitando 4
aut quaerendo exsequebatur; *aut quot armatis, aut quo genere armorum (plurimum enim interesse) usurus; quo impedimenta, quo sarcinas, quo turbam inermem rejiceret; quanto ea, aut quali praesidio* 5
custodiret; et utrum pergere, qua coepisset ire via,

§. 2. *Quum solus erat*] Si hoc ita placet, quidni etiam mox mutaverunt *quum comites habebat?* MSS. omnes *quum solus iret.* Id omnino fuerat retinendum. JAC. GRON. *erat* demum adparuit in ultima Gruteri editione. Sed omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et editi priores praeferunt *iret,* quod recte Crevier. loco restituit. Paullo ante copula *et* deerat in Voss. [Bamb.] quam hauserunt ultimae literae vocis praecedentis. V. infra hoc lib. ad c. 41, 7. et mox hoc cap. §. 6. voces *et ad* desunt in Lov. 1. *ac difficilem transitu saltum invenisset*, legit Lov. 3. Praeterea *contemplatur* Lov. 3. 4. et Mead. 2. *contemplabatur* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Mead. 1. [*ab his quaerebat* Bamb.]

§. 3. *Si hostis eo loco adparuisset*] *hostis in loco* Voss. et Lov. 1. ac 6. Mox *a latere hoc* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. *ab latere illo*, duabus vocibus omissis, Harl. [*hoc aut illos* Bamb.] Tum *ab tergo* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Deinde *Hostes instructos* Lov. 2. 3. 6. Harl. edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et plures aliae. *Hos se instructos* Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. [*hos se instructos directa acie* Bamb.] *Posse instructos* Lov. 5. et ed. Camp. quod Frob. anno 1531. et postea reliqui receperunt. Insuper *incognitum agmen* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. [Bamb.] et Mead. 2. [24, 24, 2.]

§. 4. *Quo turbam inermem trajiceret*] *rejiceret* in vetusta scriptura legitur, non *trajiceret.* GELEN. Ita et omnes nostri, solo Lov. 5. excepto, qui cum primis edd. servat *trajiceret.* Paullo ante *agitando aut quaerendo exsequebatur* Gaertn. Solent hae voces commutari. V. ad 25, 36, 5. *animo agitare* supra §. praec. dixit, quod nunc *cogitare.* duo media vocabula omittuntur in

Digitized by Google

6 *an eam, qua venisset, repetere melius esset; castris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplecteretur loci, qua opportuna aquatio, qua pabuli lignorumque copia esset. qua postero die castra moventi tutum maxime iter, quae forma agminis*
7 *foret.* His curis cogitationibusque ita ab ineunte aetate animum agitaverat, ut nulla ei nova in tali re cogi-
8 tatio esset. Et tum omnium primum agmen constituit: dein Cretenses auxiliares et, quos Tarentinos vocabant, equites, binos secum trahentes equos, ad prima signa misit: et, jussis equitibus subsequi, super torrentem, unde aquari possent, rupem occu-
9 pavit. Eo inpedimenta omnia et calonum turbam

Mead. 2. *τὰ quo inpedimenta* in Lov. 1.

§. 5. *Pergere, qua coepisset ire via, an ea, qua venisset, repetere*] Immo *eam*. J. FR. GRON. *pergeret, qua cepisset ire via* Lov. 3. et Gaertn. *pergere, qua coepisset via* Lov. 2. et Harl. Tum *an eam, qua venisset* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. *an ea* est in paucis reliquis, ac primis edd. pro quo quidem Frob. anno 1535. *an eam* restituit, idem recipientibus proximis editoribus usque ad Gruter. cujus ultima ἔκδοσις iterum *an ea* revocavit. quod servari, et adverbialiter sumi posse, Doujatius docuit. Nihilominus codicum auctoritatem praeferens *an eam* probavi. Paullo ante *quanto ea et quali* Lovel. 2. et Harl. [*melius esse* Bamb.]

§. 6. *Quae forma agminis foret*] *esset* scripti, [Bamb.] et edd. vett. Frobenius demum anno 1535. *foret* substituit, forte ex cod. Mog. a Gelenio consulti auctoritate. *esset* jam bis praecessit. Paullo ante *castra moventi tum maxime iret* Lov. 6. Mox §. seq. [*Iis curis* Bamb.] *et cum omnium primum* Lov. 1. et Harl. *tum omnium primum* Lov. 2. [Bamb.] vocula *et* ab ultimis literis praecedentis verbi intercepta. V. ad §. 2. *Achaeûm omnium primum agmen constituit* Mead. 1. cujus librarius non satis intellexisse videtur locutionem *constituere agmen*, de qua agitur ad 27, 16, 11.

§. 8. *Quos Tarentinos vocabant, equites*] De his v. Victor. 9. Var. lect. 3. Lipsium 3. de Milit. Rom. 8. et Graev. ad Cic. 5. ad Att. 19. DUK. *vocant* Lov. 2. et Harl. Mox *bonos secum trahentes equos* Voss. et Lov. 1. errore scribarum. V. ad 6, 36, 11.

§. 9. *Eo inpedimenta omnia, et calonum turbam conlectam*] Sic Moguntinus. Rectius elegantiusque scripti nostri cum priuc editis: *et calonum turbam con-*

Digitized by Google

conjectam armatis circumdedit, et pro natura loci castra communivit. tabernacula statuere in aspretis et inaequabili solo difficile erat. Hostes quingentos 10
passus aberant. ex eodem rivo utrimque cum praesidio levis armaturae aquati sunt: et, priusquam (qualia in propinquis castris solent) contraheretur certamen, nox intervenit. Postero die adparebat pu- 11
gnandum pro aquatoribus circa rivum esse. nocte in valle a conspectu hostium aversa, quantam multitudinem locus occulere poterat, condidit, caetratorum.

XXIX. Luce orta, Cretensium levis armatura et 1
Tarentini equites super torrentem proelium commi-

jectam. Cicero in Pison. [39.] *Ecquid sentis, lege judiciaria lata, quos posthac judices simus habituri? nulli conjicientur in illum ordinem, nulli eximentur.* Caesar 3. de bello Gall. [24.] *Prima luce productis omnibus copiis, duplici acie instituta, auxiliis in mediam aciem conjectis.* Noster paullo ante: *quo impedimenta, quo sarcinas, quo turbam inermem calonum rejiceret.* 36, [12, 4.] *In eam legationem Mnesilochus et qui ejus factionis erant, de industria conjecti.* Ubi similiter Magontiacensis peccat. J. FR. GRON. *turbam edictam* Mead. 1. *turbam contectam* Lov. 5. et ed. Camp. Vox posterior deest in Lov. 1. Reliqui scripti nostri, Hearnii N. L. 1. et typis exarati *conjectam;* quo sensu *in medio,* vel potius *in medium conjicere sarcinas* inlustratur 10, 36, 1. Quod autem Mogunt. [et Bamb.] *collectam* praeferat, sollemni scribarum errore factum est; de quo v. ad 36, 12, 4. ubi Sigonius etiam alia hujus locutionis exempla laudavit. Mox *per naturam loci castra comminuit* Voss. *castra communicavit* Lov. 3.

§. 10. *Ex eodem rivo utrimque* etc. *aquati sunt*] Ita Aldus edidit ex cod. Mog. Priores vulgarunt *utrique,* quod superest in omnibus nostris; [etiam in Bamb.] nisi quod *uterque* praeferant Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. V. Gronov. ad 36, 16, 6. Saepe ita variant librarii. V. ad 2, 64, 8. et ad 6, 31, 8.

Qualia in propinquis castris solent] Mallem abesset *in.* 23, 17, 7. *Ne quis tam propinquis hostium castris Capuam quoque recurrat.* DUK. Deest etiam praepositio in Lov. 6. Mox *contraherent certamen* Harl. *contraherentur certamina* Lov. 6.

§. 11. *Circa rivum esse. nocte in valle a conspectu hostium aversa*] *To esse* deest in Lov. 2. Tum *a conspectu hostium adversa* Lov. 1. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 2, 31, 6. Mox *cretatorum* Voss. *certaturum* Lov. 1. V. ad

Digitized by Google

serunt. Telemnastus Cretensis popularibus suis,
2 equitibus Lycortas Megalopolitanus praeerat. Cretenses et hostium auxiliares, equitumque idem genus Tarentini, praesidio aequatoribus erant. Aliquamdiu dubium proelium fuit, ut eodem ex parte
3 utraque hominum genere, et armis paribus. Procedente certamine, et numero vicere tyranni auxiliares, et quia ita praeceptum a Philopoemene praefectis erat, ut, modico edito proelio, in fugam inclinarent, hostemque ad insidiarum locum pertraherent. Effuse secuti fugientes per convallem, plerique et vulnerati, et interfecti sunt, priusquam oc-

c. 27, 5. *condidit imperator. Inde luce orta* Hearnii L. 1.

§. 1. *Latemnastus Cretensis popularibus suis, equitibus Lycortas Megalopolitanus*] Lege *Telemnastus* ex Polybio Leg. 139. H. VALES. *Lacemnastus* Voss. *Latenastus* Mead. 1. *Latena sunt* Lov. 3. *Latennastus* Lov. 1. *Laternastus* Lovel. 6. *Latōnastus* Mead. 2. *Latomnastus* Colbert. apud Doujatium. *Lenterastus* Gaertn. *Lentenastus* Lov. 2. *Letēnastus* Lov. 4. [*Letemnastus* Bamb.] *Letennastus* Lov. 5. et primae edd. *Latennastus* Hearnii N. quomodo Frob. anno 1535. et post eum reliqui ediderunt usque ad Gronov. qui primus *Latemnastus* vulgavit; quod in nullo cod. inveni, licet ita in plerisque esse Doujatius testari audeat. Conjecturam Valesii, Polybii auctoritate nisam, recepi, quia eo etiam multi codd. ducunt. Vox *Cretensis* perperam omittitur in Voss. Deinde *Ipocras* Lov. 3. *Ypocras* Hearnii L. 1. *Hiportas* Gaertn. *Hyportas* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *Lipertas* Voss. Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Hearnii N. *Lyportas* Lov. 5. [Bamb.] et edd. vett. *Lycortas* Mog. ex cod. suo dederunt, quod etiam in Lov. 6. unde nihil notatur, fuisse videtur. Insuper *Megalopolitanis* Lov. 3. 4. et Mead. 1. Sed Lycortas, verisimiliter Polybii pater, ipse Megalopolitanus fuit, unde filius vocatur *Πολύβιος τοῦ Λυκόρτα Μεγαλοπολίτης*. [*Megalitanus* Bamb.] Paullo ante *super torrente* Mead. 1. Male. V. ad 33, 15, 8.

§. 2. *Cretenses et hostium auxiliares, equitumque idem genus Tarentini*] Hearnii editio distinctionem habet post *Cretenses*. Si putavit, hic alios esse Cretenses, alios tyranni auxiliares, non adsentior ei. Cretenses eosdem esse, qui *et hostium auxiliares* dicuntur, liquet ex verbis, *eodem ex parte utraque hominum genere et armis paribus. Et* exponi potest *etiam*, ut saepe. ita distinctio locum habet. DUR. Recte Livii verba eodem modo Crevierius exposuit. [*erant* omittit Bamb.] Mox *proe-*

Digitized by Google

cultum hostem viderent. Caetrati ita, quantum lati- 4
tudo vallis patiebatur, instructi sederant, ut facile
per intervalla ordinum fugientes suos acciperent.
Consurgunt deinde ipsi integri, recentes, instructi: 5
et in hostes inordinatos, effusos, labore etiam et
vulneribus fessos, inpetum faciunt. Nec dubia victo- 6
ria fuit. extemplo terga dedit tyranni miles: et
haud paullo concitatiore cursu, quam secutus erat,
fugiens, ad castra est compulsus. multi caesi capti- 7
que in ea fuga sunt. Et in castris quoque foret tre-
pidatum, ni Philopoemen receptui cani jussisset;
loca magis confragosa, et, quacumque temere pro-

lium deest in Harl. Sed *proelium dubium fuit* legunt Lov. 3. et Gaertn. Deinde *utraque ex parte* Lov. 3.

§. 3. *Procedente certamine, et numero vicere tyranni auxiliares*] Recepi interpunctionem Crevierii. Olim oratio una serie continuabatur usque ad *hostem viderent*, post *pertraherent* media tantum distinctione recepta: ubi is maximam recepit, et periodum unam in duas divisit. *vincere tyranni auxiliares* Lov. 1. *vicere tyranni auxiliatores* Lov. 3. [*tyranni* omittit [Bamb.] Mox *ita praeceptum erat a Philopoemene. Praeceperat enim, ut modico* Lov. 3. Insuper *hostemque caute ad locum insidiarum protraherent* idem cod. *locum insidiarum* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *protraherent* Voss. et Harl. Male. Supra 21, 54, 4. *Cedendo sensim citra flumen pertrahere.* ubi pariter in nonnullis codd. peccabatur. (* 40, 9, 11.) Insuper *effusi secuti fugientes* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Male. 4, 18, 8. *Effuse sequentibus obequitans Romanis.* 25, 38, 11. *Sequentibus effuse vobis turbatum hostem.* c. 39, 15. *Quum Mago cedentes nostros effuse sequeretur.* 37, 43, 4. *Effuse sequenti regi acriter restitit.* 40, 31, 6. 44, 44, 3. et alibi. Deinde §. seq. *Cretati* Voss. *Creati* Lov. 1. et 3. [*Certati* Bamb.] V. ad c. 27, 5. Tum *pateretur*, Gaertn.

§. 5. *Et in hostes inordinatos, effusos*] Prima vocula deest in Lov. 1. 6. et Gaertn. [Bamb.] Tum *in inornatos hostes* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *inordinatos hostes*, praepositione neglecta, Harl. Mox §. seq. *in castra* Lov. sex, Harl. Mead. uterque, [Bamb. omisso *fugiens.*] et edd. usque ad Gron. qui anno 1665. vulgavit *ad castra*, ut Moguntini in cod. suo invenerunt. [*tyrannum miles* Bamb.]

§. 7. *Caesi captique in ea fuga sunt*] Vet. lib. *captique in fuga sunt.* SIG. Non aliter codd. mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antiquae. Sed pronomen Mo-

Digitized by Google

8 cessisset, iniqua, quam hostem, metuens. Inde et ex fortuna pugnae, et ex ingenio ducis conjectans, in quo tum is pavore esset, unum de auxiliaribus specie transfugae mittit ad eum, qui pro comperto 9 adferret: Achaeos statuisse postero die ad Eurotam amnem, qui prope ipsis adfluit moenibus, progredi, ut intercluderent iter; ne aut tyrannus, quum vel- 10 let, receptum ad urbem haberet: aut commeatus

guntini ex Msto suo adsciverunt. Praeterea *et castris quoque* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Insuper *loca magis confragosa, quacumque temere processisset, nequaquam hostem metuens* codd. nostri, et vett. edd. Postea Aldus substituit *loca magis confragosa, quacumque temere processisset, iniqua, quam hostem, metuens.* Frob. demum anno 1535. eam lectionem, quae nunc obtinet. [*nequaquam*, pro *iniqua, quam* etiam Bamb.]

§. 8. *Inde et ex fortuna pugnae, et ex ingenio ducis*] Prius *et* exsulat ab Hearnii L. 1. [Bamb.] V. ad 2, 44, 3. utroque loco omiserunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Sed intercepisse videtur sequens praepositio *ex*. V. ad 30, 6, 7. *Inde ex fortuna pugnae et ingenio* Lov. 2. 5. Harl. et edd. vetustae. *Inde et ex fortuna pugnae et ingenio* ediderunt Moguntini ex cod. suo, in quo praepositio posteriori loco hausta est a praecedenti *et*. V. ad 30, 4, 7. Vulgatum primum inveni in ed. Frob. anni 1535. Id autem adprime convenit stilo Livii; quem praepositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad 6, 28, 6. (* Adde ad 15. 8, 4.

Unum de auxiliaribus] Vet. lib. *ex auxiliaribus*. SIG. Similiter Lov. 2. Sed nihil mutandum. Frequentissime enim *de* ponitur pro *ex*. V. Gronov. ad Senec. Suas. 1. p. 354. Cel. Burm. ad Petron. Satyr. 44. et Nason. 14. Her. 86. Adde ad Livii 22, 49, 16. Solent autem hae praepositiones in Mstis confundi. Vide ad 21, 6, 5. Eadem locutio vindicanda est Apulej. 8. Met. in princ. *Venit quidam juvenis ex proxima civitate, ut quidem mihi videbatur, unus ex famulis Charites.* Ita nunc vulgo editur. Sed, teste Colvio, prius vulgabatur *unus de famulis*. quomodo idem loquitur 6. Met. p. 176. ed. Elm. *Obcurrit una de famulatione Veneris.* Mox *specie transfugae misit* Lov. 5. et edd. principes. *in specie transfugae mittit* cod. Mog. ex quo *mittit* Frob. anno 1535. adoptavit. Tandem *pro comperto adfirmet* Lov. 2. Male. V. ad 8, 17, 7.

§. 9. *Postero die ad Eurotam amnem, qui prope sub ipsis adfluit moenibus, procedere*] *sub* redundat. GELEN. In nullo etiam meorum adparet, nisi in Lov. 5. *effluit* perperam praefert Gaertn. *affuit* Voss. errore scribae. V. ad 6, 15, 9. et quae notantur ad Silii 14, 208. Praeterea *postero die Actyros am-*

Digitized by Google

ab urbe in castra portarentur: simul etiam tentaturus, si quorum animi sollicitari ad defectionem a tyranno possent. Non tam fidem dictis perfuga fecit, 11
quam perculso metu relinquendi castra caussam probabilem praebuit. Postero die Pythagoram cum au- 12
xiliaribus et equitatu stationem agere pro vallo jussit. ipse, tamquam in aciem cum robore exercitus egressus, signa ocius ferri ad urbem jussit.

nem Lov. 1. *ad Clitoan amnem* Voss. *ad Curoan amnem* Hearnii N. [*ad Euroan amnem* Bamb.] Tum *procedere intercluderentur, ne aut tyrannus* Voss. *procedere aut intercluderetur, ne aut tyrannus* Lovel. 5. et ed. Camp. [*procedere intercluderentur* Bamb.] *procedere, ut intercluderentur, ne aut tyrannus* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. reliquae usque ad Mog. qui ex cod. suo receperunt *ut intercluderent iter, ne aut tyr.* At insuper idem cod. praefert *progredi*, pro *procedere*, quod et ipsum ex eo Aldus admisit, et servarunt reliqui usque ad Curion. qui *procedere* revocavit. Licet autem Sigonius alterum restituerit, eum tamen secuti Curioni adhaerere maluerunt. Quum autem nihil sit, quod in lectione Msti Mog. jure culpetur, iniquum judicavi, parte ejus recepta alteram repudiare.

§. 10. *Simul etiam tentaturos, si quorum animi sollicitari ad defectionem a tyranno possent*] Longobardicus codex *simul etiam tentaturus*. optime. [Non enim de Achaeis hoc accipi debet, sed de Philopoemene, qui duas res simul allegatione hujus transfugae confici posse sperabat: primum ut metus injiceretur tyranno, tamquam qui ab Achaeis intercludendus esset, dein ut tentarentur per eundem transfugam animi militum, et ad defectionem a tyranno sollicitarentur. MOD. *tentaturos* ex cod. Victor. probavit, et in contextum admisit Cl. Crevier. existimans ita etiam praeferre veteres editos. Similiter inveni in Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertn. *tentaturum* in Lov. 2. et Harl. *tentaturus* autem non tantum in Voss. Lov. 5. et cod. Mog. sed etiam in omnibus edd. antt. (contra quam Crevier. existimavit) usque ad Aldum, qui *tentaturos* dedit. Ei quidem *tentaturus* substituendum monuit Modius, sed demum Grutorus in postuma ed. ipsi dicto audiens fuit, quod verius etiam puto. In recensenda quoque Mog. scripti lectione aberrat Modius. Se enim in eo *simul et tentaturus* invenisse editores Moguntini monuerunt: *et* pro *etiam* invenio similiter in Lov. 3. Hinc *sollicitari animi* Voss. Sed *τὸ animus* deest in Lov. 1. Tum *possent a tyranno* Gaertn. [*posset* Bamb.] *τὰ a tyranno* nesciunt Lov. 2. et Harl. quorum posterior §. seq. legit *perculsis metu*. Sed Livium ad unum tyrannum retulisse, praecedentia satis indicant.

§. 12. *Postero die Pythago-*

Digitized by Google

1 XXX. Philopoemen, postquam citatum agmen per angustam et proclivem viam duci raptim vidit, equitatum omnem et Cretensium auxiliares in statio-
2 nem hostium, quae pro castris erat, emittit. Illi, ubi hostes adesse, et a suis se desertos viderunt, primo
3 in castra recipere se conati sunt: deinde, postquam instructa acies tota Achaeorum admovebatur, metu ne cum ipsis castris caperentur, sequi suorum agmen
4 aliquantum praegressum insistunt. Extemplo caetrati

ram] Ita constanter omnes codd. Sed v. ad 34, 40, 2. Mox *ipse tamquam in aciem* etc. *ad urbem jussit* desunt in Harl. neglegentia librarii ob repetitionem *τοῦ jussit*. V. ad 9, 11, 11.

§. 1. *Per angustam et proclivem viam*] MS. *per angustam et proclivam viam*. MOD. Similiter Voss. Lov. 6. et Mead. 1. Et id voluisse videtur Harl. qui aberrans dedit *procliviam*. Ea forma supra 21, 35, 9. *Cetera plana, procliva*, vel *proclivaque, fore*, duo praeferunt codd. ubi vulgo editur *proclivia*. Frontin. 2. Strat. 2, 2. *Adjuvante proclivo inpetum militum, facile ipso decursu Mithridatem superavit*. ubi v. viros doctos.

§. 2. *A suis se desertos viderunt*] Praepositionem ignorant Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. utrque, et Gaertn, Ovid. 12. Her. 161.

Deseror (amissis regno, patriaque, domoque)
Conjuge, qui nobis omnia solus erat.

ubi v. Cel. Burm. et ad Phaedri 1, 21, 3. Vulgatum defendit Liv. 26, 13, 19. *Hannibal fortes socios sciet ab se desertos et proditos esse*. Praeterea *desertos esse viderunt* Lov. 5. et edd. Frobeniana anni 1535. antiquiores. Mox *in castra se recipere* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. eaedem.

§. 3. *Suorum agmen aliquantum praegressum*] *servorum agmen* Lov. 3. V. ad 41, 8, 12. *sociorum agmen* Lov. 5. et ed. Camp. V. ad 37, 20, 9. Hinc *aliquantulum* Voss. a m. 1. V. ad 36, 9, 8. Tum *ante progressum* Lov. 1. *progressum* Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. V. ad 9, 10, 7.

§. 4. *Caetrati Achaeorum in castra inpetum faciunt, et diripiunt*] Duas postremas voces, e Mog. additas, ut in nostris nullis inventas, et male prioribus nexas, (nisi scribas *ea* vel *et ea diripiunt*) nec necessarias, facile removeri patiar. J. FR. GRON. *cerati Achaeorum* Voss. *c'ati Achaeorum* Lov. 3. V. ad c. 27, 5. *Achaeorum quidam* Lov. 1. *caetrati Achaeorum admovebantur in castra* Harl. Mead. 1. et Gaertn. Sed vox *admovebantur* perperam ex praecedenti periodo repetita est. Tum voces *et diripiunt* desunt etiam in Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Gaertn. Victor. Crevierii, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. Frobeniana anni 1535. antiquioribus. Ea vero ex cod. Mog. adscivit; in qua lectione ex praecedenti *castra*

Digitized by Google

Achaeorum in castra inpetum faciunt, et diripiunt: ceteri ad persequendos hostes ire pergunt. Erat iter tale, per quod vix tranquillum ab hostili metu agmen expediri posset. Ut vero ad postremos proelium or- 5
tum est, clamorque terribilis a tergo paventium ad prima signa est perlatus, pro se quisque, armis abjectis, in circumjectas itineri silvas diffugiunt, momentoque temporis strage armorum septa via est, maxime hastis; quae, pleraeque adversae cadentes, 6

intelligendum *ea*. V. ad 38, 17, 5. Easdem ex contextu ejecit Crevier.

Per quod vix tranquillum ab hostili metu agmen expediri posset] *per quod via tranquilla a. h. m. vix agmen expedire posset* Lov. 1. *per quod via tranquillum a. h. m. agmen expedire posset* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. quaedam antt. Neque aliter Lov. 2. et 6. nisi quod in hoc *ma* pro *via* a m. 1. *male* a m. 2. legatur, in illo exstet *expediri*. sed *expedire* habet etiam Mead. 2. [Bamb.] Vox *via* vel *vix* deest in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Vulgatum demum adparuit in ed. Mog. Voces *via* et *vix* facile inter se commutari posse, videbimus infra ad 40, 69, 8. Paullo ante *iter* deest in Lov. 1.

§. 5. *Ad prima signa est perlatus*] Ita recte ediderunt Mog. ex cod. suo. Neque aliter nostri, nisi quod Lov. 5. cum excusis antiquioribus legat *sublatus*. Paullo ante *ad posteros* Voss. V. ad 9, 7, 11. Tum *ab tergo* Voss. et Lov. 1. 2. 3. 4. ac 6.

§. 6. *Quae, pleraeque adversae cadentes*] *Adversae hastae* mihi non aliae videntur posse esse, quam cuspide in hostes conversa. Sed quomodo fieri potuit, ut hastae, temere abjectae, pleraeque adversae cecidorint? An, qui, hostibus a tergo urguentibus, dextra laevaque in circumjectas itineri silvas diffugiebant, prius se circumagentes hostibus adversas hastas objecerunt? Hoc dictu ineptum, nec tamen facillimum intellectu est, quid sit, quod hic de adversis hastis dicit Livius. Suspicor legendum esse *transversae*. ut intelligamus hastas, a fugientibus abjectas, plerasque transversas cecidisse, atque ea re viam, velut vallo quodam objecto, septam, et iter impeditum esse. DUK. Cl. Crevier. *hastam adversam* intelligit ita sitam, ut ferrum obvertat: *adversas* itaque *cadentes hastas*, quae directo in terram ferro cadunt: ex iis autem sic temere in terram fortuito casu infixis effectam imaginem illam cujusdam quasi valli, quo inpeditum fuisse iter dicit Livius. In omnibus libris *adversae* constanter superest.

§. 7. *Utcumque possent, instare et persequi auxiliaribus jussis*] *utcumque instare*, omissa media voce, Lov. 5. et edd. pleraeque vett. aliae *utcumque instaret*. Aldus *utcumque possent*, insta-

Digitized by Google

7 velut vallo objecto iter inpediebant. Philopoemen, utcumque possent, instare et persequi auxiliaribus jussis, (utique enim equitibus haud facilem futuram fugam) ipse gravius agmen via patentiore ad
8 Eurotam amnem deduxit. ibi castris sub occasum solis positis, levem armaturam, quam ad persequendum reliquerat hostem, opperiebatur. qui ubi prima vigilia venerunt, nunciantes, tyrannum cum paucis ad urbem penetrasse, ceteram multitudinem inermem toto sparsam vagari saltu, corpora curare
9 eos jubet. ipse ex cetera copia militum (qui, quia prio-

re ex Mog. cod. probavit. Neque aliter scripti nostri, nisi quod *utrumque possent* sit in Lov. 2. *utrumque posset* in Gaertn. V. ad 10, 14, 12. *utcumque posset* in Lov. 6. Tum *jussit* Lov. 1. 3. et 6. V. ad 27, 24, 3. Mox *utique* deest in Lov. 6. Hinc *facile futuram fugam* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Ascens. *facile futuram fugam esse* Gaertn. Perperam etiam *Eurotam agmen* Mead. 2. V. ad 21, 5, 9. [*Eurotan* Bamb.] Insuper §. seq. *et corpora curare* Voss. Lov. 1. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antt. Voculam *et* Ascens. anno 1513. induxit.

§. 9. *Ex cetera copia militum* (*qui, quia priores*] *cum cetera* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *cum ex cetera* Mead. 1. [Bamb.] *tum ex cetera* Lov. 3. 4. 5. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. ex Mog. cod. dedit *ex cetera*, quod et in Lov. 1. 2. atque Harl. fuisse videtur: in quorum ultimo *τὸ quia* non adparet. *quiq; priores* legunt Lov. 2. et 6. *quia qui priores* Gaertn. Deinde *cibo et sumta modica quiete* Lov. 3. Hinc *fuerant* Mead. 2. a m. 1. Tandem voces *extemplo educit* omittuntur in Lov. 3.

Quae Pheras, quaeque Barbosthenem ferunt] *Pheras* in agro Laconico non reperies, sed *Pharim*, teste Stephano, qui inquit: *Φάρις πόλις τῆς Λακωνικῆς. οἱ πολῖται Φαρῖται, ὡς Παυσανίας. Ὅμηρος· Φάριν τε Σπάρτην τε.* Pausanias in Laconicis [c. 20.] *Ἀμύκλαν καὶ Φάριν* conjungit. SIG. *Pheras* dicit, quod est *Pharae*, oppidum Messeniae, quod etiam *Φηραί* dicitur ab Homero. Apud Ptolemaeum [3, 16.] perperam scribitur *Φεραί* pro *Φηραί*. Sic etiam *Πηγαί*, quod est oppidum Megaricae, etiam *Παγαί* dicitur Dorica dialecto. Cornelius Nep. in Conone [1.] *Pharas coloniam Laceduemoniorum* vocat. Hujus oppidi cives *Φαράται* dicuntur, teste Strabone [8, 388.] Stephanus *Φαραῖτας* dicit. Pausan. in Messen. [30.] *φαραιάτας*. H. VALES. ad Exc. Peiresc. p. 15. Veteres editi *Phe-*

Digitized by Google

priores in castra venerant, refecti et cibo sumto, et modica quiete erant) delectos, nihil praeter gladios secum ferentes, extemplo educit, et duarum portarum itineribus, quae Pheras, quaeque Barbosthenem ferunt, eos instruxit; qua ex fuga recepturos sese hostes credebat. Nec eum opinio fefellit. nam 10
Lacedaemonii, quoad lucis superfuit quidquam, deviis callibus medio saltu se recipiebant. Primo vespere ut lumina in castris hostium conspexere, e regione eorum occultis semitis se tenuerunt: ubi ea 11
sunt praegressi, jam tutum rati, in patentes vias descenderunt. ibi excepti ab insidente hoste passim

cas. Ex scriptis unus *Phocas*, duo *Phagas*, Voss. *Phachas.* Buslid. *Pharas.* Stephanus: *Φαραι, πόλις Μεσσήνης.* J. FR. GRON. *Phecas* Lov. 1. et 5. *Phocas* Lov. 3. 6. Harl. et Hearnii L. 1. *Phochas* Lov. 2. *Phacas* Lov. 4. Mead. utcque, et Gaertn. [Bamb.] *Phagas* Hearnii N. Fuisse *Pharas* vel *Pheras* urbem Messeniae, quae olim pars Laconicae fuit, existimat Bosius ad Nepot. l. laud. et Cellar. 2. Geogr. Ant. 3. p. 765. Contra *Pharas* Laconicae a *Pheris* Messeniae distinguendas censet Meurs. 4. Misc. Lacon. 8. Tum *Barnostenos* Voss. *Bermostenes* Lov. 3. *Barnostenes*, vel *Barnosthenes* Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *Branoschenes* Lov. 6. *Barboschenes* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Barbostenes* vel *Barbosthenes* Lov. 5. edd. Camp. pluresque aliae. V. ad c. 27, 13. Deinde *tenent*, pro *ferunt*, Voss. Male. V. ad 39, 27, 10. Mox *credebant* Lov. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn.

§. 10. *Quoad lucis superfuit quidquam, deviis callibus medio saltu se recipiebant*] *superfuit, qua deviis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *superfuit aliquid, a deviis* Lov. 5. et pr. edd. *superfuit quicquam* cod. Mog. ex cujus fide Aldus *quidquam* recepit, Frob. anno 1535. praepositionem *a* expunxit. V. ad 4, 39, 5. Deinde *recipiebant se* Lov. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1535. Mox *Primo vespere* omittit Harl. *e regione eorum* Lov. 1. sed *regione eorum* legunt Voss. Lov. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *in regione eorum* Lov. 2. Tandem *sese tenuerunt* Voss. et Lov. 6.

§. 11. *Ubi praetergressi ea sunt*] Manuscriptus *ubi ea sunt praegressi.* MOD. *ubi progressi* Voss. Lov. 5. 6. et edd. principes. pro quo *praetergressi* primum inveni in altera Ascensii, concinentibus, ut videtur, Lov. 2. 3. Mead. utroque, et Gaertn. *ut praegressi* Lov. 1. 4. et Harl. [*ubi praegressi sunt ea* Bamb.] Ex cod. Mog. *ubi ea sunt prae-*

Digitized by Google

ita multi caesi captique sunt, ut vix quarta pars de
12 toto exercitu evaserit. Philopoemen, incluso tyranno in urbem, insequentes dies prope triginta vastandis agris Laconum absumsit, debilitatisque ac prope fractis tyranni viribus, domum rediit, aequantibus eum gloria rerum Achaeis imperatori Romano,
13 et, quod ad Laconicum bellum adtineret, praeferentibus etiam.

1 XXXI. Dum inter Achaeos et tyrannum bellum erat, legati Romanorum circumire sociorum urbes,

gressi recepi. V. Jac. Gron. ad Tac. 14. Ann. 23. et quae notavi ad Livii 29, 32, 8. *eas* perperam Mead. 1. Harl. et Gaertn. Non enim ad *occultas semitas*, sed ad *castra* referendum. Ultima litera adhaesit ex initio vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. Mox *descenderant* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum. Deinde *excepti* exsulat a Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quorum ultimus etiam mox ignorat vocem *hoste*. [*ubi excepti ab insidiente hoste* Bamb.]

§. 12. *Incluso tyranno in urbem*] *in urbe* Lov. 3. Sed v. ad 38, 59, 10. Ultima litera intercepta erat a primis vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5. Mox *debilitatis quoque ac prope fractis* Gaertn. *debilitatis ac prope fractis* Lov. 2. Tum *domum redit* Lov. 1. ac 6.

§. 13. *Et, quod ad Laconicum bellum adtineret, praeferentibus etiam*] Voces prima et ultima desunt in Voss. Reliqua ita exhibet *quoad Laconum bellum pertineret, praeferentibus*. De τοῦ *quoad* v. ad 42, 6, 7. *quantum ad Laconum bellum* Lov. 6. *Laconum* etiam Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Ascensianam anni 1513. *pertinet* Harl.

§. 1. *Animos ad Antiochum avertissent*] *advertissent* Voss. Malc. 1, 50, 8. *Aversi omnes ad Tarquinium salutandum*. 23, 27, 9. *Omnium ferme animos ad Romanos avertit*. 25, 25, 11. *Aversis omnibus ad tumultum*. 27, 17, 2. *Hispaniam omnem averterat ad Romanum*. 37, 11, 14. *Ad Romanos cursum averterunt*. c. 27, 3. *Teum ex medio cursu classem repente avertit*. ubi etiam male duo codd. *advertit*. Pari modo *avertere in aliquem*, vel *in aliquid*, ut 6, 23, 8. *Tota in se averterat castra*. ubi plura vide. 43, 18, 2. *Ne quid averso se in Romanum bellum periculi subesset*. 44, 11, 6. *In custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset*. Ejusdem generis sunt *avolare Romam*, de quo v. ad 1, 57, 8. *amovere in ultima Hispaniae*, de quo v. ad 27, 20, 5. et contra *abducere ab aliquo*, de quo v. ad 36, 40, 3. Solent autem *avertere* et *advertere* in Mstis confundi. V. ad 6, 23, 8. Paullo ante *circumire*, vel *circumiere*, *solliciti sociorum urbes* cod. Mog.

Digitized by Google

solliciti, ne Aetoli partis alicujus animos ad Antiochum avertissent. minimum operae in Achaeis adeundis consumserunt; quos, quia Nabidi infesti erant, ad cetera quoque satis fidos censebant esse. Athenas primum, inde Chalcidem, inde in Thessaliam iere: adlocutique concilio frequenti Thessalos, Demetriadem iter flexere. eo Magnetum concilium indictum est. Adcuratior ibi habenda oratio fuit, quod pars principum alienati a Romanis, totique Antiochi et Aetolorum erant: quia, quum reddi

2 3 4 5

Lov. 5. et edd. vett. In eum ordinem, qui nunc obtinet, digesta vocabula primum adparent in ed. Frob. anni 1535. Consentiunt reliqui scripti. [*circuire* Bamb.]

§. 2. *Minimum operae in Achaeis adeundis consumserunt*] Haec omnia vocabula et postea *infesti erant* desunt in Harl. Tum *nimium operae*. V. ad 36, 9, 7. Hinc *consumserant* Lov. 5. et edd. vett. Aldus deinde ex cod. Mog. *consumserunt* dedit; quod servant reliqui scripti.

§. 3. *Demetriadem iter flexere*] Scripti et olim editi *Demetriadem iter direxere*. Caesar 2. de bello Civ. [24.] *Abest directo itinere paullo amplius passuum mille*. l. 3, [30.] *Ipsi iter secundum eas terras direxerant*. Vulgatum est e Moguntino. 32, [29.] *Q. Minucius in laeva Italiae ad inferum mare flexit iter*. J. FR. GRON. *Dirigere iter* apud optimos scriptores, etiam Ciceronem, obvia est locutio. Cic. 10. ad Fam. 11. *Quum iter ad Mutinam dirigerem*. Pro Coel. 17. *Illud unum directum iter ad laudem*. V. Inl. N. Heins. ad Nason. 6. Fast. 484. *direxere* etiam omnes nostri [Bamb.] servant. Non tamen repudianda est cod. Mog. lectio *flexere*, quam Aldus probavit. Nam *dirigere iter* aut raro admodum, aut numquam apud Livium obcurrit, at *flectere iter* saepius, ut etiam Cl. Dukerus observavit. V. ad 29, 33, 8. *ad Demetriadem* est in Lov. 3. Vox *iter* exsulat a Lov. 2. Paullo ante *inde Thessaliam iere* Lov. 2. et 3. V. ad 37, 31, 4. *inde in Thessaliam ire* Voss. et Harl. V. ad 4, 21, 8. Praeterea *consilio* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. et verbis sequentibus *consilium* Voss. Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. ac Mediol. anni 1480. Male. Indicatur enim communis respublica conjunctorum Thessaliae populorum; quod *concilium*, non *consilium*, vocari, docet Gronov. ad 44, 2, 5. Ita et variant codd. infra cap. seq. §. 1.

§. 4. *Alienati a Romanis*] Praepositionem ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Ita *alienatus sensibus* 25, 39, 4. Praefero tamen vulgatum. 7, 15, 3. *Alienatis a memoria periculi animis*. 8, 12, 10. *Alienatus ab senatu Aemilius*. V. ad 3, 48, 1.

Digitized by Google

filium obsidem Philippo adlatum esset, stipendium-
que inpositum remitti, inter cetera vana adlatum
erat, Demetriadem quoque ei reddituros Romanos
6 esse. Id ne fieret, Eurylochus princeps Magnetum,
factionisque ejus quidam, omnia novari Aetolorum
7 Antiochique adventu malebant. Adversus eos ita
disserendum erat, ne, timorem vanum iis demendo,
spes incisa Philippum abalienaret: in quo plus ad
8 omnia momenti, quam in Magnetibus, esset. Illa
tantum commemorata, *quum totam Graeciam bene-
ficio libertatis obnoxiam Romanis esse, tum eam ci-*
9 *vitatem praecipue. Ibi enim non praesidium modo
Macedonum fuisse, sed regiam exaedificatam, ut
praesens semper in oculis habendus esset dominus.*

Mox §. seq. *reddi obsidem filium Philippo* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] *reddi obsidem filio Philippo* Lov. 2. Praeterea *Demetriadem quoque et reddituros Romanos esse* Lov. 1. [Bamb.] V. ad 41, 15, 6. *Demetriadem quoque reddituros Romanos esse Philippo* Voss. Neque aliter Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. nisi quod ignorent *τὸ Philippo.*

§. 6. *Quidam, omnia novari Aetolorum Antiochique adventu*] *Τὸ omnia* deesse in L. 1. Hearnius testatur. At insuper *quidam, novari A. A. adventum* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. et edd. vett. *quidam, omnia novari A. A. adventum* dederunt Moguntini; pro quo *adventu* emendavit Aldus. *quidam, novari A. A. adventu omnia* legit Harl. Sed voces *ejus quidam, omnia novari Aetolorum Antiochique* desunt in Lov. 1. Praeterea §. seq. *alienaret* idem cod. Sed v. ad 8, 2, 12.

§. 8. *Quum totam Graeciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse*] *quum tota Graecia b. l. obnoxia Romanis esset* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. et Mead. 2. *obnoxia Romanis esset* etiam Mead. 1. Error inde ortus videtur, quod *τῷ esse* adhaeserit perperam litera prima vocis sequentis; de quo v. ad 40, 7, 8. Ei ut tota periodus conveniret, etiam reliqua mutarunt ad sequentia non advertentes. [*obnoxia* Bamberg.]

§. 5. *Non praesidium modo Macedonum fuisse, sed regiam exaedificatam*] *praesidia* edd. antt. pro quo Frob. anno 1535. substituit *praesidium*, concinentibus omnibus nostris. Deinde *regiam rehedificatam* Lov. 1. *regiam aedificatam* Voss. Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. Male. 1,

Digitized by Google

Ceterum nequidquam ea facta, si Aetoli Antiochum 10
in Philippi regiam adducerent, et novus et incognitus
pro vetere et experto habendus rex esset. Magnetar- 11
chen summum magistratum vocant. is tum Eurylochus erat. ac potestate ea fretus, negavit dissimulandum sibi et Magnetibus esse, quae fama vulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. id ne fiè- 12
ret, omnia et conanda et audenda Magnetibus esse. Et inter dicendi contentionem inconsultius evectus projecit, *Tum quoque specie liberam Demetriadem esse: re vera omnia ad nutum Romanorum fieri.* Sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit, 13
partim adsensum, partim indignationem, dicere id ausum eum. Quinctius quidem adeo exarsit ira, ut,

56, 1. *Se templa Deûm exaedificare manibus suis.* ubi ante Rhenanum etiam *aedificare* edebatur. 30, 3, 8. *Hibernacula Karthaginiensium congesta temere ex agris materia exaedificata.* Sallust. Catil. 12. *Quum domos atque villas cognoveris, in urbium modum exaedificatas.*

§. 10. *Pro vetere et experto*] Ita Mog. ex cod. suo. Antea edebatur *pro noto et experto;* quod superest in omnibus nostris, [Bamb.] et Mstis Gronovii, ut testatur in pr. ed. not. Sed praestat lectio Moguntina. Ut enim recte inter se obponuntur *incognitus* et *expertus*, ita melius *novus* et *vetus*, quam *novus* et *notus.*

§. 11. *Quae fama vulgata de reddenda Demetriade* etc. *et audenda Magnetibus esse*] Omnia haec desunt in Harl. incuria librarii, cui id fraudi fuit, quod modo praecesserit *Magnetibus esse.* At *Demetriade* etc. *et audenda* desunt in Lov. 1. cui errori caussa fuit similitudo inter voces *audenda* et, quae modo praecessit, *reddenda.* V. ad 9, 11, 11. *vulgatata* est in Voss. V. ad 10, 37, 2. Paullo ante *hac tempestate ea fretus* Lov. 3. *hac potestate ea fretus* Lov. 1. V. ad c. 26, 7.

§. 12. *Tum quoque specie liberam Demetriadem esse*] *speciem liberam Demetriadem* Lov. 5. et ed. Camp. *spem liberandi Demetriadem* Voss. *spem liberam Demetriadem* Lov. 3. et Harl. V. ad 4, 60, 3. et 3, 9, 13.

§. 13. *Sub hanc vocem*] *Sub hac nocte* Lov. 2. *Sub hac voce* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Moguntinam, quae vulgati auctor est. V. ad 2, 55, 1.

Partim adsentientium, partim indignantium] Barberin.

Digitized by Google

manus ad coelum tendens, Deos testes ingrati ac
14 perfidi animi Magnetum invocaret. Hac voce perterritis omnibus, Zeno, ex principibus unus, magnae tum ob eleganter actam vitam auctoritatis, tum quod semper Romanorum haud dubie partis fuerat, ab

et Petav. *adsensum*, et *indignationem*. Quod omnino germanum est. Pendent ea duo vocabula a verbo *variantis* active, non ὀνδετέρως posito, et ita explicandum: *Sub hanc vocem fremitus fuit multitudinis, variantis*, hoc est, alternantis, inter se confundentis, *partim adsensum, partim indignationem*, quod id dicere esset ausus. Noli dubitare, quin sic ab Livio fuerit. Voss. *partim adversantium, partim indignationem*. 2, [57, 2.] *Quum timor atque ira invicem sententias variassent*. 22, [2, 10.] *Ex verna primum intemperie variante calores frigoraque*. 23, [5, 8.] *Coeptumque propter vos cum Samnitibus bellum per centum prope annos, variante fortuna eventum, tulerimus*. 25, [1, 6.] *Et variabant secundae adversaeque res non fortunam magis, quam animos hominum*. Quare et suspectum mihi illud Justini 26, 1. *Et variante hominum partim dolore, partim gaudio, prout singulae civitates aut auxilium de Pyrrho speraverant, aut metus sustinuerant*. Valde velim *variante animos*. J. FR. GRON. Vulgato adhaerent Lov. 2. 5. Harl. et Victor. Crevierii. [*partim adsensu partim indignatione* Bamb.] Cum Vossiano facit Lov. 6. *partim ad sensum, partim ad indignationem* legunt Lov. 3. Gaertn. et Hearnii L. 1. *partim adsensum, partim indignationem*, ut Gronov. emendat, Lov. 1. 4. Mead. ambo, Hearnii N. et Regius major apud Doujatium, cui tamen magis adridet vulgatum; idque duplicem ob caussam: alteram, quod *τὰ partim adsensum, partim indignationem* longius distent a voce *variantium*, et minus commode inter haec vocabula interjectum sit verbum *fuit*: alteram, quod parum apta sit loquendi forma *indignationem, dicere id ausum eum*, prae illa *indignantium, dicere id ausum eum*. Addere potuisset, librariis displicuisse locutionem, ut conlectivo singulari *multitudinis* primo addatur singulare *variantis*, tum pluralia *adsentientium*, et *indignantium*; quam tamen Livio familiarissimam fuisse vidimus supra ad 5, 35, 1. et 30, 42, 16. Deinde *variare* non tantum active usurpari a Livio, de quo v. etiam Gronov. ad 21, 28, 5. sed et ὀνδετέρως, ut 27, 27, 14. *Ita fama variat, ut tamen plerique loci speculandi caussa castris egressum tradant*. His non obstantibus, magis mihi placet lectio, quam Gronov. probavit. Prima enim ratio, qua eam oppugnat Doujatius, nullius est momenti. Innumera enim vel ex solo Livio exempla dari possunt, ubi inter voces regentem et quae regitur plura vocabula interjiciuntur, quae, si omnia naturali ordine disponerentur, alium locum occuparent. Ita c. 34, 4. *Consilium uno die spei quoque non audacis modo, sed etiam inpudentis, ceperunt, Demetriadem, Chalcidem. et Lacedaemonem occupandi*. ubi *uno die* referendum ad *occupandi*, inter

Quinctio legatisque aliis flens petiit, *ne unius amentiam civitati adsignarent. Suo quemque periculo furere. Magnetas non libertatem modo, sed omnia, quae hominibus sancta caraque sint, T. Quinctio et populo Romano debere. Nihil quemquam ab Diis in-* 15 16

quae tot interjiciuntur. 40, 10, 3. *Nox ad quietem data naturae beneficio mortalibus.* 42, 40, 1. *Exspectari, nos, inquit Marcius, arbitror, ut respondeamus.* pro exspectari, ut nos respondeamus. Neque firmiori fundamento altera innititur. Quum enim verbalia eamdem recipere soleant constructionem, quam verba, et nullus dubitet, quin recte dicatur *indignor*, vel *indignans dicere id ausum eum*, non video, cur displicere possit locutio *indignatio dicere id ausum eum*. Similiter *suspicio* recipit infinitivum apud Cic. 12. ad Fam. 15. *Magistratus veniebant in suspicionem detinuisse nos.* 8. ad Att. Ep. 4. post 11. *Suspicionem nullam habebam, te reipublicae caussa mare transiturum.* Etiam *opinio.* 2. de Nat. D. 24. *Haec opinio Graeciam opplevit, exsectum Coelum a filio Saturno.* 2. de Divin. 33. *Credo Romulum habuisse opinionem, esse in providendis rebus augurandi scientiam.* 2. de Off. 13. *Opinionem adferunt populo, eorum fore se similes.* Voeula *eum* deest in Voss. Mox *ad coelum tendens ac Deos, testes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. qui insuper *manum*.]

§. 14. *Zeno, ex principibus unus Magnetum, cum ob eleganter actam vitam auctoritate*] *magnae* lege. Nam sequitur *auctoritatis*. GELEN. Vet. lib. *magnae tum cum ob.* id est, magnae eo tempore auctoritatis. alii: *Magnetum* per vitium. SIG. Lectionem, quae ante Gelen. vulgo exstabat, exhibet solus Lov. 5. *Magnetum eleganter actam vitam auctoritatis* Voss. *Magnetum ob eleganter actam vitam auctoritatis* Lov. 1. 2. et Gaertn. *Magnetum tum ob eleganter actam vitam auctoritatis* Lov. 6. *Magnetum ob eleganter actam vitam magnae auctoritatis* Lov. 3. *Magnetum cum ob eleganter actam vitam summae auctoritatis* Harl. *magnae cum ob eleganter actam vitam auctoritatis* Froben. anno 1535. ex mente Gelenii [consentiente Bamb.] edidit, Sigonius *magnae tum cum ob* etc. Paris. anno 1573. *magnae tum ob.* quod deinceps semper obtinuit. Et ita reliqui codd. Paullo ante *territis omnibus* Voss. In sequentibus *fuerat* deest in Lov. 3. Quinctii etiam praenomen *T.* in nullo cod. vel ed. ante Jac. Gronov. adparuit: post quem idem servarunt Doujat. Cleric. et Crevier. ego vero expunxi. Tandem *petit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, [Bamb.] et Gaertn. V. ad 37, 45, 2.

§. 15. *Magnetes non libertatem modo, sed omnia, quae hominibus sancta caraque sint, T. Quinctio*] *Magnetas* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. a m. 2. et edd. ante Jac. Gronov. qui, verisimiliter operarum errore, in ed. majori dedit *Magnetes:* in minore enim ed. *Magnetas* servavit. Eumdem errorem Cleric. et Crevier. adopta-

Digitized by Google

mortalibus precari posse, quod non Magnetes ab illis haberent; et in corpora sua citius per furorem saevituros, quam ut Romanam amicitiam violarent.

1 XXXII. Hujus orationem subsecutae multitudinis preces sunt. Eurylochus ex concilio itineribus occultis ad portam, atque inde protinus in Aeto-
2 liam profugit. Jam enim, et id magis in dies, Ae-

runt, quum tamen infra c. 39. bis terve Livius *Magnetas* dixerit, ut formam illam ipsi in hoc vocabulo non displicuisse pateat. Tum *quae omnibus sancta* Lov. 1. et 6. V. ad Liv. 3, 54, 6. Hinc *caraque sunt* Lov. 5. et edd. Frobeniana anni 1535. antiquiores. Insuper hic etiam Quinctii praenomen *T.* exsulat a Lov. 2. et Harl. quod pariter non exstitisse in L. 1. et ed. Rom. principe Hearnius monet. Mox §. seq. *ab inmortalibus Diis* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum.

§. 1. *Ex concilio itineribus occultis ad portam, atque inde protinus in Aetoliam*] *ex consilio* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. V. ad c. 31, 3. Vox *inde* abest ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. quam primus Aldus ex cod. Mog. adoptavit. Mox §. seq. *et* deest in Lov. 3. *id* in Gaertn. *in dies* in Voss. Praeterea *defectionem minitabant* Lovel. 3. *mutabant* Gaertn. *nutabant* Mead. 1. ex prava forsan literae praeeuntis pronunciatione. De verbo *nudare* v. ad 33, 21, 8.

§. 2. *Eoque ipso forte tempore Thoas, princeps gentis, quem miserant ad Antiochum, redierat*] In hoc libro paullo ante [c. 12, 6.] Dicaearchus Thoantis frater ad Antiochum mittitur, hic ipse Thoas missus dicitur, quod idem Hannibal repetit libro sequenti [c. 7, 12.] Manifestus error, aut memoriae lapsus potius. GLAR. Videndum est etiam atque etiam, quid sit, quod paulo ante dixit hoc eodem libro [c. 12.] *Thoas praetor Aetolorum legatos censuit circa reges mittendos. Democritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicaearchus frater praetoris ad Antiochum est missus.* nunc vero ab Antiocho Thoantem redisse ait. Appianus quidem Thoantem legatorum, qui missi ad Antiochum sunt, principem facit, cum ait in Syriaco [p. 92.] Ἀντιόχῳ δὲ ἥκον Αἰτωλῶν πρέσβεις, ὧν Θόας ἦρχεν. Qui locus me admonet, ut hoc loco legam *principes legationis, quam miserant ad Antiochum.* SIG. Haec non sunt contraria, quod videtur putasse Sigonius. Dicaearchi, fratris Thoantis, legationem ad Antiochum narrat Livius c. 12. in rebus anni V. ıɔLX. quo Thoas praetor Aetolorum erat. Hic in rebus anni V. ıɔLXI. Thoantem ab Antiocho reversum legationem renunciasse, c. 42. hujus lib. et 36, 7. eum legatum Aetolorum apud Antiochum fuisse scribit. Nam hoc ita intelligendum est, eum, quum praetura annua gentis Aetolorum perfunctus esset, post Dicaearchi profectionem ipsum quoque ad Antiochum missum fuisse: haud dubie quod Aetoli sibi persuadebant, in eo, qui et princeps gentis, et Roma-

Digitized by Google

toli defectionem nudabant: eoque ipso forte tempore Thoas, princeps gentis, quem miserant ad Antiochum, redierat, indeque Menippum secum adduxerat, regis legatum. Qui, priusquam concilium 3
iis daretur, impleverant omnium aures terrestres navalesque copias commemorando; *ingentem vim peditum equitumque venire: ex India elephantos:* 4

nis inimicissimus erat, plus momenti futurum ad Antiochum ad bellum adversus Romanos incitandum, quam in Dicaearcho. Nec ob id, quod Appianus eum principem hujus legationis fuisse dicit, in Livio pro *gentis* legendum est *legationis*. *Principem gentis* rursus eum vocat c. 45, 2. nec repugnat, eumdem principem gentis et legationis fuisse. DUK. Thoantis legationem ad Antiochum memorat iterum Liv. 36, 26, 2. *Legatos ad Antiochum miserunt; inter quos et Thoas idem, qui et antea, missus est.* Id eodem modo cum loco supra c. 12. conciliat Crevier. quo hic conciliandum docuit Cl. Dukerus. Ceterum *eo ipso forte tempore* Lov. 1. 3. et Voss. *eoque forte ipso tempore* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *et ipso quoque tempore* Lov. 6. [*tempore forte Phoas* Bamb.] Tum *redibat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Mox *inde Menippum, quem secum* cod. Mog. Forte voluit librarius *redierat inde; Menippumque secum adduxerat.*

§. 4. *Ex India elephantos adcitos*] E Moguntino. Lectio vetus: *ingentem vim peditum equitumque venire, ex India elephantos.* Quam lectionem meliorem judico: nam τὸ *accitos* adsciverunt, qui non intellegebant locutionem *ex India elephantos*, pro Indis, ut Nasoni 2. Am. 6, 1. *psittacus ab Indis.* Complet sententiam verbum *venire* ex praecedenti membro intellectum. J. FR. GRON. Cod. Moguntini lectionem recepit Aldus, et reliqui servarunt usque ad Gronov. qui priscam anno 1665. revocavit, expuncta voce *adcitos*, quae etiam deest in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] quod nunc videtur probandum. Infra 42, 20, 4. *Quod ex hostibus spolia fuissent ea rostra.* id est, hostilia spolia. 45, 39, 4. *Legiones ex Illyrico laureatae urbem inibunt.* id est, legiones Illyriae, sive Romanorum, quae in Illyrico militaverant. Ita enim proxime sequuntur *Macedonicae legiones.* c. 43, 10. *Reliquum ex Illyrico praedae ducenti viginti lembi erant.* id est, praedae Illyriae. Plaut. in Captiv. 3, 2, 10. *Rogo Philocratem ex Aulide, ecquis omnium noverit.* (* v. Duker. ad Epit. 95.) Eidem locutioni inservit praepositio *a.* V. ad 4, 7. 4. et Nic. Heins. ad Nas. 2. Am. 6, 1. ubi tamen vereor, ne memoria viro inlustrissimo inposuerit, ad hanc formam emendanti apud Silium, *Bistoniis late Gradivus ab oris*, ubi cum omnibus codd. *in oris* servandum puto. Videtur autem Heinsius in animo habuisse alium locum Silii, priori proxi-

Digitized by Google

ante omnia (quo maxime moveri credebant multitudinis animos) *tantum advehi auri, ut ipsos emere*
5 *Romanos possit.* Adparebat, quid ea oratio in concilio motura esset. nam et venisse eos, et, quae
6 agerent, omnia Romanis legatis deferebantur: et, quamquam prope abscisa res erat, tamen non ab re esse Quinctio visum est, sociorum aliquos legatos interesse ei concilio, qui admonerent Romanae societatis Aetolos, qui vocem liberam mittere ad-
7 versus regis legatum auderent. Athenienses maxi-

mum, *Litore ab Hesperidum Temisus*, ut ipse et Modius ex membranis pro *missus* emendarunt. Et quidem tanto magis id mihi persuadeo, quia locum exstare dicit apud Silium 1, 431. ubi posterior obcurrit, quum prior reperiatur 1, 433. Cum emphasi autem memorantur *ex India elephanti*, ut obponantur Africanis, minus praestantibus, quibus Romani utebantur. Infra 37, 39, 13. *Praeterquam quod multitudinem regiorum elephantorum sustinere non videbantur posse, ne pari quidem numero Indicis Africani resistunt, sive quia magnitudine, (longe enim illis praestant) sive robore animorum vincuntur.* Praeterea *et ex India elephantos* Lov. 5. et ed. Camp. *ex India elephantes* Lov. 1. 2. et 6. [Bamb.] Sed reliqui omnes *elephantos.* V. ad 31, 36, 4.

Ante omnia tantum advehi auri] Moguntiaci natum: alii omnes, *ad omnia.* quod posset defendi, ut particula sit ea vi, qua *super* aut *praeter.* V. ad 26, 5, 9. J. FR. GRON. *ad omnia* praeter Hearnii L. 1. et N. [Bamb.] etiam praeferunt omnes nostri, nisi quod in uno vel altero sit *ac omnia.* Posse autem illud *ad omnia* commodo sensu exponi, non diffiteor. Magis tamen placet *ante omnia*, id est, praecipue; quod a Gronovio loco motum restitui. Suet. Calig. 21. *Destinaverat et Sami Polycratis regiam restituere*, etc. *sed ante omnia Isthmum in Achaja perfodere.* Tum *et tantum advehi* Lov. 1. Praeterea *quibus maxime moveri multitudinis animos* Harl. *quo maxime credebant moveri multitudinis animos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. 1. *quo maxime credebant movere multitudinis animos* Mead. 2. Mox *possent* Lov. 2. 5. 6. et ed. Camp. *posset* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes. *ut ipsos emere possit* se in cod. suo invenisse, testantur Moguntini, ex quo ipsi *possit* adscriverunt. [*uti*, pro *ut*, Bamb.] Praeterea §. seq. *legatis Romanis* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 6. *Prope abscissa res erat*] Lege *abscisa res erat*, non *abscissa.* GELEN. Hoc fortassis defendi potest; sed mihi apertior foret sententia, si pro *res*

Digitized by Google

me in eam rem idonei visi sunt, propter et civitatis dignitatem, et vetustam societatem cum Aetolis. ab iis Quinctius petiit, ut legatos ad Panaetolicum concilium mitterent. Thoas primus in eo 8
concilio renunciavit legationem. Menippus post eum intromissus, *Optimum fuisse omnibus, qui Graeciam Asiamque incolerent*, ait, *integris rebus Philippi potuisse intervenire Antiochum: sua quemque habitu-* 9
rum fuisse, neque omnia sub nutum ditionemque Romanam perventura. Nunc quoque, inquit, *si mo-* 10

scriptum fuisset *spes*. 4, 10. *Volsci exiguam spem in armis, alia undique abscissa* (vel, si quis hoc mavult, *abscisa*) *quum tentassent*. 24, 30, 12. *unum spe undique abscissa consilium esse rati*. Infra c. 45, 6. *abscissa omni spe*. Paulus l. 35. D. de Eviction. *Quum fere spes habendi abscisa est*. Sic *spem incidere* dicit Liv. 2, 15, 7. 3, 58, 6. 6, 39, 10. 35, 31, 7. et *praecidere* 4, 3, 7. 24, 31, 12. 29, 15, 15. Si *res* retinendum est, in eo tamen non alia sententia esse potest, quam etsi res eo redierant, ut prope abscissa esset spes animos Aetolorum ab societate Romanorum alienatos reconciliandi. DUK. *abscisa* Voss. Lov. 2, 4. 5. Gaertn. et edd. principes. V. ad 31, 34, 4. Mox *sociorum legatos*, omissa media voce, Lov. 1. et 6. Tum *interesse ei colloquio* Lov. 1. in contextu, altera lectione in margine servata. Hinc *admoverent* Mead. 1. [Bamb.] librariorum errore. V. ad hujus lib. c. 35, 5. Insuper *Aetolos*, *vocem liberam*, omisso τοῦ *qui*, Lov. 5. et ed. Camp.

§. 7. *Propter et civitatis dignitatem, et vetustam societatem*] MS. *et propter civitatis dignitatem, et vetustam s. c. Ae.* MOD. Ne hic quidem mutandi justam caussam habuerunt, quum legeretur *propter et civitatis*. J. FR. GRON. *propter et* etiam Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. Crevierii Victor. et edd. antt. Postea Ascens. anno 1513. omisit voculam *et*, quae neque exstat in Lov. 1. Eam autem restituentes Moguntini ex cod. suo vulgarunt *et propter*. Tum *et amicitiam cum Aetolis* omnes nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. pro quo *et vetustam societatem cum Aetolis* Aldus ex Mog. substituit. Mox *petit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamberg.]

§. 8. *Primus in eo concilio renunciavit legationem*] Ita primus Aldus, consentientibus omnibus nostris, excepto solo Lov. 5. qui cum excusis antiquioribus praefert *in eo concilio primum*. Mox *post eum est intromissus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Hinc *Optimum fuisse in omnibus* Voss. et Lov. 1. *Optimum esse omnibus* Gaertn.

§. 10. *Nunc quoque inquit, Si*

Digitized by Google

do vos, quae inchoastis, consilia constanter perducitis ad exitum, poterit, Diis juvantibus, et Aetolis sociis, Antiochus quamvis inclinatas Graeciae res re-
11 *stituere in pristinam dignitatem. Ea autem in libertate posita est, quae suis stat viribus, non ex alie-*
12 *no arbitrio pendet.* Athenienses, quibus primis, post regiam legationem, dicendi, quae vellent, potestas facta est, mentione omni regis praetermissa, Romanae societatis Aetolos, meritorumque in univer-
13 sam Graeciam T. Quinctii, admonuerunt, *ne temere eam celeritate nimia consiliorum everterent. Consilia calida et audacia prima specie laeta, tractatu dura, eventu tristia esse. legatos Romanos, et in iis T. Quin-*

modo vos, quae inchoastis, consilia constanter perducitis] Qui ita interpungunt haec verba, orationis initium a voce *si* ducunt, cum sit ducendum a voce *nunc*. Sunt autem ita distinguenda verba, ut a voce *si modo* usque ad vocem *exitum* parenthesi concludantur. SIG. *qui inchoatis* Harl. et Lov. 3. *quae inchoatis* scripti reliqui cum edd. vetustis. Moguntini demum dederunt *inchoastis*. Mox *inclinatas restituere res Graeciae* Voss. *inclinatas res Graeciae restituere* Lov. 3. et 6. Paullo post §. seq. *Ea autem in pristina libertate* Voss. et Lov. 1. ac 3. voce ex praecedenti periodo male repetita. Deinde *ex alienis arbitriis* Gaertn.

§. 12. *Quibus primis post regiam legationem*] *quibus post primam regiam legationem* Harl. Mead. 1. Lov. 2. et Gaertn. Mox *potestas est facta* Lov. 1. et 6. *potestas data est* Gaertn. [*meritorum in universam* Bamb. qui mox *nimia celeritate.*]

§. 13. *Consilia callida et audacia prima specie laeta, tractatu dura, eventu tristia esse*] Scribo *calida et audacia*. Ut 22, [24, 2.] *Agitabanturque pro ingenio ducis consilia calidiora*. Hirtius ad Ciceronem 15. ad Att. [post ep. 6.] *Ita pro te exorentur, ne quod calidius ineant consilium*. J. FR. GRON. *calida* hic etiam Malaspina ad Epist. Hirtii apud Cic. post Epist. 6. l. 15. ad Att. H. Steph. 5. Sched. cap. ult. et Pricaeus ad Apuleji l. 1. p. 62. legunt. Et ita hic unus liber Hearnii. In Cicerone quoque 1. de Off. 24. in d. Epist. Hirtii, et in Terent. Eun. 2, 3, 88. viri docti pro vulgatis *callida consilia, callidius, callidum consilium* emendant *calida, calidius, calidum*. Adde Jac. Gronov. ad Tacit. 1. Hist. 48. DUK. *Consilia callida* servant Voss. et Lov. 3. 4. 5. 6. [Bamb.] Reliqui vero cum Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. *calida*, quod est praecipitia, temeraria, sive, ut additur, au-

Digitized by Google

ctium, haud procul inde abesse. Dum integra omnia essent, verbis potius de iis, quae ambigerentur, disceptarent, quam Asiam Europamque ad funestum armarent bellum. 14

XXXIII. Multitudo avida novandi res, Antiochi 1
tota erat: et ne admittendos quidem in concilium
Romanos censebant. principum maxime seniores
auctoritate obtinuere, ut daretur iis concilium. Hoc 2
decretum Athenienses quum retulissent, eundum in
Aetoliam Quinctio visum est. Aut enim moturum 3
aliquid, aut omnes homines testes fore, penes Aetolos belli culpam esse: Romanos justa ac prope
necessaria sumturos arma. Postquam ventum est eo, 4

dacia. V. ad Silii 15, 337. Solent autem hae voces in Mstis confundi. V. supra ad 9, 46, 1. et 10, 22, 7. Adde Keuchen. ad Front. 1, 1, 9. et Corte ad Sall. Jug. 15. et ad Plinii 5. Ep. 20. Similiter *calere* et *callere*. V. supra ad c. 26, 10. Praeterea *tractu* Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1535. Male. Supra 33, 31, 7. *Ibi consilia decem legatorum tractabantur.* 44, 13, 9. *Tractatas inter Eumenem et Persea conditiones amicitiae.* Simili modo et alibi peccatur. V. ad 7, 21, 7. c. 25, 4. et Corte ad Plinii 1. Ep. 8, 8. et ep. 20, 3. Plura similia congessi ad 10, 37, 2. Ad haec *tristitia* Lov. et Mead. 1. [Bamb.] V. ad 4, 52, 6. Mox voces *legatos Romanos, et in iis T. Quinctium, haud procul inde abesse* desunt in Mead. 2. culpa librarii ob similitudinem τῶν *esse* et *abesse*. V. ad 9, 11, 11. [*et in his* Bamb.]

§. 14. *Verbis potius de iis, quae ambigerentur, disceptarent*] *de iis potius* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Voss. [*potius de his* Bamb.] Tum *quae ambigerent* Lov. 3. V. ad 10, 10, 1. Infra 42, 39, 6. *Aliud deinde ambigebatur.* Hinc *disputarent* Harl. quod est ex glossa. De verbo *disceptare* v. ad 38, 35, 1.

§. 1. *Antiochi tota erat*] *Antiochi erat tota* Lov. 6. Vox *tota* exsulat a Lov. 5. et ed. Camp. Male. V. ad 25, 16, 19. Mox *auctoritate obtinuer* Lov. 4. *obtinuerunt* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *tenuerunt* Harl. Ita saepe Livium locutum esse, vidimus ad 23, 20, 10. Uni tamen cod. fidem habere non audeo. Mox §. seq. *Quum hoc decretum Athenienses retulissent* omnes nostri manu exarati, ut et editi ante Aldum, qui vocum ordinem ex cod. Mog. mutavit. Praeterea §. 3. *Aut eum moturum* Voss. 1. et Mead. 1. Hinc *culpam belli esse* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et

Digitized by Google

Quinctius in concilio, orsus a principio societatis Aetolorum cum Romanis, et quoties ab iis fides mota foederis esset, pauca de jure civitatium, de qui-
5 bus ambigeretur, disseruit. *Si quid tamen aequi se habere arbitrarentur, quanto esse satius Romam mittere legatos, seu disceptare, seu rogare senatum mal-*
6 *lent; quam populum Romanum cum Antiocho, lanistis Aetolis, non sine motu magno generis huma-*

Gaertn. [Bamb. mox *necessarios* idem.]

§. 4. *Postquam ventum est eo, Quinctius in concilio, orsus a principio societatis Aetolorum cum Romanis*] *Postquam ventum eo* Harl. Tum *Quinctius legatus in concilio orsus* Voss. *Quinctius in eo concilio orsus* Lov. 5. et edd. antt. *Quinctius legatus imperat Etholis amicitiam cum Romanis* Lovel. 1. *Quinctius legatus improperat amicitiam cum Romanis* Lov. 6. qui voces *in concilio orsus a principio societatis Aetolorum cum Romanis* inserit post τὰ *de quibus ambigeretur*. Mox *de jure civitatium* Lov. 4. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. Tum *de quibus ambigebatur* Gaertn. *de quibus ambigerent* Lov. 3. Hinc §. seq. *sanctius*, pro *satius*, Lov. 1. et 6. V. ad 34, 33, 7.

§. 6. *Populum Romanum cum Antiocho, immistis Aetolis*, etc. *dimicare*] Tres literulae depravatae totum sensum corrumpunt. Scripti codices habent *lanistis Aetolis dimicare*. Nimirum metaphora a gladiatoribus sumpta. GELEN. Antea edebatur *cum Antiocho admistis Aetolis*, quo pacto legitur in veteribus libris. Quamobrem non video, cur displicuerit haec lectio Gelenio, et cur hoc loco metaphoram a gladiatoribus et lanistis ductam tantopere adamarit. SIG. Haec aurea restitutio Sigismundi Gelenii, et quidem e scriptis codicibus, ut ipse profitetur. Legebatur *admistis Aetolis*. Quo frigidius nihil potest excogitari, praesertim in comparatione alterius delicatissimae lectionis. Tamen Sigonio perplacet, et, non video, inquit, cur displicuerit haec lectio Gelenio, et cur hoc loco metaphoram a gladiatoribus et lanistis ductam tantopere adamarit. Quid censes, cordate lector? Nisi Sigonius esset, haud impune ferret profecto. Nam *Aetolis lanistis*, est, committentibus, subornantibus in certamen. Antonius in epistola ad Hirtium et Octavium Caesarem, recitata Ciceroni Philipp. 13, [19.] *Quod spectaculum adhuc fortuna vitavit, ne videret unius corporis duas acies, lanista Cicerone, dimicantes.* Subjicit ipse Cicero: *Ego lanista? et quidem non insipiens: deteriores enim jugulari cupio, meliores vincere.* Abstineant sua, *equidem*, vel *id quidem*. Nisi et vexare velint Philipp. seq. [c. 5.] *Tu igitur ipse de te, dixerit quispiam. Et quidem invitus.* Aut 1. de Nat. Deor. [32.] *Beatos esse Deos sumsisti: concedimus. Beatum autem sine virtute neminem esse posse:*

Digitized by Google

ni, et pernicie Graeciae dimicare? nec ullos prius cladem ejus belli sensuros, quam qui movissent. Haec 7
nequidquam velut vaticinatus Romanus. Thoas deinde ceterique factionis ejusdem, cum adsensu omnium auditi, pervicerunt, ut, ne dilato quidem con- 8
cilio, et absentibus Romanis, decretum fieret, quo arcesseretur Antiochus ad liberandam Graeciam, disceptatumque inter Aetolos et Romanos. Huic tam 9

id quoque damus, et libenter quidem. Ipse Cic. 1. ad Att. 16. *Cum accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos rejiceret; reus, tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret.* Pro Roscio [c. 6.] *Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur: hic autem nuper se ad eum lanistam contulit, qui, quum ante hanc pugnam tiro esset scientia, facile ipsum magistrum scelere audaciaque superavit.* J. FR. GRON. *admixtis Aetolis* Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn. *immixtis Aetolis*, vel *immistis* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. vett. *lanistis Aetolis*, quod jubente Gelenio Frob. anno 1535. recepit, Mead. 1. Hearnii N. et Regius major apud Doujatium. Cic. pro Rosc. Amer. 40. *Num aut ille lanista omnino jam a gladiis recessisse videtur, aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere?* Praeterea *et hoc non sine magno motu* Lov. 3. *magno motu* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Gaertn. [Bamb.]

§. 7. *Haec nequidquam velut vaticinatus Romanus*] *Hoc nequidquam* Lov. 5. et edd. vett. usque ad Frob. qui anno 1535. *Haec* ex cod. Mog. recepit, cui adsentiuntur reliqui mei. Vox *velut* deest in Lov. 1. *Romanus* in Voss. *deinde* in Lov. 1. Mox *cum adsensione omnium auditi* legit Gaertn. *cum adsensu omnium communi auditi* Lov. 3.

§. 8. *Ad liberandam Graeciam disceptandumque*] Scripti *disceptatumque*. Quod perperam mutatum existimo: neque mihi novitas est, in eodem membro dici, Antiochum arcessi ad Graeciam liberandam, et arcessi disceptatum, sed instar deliciarum Livianarum. Sic 5, [19, 2.] *Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis servandaeque patriae M. Furius Camillus dictator dictus.* Potuisset juxta bene dicere, *servandamque patriam*, sed variare maluit. Dictys Cretensis l. 1, [4.] *Quamquam atrocitas facti ad indignationem ultumque injurias rapiebat.* J. FR. GRON. *disceptandumque* solus Lov. 5. [et Bamb.] editis antiquis concinens servat. *discessumque* Lov. 6. *disceptumque* Voss. *disceptatumque*, quod recte Gronov. probavit, reliqui mei, et Hearnii L. 1. ac N. Male similis variatio Annae Dacer. in loco laud. Dict. Cret. displicuit. At praesertim Livius omni ratione locutiones variare captavit. Varia exempla dedit Cl. Duker. ad 27, 33, 9. Adde etiam, quae notantur ad 38, 39, 10. et 39, 14, 9.

Digitized by Google

superbo decreto addidit propriam contumeliam Damocritus praetor eorum. nam quum id ipsum decretum posceret eum Quinctius, non veritus maje-
10 ſtatem viri, *aliud in praesentia, quod magis instaret, praevertendum sibi esse*, dixit: *decretum responsumque brevi in Italia, castris super ripam Tiberis positis,*

Facillime gerundium *disceptādum* et supinum *disceptatum* commutari potuerunt. Alia exempla v. ad 2, 48, 4. 4, 9, 11. 22, 9, 10. 23, 35, 15. et pluribus locis.

§. 8. *Damocritus praetor eorum*] *Damotricus* literis transpositis, Lov. 1. *Democritus* Lov. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo Frob. anno 1535. reposuit *Damocritus*, ceteris codd. probantibus. V. ad 31, 32, 1.

Nam quum id ipsum posceret decretum T. Quinctius, non veritus majestatem viri, primo aliud in praesentia, quod magis instaret, praevertendum sibi esse] Diversum legitur in veteribus archetypis hoc modo: *nam quum id ipsum decretum posceret eum Quintius.* Praeterea haec vox *primo*, hic plane superflua, in neutro invenitur. GELEN. *ad ipsum posceret decretum T. Quintius* Voſſ. *id ipsum decretum posceret Quinctius* Lov. 1. et 4. *id ipsum decretum posceret T. Quinctius* Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *id ipsum posceret decretum T. Quinctius* Lov. 5. et edd. antt. [*posceret tum Quinctius* Bamb.] Sed malo cum Gelenio *decretum posceret eum Quinctius.* Supra 7, 32, 4. *Ferociter pro se quisque signum duces poscere.* ubi v. quaedam notata. 41, 10, 8. *Vocatum, qui pro quaestore Manlii erat, catenas poposcit.* Similiter *orare* cum duplici accusativo 28, 5, 6. *Auxilia regem orabant.* Praeterea *primo* agnoscunt omnes noſtri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. eaedem. Praeterea *aliquid*, pro *aliud*, Mead. 1. V. ad 25, 38, 3. Tum *petendum* Lov. 6. Lov. 2. in contextu, et Mead. 1. in marg. Mox in verbis sequentibus *deindeque decretum*, addita priori voce, Lov. 6. Deinde *in Italia brevi* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. qui §. 11. *tantus magistratus.*]

§. 1. *Quinctius legatique*] Quinctius ipse quoque inter legatos erat, c. 23, 5. Sed hic sermo eum non excludit numero illorum. V. Gronov. ad 3, 25, 4. Schelium ad Hygin. de Caſtramet. p. 1052. et Interpretes Rutilii Numat. 1, 300. DUKER.

Ut quaeque de Antiocho] Lego *quieti de Antiocho.* Vide diligenter, num placet. TAN. FABER. *ut quemque de Antiocho* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Regius Johannis Mureti apud Doujatium. *ut quemque ab Antiocho* Lov. 3. *ut quoque de Antiocho* Regius Naudaei apud eumdem Doujatium; cui displicet Fabri conjectura, quia mox subjungitur *nihil per se ipsi moti:* ipse vero *quaeque de Antiocho* exponit quaecumque de Antiocho dicerentur. At Clericus sensum

Digitized by Google

tis, daturum. tantus furor illo tempore gentem Aetolorum, tantusque magistratus eorum cepit. 11

XXXIV. Quinctius legatique Corinthum redierunt. inde, ut quaeque de Antiocho, nihil per se ipsi moti, et sedentes exspectare adventum viderentur regis, concilium quidem universae gentis post dimissos Romanos non habuerunt: per apocletos au- 1 2

constituit, ut viderentur exspectare quaeque de Antiocho. Sed recte locus fractus Crevierio videtur, cujus verba sine ope codicum integriorum refingi nequeunt.

Nihil per se ipsi moti] Lego *moturi.* Erant enim non modo per se ad bellum cum Romanis gerendum moti, sed et ipsum Antiochum ad idem incitaverant, eumque decreto publico, quod praesente Quinctio proximo concilio fecerant, arcessebant in Europam disceptatum inter se et Romanos. Unde et a Quintio summo jure *lanistae* vocantur c. 33, 6. Volebant tamen videri nihil rerum per se ipsi esse moturi, sed sedentes exspectare adventum regis. Infra 40, 31, 1. *Spem factam hosti, nihil se priorem moturum.* 25, 27, 13. *Exspectaturus magis eventum, quam inde quicquam moturus.* JAC. PERIZON. [*nihil* omittit Bamb.]

Exspectare adventum viderentur regis] Barberinus *motum regis.* Caeterum obscuriorem hunc locum sic explicabam: Aetolos, ne Romanis prius consilia eorum, quam facta, innotescerent, postea concilium gentis nullum habuisse, ita ut omnia, ut quamcumque spem haberent, viderentur exspectare de Antiocho, nihil ipsi pro ea laborantes, utque viderentur sedentes exspectare sive adventum sive motum regis.

J. FR. GRON. *moturi*, quod Perizonio placet, recipi potest. Sed mihi neque hac emendatione, neque interpretatione Gronovii dispulsa est omnis obscuritas hujus loci. Primum, quod, etsi Aetolos paucis ante verbis nominat Livius, tamen interjecta illa, *Quintius legatione Corinthum redierunt*, postulare videntur, ut post eos rursus exprimatur nomen Aetolorum, vel aliud, e quo intelligatur, haec de iis dici. Deinde non scio, an Latini ita utantur voce *quisque* pro *omnis*, ut dicant *Aetoli quaeque exspectant de Antiocho*, pro *omnia exspectant.* DUK. *motum* etiam Lov. 2. 4. et Mead. ambo; quorum tamen ultimus *adventum* praefert in margine. Sed *moti* mox praecessit, unde hic *motum* repetitum videtur. *regis viderentur* Lov. 6. *viderentur* deest in Lov. 1. Paullo ante *consedentes*, pro *et sedentes*, Lov. 3.

§. 2. *Per apocletos autem* (*ita vocant sanctius concilium*] *consilium*, ni fallor. c. 35, 4. *In concilio arcano gentis, de qua ante dictum est.* 30, 16, 3. *Triginta seniorum principes. id erat sanctius apud eos consilium.* DUK. *consilium* Lov. 3. et 6. quomodo etiam Crevierius edidit. Et ita legendum puto 36, 28, 8. Similiter etiam ibid. c. 11, 7. Certe Apocleti hic vocantur *sanctius consilium*, et opponun-

Digitized by Google

tem (ita vocant sanctius consilium: ex delectis constat viris) id agitabant, quonam modo res in Grae-
3 cia novarentur. Inter omnes constat, in civitatibus principes, optimum quemque, Romanae societatis esse, et praesenti statu gaudere. multitudinem, et quorum res non ex sententia ipsorum essent, omnia
4 novare velle. Aetoli consilium uno die spei quoque non audacis modo, sed etiam inpudentis, ceperunt, Demetriadem, Chalcidem, et Lacedaemonem occu-
5 pandi. Singuli in singulas missi sunt principes: Thoas Chalcidem, Alexamenus Lacedaemonem, Dio-

tur *universae gentis concilio.* [*concilium* Bamb.] Deinde *per apocletos auchenucha vocant* Voss. *per apocletos antehunta vocant* Lov. 6. *parapocletos* Lov. 1. *parapodetos* Harl. Mox *modo* exsulat a Voss. et Lov. 6. *quomodo* dederunt Lov. 1. 3. 6. et edd. vett. Aldus ex Mog. dedit *quonam modo.* Et ita reliqui codd. Praeterea *in Graecia res* Harl. et Gaertn. [Bamb.] *in Graeciam res* Lov. 2. 4. et Mead. ambo.

§. 3. *In civitatibus principes et optimum quemque*] In prima reperio editione Moguntina: sed scripti et superius editi extrita copulativa, *principes, optimum quemque, Romanae societatis esse.* Et verius est. Uti 1, [7, 5.] *Aversos boves, eximium quemque pulcritudine, caudis in speluncam traxit.* 21, [32, 13.] *Ipse cum expeditis, acerrimo quoque, raptim angustias evadit.* J. FR. GRON. Livium ita loqui certum est. 7, 19, 2. *Trecenti quinquaginta octo delecti, nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur.* Omnes etiam nostri cum Hearnii L. 1. et N. copulam nesciunt. Non tamen displicet ed. Mog. lectio. [*et optimum* Bamb.] per *principes* autem intelligo nobilissimos ordinis senatorii. V. Cl. Wessel. 1. Obs. 8. per *optimum quemque*, qui optimatium partibus favebant, qui reipublicae utilitati consulebant; qui non semper principes, sed interdum ex plebe erant. Cic. pro Sext. 45. *Qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarent, optimates habebantur.*

Quorum res non ex sententia ipsorum essent, omnia novare velle] Vet. lib. *novari.* SIG. MS. *omnia novare velle.* MOD. *omnia novare bella* manu exarati nostri, et edd. vett. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo receperunt *novare velle*, quod Sigonius in *novari* mutavit. Sed praetuli *novare.* Non tantum enim volebant, *omnia novari*, verum ipsi etiam manum operi admoturi, idque operam daturi erant, ut omnia novarentur. Alibi etiam *velle* et *bella* confuderunt librarii. V. Inl. N. Heins. ad Silii 11, 350. Insuper *esset* Lov. 5. Harl. et edd. ante Aldum.

§. 4. *Demetriadem, Chalcidem, et Lacedaemonem*] Ita et hic pri-

Digitized by Google

cles Demetriadem. Hunc exsul Eurylochus, de cu- 6
jus fuga caussaque fugae ante dictum est, quia reditus in patriam nulla spes alia erat, adjuvit. Literis 7
Eurylochi admoniti propinqui amicique, et qui ejusdem factionis erant, liberos et conjugem ejus cum sordida veste, tenentes velamenta supplicum, concionem frequentem adire jubent, singulos universosque obtestantes, ne insontem, indemnatum consenescere in exsilio sinerent. Et simplices homines 8
misericordia, et inprobos seditiososque inmiscendi res tumultu Aetolico spes movit: pro se quisque re-

mi Moguntini ediderunt, non addentes, utrum eam lectionem in cod. suo invenerint. Priores copulam ignorant, quae etiam exsulat a Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] V. ad 3, 68, 4.

§. 5. *Singuli in singulas missi sunt principes*] Librariorum culpa prima vox deest in Lov. 2. prima et secunda in Mead. 1. ultima in Mead. 2. sed *principes missi sunt* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] *principes jussi sunt* Lov. 6. V. ad 9, 43, 2. Mox *Alaxamenus* Lov. 4. 5. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Similiter saepius c. 35. et 36. non tantum iidem, sed insuper etiam Voss. Lov. 2. et Mead. 2. exhibent. Insuper *Diodes* Lov. 3. et Hearnii L. 1. literis *cl* perperam in *d* coalescentibus. V. ad 10, 24, 2.

§. 6. *Hunc exsul Eurylochus* etc. *quia reditus in patriam nulla spes alia erat, adjuvit*] *Hunc exsulem* male cod. Mog. et Gaertner. Tum *nulla illi spes erat* Lov. 1. *nulla alia erat spes* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertner. [*spes* omittit Bamb.] Insuper *adivit*. V. ad 24, 35, 4.

§. 7. *Liberos et conjugem ejus* etc. *concionem frequentem adire jubent*] Vocem *ejus*, quam ignorant Lov. 5. et edd. vett. Moguntini ex cod. suo addiderunt, probantibus reliquis scriptis. Tum *specie supplicium* Voss. et Lov. 1. quomodo etiam duo codd. praeferunt 2, 14, 8. [*supplicium* etiam Bamb.] Hinc *concionem frequenter adierunt* edd. vett. *concionem frequentem adierant* Voss. *concionem frequentem adierunt* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et ed. Mog. quamvis, qui eam curarunt, se in ipso cod. *frequentem adire jubent* invenisse testentur, quod Frob. anno 1531. recepit. Aldina enim, servata editionis Moguntinae lectione, asteriscum margini adpingere satis habuit. Mox *inde natum*, pro *indemnatum*, cod. Mog. et Mead. 1.

§. 8. *Pro se quisque revocare jubebant*] Vet. lib. *revocari*. SIG. MS. *et pro se quisque r. j.* MOD. Copula, quam agnoscit cod. Mog. intercepta esse potuit a literis ultimis vocis praecedentis *movit*.

Digitized by Google

9 vocare jubebant. His praeparatis, Diocles, cum omni equitatu (et erat tunc praefectus equitum) specie reducentis exsulem hospitem profectus, die ac nocte ingens iter emensus, quum millia sex ab urbe abesset, luce prima tribus electis turmis, cetera
10 multitudine equitum subsequi jussa, praecessit. postquam portae adpropinquabat, desilire omnes ex equis jussit, et loris ducere equos, itineris maxime modo, solutis ordinibus: ut comitatus magis prae-
11 fecti videretur, quam praesidium. Ibi una ex turmis ad portam relicta, ne excludi subsequens equitatus posset, media urbe ac per forum, manu Eurylochum tenens, multis obcurrentibus gratulantibusque, do-

V. ad 9, 41, 10. Deinde *revocari jubebant* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *revocare videbant* Lov. 1. 3. *revocare videbatur* Hearnii L. 1. *revocare jubebat* Lov. 6. Male. V. ad 7, 19, 2. Paullo ante *seditiososque* ignorant Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum *tumultu Aeolio* Voss. Lov. 2. 6. et Mead. ambo. *tumultu Aeolo* Lov. 1. [*Aetolios* Bamb.]

§. 9. *Et erat tunc praefectus equitum*] *tum* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 2, 12, 15. *et erat cum eo praef. eq.* Lovel. 1. *etenim erat tunc praef. eq.* Lov. 2. Mox *specie reducendi* Lov. 6. a m. 2. Hinc *milliaria sex ab urbe abessent* Voss. *milliaria* etiam Lov. 1. et 6. V. ad Epit. Liv. 130. Deinde *equitum* non adparet in Voss. Tandem *processit* edd. principes usque ad Aldum, qui *praecessit* probavit ex cod. Mog. neque aliter nostri. V. ad 44, 5, 6.

§. 10. *Desilire omnes ex equis jussit*] Praepositionem ignorant omnes nostri manu exarati, [Bamberg.] et edd. principes. Sed vulgatum praefero, quod Aldus ex cod. Mog. admisit. Supra 2, 20, 10. *Dicto paruere: desiliunt ex equis.* 4, 38, 2. *Qui salvam rempublicam vellent esse, ex equis desilirent.* 9, 31, 10. *Consul advectus desilit ex equo.* 21, 46, 6. *Multis labentibus ex equis, aut desilientibus.* 25, 16, 17. *Gracchus ex equo desilit.* Similiter *desilire ex equis, ex essedis, ex navi* passim apud Caesar. obcurrit. V. viros doctos ad Caes. 4. B. Gall. 24. Mox *solitis ordinibus* Voss. et Lov. 3. a m. 1. sollemni scribarum errore. V. ad 7, 2, 11. et 37, 20, 8.

§. 11. *Ibi una ex turmis ad portam relicta, ne excludi subsequens equitatus posset*] *Ubi una ex turmis* Voss. V. ad 27, 5, 2. *Ibi una de turmis* Lov. 1. de qua locutione v. ad c. 29, 8. Eam tamen, dissentientibus aliis codd. hic probare non audeo. Tum *ut exclusi subsequentes equitatus*

Digitized by Google

mum deduxit. Mox equitum plena urbs erat, et lo- 12
ca opportuna occupabantur. tum in domos missi,
qui principes adversae factionis interficerent. Ita
Demetrias Aetolorum facta est.

XXXV. Lacedaemone non urbi vis adferenda, 1
sed tyrannus dolo capiendus erat: quem, spoliatum 2
maritimis oppidis a Romanis, nunc intra moenia
etiam Laeedaemonis ab Achaeis compulsum, qui oc-
cupasset occidere, eum totius gratiam rei apud La-
cedaemonios laturum. Caussam mittendi ad eum 3
habuerunt, quod fatigabat precibus, ut auxilia sibi,
quum illis auctoribus rebellasset, mitterentur. Mille 4
pedites Alexameno dati sunt, et triginta delecti ex

posset Gaertn. *subsequentes equitatus posset* etiam Hearnii L. 1. *subsequentes equitatus possent* Lov. 3. *subsequens comitatus posset* edd. vett. pro quo *subsequens equitatus* dedit Ascens. 1513. neque aliter reliqui meorum cum cod. Mog. Paullo post *concurrentibus* Lov. 5. et ed. Camp.

§. 12. *Equitum plena urbs erat*] *urbs plena erat* Harl. Tum *occupabant* Voss. V. ad 10, 10, 1. Deinde *interfecerunt* Harl. Vocula autem *est* abest a Lov. 6.

§. 1. *Lacedaemone non urbi vis adferenda*] *Lacedaemoni urbi non vis* Hearnii L. 1. *Lacedaemonii non urbi vis* Harl. *Lacedaemoni non urbis vis* Lov. 3. *Lacedaemoni non urbi vis* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. Eam autem scripturam si quis praeferendam putabit, *Lacedaemoni* accipi malim, ut *Karthagini* 28, 26, 1. ubi plura vide. Non ausim tamen rejicere *Lacedaemone*, quod Mog. ex cod. suo adoptarunt. Similiter praefert Lov. 4. [*erat* omittit Bamb.]

§. 2. *Eum totius gratiam rei apud Lacedaemonios laturum*] Vet. lib. *eum potius*, hoc sensu: Qui tyrannum interfecisset Lacedaemoniorum, tantum abfuturum, ut rem ingratam Lacedaemoniis faceret, ut gratiam potius ab illis iniret. SIG. Et hic etiam Mog. ex cod. suo *totius gratiam rei* dederunt. Eam autem lectionem, licet cum Sigonio faciant omnes codd. quibus usus sum, et Hearnii L. 1. nondum rejicere audeo. Sensus autem erit: licet Romani Nabin oppidis maritimis spoliarint, ejusque copias intra urbem Achaei compulerint, nihilominus ei uni Lacedaemonios universum sublatae tyrannidis beneficium acceptum relaturos, qui tyrannum non fregisset, sed interfecisset. Similitudo literarum *T* et *P* erroris caussa exstitit. V. ad 27, 15, 11. Paullo ante *ab Romanis* Voss. [Bamb.] et Lov. 4. Tum vocula *etiam* deest in Lov. 1.

§. 3. *Quod fatigabat precibus*]

juventute equites. Iis a praetore Damocrito in consilio arcano gentis, de quo ante dictum est, de-
5 nunciatum, *Ne se ad bellum Achaïcum aut rem ullam, quam sua quisque opinione praecipere posset, crederent missos esse. quidquid Alexamenum res monuisset subiti consilii capere, ad id, quamvis inopinatum, temerarium, audax, obedienter exsequendum parati essent, ac pro eo acciperent, tamquam*

fatigaret, et mox *rebellaret* codex Mog. Praeterea *mitterent* Lov. 6. V. ad 10, 10, 1.

§. 4. *Mille pedites Alexameno dati sunt*] *copedites* Hearnii N. *ducentum pedites* Lov. 3. *ducenti*, vel *CC pedites* ceteri codd. et nostri, et Hearnii L. 1. cum editis antiquis: pro quo recte *Mille pedites* Aldus ex cod. Mog. rescripsit. V. et infra ad §. 12. Error ortus videtur ex non intellecta numeri millenarii nota ↀ, pro qua alii *CO*, alii *CC*, vel *ducenti* scripserunt. Alia ejusdem erroris exempla v. ad 28, 3, 15. 36, 21, 11. c. 40, 12. 37, 40, 5. 38, 21, 1. et Sigon. ad 44, 16, 3. Adde Victor. ad Cic. 16. ad Fam. 18. In eadem nota etiam aliter lapsos esse librarios, vidimus ad 27, 38, 11. 31, 21, 2. 33, 43, 9. et hoc lib. c. 37, 7. Mox *trecenta delecti* Gaertn.

Iis a praetore Damocrito in consilio arcano gentis etc. *denunciatum*] Per *Iis* intelligi triginta equites, ex sequentibus colligit Crevier. Id autem ut eo melius intelligatur, *His* reposuit ex cod. Victor. quod in solo tantum meorum Gaertn. obvium fuit. Tum *ex praetore* Voss. et Lov. 1. ac 6. Hinc *Dametrico* Lov. 1. *Democrito* Lov. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. nisi quod *Demetrio* ex ed. principe Romana adferat Hearnius. *Damocrito* Frob. anno 1535. vulgavit. V. ad 31, 32, 1. Praeterea *in concilio* Lovel. 5. Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. pro quo Paris. anno 1573. *in consilio* receperunt. V. Duker. ad cap. praec. §. 2. Insuper *nunciatur* Gaertn. *denunciatur* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 5. *Quidquid Alexamenum res movisset subiti consilii capere*] Et hoc Moguntiae natum: sed repone, ut prius fuerat, *res monuisset*. Ut alibi, *Si exire res cogeret: Quo res vocasset: Ut res poscebat*. Tacitus 3. Ann. [25.] *Ea res admonet, ut de principiis juris* etc. *altius disseram*. Sallust. Catil. [52.] *Res autem monet, cavere ab illis magis*. J. FR. GRON. Moguntino adsentiuntur Voss. Lov. 1. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. *jussisset* habet Lov. 3. inter versus. *monuisset* reliqui, et Hearnii N. quod cum Gronovio praestare arbitror. [*monuisset* et Bamb.] Ita Terent. Andr. 3, 3, 19. *Neque postulem abs te, nisi ipsa res moneat*. Sall. Catil. 20. *Ut res atque tempus monebat*. Jugurth. 47. *Ratus id quod res monebat. res poscat*, et *res poposcisset* mox hoc cap. habemus. Solent autem *monere* et *movere* innumeris locis in Mstis confun-

Digitized by Google

ad id unum agendum missos ab domo se scirent. Cum his ita praeparatis Alexamenus ad tyrannum 6 venit, quem adveniens extemplo spei implevit. *Antiochum jam in Europam transisse, mox in Graecia fore; terras, maria, armis, viris completurum. Non cum Philippo rem esse crediturus Romanos. numerum iniri peditum equitumque ac navium non posse: elephantorum aciem conspectu ipso debella-* 7

di. V. ad 1, 13, 4. 2, 27, 3. c. 59, 4. 3, 12, 8. c. 39, 3. c. 60, 5. c. 68, 9. et saepe alibi. Adde viros doctos ad Val. Max. 1, 1, 6. Corte ad Sall. Jug. 24. et quae notavi ad Sliii 2, 273. Praeterea *rex* pro *res* perperam Mead. 1. V. ad 36, 9, 9. Paullo ante *praecipere* Mog. ex cod. suo dederunt, consentientibus nonnullis meorum. Antea vulgo circumferebatur *percipere.* V. ad 38, 20, 1. [*qua sua quisque* Bamb.] Paullo post *missos domo* edd. Camp. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. Parm. et aliae. *missos a domo* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. Tarvis. utraque, et caeterae usque ad Gron. qui dedit *ab domo.* Insuper §. seq. *Cum his itaque praeparatis* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. V. ad 21, 53, 7. *Cum his ita apparatis* Harl. [*praeparati* Bamb.]

§. 7. *Terras, maria, armis, viris completurum*] *armis, viris* fortassis etiam ad praecedens *maria* referri possunt; sed haec tamen magis dicuntur *compleri navibus* et *classibus:* certe *maria* et *naves classesque* aptius junguntur, quam *maria* et *arma* ac *viri.* Cap. 44, 5. *Omnem se Graeciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam classibus completurum*, c. 48, 2. de legatis Antiochi: *Maria terrasque inani sonitu verborum complevit. Equitum innumerabilem vim trajici Hellesponto in Europam.* etc. *Adjiciebat multiplices copias peditum.* etc. *Navalium vero copiarum, quas nulli portus capere in Graecia possent.* Et c. 49, 5. *Rex contra peditum equitumque nubes jactat, et consternit maria suis classibus.* Haec faciunt, ut nonnihil dubitem, an hoc loco post *viris* exciderit *navibus*, vel *classibus.* DUK. *terras, maria fere armis, viris* Voss. *terras, maria, ferro, armis, viris* Lov. 6. *terras et maria armis et viris* Lov. 3. *terras, maria viris armisque* Gaertn. *terras, maria armis virisque* Lov. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. V. ad 3, 68, 4. [*inpleturum* Bamb.] Paullo ante *jam*, quod in omnibus scriptis meis, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. deest, Aldus ex Mog. interposuit.

Numerum iniri peditum equitumque ac navium non posse] Vet. lib. *peditum, equitum, naviumque.* SIG. *peditum, equitumque, naviumque*, Lov. 2. et Harl. *peditum, equitumque, navium* Mead. 1. V. ad 2, 31, 1. *To iniri* deest in Lov. 1. *Mirum numerum peditum, equitumque, ac navium non videri posse* Lov. 3. Mox §. seq. *Aetolos suo ex-*

Digitized by Google

8 *turam. Aetolos toto suo exercitu paratos esse veni-*
re Lacedaemonem, quum res poscat: sed frequentes
9 *armatos ostendere advenienti regi voluisse. Nabidi*
quoque et ipsi faciendum esse, ut, quas haberet co-
pias, non sineret sub tectis marcescere otio: sed edu-
ceret, et in armis decurrere cogeret, simul animos
10 *acueret, et corpora exerceret. Consuetudine leviorem*
laborem fore: et comitate ac benignitate ducis etiam
non injucundum fieri posse. Educi inde frequenter
ante urbem in campum ad Eurotam amnem coepere.
11 Satellites tyranni media fere in acie consiftebant,
tyrannus cum tribus summum equitibus, inter quos

ercitu paratos esse Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] *Aetolos suo exercitu praeparatos esse* Voff. Lov. 1. 6. 6. et edd. vett. Vulgatum Aldus ex Mog. cod. admisit. Insuper *τὸ advenienti* deest in Mead. 2.

§. 9. *Nabidi quoque et ipsi faciendum esse*] *Nam id quoque ipsi faciendum esse* Longobardicus legit. MOD. *Nabidique et ipsi* Lov. 6. Tum *faciundum* Lov. 6. Mox *marcescere otio seu educeret* Lov. 5. et ed. Camp. *marcescere otiose deduceret* male divisis vocibus Voff. Lov. 1. 2. 3, 4. 6. Harl. et uterque Mead. [*se deduceret* Bamb.]

Et in armis decurrere cogeret] *et armis* Lov. 1. Male. 26, 51, 4. *Legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt.* hoc lib. c. 36, 4. *Frequentibus inde retentis in armis Aetolis.* Paullo poft *animos acuere et corpora exercere* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [*exercere* Bamb.]

§. 10. *Consuetudine leviorem laborem fore*] *Et consuetudine* Voff. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Tum *et comitate et benignitate* omnes mei, [Bamb.] et edd. vett. pro quo Aldus ex Mog. Mſto dedit *et comitate ac benignitate.* Deinde *Educi tamen frequenter* Harl. V. ad 5, 18, 8.

§. 11. *Media fere in acie consistebant*] *media fere acie* Lov. 3. Utrumque Livio in usu fuisse, vidimus ad 9, 40, 3. Reliquos igitur praepositionem tuentes sequor. [*tyranni in media fere i acie consistebat* Bamb.] Deinde *cum tribus semper equitibus* Lov. 1. Male. V. J. Fr. Gronov. ad 21, 35, 9. Tum *cornua extrema immiscens* Lov. 2. 3. Mead. 1. et Gaertn.

§. 12. *Et qui venerant mille cum Alexameno*] *et qui venerant tres* Voff. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *et qui venerant triginta* Lov. 6. in margine. *et qui venerant XXXIII* Gaertn. *et qui venerant tres m* Mead. 1. *et qui venerant triginta milites* Lov. 2. et Harl. *et*

Digitized by Google

plerumque Alexamenus erat, ante signa vectabatur, cornua extrema invisens; in dextro cornu Aetoli 12
erant, et qui ante auxiliares tyranni fuerant, et qui venerant mille cum Alexameno. Fecerat sibi 13
morem Alexamenus, nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, monendique eum, quae in rem esse videbantur; nunc in dextrum cornu 14
ad suos adequitandi; mox inde, velut imperato, quod res poposcisset, recipiendi se ad tyrannum. Sed, quem diem patrando facinori statuerat, eo 15
paullisper cum tyranno vectatus, quum ad suos concessisset, tum equitibus ab domo secum missis,

qui venerant milites Lov. 5. et vetustae edd. pro quo Frob. anno 1535. *et qui venerant mille* dedit. Numerus millenarius olim scriptus erat per notam *M*, unde alii fecerunt *III*, vel *tres*, alii *milites*, alii utrumque *tres milites*, alii aliter errarunt. V. ad §. 4. Paullo ante *auxiliares fuerant tyranni* Voss.

§. 13. *Monendique eum, quae in rem esse videbantur*] *monendique eundi* Lov. 1. a m. 1. forte pro *eundem*. sed ea vox inducta erat a m. 2. Tum *quae in rem esse videbatur* Lov. 4. et Mead. 2. [Bamb. ex correct.] quod dictum videri posset, ut illud 6, 26, 2. *Precibus eventum vestris senatus, quem videbitur, dabit.* ubi plura similia adducuntur. Sequor tamen hic potius reliquos codd. qui *videbantur* servant. Paullo ante τὸ *nunc* deest in Voss. et Lov. 1. ac 3. Tum *circumveniendi* legit Gaertn. V. ad 31, 21, 13.

§. 14. *Nunc in dextrum cornu ad suos adequitandi*] *in dextro cornu* Lov. 3. *in dextrum cornum* Lov. 4. et Mead. 1. Hinc *ad suos equitandi* codd. Mog. et Gaertn. Malim tamen vulgatum. De verbo *adequitare*, idque Livio familiare esse, vidimus ad 1, 14, 7. Eidem etiam familiare esse, ut in regimine verbi cum praepositione compositi eamdem praepositionem repetat, dictum est ad praef. §. 11. Voces *ad suos* desunt in Lov. 1. Mox *recipiendi ad tyrannum*, omisso pronomine, Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Mead. 1. [Bamb.] *recipiendi ad tyrannum se* Lov. 4. et Mead. 2.

§. 15. *Quum ad suos concessisset cum equitibus ab domo secum missis, Agenda, inquit, res est*] Ita praeferunt edd. vett. nisi quod *a domo* legant, concinentibus Lov. 3. 5. 6. et Gaertn. Aldus deinde substituit *tum equitibus*; quod secuti editores servarunt usque ad Gruter. cujus postrema editio priorem lectionem revocavit. Ea si placet, proxime jungenda sunt *ad suos concessisset cum equitibus*; si Aldina, verba *tum equitibus ab*

Digitized by Google

16 *Agenda,* inquit, *res est, juvenes, audendaque, quam me duce inpigre exsequi jussi estis. Parate animos dextrasque, ne quis in eo, quod me viderit facien-*
17 *tem, cesset. Qui cunctatus fuerit, et suum consilium meo interponet, sciat sibi reditum ad penates non esse.* Horror cunctos cepit: et meminerant,
18 cum quibus mandatis exissent. Tyrannus ab laevo cornu veniebat. Ponere haftas equites Alexamenus

domo secum missis pendent a verbo sequenti *inquit.* Eam autem prae altera probo, ac reduxi, quam firmant Voff. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et Victor. apud Crevierium, qui et ipse ita edidit. Si enim *cum equitibus* legamus, ſtatuendum eſt, equites Alexamenum, cum tyranno inter ordines circumeuntem, comitatos esse, quod adversatur his verbis Livii, *Tyrannus cum tribus summum equitibus, inter quos plerumque Alexamenus erat, ante signa vectabatur.* Tum insuper dicendum erit, alios, quam equites, illos nempe Aetolos, et qui ante auxiliares tyranni fuerant, et qui venerant mille cum Alexameno, in dextro cornu positos, ad quos una cum equitibus advectus erat, Alexamenum adlocutum et hortatum fuisse, ne quis in eo, quod se viderit facientem, cesset. Et tamen in sequentibus soli tantum equites tyrannum jacentem confodisse narrantur, ut eos adlocutum fuisse Alexamenum pateat. Accedit, Alexamenum eos, quos adloquitur, vocare *juvenes,* quae vox ad equites pertinet; eos enim supra hoc cap. *delectos ex juventute equites* vocat. Paullo ante *Sed* deeſt in Lov. 4. et Mead. 2. Deinde *parando facinori* Lov. 2. 4. et Harl. [Bamb.] de quo errore v. ad 2, 26, 4. et 28, 41, 8. *parandi facinoris* Lov. 3. in contextu. *praeparandi facinoris* Lov. 1. *patrandi facinoris* Lov. 3. in margine, Lov. 6. Voſſ. et editi ante Aldum. Male. Supra 25, 3, 13. *Multam M. Postumio dixerunt. cui certandae quum dies advenisset.* ubi quaedam vide.

§. 16. *Parate animos dextrasque, ne quis in eo,* etc. *cesset*] *animos, dextras,* sine copula, Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] *dextrasve* perperam Lov. 5. et edd. usque ad Ascens. anni 1513. Tum *ne quis eo* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui praepositionem addidit ex fide cod. Mog. 30, 9, 9. *In quo quisque cessasset, prodi ab se salutem omnium rebatur.* Paullo ante *adeundaque,* pro *audendaque,* trajectis literis, Gaertn.

§. 17. *Suum consilium meo interponet*] Vet. lib. *in eo,* id eſt, in re aggredienda et agenda. SIG. Ita et Lov. 6. Hearnii L. 1. et pleraeque edd. ante Aldum. quod etiam Cl. Jac. Periz. in marg. Livii probabat. Sed alterum verius eſſe, ceterorum codd. consensus evincit. Tum *interponat, sciat suum reditum* Voſſ. *suum reditum* etiam Lov. 6.

Digitized by Google

jubet, et se intueri. colligit et ipse animum confusum tantae cogitatione rei. Postquam adpropinquabat, inpetum facit, et, transfixo equo, tyrannum deturbat. Jacentem equites confodiunt. multis frustra in loricam ictibus datis, tandem in nudum corpus vulnera pervenerunt: et, priusquam a media acie subcurreretur, exspiravit. 19

XXXVI. Alexamenus cum omnibus Aetolis citato 1

§. 18. *Ponere hastas equites Alexamenus jubet*] Illud *ponere* etiam atque etiam considera, ut intelligendum. Tyrannum enim statim confodiunt aeque ipsi, atque Alexamenus. Quod ideo annotare placuit, etiamsi pusillum videri jure potest, quod de Aetolis iisdem statim [cap. seq.] subjungit: *Si extemplo* (inquit) *positis armis vocata in concionem multitudo fuisset.* Neque enim deposuerunt arma, cum mox subjungat: *Frequentes inde reverti in armis Aetoli.* GLAR. Miratur Glareanus, Alexamenum jussisse, ut equites ponerent hastas, cum tamen duobus post versibus dicat, *jacentem equites confodiunt.* Est autem accipiendum *ponere* non pro *abjicere*, sed pro *reclinare.* Intellexit enim Alexamenus, erectas hastas conspectum sui equitibus esse intercepturas, quos se intueri jubebat, tamquam, quid ipse facturus esset, ignaros. Sic l. 1, [27.] *Tullus Hostilius suos erigere hastas jussit, ne socios Albanos fugientes viderent.* Non ergo jussit, eos hastas abjicere, sed invadendi causa eas pectori apponentes ad se imitandum praesto esse. SIG. Putat Cl. Crevierius, Livium hic expressisse verba Polybii, quorum is sensus erat, quem dedit Sigonius: aliam tamen Livii mentem fuisse, eumque Polybii sensum non recte adsecutum esse, probare conatur ex verbo *ponere*, quod numquam pro reclinare, demittere usurpatur. Existimare igitur videtur, Polyb. hic adhibuisse verbum καταβάλλειν, quod Livius reddit *ponere*, quum debuisset *demittere.* Id colligo ex eo, quod nos remittit ad illa, quae notavit ad Livii 33, 8, 13. ubi idem vitium a Livio commissum esse credidit, ut ad eum locum vidimus. *milites*, pro *equites*, perperam Voss. V. ad 38, 13, 3.

Inpetum facit, et, transfixo equo, tyrannum deturbat] MS. *et, transfosso equo, tyrannum deturbat.* MOD. *inpetum fecit* Lov. 1. et 6. Tum copula deest in Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Hinc *transfixum equo tyrannum deturbat* Lov. 2. *disturbat* Gaertn. *detinebant* Lov. 6. Vulgatum probum est. Nam *transfosso* in cod. Mog. natum videtur ex sequenti *confodiunt.* De verbo *transfigere* v. ad 1, 26, 3. Ceteroquin *transfodere latus* Livius dixit 39, 42, 12.

§. 19. *Multis frustra in loricam ictibus datis*] Ultimam vocem, quae deest in Mstis nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antiquis, Moguntini ex cod. suo admiserunt. Mox *priusquam me-*

Digitized by Google

2 gradu ad regiam occupandam pergit. Corporis custodes, quum res in oculis gereretur, pavor primo
3 cepit: deinde, postquam abire Aetolorum agmen videre, concurrunt ad relictum tyranni corpus: et spectatorum turba ex custodibus vitae mortisque ul-

dia acie omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. antt. usque ad Frob. qui praepositionem addidit.

§. 1. *Citato gradu ad regiam occupandam pergit*] Duae priores voces exsulant ab Harl. Mox etiam §. seq. voces *Corporis* et *primo* desunt in Lov. 1. Praeterea *quum in oculis res gereretur* legunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *quum oculis res gereretur* Lov. 1. omissa praepositione, quam intercepit ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. [*Initio Alaxamenus* Bamb. et sic constanter.]

§. 3. *Perpaucorum turba ex custodibus vitae mortisque ultoribus est facta*] Scribo juxta fidem archetyporum *et spectatorum turba* etc. GELEN. Copulativa prorsus est inutilis, ac, quum scripti habeant *perpaucorum turba*, unde vulgatum excudit Gelenius, secure eam videor inducere, Livio nunc quoque appositione sua uso. JAC. GRON. Gronovio consentit Crevierius. Verum, licet fatendum sit, etiam codd. nostros *perpaucorum turba* prave exhibere, quum tamen Gelenius se juxta fidem archetyporum *et spectatorum turba* emendasse, ac Moguntini se in cod. suo, sive sit idem, quo Gelenius usus est, sive alius, eodem modo exaratum invenisse, diserte testentur, copulam delere non ausim. [*spectatorum*, sine *et*, Bamb.] Ut autem Gronov. eam prorsus inutilem esse, ac secure induci posse existimaret, inde factum est, quod postuma Gruteri, eamque secutae aliquae edd. ultima verba exhibeant *mortisque ultoribus facta*, sine *τοῦ est*, quod tamen in omnibus scriptis meis, et Hearnii L. 1. extat, licet Voss. Lov. 2. 5. Harl. [Bamb.] et edd. vett. usque ad Frob. anni 1535. illo in alium locum trajecto, legant *mortisque ultoribus facta est*. Id igitur ibidem, ubi a Frob. repositum erat, recepi, factum probantibus reliquis scriptis. Hoc autem verbo addito, copula est necessaria, et vanescit adpositio, qua Gronov. Livium usum credit. [*vitaeque* pro *vitae*, Bamb.] Paullo ante *deinde* deest in Lov. 4. *tyranni* in Lov. 1.

§. 4. *Si extemplo, positis armis, vocata in concionem multitudo fuisset, et oratio habita tempori conveniens. Frequentes inde retenti in armis Aetoli sine injuria cujusquam: sed*] Ne haec quidem inter se repugnant, *positis armis*, et *retenti in armis*, ut videtur. Hoc enim vult Livius: Nec se quisquam Lacedaemoniorum movisset, si Alexamenus, interfecto eorum tyranno, arma posuisset, et, vocata multitudine in concionem, orationem tempori convenientem habuisset. Retinuit ergo Aetolos, sed tamen sine injuria cujusquam. Itaque omnia in muturandam perniciem Alexameni et sociorum sunt acta. SIG. Haec, *positis armis*, et deinde *retenti in armis Aetoli* pugnare sunt

Digitized by Google

toribus est facta. Nec movisset se quisquam, si ex- 4
templo, positis armis, vocata in concionem multitudo fuisset, et oratio habita tempori conveniens, frequentes inde retenti in armis Aetoli sine injuria cujusquam. sed, ut oportuit in consilio fraude coe- 5

inter se visa Glareano [ad cap. praec. §. 18.] Sed conciliat Sigonius, mentem auctoris esse: nec movisset se quisquam Lacedaemoniorum, si Alexamenus, interfecto eorum tyranno, arma posuisset, ac, vocata ad concionem multitudine, orationem habuisset tempori convenientem. Retinuit ergo Aetolos in armis, sed tamen sine injuria cujusquam. Itaque omnia in maturandam perniciem Alexameni et sociorum sunt acta. Qua tamen interpretatione longe gravior inconstantia in verbis Livii subnascitur. Quomodo enim retinuit in armis sine cujusquam injuria Aetolos, qui statim dicuntur, velut capta urbe, quam liberasse videri volebant, in direptionem et praedam versi? Neque tertiam hic periodum, quam Sigonius incipit, *Itaque omnia*, eadem aut simili particula Livius, verum ab adversativa orditur, *sed, ut oportuit in consilio fraude capto, omnia in maturandam perniciem eorum, qui fecerant, sunt acta.* Quae declarationem illam nequaquam admittit. Ab distinctione laborat locus: *si extemplo positis armis vocata in concionem multitudo fuisset, et oratio habita tempori conveniens; frequentes inde retenti* (si fuissent, hoc subaudiendum ex praecedentibus) *in armis Aetoli*, [*sine*] *injuria cujusquam. sed, ut oportuit in consilio.* Sensus, si ipse sine insignibus belli, ut decet, in concionem processisset, libertatis illorum vindicandae ergo patratum excusans; simul autem retinuisset ad signa Aetolos, in patentibus locis urbis stationem servantes, nemine privatorum violato: sic enim futurum erat, ut quiescerent et boni, quibus nulla fieret injuria, et mali metu multitudinis armatae et intentae ad coërcendum. J. FR. GRON. In ultima parte horum verborum admodum variant libri scripti. *frequentes inde retenti si non armis Aetolis* legit Lov. 1. neque aliter Lov. 3. et Gaertn. nisi quod prior habeat *Aetoli*, posterior *τὸ inde* omittat. *frequentes in retentis armis Aetolis* Mead. 1. *frequentes in retentis in armis Aetolis* Lov. 4. et Mead. 2. [*frequentes inde retentis in armis Aetolis* Bamb.] *frequentes tamen retenti sine armis Aetoli* Lov. 2. et 6. *frequentes inde retenti sine armis Aetoli* Voss. Lov. 5. Harl. et priscae edd. quae lectio ex eo forsitan nata est, quod *positis armis* et *retenti in armis* sibi adversari crediderint. Postea Moguntini ex cod. suo ediderunt *frequentes inde retenti in armis Aetoli*, idque per sequentes omnes propagatum est usque ad Gronov. qui in Petav. et Barber. invenit *frequentis inde retentis in armis Aetolis*, unde primo 4. Obs. 17. p. 180. deinde in prima ed. not. tum ad hunc locum, tum ad 40, 27. scribendum conjecit *frequentibus inde retentis in armis Aetolis*, atque eam lectionem in contextum admisit. Licet autem in iteratis notis hanc conjecturam omiserit, attamen

Digitized by Google

pto, omnia in maturandam perniciem eorum, qui
6 fecerant, sunt acta. Dux regia inclusus diem ac
noctem in scrutandis thesauris tyranni consumsit:
Aetoli, velut capta urbe, quam liberaſſe videri vo-
7 lebant, in praedam versi. Simul indignitas rei, si-
mul contemtus, animos Lacedaemoniis ad coëun-
dum fecit. alii dicere, exturbandos Aetolos, et li-
bertatem, quum reſtitui videretur, interceptam re-
petendam. alii, ut caput agendae rei esset, regii
8 generis aliquem in speciem adsumendum. Laconi-

eamdem lectionem non ipse modo in contextu reliquit, sed etiam omnes, qui poſtea Livio manus admoverunt. Lectionem igitur Moguntinam reduxi, et tantum interpunctionem ex mente Gronovii mutavi.

§. 5. *Sed, ut oportuit in consilio fraude coepto, omnia*] *ut oporteret* Lov. 6. *ut oportet* Voſſ. Lov. 1. 3. 5. et edd. vett. pro quo Moguntini ex cod. suo receperunt *ut oportuit.* Tum *in consilio* scribenti Gronovio ad 44, 2, 5. adsentior. Quod tamen addat, omnes libros vulgatos, quos quidem diversarum editionum ante oculos habebat, *in concilio* legere, secus eſt. Eam enim scripturam tantum inveni in ed. Campani, hinc Paris. anni 1573. et poſtea in recentioribus usque ad Gronovium. Ex scriptis unus tantum Lov. 5. *in concilio* praefert. Praeterea *in consilio fraudis coepto* Lov. 4. et Mead. 2. *fraude incepto* Lov. 3. *fraude coepta* Lov. 5. Mox *in maturanda pernicie* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. Denique *acta sunt* Gaertn. *sunt facta* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *sunt acta* ex cod. Mog. admisit: ei autem concinunt reliqui mei. V. ad 6, 28, 2.

§. 6. *Diem ac noctem in scrutandis thesauris tyranni consumsit*] Tria priora vocabula desunt in Voſſ. Tum *in cursandis et in scrutandis thesauris* legit Lov. 6. Hinc *sumsit* Lov. 1. [*absumpsit* Bamb.] Mox *Aetoli vero velut*, addita media voce, Harl.

§. 7. *Simul indignitas rei, ac simul contemtus*] *ac* redundat. GELEN. Eadem quidem vocula exſtat in scriptis meis, et Hearnii L. 1. [Bamb.] sed in magna copia exemplorum hujus locutionis, quam congessi ad 3, 50, 12. nullum obcurrit, in quo alterum *simul* priori per copulam connectitur. Mox *ad concurrendum* Barberin. et Petav. praeferre, Gronov. teſtatur in pr. not. ed. Tum *fecit* deeſt in Voſſ.

Libertatem, quum restitui videretur, interceptam] Forte *dum restitui.* J. FR. GRON. Verum ita solocca erit oratio, ipso Gronovio teſte ad 35, 8, 1. nisi simul reponas *videtur.* At codd. scripti et editi nihil mutant, nisi quod *quum testium* praeferant Lov. 5. et ed. Camp. Neque aliquid mutandi necessitas adparet. [*videtur* Bamb.]

Digitized by Google

cus ejus ſtirpis erat puer admodum, educatus cum liberis tyranni. eum in equum inponunt, et, armis adreptis, Aetolos vagos per urbem caedunt. Tum 9 regiam invadunt. ibi Alexamenum cum paucis resiſtentem obtruncant. Aetoli circa Chalcioecon (Minervae eſt templum aereum) congregati caeduntur. Pauci, armis abjectis, pars Tegeam, pars Megalo- 10 polim perfugiunt. ibi, comprehensi a magiſtratibus, sub corona venierunt.

XXXVII. Philopoemen, audita caede tyranni, 1

§. 8. *Laconicus ejus stirpis erat puer admodum*] Vellem pueri hujus posuiſſet nomen. Neque enim de Aegisipole eum loqui puto, qui jam grandis erat, regnum tamen jure gentium ejus Lacedaemone erat, ut priore libro [c. 26, 14.] aït Livius. Et *puer* hic plane ad aetatem, non ad sexum, retulit. GLAR. Nomen regis forte melius erit *Laonicus*, quam *Laconicus*. J. FR. GRON. Omnes noſtri conſtanter *Laconicus:* sed *Lanonicus* Hearnii L. 1. Mox *cum filiis tyranni* Lov. 2. et Harl. [*eductus cum liberis* Bamb.]

§. 9. *Aetoli circa Chalcioecum* (*Minervae est templum aereum*] Hoc in plerisque libris corrupte legitur *Chalcioten*. Meminit autem hujus Pausanias in Laconicis [c. 17.] et Thucydides Pallados *Χαλκιοίκου* in primo [c. 134.] ubi de morte Pausaniae regis Lacedaemoniorum. Meminit et Suidas. GLAR. V. Leopard. 15. Emend. 8. et Periz. ad Aeliani 9. Var. Hiſt. 41. DUKER. Adde Meurs. 1. Misc. Lacon. 3. Ceterum *Cachiotem* Hearnii L. 1. *Calciorem* Lov. 1. *Calciotem* Voſſ. Lov. 6. et Gaertn. *Calchiotem* Lov. 2. 3. 4. *Calchioten* Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *Calchiote* Hearnii N. *Chalcioten* Lov. 5. et edd. antt. nisi quod in nonnullis earum sit *Chalciotem*. Frob. anno 1531. *Chalcioecum* recte emendavit. Tum *Minervae aereum est templum* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.]

§. 10. *Pars Megalopolim perfugiunt*] *Megapolim* Lov. 2. *Megalepolim* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. uterque. [*Megalenpolin* Bamb.] *Megalopolin* Lov. 5. et edd. ante Paris. anni 1573. V. ad 32, 5, 5. Tum *profugiunt* Lov. 1. 6. et Voſſ. *confugiunt* Harl. Mox in verbis sequentibus *ubi comprehensi* edd. antt. Sed Aldus ex cod. Mog. dedit *ibi comprehensi*. Adſtipulantur scripti noſtri. [*comprensi* Bamb.]

§. 1. *Audita caede tyranni*] Ita Aldus ex Mog. cod. edidit. Concinunt Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Antea edebatur *clade*, quod supereſt in reliquis scriptis. [Bamb.] V. ad 4, 10, 5. Tum *Lacedaemonem profectus* Lov. 2. et Harl. Mox §. seq. *qualis habenda Alexameno fuerat* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 6, 11, 4.

Digitized by Google

2 profectus Lacedaemonem, quum omnia turbata metu invenisset; evocatis principibus, et oratione habita, qualis habenda ab Alexameno fuerat, socie-
3 tati Achaeorum Lacedaemonios adjunxit: eo etiam facilius, quod forte ad idem tempus A. Atilius cum quatuor et viginti quinqueremibus ad Gythium accessit.
4 Iisdem diebus circa Chalcidem Thoas, per Euthymidam principem, pulsum opibus eorum, qui Romanae societatis erant post T. Quinctii legatorumque

Praepositio tamen excidisse potuit ob primas literas vocis sequentis. Hinc *junxit* Gaertn.

§. 3. *Eo etiam facilius, quod ad idem forte tempus A. Atilius*] *To etiam* deest in Lov. 1. Voces *ad idem forte tempus A.* in Lov. 2. *ad idem fere tempus* legunt Lov. 3. et Hearnii L. 1. V. ad 10, 45, 2. *ad id forte tempus* Voss. Lov. 1. 5. 6. Harl. et priscae edd. *forte ad idem tempus* cod. Mog. unde Aldus et reliqui recentiores *ad idem forte tempus* vulgarunt; quod in reliquis scriptis fuisse videtur. [ita Bamb.] Hinc *Actilius* Voss. *Accilius* Lov. 1. *Attilius* Lov. 2. 5, 6. et Gaertn. *M. Attilius* Lov. 6. a manu 2. *Attilius*, omisso praenomine, Harl.

§. 4. *Per Euthymidam principem, pulsum opibus eorum*] *Euchimidem* Voss. et Lov. 1. *Euchimedem* Lov. 3. et 4. *Euthumdam* Harl. et Mead. 1. *Eutundam* Lovel. 2. *Ethymidam* Gaertn. Similiter aliisque modis idem nomen infra hoc et seq. cap. corrumpitur. Tum *expulsum* Lov. 2. Sed subficit *pulsum*. Supra 34, 26. *Ipsorum quoque Lacedaemoniorum exsules permulti, tyrannorum injuria pulsi.* Eodem cap. *Multi autem erant* etc. *alii ab aliis pulsi.* Et iterum. *Pulsus infans ab Lycurgo tyranno.* Infra hoc lib. cap. 38. *Penes quos tum summa rerum, pulso Euthymida, Chalcide erat.* Insuper *operibus eorum* Lov. 6. et Gaertn. Vide ad 8, 16, 4. [Initio *Iisdem* omittit Bamb. *Quincti legatorum adventum* idem.]

§. 5. *Et Herodorum mercatorem*] *Herodorum Cianum mercatorem* legendum. GELEN. *Herodorum mercatorem*, ut ante Gelenium vulgo circumferebatur, solus Lov. 5. Ea lectio, quam Gelenius reduxit, exstitit in cod. Mog. Reliqui Msti eamdem scripturam, alii occultius, alii apertius, tuentur. *Acheredurícianum mercatorem* est in Lov. 6. *Herodontianum merc.* in Hearnii L. 1. *Ereduntianum* in Lov. 2. *Eredūcianum* in Harl. *Herodutianum* in Lov. 1. *Heroduntianum* in Lov. 3. *Heroducianum* in Voss. *Herodūcianum* in Mead. 1. *Heroduncianum* in Gaertn. *Herodū Cianum* in Mead. 2. *Hero dum Cianum* in Lov. 4. *Etherodum Cianum* in Hearnii N. [*Herodum Cianum mercatorum* Bamb.] Mox *potentem Chal-*

Digitized by Google

que adventum, et Herodorum Cianum mercatorem, 5
sed potentem Chalcide propter divitias, praeparatis
ad proditionem iis, qui Euthymidae factionis erant,
nequaquam eamdem fortunam, qua Demetrias per
Eurylochum occupata erat, habuit. Euthymidas 6
ab Athenis (eum domicilio delegerat locum) Thebas
primum, hinc Salganea processit; Herodorus ad
Thronium. Inde haud procul in Maliaco sinu duo 7
millia peditum Thoas et ducentos equites, onerarias
leves ad triginta habebat. eas cum sexcentis pedi-

cidem Voss. Lov. 1. et Mead. 1. [Bamb. qui mox *qui eum Thymidae*.] Deinde *nequaquam talem fortunam* Voss. Lov. 1. 3. et 6. *nequaquam tandem fortunam* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] V. ad 7, 35, 12.

Occupata erat, habuit] *fuerat* ex vet. lib. SIG. Ita etiam Lov. 2. et Harl. Paullo ante *quam Demetrias* Lov. 1. et 6.

§. 6. *Euthymidas ab Athenis (eum domicilio delegerat locum) Thebas primum*] Haec omnia deerant in Mead. 2. *cum domicilio* legit Lov. 6. a manu 1. *quem domicilio* a manu 2. [*locum* omittit Bamb. qui ante *Euthimodas*.] Mox *Falcinea* Lov. 1. *Salginea* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] Sed nihil mutandum. Nam Σαλγανεὺς Straboni ac Stephano Byz. vocatur.

Herodorus ad Thronium, inde haud procul in Maliaco] *Erodotus* Lov. 3. *Herocoris* Voss. *Horodorus* Harl. Deinde *Archrionium* Voss. et Lov. 1. *Anthrionium* Lov. 3. *Atronium* Lov. 2. et Gaertn. *ad Cornium* Lov. 6. *ad Thronum* Harl. *ad Trionium* Mead. 2. *ad Thrionium* Lov. 4. *ad Thoronium* Lov. 5. et priscae edd. [*Thryonium* Bamb.] *ad Thronium* Moguntini ex cod. suo. Infra 36, 20. *Decem naves regiae cum praefecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant*. Recepi autem interpunctionem Crevierii. Antea distinguebatur *Salganea processit. Herodorus ad Thronium, inde haud procul* etc.

§. 7. *Duo millia peditum et Thoas ducentos equites*] *tria millia peditum* Voss. et Lov. 6. *X pedites* Lov. 1. *XX millia peditum* Lov. 2. 3. 4 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. principes. Primus Aldus *duo millia peditum* ex cod. Mog. admisit. Notas numerorum denarii *X*. et millenarii ↀ saepissime a librariis confundi, vidimus ad 33, 14, 5. Copula *et* deest in Lov. 2. et 6. Crevierius, qui eamdem etiam in Victor. non invenit, legendum conjecit, et in contextum recepit *duo millia peditum Thoas et ducentos equites*. quod secutus sum. [*et Thoas*, pro *Thoas et* Bamb.]

Naves onerarias leves ad triginta habebat] Qui modo [§. 5.] unam vocem detraxit, hic, ut

Digitized by Google

tibus Herodorus trajicere in insulam Atalantam jus-
8 sus: ut inde, quum pedestres copias adpropinquare
jam Aulidi atque Euripo sensisset, Chalcidem traji-
9 ceret. ipse ceteras copias, nocturnis maxime itine-
ribus, quanta poterat celeritate, Chalcidem ducebat.
1 XXXVIII. Mictio et Xenoclides, penes quos tum
summa rerum, pulso Euthymida, Chalcide erat, seu

damnum compensaret, aliam de suo adjecit, *naves onerarias*; cum absolute *onerarias* legendum vetus scriptura indicet. GELEN. *naves onerarias* soli meorum Lovel. 4. 5. et Mead. 2. Reliqui Gelenio, vocem *naves* expungenti, consentiunt. Recte. V. ad 25, 27, 12. Praeterea *actuarias leves* Harl. Mox *cum sex peditibus* Gaertn. *cum DCC. peditibus* Lov. 1. *cum D*, vel *quingentis peditibus* Lov. 5. et edd. vett. Aldus deinde ex cod. Mog. adscivit *sexcentis*. Praeterea *insulam Alantem* Lov. 1. *insulam Adlatem* Voss. *insulam Adlantem* Lov. 4. Gaertn. Mead. ambo, et Hearnii N. [Bamb.] *insulam Athlantem* Harl. et Lov. 2. ac 5. *insulam Athalantem* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. Variant etiam codd. similiter cap. seq. Neque constantiores sunt priscae edd. quae itidem *Athlantem*, *Adlantem*, *Attlantem*, *Atlantem* exhibent. Sed recte Aldus ex cod. Mog. *Atalantam* recepit. Graecis Ἀταλάντη dicitur.

§. 9. *Ipsi ceteras copias*, etc. *quanta poterant celeritate, Chalcidem ducebant*] Qui sint illi *ipsi*, scire velim. Nam si Thoas ac Euthymidas, misso scilicet Herodoro in Atalantam insulam, qui vera esse possunt, quae postea de Euthymida dicit? *Euthymidas posteaquam castra popularium ad Salganea esse, profectosque Aetolos audivit, et ipse a Thebis Athenas rediit.* Haec verba perinde sonant, atque ipse Euthymidas Thebis substiterit, fortunae eventum exspectans, cum tamen paulo ante Livius dicat, eum Salganea a Thebis processisse. Σαλγανεὺς portus est Boeotiae ad Euripum, Thronium autem triginta stadiis a Scarphia, quae urbs est ad Maliacum sinum, ut ait Strabo lib. 9. [pag. 426.] Atalantam vero Opuntiorum insulam ponit Thucydides lib. 2, [cap. 32.] inter Euboeam et Locros. Quae loca omnia si quis hic memoria teneat, et Livii verba ordine legat, videbit, nos hoc in loco non temere dubitasse. GLAR. Manuscriptus, *ipse caeteras copias, nocturnis maxime itineribus, quanta poterat celeritate, Chalcidem ducebat.* ut non immerito optime de studiis literarum meritus Glareanus dixerit, qui sint illi *ipsi*, scire velim: sed justissima ratione de hujus loci integritate dubitaverit, cum videret, haec de uno aliquo ex tribus ducibus, quorum modo facta est mentio, neque de pluribus accipi posse. Quem scrupulum illi exemptum non esse a Sigonio, demiror equidem: sed ipsius quoque libros hic corruptos fuisse reor. quo magis gaudeo, haec omnia, ut dixi, sine ulla litura in Longobardico codice singulari, ut literatores loquuntur, numero legi, et moneo accipienda de

Digitized by Google

ipsi per se suspicati, seu indicata re, primo pavidi, nihil usquam spei, nisi in fuga, ponebant. deinde, 2 postquam resedit terror, et prodi et deseri non patriam modo, sed etiam Romanorum societatem, cernebant, consilio tali animum adjecerunt. Sacrum 3 anniversarium eo forte tempore Eretriae Amarynthidis Dianae erat: quod non popularium modo,

Thoante, de quo ante habuimus [cap. 34.] *Aetoli consilium uno die spei quoque non audacis modo, sed etiam impudentis, ceperunt, Demetriadem, Chalcidem, et Lacedaemonem occupandi. Singuli in singulas missi sunt principes, Thoas Chalcidem, Alexamenus Lacedaemonem, Diocles Demetriadem.* Et mox sequitur [cap. 38.] *Respondit Thoas dux Aetolorum, non ad oppugnandos, sed ad liberandos, ab Romanis, venire sese,* etc. MOD. *ipsi ceteras* etc. *poterant* etc. *ducebant* Lov. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. *ipsi ceteras* etc. *poterant* etc. *deducebant* Voss. et Lov. 1. 3. 6. *ipse ceteras* etc. *poterant* etc. *ducebant* Lov. 2. *ipsi ceteras* etc. *poterat* etc. *ducebant* Gaertn. *ipsi ceteras* legit quidem Hearnii L. 1. sed mox numero singulari addit *deducebat.* [*poterant* Bamb.] Insuper vox *copias* exsulat a Voss.

§. 1. *Miction et Xenoclides*] *Mictio* ex vet. lib. Hic ab Appiano [B. Syriac. pag. 93.] dicitur *Μικιδίων*. SIGON. An *Miccio*? Videbo, et tu videbis. TAN. FABER. Appiano, ut notavit Sigonius, *Μικιδίων*. Veteres editi *Mictilo*. In MSS. *Mittylo*. et infra c. 46. *Mittilio*. ut videatur verum nomen esse *Micythio*. Nam *Micythus* nomen notum est ejus, qui Anaxilaï Rhegini tyranni liberorum tutor fuit. Ex hoc *Μικυθίων*. ut *Eurytus*, *Eurytion*. Vulgata a Gelenio est. J. FR. GRON. *Miction*, (in aliis *Micion*, quod probat Victorius 1. Var. Lect. 7.) princeps legationis Chalcidensium, memoratur, 43, 7. 8. ubi Sigonius labitur hoc nomen ita quoque in Plutarchi Aemilio scribi dicens; quod nusquam ibi legitur. De *Micytho*, quem Gronov. memorat, vide Holsten. ad Stephan. voce *Πυξοῦς*. Alius est in Ptolem. Hephaest. lib. 4. alius in Corn. Nep. Epamin. cap. 4. DUKER. Ut Gronov. monuit, vulgatae lectionis auctor est Gelenius, qui ad c. 46, 9. ita constanter ubique scribi monuit. Gronovii conjectura firmari videtur ex eo, quod quidam codd. infra c. 50. et 51. hoc nomen *Michitio* scribant. In codd. nostris tam varie hoc et sequens nomen passim hic, c. 46. 50. et 51. scribitur, ut lectiones illas referre taedeat, et satius habuerim, codici Mog. fidem habere. *Xenoclides* est ab Aldo; priores habebant *Enoclides*. [*Myctilo et Enoclides* Bamb.]

§. 2. *Postquam resedit terror*] *residit* Lov. 5. et ed. Camp. *recessit* Harl. Male. V. ad 2, 29, 6. Ita 19, 28, 3. *Longiore certamine sensim residere Samnitium animos.* 26, 18, 10. *Ut jam resederat impetus animorum ar-*

Digitized by Google

4 sed Caryſtiorum etiam coetu celebratur. Eo miſe-
runt, qui orarent Eretrienses Caryſtiosque, *Ut et*
suarum fortunarum in eadem insula geniti miſere-
rentur, et Romanam societatem respicerent. ne sine-
rent Aetolorum Chalcidem fieri. Euboeam habitu-
5 *ros, si Chalcidem habuissent. Graves fuisse Mace-*
donas dominos; multo minus tolerabiles futuros Ae-
6 *tolos.* Romanorum maxime respectus civitates mo-
vit, et virtutem nuper in bello, et in victoria juſti-
tiam benignitatemque expertas. itaque, quod robo-
ris in juventute erat, utraque civitas armavit miſit-
7 que. His tuenda moenia Chalcidis oppidani quum
tradidissent, ipsi, omnibus copiis transgressi Euri-
8 pum, ad Salganea posuerunt caſtra. inde caducea-

dorque. 40, 7. *Iram ejus, si qua ex certamine residet, lenimus.* Mox *etiam* deeſt in Lov. 1. [*et prodi et deseri* omittit, vacuo spatio relicto, Bamb.]

§. 3. *Amarynthidis Dianae*] Amarynthia certamina erant, in Amaryntho Euboeae urbe celebrari solita. Schol. Pind. Olymp. od. 13, 159. Celebrabantur vero eo nimirum feſto, quod in honorem Dianae τῆς Ἀμαρυσίας illic cultae Ἀμαρύσια dicebatur. Meminit ejus festi Hesychius. Ἀμαρύσια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν. Et turbare hoc non debet, quod feſtum Atheniensium dicat: quippe sciendum, Athenis populum Athmonensem non minus, quam Amarynthios in Euboea, Dianam τὴν Ἀμαρυσίαν coluiſſe. Pausanias Atticis [c. 31.] lucuentus teſtis. Nec Amarynthii tantum colebant, verum etiam Eretrienses et Caryſtii. Livius hoc loco. De Eretriensibus eſt Strabonis quoque locus lib. 10. [p. 448.] MEURSIUS Graeciae feriatae lib. 1. in voce Ἀμαρυνθία. *Amaritudinis* Harl. et Gaertn. *Amadithidis* Lov. 6. *Amaritidis* Lov. 3. *Amarynchidis* Voſſ. [*Amarintydis* Bamb.] Mox *celebrabatur* Lov. 6.

§. 4. *Ne sinerent Aetolorum Chalcidem fieri*] Fortassis *neu sinerent.* DUK. Paullo ante *suorum vigorum in eadem insula geniti* Voſſ. et Lov. 1. [*ornarent Eretryenses Carytheosque* Bamberg.] Mox §. seq. *nihil minus tolerabiles* Voſſ. *nihilo minus tolerabiles* Lov. 1. et 6.

§. 6. *Et in victoria justitiam benignitatemque expertas*] Utraque copula deeſt in Lov. 1. sed prima tantum in Voſſ. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. [Bamb.] et edd. antiquioribus. *expertos* legit Lov. 1. [Bamb.] Mox *misitque* omisit idem [§. 7. *lis tuenda* Bamb.]

§. 8. *Deinde legati ad Aetolos missi*] Manuscriptus *deinde*

Digitized by Google

tor primum, deinde legati ad Aetolos missi percunctatum, quo suo dicto factove socii atque amici ad se oppugnandos venirent? Respondit Thoas dux Ae- 9
tolorum, *Non ad obpugnandos, sed ad liberandos ab Romanis, venire sese. Splendidiore nunc eos ca-* 10
tena, sed multo graviore, vinctos esse, quam quum praesidium Macedonum in arce habuissent. Se verò, negare Chalcidenses, *aut servire ulli, aut praesidio cujusquam egere.* Ita digressi ex conloquio legati 11
ad suos. Thoas et Aetoli, ut qui spem omnem in eo, ut inproviso obprimerent, habuissent, ad justum 12
bellum obpugnationemque urbis mari ac terra munitae haudquaquam pares, domum rediere. Euthy- 13
midas, postquam castra popularium ad Salganea

et legati ad Aetolos missi. haud dubie melius. MOD. Cod. Mog. lectionem *deinde et legati* jam recepit Aldus. Sed additam voculam *et* iterum Frob. anno 1535. omisit, incertum quam ob caussam. Eamdem etiam omnes nostri non agnoscunt. Mox *pacto*, pro *facto*, Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 9, 26, 5. Deinde *τὰ atque amici* desunt a Lov. 5. et antt. edd. quae ex cod. Mog. addidit Aldus, et tuentur reliqui codd. nostri. Est autem formula apud Livium frequens *socii atque amici.* Exempla vide 7, 30. 8, 23. 31, 11. 32, 8. 40. 35, 46. 48. 45, 12. 20. et alibi Tum *venirent ad se oppugnandos* cod. Mog.

§. 10. *Splendidiore nunc eos catena et multo graviore vinctos esse*] *sed multo graviore* omnes manu et typis exarati usque ad Gronov. cujus prima ed. operarum lapsu dedit *ed multo graviore*, altera *et multo graviore;* quod inprudenter Jac. Gronov. Doujatius, et Clericus secuti sunt: sed recte Hearnius et Crevierius priorem lectionem revocarunt; quorum posterior etiam in Victor. suo invenit. Eodem modo *sed* usurpatur c. 40. *Romae per idem tempus duo maximi fuerunt terrores; diutinus alter, sed segnior.* Praeterea *Splendidiore eos nunc catena* Lov. 3. *Τὸ eos* deerat in Gaertn. Mox *quam* excidit ex Voss. et Lov. 1. ob similitudinem sequentis *quum.* In vicem *quum* ob eamdem similitudinem elisum esse a praecedenti *quam*, vidimus ad 34, 48, 5. Voces *in arce* desunt in Lov. 2. et Harlej. Hinc *Chalcidiensium* legunt Voss. Lov el 2. 3. 4. 6. a manu 2. et Mead. uterque. [*Chalcidienses* Bamb.] Tandem *illi*, pro *ulli*, Voss. sollemni scribarum aberratione. Exempla vidimus ad 25, 11, 3.

§. 11. *Ita digressi ex conloquio legati ad suos*] Haec ver-

Digitized by Google

esse; profectosque Aetolos audivit, et ipse a Thebis
14 Athenas rediit. Et Herodorus, quum per aliquot dies intentus ab Atalanta signum nequidquam exspectasset, missa speculatoria nave, ut, quid morae esset, sciret, postquam rem omissam a sociis vidit, Thronium, unde venerat, repetit.

1 XXXIX. Quinctius quoque, his auditis, ab Corintho veniens navibus, in Chalcidis Euripo Eumeni
2 regi obcurrit. Placuit, quingentos milites praesidii caussa relinqui Chalcide ab Eumene rege: ipsum

ba perperam desunt in Lov. 2. *dimissi* legit Lov. 1. a m. 2. Male. Infra 39, 35, 1. *Legati a Philippi conloquio ita digressi sunt.* Mox *inprovisum obprimerent* Lov. 3. *inscios obprimerent* Lov. 1. Tum §. seq. *a mari ac terra munitae* idem cod. Liv. 28, 6, 11. *Oppidum alia parte clausum mari, alia ab terra egregie munitum.* At *pares* deest in Voss. [§. 13. *Salgenea* Bamb.]

§. 14. *Et Herodorus, quum per aliquot dies intentus ab Atalanta*] Prima vocula deest in Lov. 2. et 3. V. ad 9, 41, 10. Praepositio *per* exsulat a Lov. 1. 6. et Voss. In voce *Atalanta* similes varietates in scriptis et edd. obcurrunt, ac supra notatae sunt ad cap. praec. §. 7. [*Allante* Bamb. qui *nequidquam* omittit.]

Quid morae caussa esset] Legendum vetus scriptura indicat *quid morae esset.* GELEN. Vocem *caussa*, quam recte Gelenius induxit, in nullo etiam cod. vel ed. ant. inveni ante Ven. anni 1489. quae prima apud me eam exhibuit. Accipiendum autem vel *morae* casu secundo, *quid morae* pro quae mora. Ita olim edebatur apud Cic. pro Mil. 20. *Quid ergo erat morae et tergiversationis?* et ita Graev. in multis Mss. invenit. Sed nunc vulgo ex mente Gruteri aliter editur. V. ad 30, 12, 20. vel casu tertio *esse morae*, ut *esse inpedimento* infra 38, 40, 13. *Ipsa etiam onera* etc. *pugnantibus inpedimento sunt.* 39, 20, 7. *Arma inpedimento fugientibus per silvestres semitas erant.* Mox *rem amissam* Lov. 3. 5. Gaertn. et ed. Camp. errore scribarum. V. ad 3, 38, 11. et 21, 8, 12. Tum *Thoronium* Lov. 5. et edd. antt. *Thornium* Voss. *Thonum* Lov. 2. *Cronum* Lov. 3. *Chornium* Lov. 6. *Trionum* Mead. 2. *Thrionium* Lov. 4. *Thronum* Harl. *Thronium* Moguntini ediderunt, qui se ita in cod. suo invenisse testati sunt cap. praec. §. 6. Neque aliter videtur fuisse in Lov. 1. Mead. 1. et Gaertn.

§. 1. *In Chalcidem Euripo Eumeni regi obcurrit*] Legendum vetus scriptura indicat, *in Chalcidis Euripo.* GELEN. Incerta est distinctio, et ambigue dictum, veneritne per Euripum Chalcidem Quintius, an in Euripo occurrerit Eumeni regi. Sed id perexiguum. Quidam *Chalcidis* in genitivo legunt. GLAR. *Chalcide in Euripo* Harl. [*in Chalchi-*

Digitized by Google

Athenas ire. Quinctius, quo profectus erat, De- 3
metriadem contendit; ratus Chalcidem liberatam
momenti aliquid apud Magnetas ad repetendam so-
cietatem Romanam facturam. Et, ut praesidii ali- 4
quid esset suae partis hominibus, Eunomo praetori
Thessalorum scripsit, ut armaret juventutem, et
Villium ad Demetriadem praemisit ad tentandos ani-
mos: non aliter, nisi pars aliqua inclinaret ad re-
spectum pristinae societatis, rem adgressurus. Vil- 5
lius quinqueremi nave ad ostium portus est invectus.

de Eurypo Bamb.] *in Chalcide Euripo* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes; cujus loco *in Chalcidem Euripo* primi dederunt Mediol. anno 1505. hinc Ascens. in ed. anni 1513. et reliqui usque ad Frob. qui recte anno 1535. Gelenii lectionem recepit. Voces hae omnes desunt in Lov. 6. qui in praecedentibus legebat *his auditis Corintho veniens occurrit navibus.* Mox etiam §. seq. *Placuit DC pedites praesidii caussa* idem codex.

§. 3. *Ad repetendam societatem Romanam facturam*] *ad repetendum* Voss. Tum *futuram* Lov. 2. et Mead. 1. in margine. Male. Supra 7, 8. *Si neque pedites quidquam momenti facerent.* 33, 49. *Haud parvum momentum animo ejus ad moliendum adventus Hannibalis fecit.* 39, 35. *Satis credens, ipsum etiam juvenem aliquid momenti facturum.* Solent autem *facturus* et *futurus* in Mstis confundi. V. ad 32, 8, 15. [*facturum* Bamb.] Mox *et praesidii aliquid esse* omnes fere scripti et editi, haec praecedentibus conjungentes. [*ut* omittit etiam Bamb.] Vulgatum Aldus recepit ex cod. Mog. [*Eumeno*, pro *Eunomo*, Bamb.] Praeterea *et Demetriadem praemisit* Lov. 2. 4. et Mead. 1. *et ad Demetriadem praemisit* Voss. Lov. 1. 3. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] Neque aliter Mead. 1. nisi quod sollemni scribarum errore insuper legat *permisit.* V. ad 8, 20, 6.

§. 5. *Villius quinqueremi nave ad hostium portus est invectus*] Legendum vetus scriptura indicat *ostium portus*, non *ad hostium.* De *Villio* jam dictum est [ad 31, 4, 3.] GELEN. Non sane invectus est [ostium portus,] quippe a Magnetarcha jussus abstinere portu. Male igitur deleverunt praepositionem, quam habent scripti et editi usque ad Curionem; *ad ostium portus*, quod scilicet non intravit. Sic lib. 24, [27, 8.] *Naves ad ostium portus, quo aliae partis hominibus animus accederet, in statione habere coepit.* Lib. 37, [15, 9.] *Placuit tamen Regillum tota classe evehi ad portum Ephesi, ad inferendum hostibus terrorem.* Eodemque [l. c. 13, 8.] *Pars in salo ad ostium portus in anchoris stetit.* J. FR. GRON. *Villius* ex mente Gelenii Froben. edidit anno 1535. quum prio-

Digitized by Google

Eo multitudo Magnetum omnis quum se effudisset, quaesivit Villius, utrum ad amicos, an ad hostes,
6 sese venisse mallent? Respondit Magnetarches Eurylochus, *Ad amicos venisse eum: sed abstineret portu, et sineret Magnetas in concordia et libertate esse, nec per conloquii speciem multitudinem solli-*
7 *citaret.* Altercatio inde, non sermo, fuit: quum Romanus ut ingratos increparet Magnetas, inminentesque praediceret clades: multitudo obstreperet, nunc senatum, nunc Quinctium accusando. ita irrito incepto Villius ad Quinctium sese recepit.

res *Julius* praeferant. Variant etiam codd. Sed verior est Gelenii emendatio. V. ad 40, 44, 1. *ad hostium portus* omnes nostri cum Hearnii L. 1. et N. [Bamb.] V. ad 37, 13, 8. Praepositionem *ad* ex Gelenii sententia ante Curionem omiserunt Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. Vascos. et Gryph. Sed eam retinent constanter scripti. [*omnis Magnetum* Bamb.] Mox *an ad hostes venirent, mallent* Mead. 1. *an ad hostes veniret, mallent* Harl. et Lov. 4. *an ad hostes venire mallet* Gaertn. *an ad hostes venire mallent* Lov. 2. 3. 5. Mead. 2. et edd. vett. pro quo Aldus ex cod. Mog. dedit, quod nunc circumfertur. Non longe abeunt Voss. et Lov. 1. *an ad hostes venisse mallent:* nec Lov. 6. [Bamb.] qui praefert *an ad hostes venisse se mallent.*

§. 6. *Respondit Magnetarches Eurylochus*] Sic magistratus supremus Magnetum dictus est jam ante [c. 31.] Et apud Magnesianos in Asia, qui Magnetum erant coloni, magistratus erat Magnetarches, ut memini me legere in Inscriptionibus Arundellianis. HENR. VALES. *Eurylochus Magnetarches respondit* Harl. Tum voces *Ad amicos* desunt in Hearnii N. relicta tamen lacuna.

§. 7. *Non sermo, fuit: quum Romanus ut integros increparet*] Procul dubio *ingratos* legendum est. Hoc elicitur ex superioribus verbis his [cap. 31.] *Quintius quidem adeo exarsit ira, ut, manus ad coelum tendens, Deos testes ingrati ac perfidi animi Magnetum invocaret.* SIG. *ingratos* non tantum omnes codd. sed etiam edd. praeter unam Basil. anni 1554. quae operarum errore *integros* exhibuit. Voculam *ut*, quae in omnibus nostris conspicitur, a Victor. suo exsulare monet Crevierius. Id vero cur elegantius ipsi videatur, caussam non conjicio.

Inminentesque praediceret clades] *praedicaret caedes* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. *praedicaret* etiam Lov. 1. et 3. qualis varietas supra quoque obcurrebat 2, 10, 4. Moguntini ex cod.

Digitized by Google

At Quinctius, nuncio ad praetorem misso, ut reduceret domum copias, ipse navibus Corinthum rediit. 8

XL. Abstulerunt me velut de spatio Graeciae res inmixtae Romanis: non quia ipsas operae pretium esset perscribere, sed quia caussae fuerunt cum Antiocho belli. Consulibus designatis, (inde namque diverteram) L. Quinctius et Cn. Domitius consules in provincias profecti sunt: Quinctius in Ligures, Domitius adversus Bojos. Boji quieverunt: atque etiam senatus eorum cum liberis, et 1 2 3

suo ediderunt *praediceret clades*. Voces *caedes* et *clades* a librariis commutari, vidimus ad 4, 10, 5. Mox *irrupto incepto* Mead. 1. *inito incepto* Lov. 2. V. ad 4, 56, 12.

§. 1. *Abstulerunt me velut de spatio Graeciae res*] *Abstulere* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *Graecae res* multae ex principibus edd. Sed *Graeciae res* jam invenio in Parm. Ven. anni 1498. et 1506. Mediol. anni 1505. Ascens. anni 1510. Mogunt. et hinc in omnibus. Neque aliter codd. scripti, nisi quod *res Graeciae* sit in Lov. 2. et Harl. Mox *praescribere* Voss. Lov. 1. 2. Harl. [Mead.?] 1. et Gaertn. V. ad 21, 49, 6. Tum *sed* deest in Voss. Hinc *caussa fuerunt cum Antiocho belli* Lov. 3. *caussae cum Antiocho fuerunt belli* Lov. 1. 2. 4. 6. Voss. Mead. ambo, et Gaertn. *caussae fuerint cum Antiocho belli* Harl.

§. 2. *Quinctius in Ligures, Domitius adversus Bojos*] Superius [c. 22.] unde Livius se divertisse dicit, ita scriptum legitur: *Domitius ab Arimino, qua proximum fuit, Quintius per Ligures in Bojos venit: duo consulum agmina diversa late agrum hostium pervastarunt.* quae cum his, quae hic dicuntur, non quadrant: nam hic alterum duntaxat consulem in Bojos profectum, cui se dediderint Boji, tradit: illic ambos in Bojos profectos, ambobusque se Bojos dedidisse. GLAR. Supra c. 22. scribit, Domitium ab Arimino, qua proximum fuit, Quintium per Ligures in Bojos venisse: duoque consulum agmina diversa late agrum hostium pervastasse. Id Glareano, cui una cura est, ut inveniat in Livio, quod carpat, videtur quadrari non posse cum iis, quae hic leguntur: hic enim alterum duntaxat in Bojos profectum consulem, cui se illi dediderint, tradi: illic ambos in Bojos iisse, ambobusque se Bojos dedidisse. Sed ista non discrepant. Hinc intelligimus, Quintium potissimum rem gessisse in Liguria; inde eam adeo penetrasse, ut ad collegam in Bojos pervenerit: hinc Bojos Domitio, cujus ea provincia erat, se dedidisse, inde factum id, postquam jam

Digitized by Google

praefecti cum equitatu (summa omnium mille et
4 quingenti) consuli dediderunt sese. Ab altero consule ager Ligurum late est vastatus, castellaque aliquot capta: unde non praeda modo omnis generis cum captivis parta, sed recepti quoque aliquot ci-
5 ves sociique, qui in hostium potestate fuerant. Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est ex senatusconsulto plebeique scito. tria millia et septin-

castris vicinis in confinio provinciarum coïissent consules. J. FR. GRON. Aliud4 quod in Livio carpat, indagavit Crevier. Supra enim cap. 22. disserte Livium narrare, ambos consules in provincias profectos; c. 24. autem, Quinctium ex provincia revocatum esse, ut novorum consulum comitia haberet: hic vero tradere, L. Quinctium et Cn. Domitium consules in provincias profectos esse, consulibus designatis. Ceterum verba praecedentia ita perperam exhibet Harl. *Consules designati* (*inde namque diverteram*) *L. Quinctius et Cn. Domitius in provincias profecti sunt.* Vox *consules* deest etiam in Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§. 3. *Boji quieverunt*] Hanc lectionem Aldus ex auctoritate cod. Mog. recepit. Priores dederant *qui fuerunt*, quod etiam servant Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Error ortus est ex confusis literis *E* et *F*. de quo v. ad 41, 2, 3. *qui ferme* est in Lov. 6. Mox *dederunt se* Lov. 1. 3. 6. et Voss. V. ad 39, 50, 9.

§. 4. *Qui in hostium potestate fuerant*] Thuan. *potestatem*. Itaque addendum hoc exemplum reliquis 2, 14. JAC. GRON. Similiter Lov. 3. et Hearnii L. 1. Attamen recipere ausus non sum. Paullo ante *castellaque aliqua capta* Lov. 1. 3. 6. et Voss. *castella quoque aliquot capta sunt* Gaertn. Tum *inde non p. m. o. g. cum captivis deportata est* Lov. 6. *portata* Lov. 1.

§. 5. *Vibonem colonia deducta est senatusconsulto plebisque scito*] Barberin. *plebique scito*, quod persaepe ex melioribus libris Livio reddidimus. J. FR. GRON. Vulgato favent soli Lov. 5. et Harl. *plebis scito* est in Lov. 1. *plebis cito* in Lov. 3. *pleb'que scito* in Lov. 2. *plebiscitoque* in Lov. 6. *plebei scito* in Voss. *plebique scito* in Lov. 4. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii N. V. ad 2, 42, 6. Idem tamen Gronovius edidit *plebeique scito*. In priori autem ed. adnotationem ita conceperat: „Barber. *plebique scito*. Hoc est *plebeique scito*. Quod persaepe etc. V. ad 2, 33, 2. Praeterea *Bibonem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Hinc *ex senatusconsulto* Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii Oxonn. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri; quam, praepositionem *ex* omittentem, recentiores perperam secuti sunt. Eam igitur loco restitui.

Tria millia et septingenti pe-

Digitized by Google

genti pedites ierunt, trecenti equites. Triumviri 6
deduxerunt eos, Q. Naevius, M. Minucius, M. Furius Crassipes. quina dena jugera agri data in singulos pedites sunt, duplex equitibus. Bruttiorum proxime fuerat ager: Bruttii ceperant de Graecis. Romae per idem tempus duo maximi fuerunt ter- 7
rores; diutinus alter, sed segnior. Terra dies duodequadraginta movit. per totidem dies feriae in

dites ierunt, trecenti equites] Cusus Moguntiae Livius *mille septingenti pedites*; solemni ita sibi more in numeris evariandi; ut putidum sit de eadem re toties admonere. MOD. Ita non tantum ed. Mog. sed et reliquae antiquiores; quibus fere consentit Lov. 5. *mille LXX pedites* scribens. Froben. demum anno 1535. ex cod. Mog. dedit *tria millia et septingenti pedites*, quod est in reliquis nostris. Neque aliter Hearnii N. nisi quod scribarum errore *D copedites* pro *DCC pedites* praeferat. Insuper *ierant* Voss. Tum *tricenti* Gaertn. *triceni* Harl.

§. 6. *M. Minutius*] *Minucius* semper scribendum esse, recte Sigonius monuit ad 2, 34, 1. cui in plerisque locis dicto obedientes fuerunt editores, in paucis, ut etiam hic plerique, parere neglexerunt. V. etiam ad 2, 21, 1. Mox *Cassius* Hearnii L. 1. *Crassius* Lov. 1. *Crassus* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1531. recte *Crassipes* substituit. V. ad 38, 42, 4.

In singulos pedites sunt, duplex equitibus] Scripti et editi ante Mogunt. multant ultimam vocem syllaba: *duplex equiti*. Cur ferri queat minus, quam lib. 33, [37.] *In pedites singulos dati octingenti aeris; triplex equiti centurionique*. Lib. 34, [52, 11.] *His duceni quinquageni aeris in pedites divisi, duplex centurioni, triplex equiti*. J. FR. GRON. *duplex equiti* etiam omnes nostri, Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victor. quae numerorum discordia non modo ferri potest, sed Livio fuit in deliciis. Supra 10, 36, 9. *Equites circumfunduntur, et peditem in pugnam redire jubent*. c. 41, 11. *Nobilitas equitesque Bovianum perfugerunt: equites eques sequitur, peditem pedes*. 21, 27, 8. *Jam paratas aptatasque habebat pedes lintres; equites fere* etc. 23, 21, 2. *Militi et navalibus sociis neque stipendium neque frumentum ad tempus dari*. 27, 2, 6. *Hispani milites et funditor Baliaris, elephanti quoque in proelium acti*. 34, 46, 3. *Militibus ex praeda divisit in singulos ducenos septuagenos aeris, triplex equiti*. 45, 34, 5. *In equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur*. V. quae notantur ad 22, 36, 3. et ad c. 54, 2. Ejusdem generis sunt *per Volscos Falernumque agrum* 7, 26, 9. *Samniti Gallisque* 10, 27, 3. *inter Romanos Poenumque*, et *aut Romanus, aut hostes* 23, 33. *Romani, Lusitanus* 35, 1, 9. V. J. Fr.

Digitized by Google

sollicitudine ac metu fuere. in triduum ejus rei
8 cauſſa supplicatio habita eſt. Ille non pavor vanus, sed vera multorum clades fuit. incendio a foro Boario orto, diem noctemque aedificia in Tiberim versa arsere, tabernaeque omnes cum magni pretii mercibus conflagraverunt.

1 XLI. Jam fere in exitu annus erat: et in dies magis fama de Antiochi bello, et cura Patribus
2 crescebat. Itaque de provinciis magiſtratuum de-

Gronov. ad 3, 17, 12. et 9, 28, 4. Quum tamen Aldus *equitibus* ex cod. Mog. receperit, eam lectionem propter auctoritatem hujus Mſti mutare non suſtinui.

§. 7. *Diutius alter, sed segnior*] Vet. lib. *diutior*. SIGON. Ita et Harl. sed *diutinus alter* Mog. ex cod. suo ediderunt, quod proximi servarunt. Alii, et inter hos Jac. Gronov. primarum edd. lectionem *diutius* revocarunt, quae etiam supereſt in reliquis Mſtis noſtris, et Hearnii L. 1. Sigonium *diutius* legere, sed ipsam ſtructurae rationem *diutinus* flagitare, Crevier. exiſtimat. Eamdem lectionem probavi.

Terra dies duodequadraginta movit] MS. *terra dies per duodequadraginta movit*. MOD. *dies duo et quadraginta* Lov. 2. Omnes noſtri praepositionem, quam adsciscit cod. Mog. ignorant. Eam etiam Livius saepius omisit. V. ad 10, 21, 6. Alibi contra addidit; ut mox *per totidem dies*. unde tamen hic in cod. Mog. repetita videtur: variata enim conſtructio magis Livianam loquendi rationem redolet. Mox *per totidem dies fere in solitudine ac metu fuere* Voſſ. *fere* etiam Lov. 3. et 6. *solitudine* Lov. 1. V. ad 8, 13, 15. *in metu ac sollicitudine*, vel *solitudine*, plerique editi ante Aldum, qui vulgatum ordinem ex cod. Mog. recepit; cui consentiunt noſtri, et ed. Camp.

§. 8. *Alter non pavor vanus, sed vera multorum clades fuit*] In Ascensio reperio primo. Scripti, Andreas, Bechar. Tarv. Ven. *Ille non pavor vanus*. Quae non modo vera lectio eſt, sed etiam multo elegantior. Florus lib. 4, 7. *Quamvis duces non essent praesentes, quorum alterum corporis aegritudo, illum metus et ignavia subduxissent*. Lucanus lib. 2. [54.]

— — *occurrat Iberis*
Alter, ad Eoas hic vertat signa pharetras.

Cicero pro Roscio Amer. [c. 6.] *Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur: hic autem nuper* etc. Plinius lib. 24, 14. *Alterum genus est silvestre, nigrius. Hujus radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocatur Licium. Ille autem candidior adstringit magis*, etc. ut reſtituimus ex MSS. J. FR. GRON. Omnes etiam noſtri cum Hearnii L. 1. et N. *Ille non pavor*. V. Cl. Duker. ad Flori 4, 7, 10. Tum *sed vere multorum* cod. Mog. At Livius eleganter et cum em-

Digitized by Google

signatorum, quo intentiores essent omnes, agitari coeptum est. Decrevere, ut consulibus Italia, et 3
quo senatus censuisset, (jam esse bellum adversus Antiochum regem omnes sciebant) provinciae essent. cujus ea sors esset, quatuor millia peditum 4
civium Romanorum, et trecenti equites, sex millia sociùm Latini nominis cum quadringentis equitibus sunt decreta. Eorum delectum habere L. Quinctius 5
consul jussus; ne quid moraretur, quo minus con-

phasi obponit *pavorem vanum* et *veram cladem*.

Incendio a foro Boario orto] *a foro Bovario* Lov. 1. 4. 6. et Mead. ambo. Ita passim codd. varii scripserunt. V. ad 10, 23, 3. 22, 57, 6. 24, 10, 7. 27, 37, 15. 29, 37, 2. et alibi. Similiter *bovum*, pro *boum*,, in Schedis Festi in voce *Potitium* antiquissimum cod. praeferre, Ursin. ad eum l. notavit. *bovare*, pro *boare*, Ennium usurpasse, observat Voss. in Etym. ling. Lat. voce *Bos*. Contra, *Pacuius* pro *Pacuvius*, *fluius* pro *fluvius* inveniri, testatur Ursin. ad Fest. voce *Reses*. Mox *noctem diemque* Gaertn. *die nocteque* Lov. 1. 6. et Voss. Male. 1, 9. *Hominis aetatem duratura magnitudo erat*. 27, 4, 12. *Terram ante portam ictam diem ac noctem arsisse*. 37, 13, 4. *Classis cetera noctem totam in alto jactata*. 38, 9, 4. *Ubi majorem partem temporis exsulaverat*. quibus locis in nonnullis Mstis similiter turbatur. V. Cel. Burm. ad Nason. 1. Art. Am. 647. Insuper *flagraverunt* Lov. 1.

§. 1. *Jam fere in exitu annus erat*] *Jam vero* Gaertn. V. ad 36, 7, 1. *in exitu anni erat* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. pr. Male. l. 25, 41. *Jam ferme in exitu annus erat*. 27, 4, 1. *Jam aestas in exitu erat*. 38, 35, 1. *Quia jam in exitu annus erat*. 39, 23. 1. *Quum jam in exitu annus esset*. 44, 17, 1. *Jam in exitu annus erat*. Mox *et in dies magna fama* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *et fama de bello Antiochi*, mediis omissis, cod. Mogunt. Insuper §. seq. *designatorum magistratuum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 3. *Esse bellum adversus Antiochum regem*] Ultima vox exsulat ab Harl. Male. 37, 58. *Praefectum Antiochi regis devicerat*. V. ad 38, 48, 5. Paullo post §. seq. *sociûm et Latini nominis cum CCC equitibus* Hearnii L. 1. *cum CCC equitibus* etiam Lov. 1. *cum quatuor centum equitibus* Lov. 3. V. ad 33, 4, 5.

§. 5. *Eorum delectum habere L. Quinctius consul jussus*] *dilectum* Lov. 1. 4. et Voss. V. ad 37, 51, 7. Tum vocem *consul*, quae abest ab edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, variis Venet. multisque aliis, Moguntini ex cod. suo addiderunt, quam etiam agnoscunt non tantum omnes scripti, sed etiam edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Mox voces *ne quid* desunt in Voss. Lovel. sex, Mead. utroque, et

Digitized by Google

sul novus, quo senatus censuisset, extemplo profi-
6 cisci posset. Item de provinciis praetorum decretum est: prima ut sors duae, urbanaque et inter cives ac peregrinos jurisdictio esset: secunda, Bruttii: tertia, classis, ut navigaret, quo senatus censuisset: quarta, Sicilia: quinta, Sardinia: sexta, Hi-

Gaertn. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *ne moraretur*, omisso pronomine *quid*, legunt Harl. et edd. reliquae usque ad Aldum, qui illud ex cod. Mog. recepit.

§. 6. *Prima ut sors duae peregrina urbanaque, et inter cives ac peregrinos*) *peregrina* redundat. GELEN. Vet. lib. *urbana peregrinaque et inter cives ac peregrinos*. Ego, *urbana peregrinaque*. reliqua enim glossema sunt. SIG. Gelenius redundare τὸ *peregrina* monuit. Quem non dignatus mentione Sigonius ex vet. lib. profert *urbana peregrinaque, et inter cives ac peregrinos:* et se ait legere *urbana peregrinaque jurisdictio:* ubi vocem mediam pro glossemate interpretatus aliquis adjecerit *inter cives ac peregrinos*. Mallem illo tempore cucurbitas pinxisset. Habeo sub oculos scriptum exemplar, in quo sic legitur, *prima ut sors duae, urbanaque et inter cives ac peregrinos jurisdictio, esset*, nullo apice plus vel minus. Est autem *jurisdictio inter cives et peregrinos* eadem, quae *peregrina*, variandi caussa de industria sic Livio descripta. Quin certum habeo, τὸ *peregrina* interposuisse semidoctum librarium, qui *urbanaque* eo loco ferre nequibat sine alio vocabulo, cui id copulativa particula necteret. Neque enim viderat, velle Livium, prima ut sors continueret, quae alioquin duae solent esse, nimirum et urbanam et inter cives ac peregrinos jurisdictionem. Junctarum autem istarum sortium exempla habes l. 25, 3. l. 27, 36. J. FR. GRON. Adde 30, 2. *Jurisdictio inter cives ac peregrinos* saepe est in Livio. Vide 22, 35. 33, 26. et 36. DUK. Priscam veterum edd. lectionem, *peregrina urbanaque*, solus agnoscit Lov. 5. at vet. lib. Sigonii, *urbana peregrinaque*, praeferenti unus consentit Harl. Reliqui omnes mei, et Hearnii N. atque L. 1. omittunt vocem *peregrina*; quae, ut recte Gronov. monuit, tamquam glossema sequentium *inter cives ac peregrinos jurisdictio*, primo margini adscripta, postea contextui inserta est a librario indocto ac nasuto, cui compositio orationis *jurisdictio urbanaque et inter cives* displicebat. Eam tamen Livio familiarissimam esse, praestabunt plura exempla, superius laudata ad 10, 30, 2. Iis junge sequentia. 28, 17, 14. *Trepidationem simul militum ac nautarum, nequidquam armaque et naves expedientium, fecerunt.* 36, 19, 3. *Ut primum signaque et arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt.* ubi pauci codd. perperam τὸ *que* omittunt. Paullo post eodem cap. §. 9. *Reliquiis pugnaeque et fugae conlectis.* Et hic etiam pauci codd. turbant. 38, 23, 6. *Inter omnes anfractus montium fugaque et caedes fuit.*

Digitized by Google

spania ulterior. imperatum praeterea L. Quinctio 7
consuli est, ut duas legiones civium Romanorum
novas conscriberet; et sociùm ac Latini nominis vi-
ginti millia peditum, et octingentos equites. eum
exercitum praetori, cui Bruttii provincia evenisset,
decreverunt. Aedes duae Jovi eo anno in Capitolio 8

43, 5, 4. *Passim rapinasque et incendia facta.* (* 44, 28, 11.) Pari modo unus cod. exhibet in Epit. Liv. 54. *Pater Silani petiitque et impetravit.* Vide etiam Cortium ad Sall. Jug. 6, 3. et 26, 1. Eruditi Actor. Lips. auctores anni 1738. p. 484. monuerunt, hujusmodi locutionis exemplum ex prosaïco scriptore sibi non subcurrere: quibus propterea tot ex uno Livio exempla, hic et superius notata, haud ingrata fore confido. Ex aliis alia observari possent: sed manum de tabula. Contra in simili compositione, ubi duo diversa jungenda sunt, priori *τὸ et*, posteriori particulam *que* Livium interdum addidisse, vidimus ad 29, 12, 5. Ceterum *ac peregrinos una jurisdictio esset*, addita male media voce, Lov. 6. *esse* pro *esset* habent Lov. 2. et Mead. 1. sed vox illa deest in Lov. 1. Insuper mox in fine hujus §. post vocem *ulterior* addidit scriba Lov. 3. *septima, Hispania citerior.*

§. 7. *Legiones civium Romanorum novas conscriberet; et sociûm ac Latini nominis*] *scriberet* Lov. 5. et edd. antt. de qua locutione v. ad 6, 28, 5. Ejus loco Aldus *conscriberet* ex cod. Mog. admisit. Neque aliter reliqui nostri, quos sequimur. V. ad 37, 46, 10. (* 40, 35, 12.) Pari errore *cursus* et *cursatio* pro *concursus* et *concursatio* datum esse, vidimus ad 9, 24, 12. (* *parare* pro *comparare*, v. ad 36, 3, 4.) *venire* pro *convenire*. V. ad 37, 32, 13. *servare* pro *conservare*. V. ad 38, 25, 13. *locare* pro *conlocare*. V. ad 38, 40, 13. *pulsus* pro *compulsus*. V. ad 39, 30, 2. Praeterea copulam *et* ignorant Lov. 1. 3. 6. et Voss. quam eliserunt praecedentis verbi literae finales. Ejusdem erroris alia exempla vide ad Epit. Liv. 2. l. 4, 1, 6. 6, 22, 6. 9, 18, 3. c. 23, 3. 22, 29, 4. 24, 39, 2. 25, 11, 15. 26, 45, 6. 28, 19, 14. c. 40, 2. 29, 12, 7. c. 37, 4. 32, 18, 3. c. 36, 10. 34, 27, 9. c. 46, 8. 35, 13, 3. c. 28, 2. 36, 44, 1. 37, 4, 5. 38, 24, 10. 40, 7, 8. Adde Cel. Burm. ad Suet. Calig. 55. Eamdem conjunctionem etiam saepe intercipi a literis praecedentibus *ēt*, vel *ent*, videbimus ad 37, 59, 1. Contra, copulam hanc perperam inculcari post voces literis *et* vel *ēt*, id est *ent*, finitas, videbimus ad 39, 18, 8.

Eum exercitum praetori etc. *decreverunt*] *et octingentos equites cum exercitu* Lov. 1. 6. et Voss. Voculas *cum* et *eum* ob similes literarum ductus a librariis commutari, vidimus ad 4, 19, 2.

§. 8. *Aedes duae Jovi eo anno in Capitolio*] L. Furius Purpureo praetor fuit anno primo hujus decados [31, 4.] Et Jovi quidem aedem vovit, quando adversus Gallos Cremonam obsidentes pugnavit, qua pugna Hamilcarem Poenum cedidisse scripsit Livius [31, 21, 12.] Caete-

Digitized by Google

dedicatae sunt. Voverat L. Furius Purpureo praetor Gallico bello unam, alteram consul. dedicavit
9 Q. Marcius Ralla duumvir. Judicia in foeneratores eo anno multa severe sunt facta, accusantibus privatos aedilibus curulibus, M. Tuccio et P. Junio
10 Bruto. de multa damnatorum quadrigae inauratae in

rum l. 34, [53, 7.] consulibus P. Scipione et P. Sempronio haec verba Livius habet: *Et in insula Jovis aedem C. Servilius duumvir dedicavit: vota erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone praetore, ab eodem postea consule locata.* Haec ibi. At hic de duabus Jovis aedibus mentio, non in insula, sed in Capitolio, ab eodem L. Furio votis: altera cum esset praetor, altera cum esset consul, etiamsi anno quinto hujus belli, quo hic L. Furius consul fuit, nulla de ea sit commemoratio in lacero illo libro 33. Porro in insula aedes Jovis antea dedicata dicitur. quod si alia est ab his, quae in Capitolio dedicatae hic dicuntur, oportet Furium hunc tres vovisse Jovi aedes, quod non videtur verisimile. Diversos secutum authores Livium credideri m, aut memoria lapsum. GLAR. Vide, quae supra notantur ad 34, 53, 7. Vocem *duae* omittunt scripti nostri, et edd. antt. quam Moguntini recte ex cod. suo addiderunt. Tum *Aedes Jovis* Lov. 2. Utrumque ferri potest. V. ad 5, 23, 7. Ratio igitur exigit, ut vulgatum *Jovi*, pro quo stant reliqui, servemus. Mox *quas voverat*, addito pronomine, Lov. 3. At, saepe hoc pronomen connectendae orationi inseruisse librarios, ubi id Livius omittere malebat, vidimus ad 22, 46, 9. et 26, 50, 2. Similiter eos alia pronomina addidisse, vidimus ad 34, 56, 1. Tum *Purpureo pater* Voss. Error ortus est ex similitudine compendiariae scripturae *Pr.* et *pr*, sive *Praetor* et *pater*. V. ad 37, 46, 9. Pariter commutantur *P. R.* et *pr*, sive *populus Romanus* et *pater*. V. ad 7, 20, 3. Insuper *dedicavitque M. Ralla* Voss. *Rulla* legit Gaertn. *Rala* Lov. 1.

§. 9. *Accusantibus privatos aedilibus curulibus M. Tuccio et P. Junio Bruto*] *accusantibus privatis aedilibus* Lov. 2. 6. a m. 2. Mead. 1. et Gaertn. Deinde *M. Tuti* Lov. 1. *M. Tutio* Voss. Lov. 6. et edd. antt. *M Tuctio* Lov. 2. et 4. *M. Turio* Lov. 5. *M. Tacio* Harl. et Gaertn. *M. Tatcio* Mead. 1. *M. Bruto* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *M. Tucio* ejusdem N. *T. Mutio* edidit Frob. anno 1531. at *M. Tuccio* quadriennio post; ut indicetur is, qui praetor creatur infra 36, 45, 9. ubi vide. Alterum aedilem *D. Junium Brutum* vocavit Pighius in Ann. ad ann. 1DLXI. p. 277. Sed omnes codd. *Publii* praenomen ei tribuunt, nisi quod *post* pro *P.* sit in Hearnii L. 1. V. ad 34, 1, 4. et 36, 45, 9. Paullo ante *sunt multa severe facta* Lov. 1. 3. 6. et Voss. *multa severe facta sunt* Gaertn.

§. 10. *In Capitolio positae in cella Jovis supra fastigium aediculae, et duodecim clipea*] Vox

Digitized by Google

in Capitolio positae in cella Jovis supra fastigium aediculae, et duodecim clipea inaurata: et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

XLII. Intentis in adparatum novi belli Romanis, 1
ne ab Antiocho quidem cessabatur. Tres eum civita- 2
tes tenebant, Smyrna, et Alexandria Troas, et Lam-

positae non adparet in Harl. *positae et in cella* legunt Voss. Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1535. Verum Lov. 6. a m. 2. delet voculam *et*, quae mox sequitur. Tum *clupea* Voss. Lov. 1. Harl. et Mead. 2. Sed. v. ad 1, 43, 2. Ceterum in sensum loci hujus subobscuri inquirit Ryequius de Capit. c. 23. et, rejecta Lipsii sententia, per *aediculam* intelligentis ipsam templi cellam, per eam indicari putat minorem cellam, sive aediculam, (capellam vulgo vocant) quales in ipsa cella aut in cellae alis fuisse videntur, in quibus minora Deorum simulacra ponerentur: et quidem in aedicula hic memorata consecratam fuisse existimat Victoriam auream, quam Hiero rex Capitolio miserat dedicandam, ut refert Livius 22, 37. Cl. Crevierius *aediculam* interpretatur capsulam aliquam, quae fortasse signum Jovis aut sacra includeret. Locum nondum satis inlustratum puto. Quid si, trajecta copula, legamus *positae in cella Jovis, et supra fastigium aediculae duodecim clipea*; vel *positae supra fastigium aediculae, et in cella Jovis duodecim clipea?* Sed videant acutiores.

Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt] Vetustus codex *interlignario* habet. Sic quoque, nisi *opere* adjungas, non intelligo, quid Livius sibi voluerit. SABELL. Dubitavit et Sabellicus de hoc loco. Caeterum ipse in veteri codice scriptum esse ait *interlignario*, cui jungendum existimat *opere*, quo modo facile esset libros emendare. Alii itaque, ut Moguntinus codex, legunt *inter lignarios*, sed qui illi sunt, adhuc quaero. GLAR. *inter lignanos* Voss. *inter lignaria* Gaertn. *interlignario* Lov. 3. et Mead. 1. Crevierius loci nomen putat, sic dicti a lignariis opificibus. Et ita fere Marlian. in Topograph. 4, 1. — Hac parte forum lignarium fuisse, existimat Nardin. 7. Rom. vet. 9. —

§. 1. *Ne ab Antiocho quidem cessabatur*] *nec Antiocho quidem* Lov. 2. *nec ab Antiocho quidem* Harl. Lov. 1. et Gaertn. Male. V. ad 1, 10, 3. Paullo ante *in apparatum naval belli Romani* Lov. 1.

§. 2. *Tres eum civitates tenebant, Smyrna, et Alexandria Troas*] *Tres tamen civitates* Voss. *Tres em civitates* Gaertn. Tum *Smyrna, Alexandria Tidas* Lov. 6. *Smyrna in Alexanthriathidas* Lov. 3. *Smyrna, Troas* Harl. et Mead. 2. Saepissime urbem hanc simpliciter *Troada* vocari, ex nummis aliisque monumentis docuit Inlustr. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cerer. vers.

Digitized by Google

psacus; quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere, neque a tergo relinquere, trajiciens ipse in Euro-
3 pam, volebat. Tenuit eum et de Hannibale deliberatio. Et primo naves apertae, quas cum eo missu-
4 rus in Africam fuerat, moratae sunt: deinde, an omnino mittendus esset, consultatio mota est, maxime a Thoante Aetolo, qui, omnibus in Graecia tumultu completis, Demetriadem adferebat in pote-
5 state esse: et, quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias ejus, erexerat multorum in Graecia animos, iisdem et regis spem inflabat: *omnium votis eum arcessi. concursum ad litora futu-*

135. et de eadem accipiendum D. Lucam in Act. Apost. 16, 8. contendit Sam. Petit. 1. var. lect. 12. V. etiam Cellar. 3. Geogr. ant. 3. p. 34. At reliqui codd. utrumque nomen servant. Et ita vocatur etiam infra 37, 35. Alia de hac urbe vide apud Ampliss. Cuper. in Monum. ant. post Harpocratem p. 210. Mox *potuerat* legendum existimat Crevier. Codices vulgatum servant. Hinc *ab tergo relinquere* est in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. utroque.

§. 4. *Demetriadem efferebat in potestate esse*] MS. *Demetriadem afferebat in p. e.* Illud plus dicit, etsi hoc etiam idoneum sensum habet. MOD. Illud *efferebat*, quod plus dicere judicat Modius, ortum est ex operarum errore, et in nullo cod. obvium in sola exstitit ed. Paris. anni 1573. *deferebat* erat non tantum in edd. antt. sed et Mstis Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] In reliquis autem meis Voss. et Lov. 1. hoc et plura alia, vel praecedentia, vel sequentia, verba scribarum lapsu non comparebant. *afferebat* ex cod. Mog. recte Aldus recepit. V. ad 8, 17, 6. et 39, 6, 5. Perperam *afferebat* edidit Clericus. V. ad 24, 1, 6. Praeterea *in potestatem esse* edd. antt. V. ad 2, 14, 4. *in potestate* reposuit Ascens. anno 1510. et ita omnes scripti. Ceterum, §. sequentem et duos proximos in suo L. 1. deesse, Hearnius testatur.

§. 6. *Unde classem regiam prospexissent*] Doujatius conjicit *ubi classem*, et exponit, statim atque classem regiam prospexissent. Sed vulgatum non displicet, praesertim omnibus scriptis *τὸ unde* defendentibus. Est enim *unde* ex quibus litoribus. Ita Ovid. 5. Her. 62.

Mons fuit, aequoreis ille resistit aquis
Hinc ego prima tuae prospexi vela carinae.

Digitized by Google

rum, unde classem regiam prospexissent. Hic idem 6
ausus de Hannibale est movere sententiam prope jam
certam regis. nam *neque dimittendam partem na-*
vium a classe regia censebat: *neque, si mittendae* 7
naves forent, minus quempiam ei classi, quam Han-
nibale n, praeficiendum. Exsulem illum et Poenum 8
esse, cui mille in dies nova consilia vel fortuna sua,
vel ingenium possit facere. Et ipsam eam gloriam 9
belli, qua velut dote Hannibal concilietur, nimiam
in praefecto regio esse. Regem conspici, regem unum
ducem, unum imperatorem videri debere. Si classem, 10
si exercitum amittat Hannibal, idem damni fore, ac
si per alium ducem amittantur. si quid prospere eve-

pro ex hoc monte prospexi. Ad quem locum verbum *prospicere* recte inlustrat Cel. Burm. quem etiam vide ad Phaedri 1, 17, 8. *regiam classem* Lov. 3. at vox *regiam* deest in Lov. 2. Mox *jam prope certam regis* Lov. 2. *prope jam certam regi* Lov. 6.

§. 7. *Neque* etc. *minus quempiam ei classi*] Vet. lib. *quemquam*. SIG. Similiter Voss. Lov. 2.3.5.6.Harl.Gaertn.Crevierii Victor. et edd. Frobeniana anni 1535. priores. Illa autem prima dedit *quempiam*, adsentientibus Lov. 1. 4. et utroque Mead. Passim ita variant libri scripti. V. ad 6, 25, 3. 10, 18, 13. 34, 25, 10. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 65. Galb. 10. et Cortium ad Sallust. Jug. 45. Cur tamen *quemquam*, aptius, quam *quempiam*, Crevierio visum fuerit, caussam non video. Idem Crevierius testatur, τὸ *ei* in Victor. deesse, quod omnes nostri agnoscunt.

§. 8. *Cui mille in dies nova consilia vel fortuna sua, vel ingenium possit facere*] Vox *mille* exsulat a Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. antt. quam Aldus ex cod. Mog. addidit consentientibus reliquis nostris. *Mille nova consilia* sunt plurima. Liv. 3, 14, 4. *Mille pro uno Kaesones exstitisse, plebes quereretur.* 29. 18, 7. *Haec quum audisset legatus vester, tribunique militum, et mille alia.* Praeterea *consilia* deest in Lov. 6. *sua* in Lov. 1. Tandem *posset* legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes. Primus iterum Aldus ex eodem fonte *possit* substituit.

§. 9. *Regem conspici, regem unum ducem, unum imperatorem videri debere*] Duo priora vocabula, quae in omnibus scriptis meis [et Bamb.] editisque principibus desiderantur, primus iterum ex cod. Mog. probavit Aldus. Verbum *conspicere*, et *conspectus* eo, quo hic obcurrit, sensu Livio frequens est. V. ad 4, 13, 3. *debere videri* est in Lov. 6. Paul-

Digitized by Google

niat, Hannibalis eam, non Antiochi, gloriam fore.
11 *Si vero universo bello vincendi Romanos fortuna de-*
tur, quam spem esse, sub rege victurum Hannibalem uni subjectum, qui patriam prope non tulerit?
12 *Non ita se a juventa eum gessisse, spe animoque complexum orbis terrarum imperium, ut in senectute*
13 *dominum laturus videatur. Nihil opus esse regi Hannibale duce, comite et consiliario eodem ad bellum*
14 *uti posse. Modicum fructum ex ingenio tali neque gravem, neque inutilem fore. si summa petantur, et dantem, et accipientem praegravatura.*

lo ante *Etiam ipsam eam gloriam* idem Lov. 6. *Et eam ipsam gloriam* Gaertn. Deinde *conciliatur* cod. Mog. Tum *in praefecto regis* Gaertn.

§. 10. *Idem damni fore, ac si per alium ducem amittantur*] *id damni* Lov. 1. V. ad 10, 10, 6. Hinc *amitt'etur*, sive *amitteretur*, Gaertn. *amittatur* Harl. Sed neutrum audiendum arbitror. Mox *si quid prospere veniat*, pro *eveniat*, Lov. 3. V. ad 9, 12, 1. Hic tamen primam ejus vocis literam ab ultima praecedentis interceptam existimo, quod reliqui codd. in alteram lectionem conspirant.

§. 11. *Si vero universo bello vincendi Romanos fortuna detur*] *Si universo bello* Lov. 1. *Si vero in universo bello* Harl. *Si vero vim versum bellum* Gaertn. a manu 1. *Si vero vim verso bello* ibidem emendatum erat eadem manu. Sed nihil muto. V. ad 10, 5, 8. Mox *qua spe esse* Lov. 2. et 3. Deinde *qui patriam non prope tulerit* Voss. at *prope* exsulat a Lov. 3. [et Bamb.]

§. 12. *Complexum orbis terrarum imperium, ut in senectute dominum laturus videatur*] *complexus orbis terrarum imperium* Harl. *complexum orbem terrarum imperium* Voss. Tum *ut senectute omnium* Harl. *ut in servitute dominum* Mead. 2. Paullo ante τὸ *eum* deest in Lov. 1. Mox §. seq. *duce Hannibale* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Praeterea *consiliario ad bellum eodem* Lov. 6.

§. 14. *Et dantem et accipientem pergravatura*] *accipientem praegravatura*, non *pergravatura*, legendum. GELEN. Ita et plerique codd. nostri, nisi quod in uno vel altero *praegratura* et *praegravitura* scribarum errore legatur. Verbo *praegravare* utitur Liv. supra 7, 23, 9. *Oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut praegravata inhaerentibus gerebant scuta.* ubi quaedam vide. 38, 25, 12. *Quum praegravaret multitudo, cedere sensim coepit.* Paullo ante voces *neque gravem* desunt in Lov. 1. et 3. Tum *summa si petantur* legit Lov. 1. *si summa si petantur* Voss.

§. 1. *Quia virtutem et bonum alienum oderunt*] *ut bonum a-*

Digitized by Google

XLIII. Nulla ingenia tam prona ad invidiam sunt, 1
quam eorum, qui genus ac fortunam suam animis non aequant: quia virtutem et bonum alienum oderunt. Extemplo consilium mittendi Hannibalis, quod unum in principio belli utiliter cogitatum erat, abjectum est. Demetriadis maxime defectione ab Ro- 2
manis ad Aetolos elatus, non ultra differre profectionem in Graeciam constituit. Priusquam solveret 3
naves, Ilium a mari adscendit, ut Minervae sacrificaret. Inde ad classem regressus, proficiscitur quadraginta tectis navibus, apertis sexaginta: et du-

lienum legendum conjicit Crevierius; quam conjecturam ei subgestam esse verisimile est a Doctiss. Carolo Rollino, qui eam suo nomine proposuit dans l'Hist. des Carthaginois p. 403. Voculas quidem *et* atque *ut* saepissime in Mstis confundi, vidimus ad 21, 28, 8. hic tamen *et* omnes codd. tuentur, eaque lectio praeferenda videtur. Non enim, qui genus et fortunam suam animis non aequant, ab omni virtute semper destituti sunt, eorumque respectu virtus consideranda est tamquam bonum alienum, sive tamquam bonum, quod ad eos nihil pertinet: at potius tales, virtutem et bonum alienum, id est bonum alterius, odisse, dici possunt. Ceterum *et alienum bonum* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. antt. Paullo ante *sunt ad invidiam* Lov. 1. Vox autem *suam* deest in Lov. 3.

§. 2. *Quod unum in principio belli*] Praepositionem *in* omisit Lov. 3. Utroque modo Livius locutus est. V. ad 2, 30, 14. Sequor igitur reliquos codd. *τὸ in* servantes. Mox *elatus* deest in Lov. 3. Hinc *proferre profectionem* exhibet Lov. 6. Sed reliqui vulgatum tuentur.

§. 3. *Ilium a mari adscendit*] Vulgatum praeferunt soli Lov. 2. 5. Harl. et Gaertn. *descendit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. a m. 1. cum Mead. 2. et Hearnii L. 1. quam lectionem quum Clariss. Jac. Gronov. etiam in cod. Thuan. invenisset, ex ejus vestigiis *escendit* legendum conjecit ad 35, 13, 6. Id autem ipsum superest in Mead. 1. Herodot. *ἀναβαίνειν* utitur in hac re 7, 43. *Ἐς τὸ τοῦ Πριάμου Πέργαμον ἀνέβη*. *adscendere* Livius 37, 9, 7. *Inde Ilium adscendit*. et c. 37, 2. *Inde Ilium processit, castrisque in campo positis, in urbem arcemque quum adscendisset*. ubi tamen unus etiam meorum *escendisset*. unde forte et priori loco similiter legendum. De eo verbo v. ad 2, 28, 6. [*escendit*.]

Ad classem regressus, proficiscitur quadraginta tectis navibus, apertis sexaginta] *ad classem reversus* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod ex interpretis glossemate natum videtur. V. ad 38, 2, 3. Praeterea *quadraginta lectis navibus, apertis quadraginta* Voss. Lov.

Digitized by Google

centae onerariae cum omnis generis commeatu bel-
4 licoque alio adparatu sequebantur. Imbrum primo
insulam tenuit: inde Scyathum trajecit. ubi, conlectis in alto, quae dissipatae erant, navibus ad Pte-
5 leum primum continentis venit, ibi Eurylochus ei Magnetarches principesque Magnetum ab Demetriade obcurrerunt. quorum frequentia laetus, die postero
6 in urbis portum navibus est invectus. Copias haud procul inde exposuit. decem millia peditum fuere, et quingenti equites, sex elephanti; vix ad Graeciam nudam occupandam satis copiarum, nedum ad

2. 3. Harl. Mead. 1. Gaertn. et quaedam ex vett. edd. et ita forte in cod. suo repererat scriba Lov. 1. qui ob vocis praecedentis similitudinem quatuor posteriora vocabula omisit. *lectis* et iam Lov. 4. 5. Mead. 2. et Hearnii L. 1. [Bamb.] sollemni scribarum lapsu. V. ad 5, 21, 10. *tectis* jam emendavit editor Mediol. anno 1505. *sexaginta*, pro *quadraginta*, Aldus ex cod. Mog. recepit; quod praeter nonnullos meorum codd. exstat etiam in edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Mox *quoque belli alio adparatu* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *belli quoque alio adparatu* reliqui scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Froben. qui anno 1531. substituit *bellicoque alio adparatu*. Error ortus erat ex perpetua literarum *C*. et *QV* confusione. V. ad 9, 2, 15.

§. 4. *Imbrum primo insulam tenuit: inde Scyrthum*] Imbrus navigantibus ex Phrygia in Maliacum sinum satis ad sinistrum est: ideoque considerandum, ut locus habeat. Quanquam ex statim sequentibus verbis apparet, non, quo volebant, isse eos, sed quo oportebat: *ubi collectis*, inquit, *in alto, quae dissipatae erant, navibus*. GLAR. *Ymbrum* Hearnii L. 1. Tum *Sciatum* Lov. 2. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. Mox *ibi collectis* ed. Paris. anni 1573. eamque secutae sunt recentiores usque ad Jac. Gronov. qui iterum *ubi* restituit. Hinc *quae dissipatae fuerant* Gaertn. *quae dispatae erant* Lov. 6. a m. 1. *quae disptae erant* a m. 2. Forte voluit *quae dispersae erant*. Sed vulgatum est in reliquis scriptis. Tandem *ad Ptheleum* Gaertn. *ad plium* Hearnii L. 1.

§. 5. *Ibi Eurylochus ei Magnetarches principesque*] *Eurylochus et Magnetarches* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. usque ad Moguntinam, quae dedit *Eurylochus Magnetarches*, consentientibus Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. Postea Frob. anno 1535. *Eurylochus ei Magnetarches* ut in Mead. 1. fuisse videtur. Insuper *princepsque* Lov. 3. *principes*, omissa copula. Voss. Mox *occurrunt* Lov. 2. Sed v. ad 10, 12, 4. Tum voces *die postero* desunt in Harl. Hinc *in portum urbis* legunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum.

Digitized by Google

sustinendum Romanum bellum. Aetoli, postquam 7
Demetriadem venisse Antiochum adlatum est, concilio indicto, decretum, quo arcesserent eum, fecerunt. Jam profectus ab Demetriade rex, quia ita 8
decreturos sciebat, Phalara in sinum Maliacum processerat. inde, decreto accepto, Lamiam venit, ex- 9
ceptus ingenti favore multitudinis, cum plausibus clamoribusque, et quibus aliis laetitia effusa vulgi significatur.

XLIV. In concilium ut ventum est, aegre a Phae- 1
nea praetore principibusque introductus, inde facto

§. 6. *Et quingenti equites, sex elephanti*] *et quinque centum* Lov. 3. V. ad 33, 4, 5. *et quingenti sex elephanti* Hearnii N. *et quingenti equites, sed elephanti* Gaertn. *sex elephantes* Lov. 6. V. ad 31, 36, 4. Vocem *occupandam* male omisit Clericus.

§. 8. *Phaleram in sinum Maliacum processerat*] *Pharelam* Hearnii L. 1. *Pharela* Voss. et Lov. 1. *Pharella* Lov. 6. *Phallera* Gaertn. *Phalera* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo. [Bamb.] et primae edd. *Phalaram* ed. Mog. eamque secutae reliquae usque ad Parisinam, quae anno 1573. dedit *Phaleram*, quod hodie adhuc obtinet. Sola ed. Mediol. anni 1505. *Phalara*, quam veram lectionem esse monui ad 27, 30, 3. Nescio, ob quam caussam viri docti, qui alibi verum hujus urbis nomen restituerunt, hic siluerint. Paullo ante *profectus ad Demetriadem* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *a Demetriade* Voss. et Lov. 3.

§. 9. *Decreto accepto, Lamiam venit*] Recte restitutum est *Lamiam*, pro *Hyamea*; quod nomen nusquam est apud authores. GLAR. *in Ameam venit* Voss. *in Amena venit* Lov. 1. et Hearnii L. 1. *jam eam venit* Lov. 2. *Jameam venit* Lovel. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Jammeam venit* Lov. 4. *Jamineam venit* Lov. 6. *Hiameam venit* Lov. 5. *Hyameam venit* edd. antt. usque ad Froben. qui anno 1531. *Lamiam venit* recte vulgavit. Ejus vestigia servat solus Mead. 2. *Lameam* exhibens. Id autem oppidum modo memoratis Phalaris vicinum fuisse, tradit Steph. Byzant. Φαλάρα πόλις Θεσσαλίας, πλησίον Λαμίας. Et hinc etiam ambo iterum junguntur infra 36, 29. *Rediens Phalara in sinu Maliaco tenuit: inde Lamiam pecuniam quum devexisset.*

Laetitia effusa vulgi significabatur] *vulgo* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Gaertn. et priscae edd. *laetitia effusa significabatur volgi* cod. Mog. Hinc Aldus *vulgi significatur* formavit. Sed *significabatur* etiam Lov. 2. et Harl. De orthographia autem vocis *volgus* v. ad 39, 53, 2.

§. 1. *In concilium ut ventum*

Digitized by Google

2 silentio, rex dicere orsus. Prima ejus oratio fuit excusantis, *Quod tanto minoribus spe atque opinione*
3 *omnium copiis venisset. Id suae inpensae erga eos voluntatis maximum debere indicium esse, quod nec paratus satis ulla re, et tempore ad navigandum inmaturo, vocantibus legatis eorum, haud gravate obsecutus esset, credidissetque, quum se vidissent Aetoli, omnia vel in se uno posita praesidia existi-*
4 *maturos esse. Ceterum eorum quoque se, quorum exspectatio destituta in praesentia videatur, spem*
5 *abunde expleturum. Nam simul primum anni tem-*

est, a Phanea praetore principibusque aliis introductus] MS. *In concilium ut ventum est, aegre a Phanea praetore* etc. ut tantus concursus videre regem gestientium, ut vix turba submoveri potuerit. MOD. Illud *aegre*, quod in omnibus scriptis nostris (et Bamb.) deest, adscivit ultima Gruteri ed. sine dubio ex auctoritate cod. Mog. Recte etiam *Phaenea* edidit Gron. V. ad 32, 32, 11. *Penea* et hic, et semper scribunt membranae Moguntinae. Vocem deinde *aliis* ex cod. Mog. admisit Aldus, quae in nullo meorum codd. supereſt, et in ultima Gruteri ed. iterum omiſſa eſt. Forte non male. Videtur enim addita esse a librario, qui meminerat, Phaeneam *Aetolorum principem* vocari 32, 32. aut certe mox cap. seq. et hinc eam necessariam judicabat. Verum *a Phaenea praetore et principibus* eodem modo dictum videtur, quo *Virginius et tribuni* 3, 25, 4. ubi plura vide. Tum *introductus* exsulat a Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Mox *inde silentio facto dicere orsus rex* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et priscae edd. *inde silentio facto dicere orſus est rex* Lov. 3. et Gaertn. Aldus deinde ex cod. Mog. edidit *facto silentio rex dicere orsus*, omissa voce *inde*, quam iterum adscivit J. Fr. Gronovius. Eam tamen omitti posse existimo: at contra adsentior Cl. Dukero, cui τὸ *rex* suspectum erat, et ab alio intrusum videbatur. Mallem autem *facto silentio dicere orsus est*.

§. 2. *Prima ejus oratio fuit excusantis*] *fuit primo excusantis* Voſſ. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. *primo* expunxerunt Moguntini. Mox §. seq. *indicium esse debere* Lov. 1. 3. 6. et Voſſ.

§. 4. *Quorum exspectatio destituta in praesentia videatur, spem abunde expleturum*] *exspectatio defactura* Harl. Tum *in praesentia* deeſt in cod. Mog. Hinc *videbatur* legunt Lov. 2. 5. Harl. et edd. vett. cujus loco *videatur* subſtituerunt Moguntini ex cod. suo. Deinde *impleturum* Lov. 1. 6. et Voſſ.

§. 5. *Simul primum anni tempus navigabile praebuisset ma-*

Digitized by Google

pus navigabile praebuisset mare, omnem se Graeciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam classibus completurum. Nec inpensae, nec labori, nec 6
periculo parsurum, donec, depulso cervicibus eorum imperio Romano, liberam vere Graeciam, atque in ea principes Aetolos fecisset. cum exercitibus com- 7
meatus quoque omnis generis ex Asia venturos. In praesentia curae esse Aetolis debere, ut copia frumenti suis, et annona tolerabilis rerum aliarum suppeditetur.

XLV. In hanc sententiam rex cum magno om- 1

re] *simul primum* accipio, ut in iis, quae ad 6, 1. notata sunt, nec puto conjungenda esse *primum tempus*. nemo enim, etiam non addito *primum* ad *tempus*, ignorare poterat, quodnam tempus anni designaretur. 36, 12. *tempus anni maturum ad navigandum* dicit. Cic. 16. Epist. famil. 7. *Quum commode et per valetudinem, et per anni tempus navigare poteris.* DUK. Adsentior Cl. Dukero, jungendum non esse *primum anni tempus*. Non enim primum anni tempus, sed tempus veris mare navigabile praebet. *simul ut primum anni tempus* voce auctior Lov. 2. at Mead. 2. una voce omissa, *simul anni tempus*; quod verum esse puto. V. ad 6, 1, 6.

Armis, viris, equis] *armis, virisque, et equis* Gaertn. *armis, virisque, equisque* Mead. 2. *armis, viris equisque* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 1. et primae edd. Omnes copulas primus omisit Frob. anno 1535. Si codicem Mog. secutus est, admodum placebit. Convenit enim stilo Livii, qui copulas neglegere solet. 9, 25, 5. *Juventute, armis Samnites juvisse.* 22, 59, 15. *Si videatis catenas, squalorem, deformitatem civium vestrorum.* 23, 24, 9. *Ancipiti strage arma, viros, equos obruerunt.* 30, 11, 4. *Omnibus in unum coactis equos, arma, tela dividit.* 32, 3, 5. *Consenuisse sub armis in Sicilia, Africa, Macedonia. Confectos jam se labore, opere.* c. 21, 21. *Quae Athenienses modo legati de crudelitate, avaritia, libidine regis dixerunt.* 35, 35, 7. *Terras, maria, armis, viris completurum.* 36, 18, 1. *Dimissi milites arma, tela parant.* ut plures ibi praeferunt codd. 38, 46, 4. *Recenti ruina Hannibalis, Philippi, Antiochi prope adtoniti erant.* 42, 3. [?] *Terra, mari trepidatur.* ubi superus editor male vulgavit *marique.* c. 30, 9. *Victoriam, triumphum, prorogationem imperii portendi.* Mox eodem cap. §. 11. *Arma, milites, classem ejus rei caussa comparasset.* 44, 1, 6. *Quum arma, viros, equos cum cura inspexisset.* V. alia ad 3, 68, 4. 4, 3, 12. et c. 28, 5.

§. 7. *Et annona tolerabilis rerum aliarum suppeditetur*] *suppeditetur* sine auctoritate libro-

Digitized by Google

2 nium adsensu locutus discessit. Post discessum regis, inter duos principes Aetolorum, Phaeneam et
3 Thoantem, contentio fuit. Phaeneas, reconciliatore pacis et disceptatore de iis, quae in controversia cum populo Romano essent, utendum potius Antio-
4 cho, censebat, quam duce belli. *Adventum ejus et majestatem ad verecundiam faciendam Romanis vim majorem habituram, quam arma. Multa ho-*

rum scriptorum improbari non potest. Sed Livius plerumque pro sufficere, suppetere, hoc verbo forma activa utitur. V. ad 1, 55. 6, 24. 8, 13. 22, 39. et ibi Gronov. 26, 44. 28, 22. 27. 30, 25. 31, 39. Saepe etiam Cic. et alii. V. Lang. et Fabrit. ad Cic. 1. de Off. 44. Riv. ad Ter. Eun. 5, 9, 46. et Graev. ad Cic. 5. Verr. 38. DUK. *et annona tolerabilis rerum aliarum usus suppeteret* Harl. *et annona tolerabilis rerum aliarum usus suppeditetur* plures ex prioribus edd. *et annona, et tolerabilis rerum aliarum usus suppeditetur* edd. Asc. anni 1513. et 1516. Sed Moguntini mox ex cod. suo substituerunt, quod nunc vulgo exstat; et ita erat in edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. et reliquis codd. nisi quod *suppeditent* sit in Lov. 3. *suppeditet* in Gaertn. quod posterius cum Cl. Dukero probandum videtur. V. ad 8, 13, 16. 22, 39, 14. et 23, 48, 7. Paullo ante *satis*, pro *suis*, Lov. 3.

§. 2. *Inter duos principes Aetolorum*] *Aetolorum principes* Lov. 3. Vox *Aetolorum* non adparet in Hearnii L. 1.

§. 4. *Ad verecundiam inferendam Romanis*] *verecundiam faciendam Rom.* legendum, non *inferendam*. GELEN. *inferendam* unus meorum Lov. 5. *faciendam*, quod se etiam in cod. suo reperisse testati sunt Moguntini, in reliquis meis superest, nisi quod Lov. 3. legat *Adventum ejus ad majestatem, ad verecundiam faciendum Romanis, vim majorem habiturum*. Videtur autem *inferendam* natum esse ex glossa interpretis. Attamen *adferre verecundiam* auctor infra dixit 45, 37. *Si nomen hoc saltem ruborem incutere, et verecundiam aliquam imperatoris violandi adferre possit.*

Ne bellare necesse sit, voluntate remittere] Sic Magontiaci provenit. Nobis visi cum prius editis *ne bellarent*. Quod pro rejiculo nondum possum spernere. V. ad lib. 37, [17.] J. FR. GRON. *ne bellarent* etiam omnes nostri, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] nisi quod *ne rebellarent* praeferat Harl. de quo errore v. ad 40, 38, 5. Quum autem lectio cod. Mog. cujus beneficio innumeris partibus nunc melior est Livius, quam olim, ferri possit, et ea lactea Livii ubertate non abhorreat, eam, quam olim Aldus receperat, sed Gronov. iterum exegit, revocavi. Mox *non possunt* Lov. 1. 3. 6. et Voss. *non possent* Lov. 2.

§. 5. *Ut taedio et inpetus relanguescat regis*] Vet. lib. e-

Digitized by Google

mines, ne bellare necesse sit, voluntate remittere, quae bello et armis cogi non possint. Thoas negare, 5 *Paci studere Phaeneam: sed discutere adparatum belli velle, ut taedio et inpetus relanguescat regis, et Romani tempus ad comparandum habeant. Nihil* 6 *enim aequi ab Romanis impetrari posse, toties legationibus missis Romam, toties cum ipso Quinctio disceptando, satis expertum esse: nec, nisi abscissa*

languescat. Sic paulo post: *Non esse elangescendum.* SIG. Adde 5, 26. et 23, 23. etsi *relanguescere* quoque proba vox est. DUK. Verbo *elanguescere* etiam utitur Liv. 1, 46. idque recepissem, si codd. nostri addixissent, qui simul cum edd. *relanguescat* tuentur, nisi quod *languescat* sit in Lov. 2. et Harl. *languéscere* et *relanguescere* in scriptis Plinii confundi, Cortius docuit ad ejus lib. 2. ep. 19. Insuper *ut in taedio impetus* Harl. Mead. 1. et Gaertn. *ut et taedio impetus* Lov. 2. Mox *tempus ad recuperandum* Lov. 1. Sed v. ad 38, 12, 7.

§. 6. *Toties legationibus missis Romam*] Quidam *Roma* in auferendi casu legunt, quod ego non probo. quanquam et a Roma legati in Aetoliam venerint saepe, et ex Aetolia rursus Romam. GLAR. Omnes et scripti et edd. constanter *Romam* defendunt.

Satis expertum esse] Malim *expertos esse*, quamvis memor, et nostro, et aliis, *expertum* saepe *παθητικῶς* poni. J. FR. GRONOV. *compertum esse* Harl. sed *comperire* proprie de illis dici, qui aliis auctoribus cognoscunt, observat Clariss. Corte ad Sall. Jug. 17. hic vero de iis agitur, qui propria experientia didicerunt. Omnes reliqui nostri in vulgatum conspirant. Non video igitur satis justam caussam, quae Gronov. permoverit, ut vel invitis libris *expertos esse* legendum censeret. Agnoscit enim Livium *expertum παθητικῶς* usurpasse; de quo etiam v. ad 5, 54, 6. et 7, 40, 16. Alia exempla obcurrunt 22, 22, 19. 35, 49, 12. V. etiam Mareil. ad Suet. Vesp. 4. Neque etiam Virum Maximum ad id inpulisse potuit, quod mox forma activa subjungatur *inploraturos.* Ingnorasse enim non puto, Livium, ut orationem variaret, locutioni passivae subjunxisse activam, et activae passivam. Supra 29, 4, 2. *Delectus raptim in urbe agrisque haberi placet, mittere ad conducenda Afrorum auxilia.* 33, 31, 10. *Ipsis tutius esse manere paullisper sub tutela praesidii Romani, quam pro Philippo Antiochum ducem accipi.* Alia v. ad 3, 50, 2. 4, 2, 7. et 8, 34, 9. Mox *abcisa omni spe* Lov. 4. *abscisa omni spe* Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. et edd. ante Moguntinam. V. ad 31, 34, 4.

§. 7. *Quod maximum fuerit*] *quod fuerit maximum* Voss. et Lov. 1. ac 6. *quod maximum fuit* Lov. 2. et *venit*, pro *venerit*, Lov. 3. V. ad 40, 14, 10. Mox §. seq. *imperaturum* sol-

Digitized by Google

omni spe, auxilium Antiochi inploraturos fuisse.
7 *Quo celerius spe omnium oblato, non esse elanguescendum, sed orandum potius regem, ut, quoniam, quod maximum fuerit, ipse vindex Graeciae venerit,*
8 *copias quoque terrestres navalesque arcessat. Armatum regem aliquid impetraturum: inermem non pro Aetolis modo, sed ne pro se quidem ipso, momenti*
9 *ullius futurum apud Romanos.* Haec vicit sententia: imperatoremque regem adpellandum censuerunt: et triginta principes, cum quibus, si qua vellet, consultaret, delegerunt.

1 XLVI. Ita, dimisso concilio, multitudo omnis in

lemni scribarum errore, Voss. et Gaertn. V. ad 9, 30, 10. *interpretaturum* Lov. 3. Deinde *pro se ipso quidem* Harl.

§. 10. *Imperatoremque regem adpellandum*] Illustris Spanhem. ad Juliani orat. 1. p. 150. et Dissert. 7. p. 443. de Praest. et usu numism. *imperatorem* hic esse putat, quem Graeci *στρατηγὸν αὐτοκράτορα* dicunt, imperatorem, qui administrationem belli cum summo imperio ac potestate habet, ita ut ad alios referre non cogatur: quemadmodum iisdem *βασιλεῖς αὐτοκράτορες*, et *πρέσβεις αὐτοκράτορες* sunt, qui plenam et liberam omnia agendi, et de omnibus tractandi potestatem habent. Hoc eo confirmari videtur, quod Livius dicit, *triginta principes delectos fuisse, cum quibus rex, si qua vellet, consultaret.* DUK.

§. 1. *Multitudo omnis in suas civitates dilapsa est*] *multitudo in suas civitates dilapsa est omnis* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Mox *bellum oriretur* Lov. 2. *bellum ordinetur* Lov. 2. Deinde §. seq. *ab Aetolis nuper tentatam* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *ab Aetolis tentatam* Gaertn. qui omnes novem codd. insuper *magis in eam rem* praeferunt. *Tà et adparatu* desunt in Lov. 2. et Harl.

§. 3. *Qui ab Demetriade secuti erant*] Ita primus Frob. anno 1535. vulgavit. Ex antiquioribus edd. multae *qui eum Demetriade secuti erant* ostentant; quod vicissim in nullo cod. obcurrit. *qui Demetriadem secuti erant* Lov. 3. et 6. *qui eum Demetriade secuti sunt* Harl. *qui Demetriade secuti sunt* Lov. 2. *qui Demetriade secuti erant* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox *per Phocidem profectus est* Lov. 2. et ita etiam Harl. nisi quod insuper *τὸ est* omittat. Hinc *Chaeroniam* cod. Mog. omnes nostri, Hearnii L. 1. omnesque edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *Chaeroneam* dedit. Graecis vocatur *Χαιρώνεια*; unde Latinis aeque *Chaeronia* ac *Chae-*

Digitized by Google

suas civitates dilapsa est. Rex postero die cum 2
apocletis eorum, unde bellum ordiretur, con-
sultabat. Optimum visum est, Chalcidem, frustra
nuper ab Aetolis tentatam, primum aggredi: et ce-
leritate in eam rem magis, quam magno conatu et
adparatu, opus esse. Itaque cum mille peditibus 3
rex, qui ab Demetriade secuti erant, profectus per
Phocidem est: et alio itinere principes Aetoli, ju-
niorum paucis evocatis, ad Chaeroneam obcurrerunt, 4
et decem constratis navibus secuti sunt. Rex, ad
Salganea castris positis, navibus ipse cum principi-
bus Aetolorum Euripum trajecit, et quum haud pro-

ronea formari potest. *Chaeronia* etiam ante Sigonium edebatur infra 42, 43, 6. Plura v. ad 31, 43, 5. Tandem *obcurrunt* Lov. 2. V. ad 10, 12, 4.

Et decem rostratis navibus secuti sunt] *constratis navibus* legitur in manuscriptis magno consensu. eas alibi *tectas* vocat. GELEN. Manuscriptus *et decem rostratis navibus secuti sunt*. de qua varietate lectionum monet nos oportune etiam doctissimus Gelenius, quem vide. MOD. Copula *et*, quae deest in omnibus scriptis nostris, [Bamb.] et edd. principibus, ab Aldo ex cod. Mog. revocata est. Deinde *rostratis navibus* Voss. in contextu, Lov. 2. 3. 6. Mead. 1. in margine, Mead. 2. et Harl. Et ita in cod. suo fuisse Moguntini notarunt. Verum quum ita ante Moguntinos jam ediderunt Mediol. anno 1506. et Ascens. anno 1513. et 1516. pro cod. sui scriptura vulgatam lectionem protulisse videntur; praesertim quum Gelenius, quem cod. Moguntino usum esse certum est, *constratis* magno consensu in Mstis legi testetur. V. hoc lib. ad c. 26, 9. Et ita ex nostris Lov. 4. 5. Gaertn. et Mead. 1. in contextu. Et id volunt Lov. 1. ac margo Voss. ubi *confractis navibus* inveni. *stratus* et *fractus* in Mstis interdum commutari, supra vidimus ad 4, 29, 1. Adde infra 37, 20, 5. c. 32, 7. et Cel. Burm. ad Lucani 3, 472. Consentio itaque Gelenio, ex cujus sententia Frob. anno 1535. contextum emendavit: facilius enim librarii *constratas naves*, tamquam minus obvias, in notissimas *rostratas*, quam contra, mutasse videntur. Ut autem ita mutarent, accedit etiam ductuum similitudo inter *cŏstratis* et *rostratis*; quas voces etiam in codd. commisceri, observavit Cl. Oudendorp. ad Caesar. 4. B. Civ. 102. De *navibus constratis* v. Scheffer. 2. de Milit. nav. 2. p. 100. et Dionys. Voss. ad Caes. 3. B. Civ. 15.

§. 4. *Ad Salganea castris positis*] *ad Segalneam* Lov. 1. *ad Selganeam* Lov. 2. 4. *ad Salgineam* Gaertn. *ad Salganeam*

Digitized by Google

cul portu egressus esset, magistratus quoque Chalcidensium et principes ante portam processerunt.
5 Pauci utrimque ad conloquium congressi sunt. Aetoli magnopere suadere, *ut, salva Romanorum amicitia, regem quoque adsumerent socium atque ami-*
6 *cum. Neque enim eum inferendi belli, sed liberandae Graeciae, caussa in Europam trajecisse; et liberandae re, non verbis et simulatione, quod fecissent*
7 *Romani. Nihil autem utilius Graeciae civitatibus esse, quam utramque complecti amicitiam. ita enim*

Voss. Lov. 3. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. N. et edd. principes; pro quo recte Moguntini ex cod. suo dederunt *ad Salganea*. V. ad 35, 37, 6. Mox *navibus* deest in Lov. 5. et edd. antt. quam vocem addidit Frob. anno 1535. et tuentur reliqui scripti, quibus utor.

Quum haud procul portu egressus esset] *quum haud portu* Voss. *quum haud procul portum* Pal. 1. ut Gebhardus testatur ad 23, 16, 10. ubi tamen recte vulgatum servat. Mox *magistratusque Chalcidensium* Harl. Sed v. ad 5, 27, 1. Deinde §. seq. *magno opere suadere*, divisis vocibus, Lov. 1. 2. et Mead. 1. v. ad 28, 18, 4.

§. 6. *Liberandae vero re, non verbis et simulatione*] Ita edd. principes: quam scripturam, postea ab Aldo mutatam, revocavit demum Gronov. in pr. ed. notarum. Eam autem in nullo meorum, nisi in solo Lov. 5. inveni. *liberandae re*, omissa media particula, reliqui codd. *et liberandae re* cod. Mog. quod recte Aldus et reliqui editores usque ad Gronov. probarunt. Pari modo Livius 30, 4. *Tribunatum sibi a populo Romano mandatum oblivisci; et mandatum pro auxilio et libertate privatorum, non pro consulari regno.* Ipse etiam Gronov. sententiam mutasse videtur, quia in secundis curis notam expunxit, licet lectionem reductam mutare neglexerit. Praeterea *non verbis seu simulatione* Lov. 1. *non verbis, non simulatione* Lov. 2. Quod, si plures firmarent, non displiceret. V. ad 40, 15, 5. Paullo ante *Neque eum enim inferendi belli* Lov. 3. sed *τὸ eum* deest in Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn.

§. 7. *Ita enim ab utriusque injuria tutam*] Non tam ad praecedens *Graeciae*, quam ad *civitates*, respici, et potius *tutas* legendum esse credo. DUK. Omnes nostri *tutam*, nisi quod ea vox desit in Harl. Vera tamen videtur Cel. Dukeri conjectura. Mox §. seq. *resistere suis viribus* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 9. *Ad haec Mictilo, unus ex principibus*] *Mictio* constanter ubique scribitur. GELEN. *Ad exmittilio* Voss. *Ad exmittilionus ex principibus* Lov. 1. *Mitilo* Lov. 2. et 3. *Mitilio* Harl. et Gaertn. *Mitillio* Lov. 6. *Mictilo* Lov. 4. 5. Mead. uterque,

Digitized by Google

ab utriusque injuria tutam alterius semper praesidio et fiducia fore. Nam si non recepissent regem, viderent, quid patiendum iis extemplo foret: quum Romanorum procul auxilium, hostis Antiochus, cui resistere viribus suis non possent, ante portas esset. 8
Ad haec Mictio, unus ex principibus, *Mirari se,* dixit, *ad quos liberandos Antiochus, relicto regno suo, in Europam trajecisset.* 9 *Nullam enim civitatem se in Graecia nosse, quae aut praesidium habeat, aut stipendium Romanis pendat, aut foedere iniquo ad-* 10

et Hearnii N. Sed v. ad c. 38, 1. Mox *transjecisset* Harl. V. ad 21, 47, 4.

§. 10. *Aut foedere iniquo alligata*] Forte *illigata*. Ut l. 41, [24.] *Nemo novae societatis aut novi foederis, quo nos temere illigemus, conscribendi est auctor.* Lib. 42, [23.] *Carthaginienses foedere illigatos silere.* Lib. 45, [25.] *Ut sociali foedere se cum Romanis non illigarent.* J. FR. GRON. Spanhem. in Orbe Rom. Exerc. 2. c. 10. p. 303. scribit, Chalcidenses quidem hoc verbis prae se ferre, sed tamen *impar* seu *iniquum* eorum et aliorum Graecorum cum Romanis foedus fuisse, eo quod nullam pacisci societatem, nisi ex auctoritate Romanorum, et quod nulla bella injussu Romanorum suscipere potuerint; quorum illud hic agnoscere Chalcidenses, hoc de Achaeis c. 50. legi dicit. Sed videndum puto, an ex eo, quod hic scribit Livius, Mictionem professum fuisse, Chalcidensibus *certum esse, nullam societatem pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum,* et c. 50. nullam in concilio Achaeorum nec disceptationem, nec dubitationem fuisse, quin omnes, *eosdem genti Achaeorum hostes et amicos, quos populus Romanus censuisset, judicarent,* sine controversia efficiatur, quod vir magnus inde concludit. Nam qui dicit, certum est mihi hoc non facere, non statim dicit, non possum hoc facere; nec, qui dicuntur eosdem hostes et amicos, quos populus Romanus sibi hostes et amicos esse censuisset, judicaturi, dicuntur injussu Romanorum bellum suspicere non potuisse. Jus et natura foederis a Romanis cum Chalcidensibus et Achaeis initi non patiebatur, ut, illis in eo manentibus, hi a conditionibus illius discedere, et cum Antiocho aliisque hostibus Romanorum arma conjungere possent. Nec tamen ideo dici potest, hoc foedus magis *impar* seu *iniquum* a parte Chalcidensium et Achaeorum, quam a parte Romanorum fuisse: quod hi non minus legibus illius illigabantur, quam ii, cum quibus id fecerant. Nec verosimile est, vel Graecos eo tempore tam palam iniquis conditionibus societatem Romanorum accepturos fuisse, vel Romanos, qui sibi tum omnibus rebus favorem in vulgus Graecorum conciliare studebant, eas hominibus liberis proponendas judicasse: ut qui ea

Digitized by Google

21 *ligata, quas nolit, leges patiatur. Itaque Chalcidenses neque vindice libertatis ullo egere, quum liberi sint, neque praesidio, quum pacem ejusdem populi*
22 *Romani beneficio et libertatem habeant. Amicitiam regis non adspernari, neque ipsorum Aetolorum. id primum eos pro amicis facturos, si insula excedant,*
23 *atque abeant. nam ipsis certum esse, non modo non reci-*

re suspicionem consilii de Graecia paullatim sui juris facienda, quod nondum tempestivum erat nudari, ipsi apud omnes Graecos confirmaturi fuissent. Si vera est sententia summi Spanhemii, tamen eam certioribus argumentis confirmandam fuisse arbitror. DUK. *Inligare*, quod Gronov. ex conjectura reponendum censet, in hac re utitur etiam Livius 31, 25, 9. *Ad inligandam Romano bello gentem.* 32, 21, 11. *Neque velle inligari Romano bello.* ubi male quidam *alligari.* c. 22, 11. *Familiarique amicitia plerique inligati Philippo erant.* 33, 12, 13. *Non iis conditionibus inligabitur pax.* 36, 11, 1. *Invitum se gravioris fortunae conditione inligantem.* ut ibi forte legendum. c. 40. *De injuria tribuni, bello alieno se inligantis, quum disseruisset.* Sed nec *adligare* hoc sensu repudiare videtur. Ita 34, 3. *Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum adligaverint majores nostri.* 37, 26. *Colophonis obsessae auxilio, incertam finem habituro, adligari.* Et ita fere Gell. 3, 7. *Unoque illo negotio sese adligabunt.* Quum itaque *alligata* hic in omnibus scriptis supersit, iis invitis vulgatum spernere non audeo. Ceterum *quae foedere iniquo* Voss. Lovel. sex, Harl. Gaertn. et edd. antt. cujus loco Moguntini ex cod. suo vulgarunt *aut foedere.*

§. 11. *Itaque Chalcidenses neque vindice libertatis ullo indigere*] Vet. lib. *egere.* SIG. *indigere* primus recepit Aldus, et, praeter Sigonium, omnes editores servarunt. Codices tamen nostri, cum Hearnii L. 1. et antt. editis, *egere*, quod revocavi. Insuper *Ita Chalcidenses* Harl. Sed v. ad 21, 53, 7.

§. 12. *Neque ipsorum Aetolorum. id primum eos pro amicis facturos*] MS. *Amicitiam regis non adspernari, neque ipsorum Aetolorum. et id primum pro amicis facturos eos.* An *sed* pro *et* reponendum? an verior est vulgata hactenus lectio? MOD. *nec ipsorum Aetolorum* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Hinc *ad primum* Voss. et Lov. 1. Tum *pro amicis eos facturos* Lov. 1. 3. et Voss. *pro amicis facturos eos* Lov. 6.

§. 13. *Sed ne societatem quidem ullam pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum*] Longobard. cod. rejecto τῷ *ex*, habet *nisi auctoritate Romanorum.* MOD. *sed societatem quidem nullam pacisci* Harl. *sed ne societatem quidem pacisci ullam* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et

Digitized by Google

recipere moenibus, sed ne societatem quidem ullam pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum.

XLVII. Haec renunciata regi ad naves, ubi re- 1
stiterat, quum essent; in praesentia (neque enim iis venerat copiis, ut vi agere quidquam posset) reverti Demetriadem placuit. ibi, quoniam primum vanum 2
inceptum evasisset, consultare cum Aetolis rex, quid deinde fieret. Placuit, Achaeos et Amynandrum,

edd. ante Aldum. Deinde praepositio *ex* in omnibus nostris superest. Paullo ante *non modo* deest in Lov. 4. Quod si graviores testes probarent, legendum putarem, *non modo recipere moenibus, sed ne societatem quidem*, et censerem per compendium olim scriptum fuisse *nō mō*, quod postea in *non* mutatum foret. De locutione *non modo, sed ne* pro non modo non, v. ad 25, 26, 10.

§. 1. *Ubi restiterat*] *ubi steterat* Voss. a m. 1. *ubi residerat* Lov. 1. Mox *ut vel agere* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utrque, et Gaertn. *ut illis agere* Lov. 3. [*his copiis* Bamb.]

§. 2. *Quoniam primum inane inceptum evasisset*] MS. *quoniam primum vanum inceptum evasisset.* Nempe alterum alterius glossema est. MOD. *inane coeptum* ed. Francof. anni 1578. quod omnes reliqui editores servarunt. Priores praeferunt *inanae inceptum*, confirmantibus Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. cujus lectionis mutandae caussam non video, nisi forte hac ratione duarum vocum similiter incipientium minus gratum sonum vitare voluerint. Verum ita praestitisset ex cod. Mog. admitti *vanum inceptum*, quod recepi. Infra 37, 28. *Vano incepto quum abstitisset.* 10, 32. *Quamquam non venit ad finem tam audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit.* Ceterum *quam primum* Lov. 3. *qui primum* Gaertn. Mox *consulare cum Aetolis* Voss. forte pro *consulere*, quod saepe cum *consultare* permutari, vidimus ad 21, 16, 2.

Placuit, Achaeos et Amynandrum, regem Athamanum tentare] Certum est, excidisse hic *Boeotos.* De tribus enim his confestim in sequentibus distincte agitur, et quid ad eos tentandos impulerit, breviter de singulis exponitur. Primum omnium *Boeotorum eos gentem aversam censuisse a Romanis* traditur *post Brachyllae necem.* Tum de Achaeis. Postremo de Athamanum rege, quam spem, et quamobrem habuerint, sequitur. Exinde, quid apud singulos effecerint, quoque refertur. Amynandrum in suas extemplo pertraxere partes. Achaei legatis Antiochi et Aetolorum dederunt quidem concilium, sed cum tristi responso eos dimiserunt. [cap. 50.] *Boeoti certi nihil responderunt: quum Antiochus in Boeotiam venisset, tum, quid sibi faciendum esset, se deliberaturos esse.* JAC. PERIZON. *Achaeos, Amynandrum regem Athama-*

Digitized by Google

3 regem Athamanum, tentare. Boeotorum gentem aversam ab Romanis jam inde a Brachillae morte,
4 et quae secuta eam fuerant, censebant. Achaeorum Philopoemenem principem, aemulatione gloriae in bello Laconum, infestum invisumque esse Quinctio
5 credebant. Amynander uxorem Apamiam, filiam Alexandri cujusdam Megalopolitani, habebat: qui, se oriundum a Magno Alexandro ferens, filiis duobus Philippum atque Alexandrum, et filiae Apamiam
6 nomina inposuerat: quam, regiis inclitam nuptiis, major ex fatribus Philippus secutus in Athamaniam
7 fuerat. Hunc, forte ingenio vanum, Aetoli et An-

num Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Achaeos Amynandrumque Athamanum regem* Harl.

§. 3. *Boeotorum gentem aversam ab Romanis jam inde a Bracillae morte, et quae secuta eam fuerant*] Vet. lib. *jam inde a Brachillae morte, et quae secuta eam fuerant.* SIGON. *Boetholorum gentem* Voss. *Boecholorum gentem* Lov. 1. *Boetolorum gentem* Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Boëtiorum gentem* edd. proximae cum Lov. 2. et 3. *Boetirum gentem* Lov. 6. et Harl. *Aetolorum gentem* Hearnii L. 1. Tum *adversam a*, vel *ab Romanis* Voss. Lov. 1. 3. Mead. 1. et Gaertn. Hinc *jam Abrachilli morte* Voss. *jam inde ab Racili, Racilli, Rhacili*, vel *Rhacilli morte* Lov. 5. Hearnii L. 1. et antt. edd. *jam inde a Bracili, Brachili*, vel *Brachilli morte* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. V. ad 33, 27, 8. Tandem *eque secute eam fuerant* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. *et quae secutae eam fuerant* Lov. 2. 3. 5. et Mead. 1. *et quae secutae eum fuerant* Gaertn. *et quae secutae fuerant eum* Lov. 6.

§. 4. *Aemulatione gloriae* etc. *infestum invisumque esse Quinctio*] *aemulatione Graeciae gloriae* cod. Mog. Sed media vox in nullo meorum comparet. *invisumque Quinctio esse* Lov. 2. et Harl.

§. 5. *Amynander uxorem Apamiam* etc.] Iisdem prope verbis hanc rem persequitur Appianus in Syriaco [p. 93.] uxorem autem Ἀπάμαν vocat. SIG. *Appamiam* Hearnii L. 1. Mox *Megapolitani* Lov. 2. et 3. V. ad c. 36, 10.

Filiae Apamiam nomina posuerat] MS. *nomina imposuerat.* quod, si mei judicii res sit, praetulerim. MOD. *Apamiam* ambo Mead. *posuerat* autem in sola invenio ed. Paris. anni 1537. quam ob oculos habuisse debuit Modius. Antiquissimae edd. praeferunt *imposuit*, nec aliter omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. Aldus deinde ex cod. Mog. adscivit *imposuerat*, quod est in

Digitized by Google

tiochus inpulerant in spem, quod is vere regum ſtirpis eſſet, regni Macedoniae, si Amynandrum Athamanesque Antiocho conjunxisset. et ea vanitas pro- 8
miſſorum non apud Philippum modo, sed etiam apud Amynandrum, valuit.

XLVIII. In Achaja legatis Antiochi Aetolorum- 1
que, coram T. Quinctio, Aegii datum eſt concilium. Antiochi legatus prior, quam Aetoli, eſt auditus. 2
Is, ut plerique, quos opes regiae alunt, vaniloquus, maria terrasque inani sonitu verborum complevit. *Equitum innumerabilem vim trajici Hellesponto in* 3
Europam, partim loricatos, quos cataphractos vo-

reliquis edd. Paullo ante *oriundum Magno Alexandro*, omissa praepositione, Lov. 6. V. ad Epit. Liv. 63. Sed et alterum, quod reliqui codd. defendunt, Livio frequens. 1, 49. *Ab Ulysse Deaque Circe oriundus.* 24, 6. *Oriundi ab Syracusis.* 34, 9. *A Phocaea, unde et Massilienses, oriundi.*

§. 6. *Quam, regiis indultam nuptiis, major ex fratribus*] Scribitur, pro *indultam nuptiis, inclytam.* GELEN. *indultam* Lov. 1. 5. et Voſſ. *inductam* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [*inclutam* Bamb.] Tum *regis*, pro *regiis*, Voſſ Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn V. ad 32, 6, 6. Tandem *major fratribus* sine praepositione Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Hav.

§. 7. *Quod is vere regum stirpis esset*] Annon potius *quasi is?* J. FR. GRON. Si hoc ita intelligatur, Antiochum et Aetolos eo aluiſſe vanitatem ingenii illius, quod dicerent eum vere regiae ſtirpis esse, retineri poteſt *quod.* DUKER. Eodem modo τό *quod* intelligendum, monuit etiam Crevier. Ceterum *inpulerant in spem regni Macedonici, quod is vere regum stirpis esset* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. nisi quod *impulerunt* sit in Lov. 3.

§. 2. *Antiochi legatus prior, quam Aetoli, est auditus*] Eſt haec oratio, ubi grammatici vel synecdochen vel zeugma a poſteriore eſſe contendant: quanquam *Aetolorum* legere malim, quod ex abbreviatione *Aetol.* ac puncto poſtposito facile alius *Aetoli*, alius *Aetolorum* facere potuit. GLAR. *prius* Lov. 3. Paullo ante §. praec. *coram L. Quinctio* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *coram Lucio Quinctio* Lov. 2.

Vaniloquus maria, terras inani sonitu verborum complevit] Vet. lib. *terrasque.* SIG. Non aliter omnes codd. noſtri, et priscae edd. usque ad Frob. qui anno 1535. copulam expunxit. Si Gelenius ita ex cod. Mog. edi juſſit, non adversor. V. ad 42, 3, 1. Id tamen quum incertum

Digitized by Google

cant; partim sagittis ex equo utentes, et, a quo nihil satis tecti sit, aversos refugiente equo certius figen-
4 *tes.* His equestribus copiis quamquam vel totius Europae exercitus in unum coacti obrui possent, ad-
5 jiciebat multiplices copias peditum, et nominibus quoque gentium vix fando auditis terrebat; Dahas,
6 Medos, Elymaeosque et Caddusios adpellans. *Navalium vero copiarum, quas nulli portus capere in Graecia possent, dextrum cornu Sidonios et Tyrios, sinistrum Aradios, et ex Pamphylia Sidetas tenere;*

sit, codd. meos et Sigonii sequor. Praeterea male *vaniloquiis* Lov. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn.

§. 3. *Partim loricatos, quos cataphractos vocant*] De his multa congessit Spanh. ad Juliani Orat. 1. p. 243. DUK. *cataphecatos* Lov. 2. et Mead. 1. *tapheractos* Lov. 3. Velim, consideretur compositio orationis. Praecessit *Equitum innumerabilium vim*; subjungit nunc *loricatos*, non *loricatorum*, quasi praecessisset *Equites innumerabiles*; addit mox *a quo nihil satis tecti sit*, non *a quibus*, vel *a qua*, quasi praecessisset *Equitatum innumerabilem*. Vir doctus, qui huc etiam obhaerebat, legendum putabat *a quis nihil satis tecti sit*. Illud autem *quis* vel *queis*, pro *quibus*, Livio in usu fuisse, constat ex illis, quae dicta sunt ad 21, 62, 2. et 24, 16, 18. Sed scripti nihil mutant, nisi quod *recti*, pro *tecti* sit in Voss. de quo errore v. ad 34, 60, 5. Paullo ante *trajici in Hellesponto* Voss. et Lov. 1. ac 6. *trajici ex Hellesponto* Hearnii L. 1. *trajici velle Hellesponto* Lov. 3. Sed *trajici Hellesponto* ut infra hoc lib. cap. 51. *Haud minus quatuor millium inde in proxima Euboeae est mari trajectus.* 37, 13. *Vacuo ab hostibus mari Samum trajecerunt.* c. 14. *Aegeo mari trajecit.* Mox §. seq. *obrui possint* Harl. [*nihil satis tectis ita versos refugientis equo cercios figentes* Bamb.]

§. 5. *Dacas, Medos, Elymaeosque, et Cadusios*] *Dahae* scribitur, non *Dacae*, qui Graecis Δάαι sunt. GELEN. Ego *Daas* legendum existimo, qui Medis sunt vicini ad mare Caspium, ut author est Strabo [l. 11.] meminit Ptolemaeus [6, 10.] in descriptione Margianae, quanquam plerique ejus codices etiam *Dacas* habent, sed perperam. GLAR. *Caddusios* scribe. Sic enim Polyb. l. 5, [45.] Ἐλυμαΐους καὶ Καδδουσίους. SIG. *Damasti Medos* Voss. *Damastistinedos* Lov. 1. *et Damascedos* Lov. 3. a m. 1. *et Dasmedos* a m. 2. *Damastinedos* Lov. 6. *Damascenos* Hearnii L. 1. *Dacas Medos* Harl. Reliqui recte *Dahas*, *Medos*. Et ita etiam edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Passim *Dahas* et *Dacas* confuderunt non tantum libri scripti, sed et nonnulli viri docti, inter quos etiam est Sigon. ad 37, 40, 8. Vide, quae notavi ad Silii 13, 764. et quos ibi laudavi. Insuper codd.

Digitized by Google

quas gentes nullae umquam nec arte, nec virtute navali aequassent. Jam pecuniam, jam alios belli ad- 7
paratus referre, supervacaneum esse. scire ipsos, abundasse semper auro regna Asiae. Itaque non cum Philippo, nec Hannibale rem futuram Romanis, principe altero civitatis, altero Macedoniae tantum regni finibus incluso; sed cum magno Asiae totius partisque Europae rege. Eum tamen, quamquam ab ulti- 8
mis orientis terminis ad liberandam Graeciam veniat, nihil postulare ab Achaeis, in quo fides eorum

partim *Câdusios*, partim *Candusios*, partim *Caddusios* praeferunt. *Καδδουσίους* etiam vocavit Polyb. 5, 79. Alii *Καδουσίους*. Perinde igitur videtur, utro modo scribatur.

§. 6. *Aradios, et ex Pamphylia Idetas*] Emendatiora exemplaria *Araelios* habent. tu vide, utrum sequi velis. SABELL. *Sidetae* scribitur, non *Hidetae*. GELEN. Non memini me legere *Hydetas* in Pamphylia. Vide, si forte *Sidetas* legendum a *Side*, quam rex Antiochus oppugnaverat, ut hoc l. [c. 13.] dictum est. Potuere enim interea fieri amici. GLAR. *Arabios* Lov. 3. Reliqui recte *Aradios*. In exemplaribus Sabellici male litera *d* dissoluta erat in literas *cl*. V. ad 10, 24, 2. Tum *id etas* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *Idetas* Voss. Lov. 3. 6. Gaertn. et Harl. *Ideras* Mead. 1. *Ydetas* Lov. 2. *Hydetas* Lov. 5. Mox *quas gentes nullae umquam nec arte, neque virtute* Harl. V. ad 9, 9, 14. *quas gentes ullae umquam nec arte* Gaertn. Male. V. ad 34, 1, 5.

§. 7. *Principe altero civitatis, altero Macedoniae tantum regni finibus incluso*] *principe altero Macedoniae* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. reliquis neglegenter omissis, ob vocem *altero* repetitam. V. ad 9, 11, 11. *principe altero, altero rege Macedoniae* Harl. *principe altero, altero rege, et Macedoniae* prioribus edd. proximae usque ad Aldum, qui id, quod nunc vulgo exstat, ex cod. Mog. adoptavit. Et convenit hic sermo vaniloquentiae legati regii, qui, quasi Philippum *regis* nomine indignum judicans, eum *principem* vocat, quum Antiochum *regem* vocet. Vox *regni* deest in Lov. 2. [*altero unius civitatis* Bamb.]

§. 8. *Quamquam ab ultimis orientis terminis ad liberandam Graeciam veniat*] *tamquam ab ultimis* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. Eaedem voces etiam supra commutantur 1, 12, 7. Similiter *quantus* et *tantus*. V. ad 24, 35, 4. Deinde *ad liberandum Graeciam* Voss. Lov. 5. et edd. vett. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *liberandam*. V. ad 40, 49, 1. Insuper *venit* Moguntini ex Mſto suo vulgarunt. Sed *veniat*, quod non tantum priores typis descripti, sed omnes etiam codd. nostri servant, Frob. anno 1536. revocavit. Mox *quo*

Digitized by Google

adversus Romanos, priores socios atque amicos, lae-
9 *datur. Non enim, ut secum adversus eos arma ca-*
piant, sed ut neutri parti sese conjungant, petere.
Pacem utrique parti, quod medios deceat amicos,
10 *optent: bello se non interponant.* Idem ferme et
Aetolorum legatus Archidamus petiit, ut, quae fa-
cillima et tutissima esset, quietem praestarent, spe-
ctatoresque belli, fortunarum alienarum eventum
sine ullo discrimine rerum suarum opperirentur.
11 Provectus deinde est intemperantia linguae in maledi-
cta, nunc communiter Romanorum, nunc proprie
12 ipsius Quinctii: *ingratos* adpellans, et exprobrans
non victoriam modo de Philippo virtute Aetolorum
partam, sed etiam salutem; ipsumque et exercitum
13 *sua opera servatos. quo enim illum umquam impe-*

fides eorum, omissa praepositione, Lov. 6. Serv. exponens verba Virg. 1. Aen. 8. *quo numine laeso* inquit: *quo, in quo, in qua caussa. Et est septimus casus, et communis eloeutio. Dicimus enim, quo te laesi.* Sed reliqui codd. hic servant *in quo.* Insuper *primores socios* Mead. 1. V. ad 37, 43, 10.

§. 9. *Sed ut neutri parti sese conjungant*] Vocula *ut*, quae exsulat ab omnibus codd. nostris, [Bamb.] et edd. priscis, a Moguntinis ex membranis suis interposita est. *se conjungant* legit Lov. 3. Mox *quod medios decet* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Tum *interponerent* Voss. et Lov. 1. ac 3.

§. 10. *Petiit, ut, quae facillima et tutissima esset, quietem praestarent*] *petit* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frobenianam anni 1531. V. ad 37, 45, 2. Tum *justissima atque facilima* Gaertn. *facillima et justissima* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes. Id, quod nunc passim vulgatur, Moguntini ex cod. suo adsciverunt. Insuper *essent, quiete praestarent* Hearnii L. 1.

§. 11. *Provectus deinde est intemperantia linguae*] *Invectus deinde est* Lov. 3. *Provectus est deinde* Gaertn. Hinc *inepparicia linguae* Voss. *in eypantia linguae* Lov. 1. *increpantia linguae* Lov. 6. Sed v. ad 28, 45, 18. Mox *nunc Romanorum communiter* Lov. 6. *communiter nunc Romanorum* Harl. Deinde §. seq. *partam de Philippo virtute Aetolorum* Lov. 3.

§. 13. *Inmolantemque, et vota nuncupantem sacrificuli vatis modo*] *inviolantemque* Mead.

Digitized by Google

ratoris functum officio esse? Auspicantem, inmolantemque, et vota nuncupantem sacrificuli vatis modo in acie vidisse, quum ipse corpus suum pro eo telis hostium objiceret.

XLIX. Ad ea Quinctius, *Coram quibus magis,* 1
quam apud quos, verba faceret, dicere, *Archidamum rationem habuisse. Achaeos enim probe scire, Aeto-* 2
lorum omnem ferociam in verbis, non in factis, esse: et in conciliis magis concionibusque, quam in acie, adparere. itaque parvi Achaeorum existimationem, 3
quibus notos esse se scirent, fecisse: legatis regis, et per eos absenti regi eum se jactasse. Quod si quis 4
antea ignorasset, quae res Antiochum et Aetolos conjunxisset, ex legatorum sermone potuisse adparere: mentiendo in vicem jactandoque vires, quas non ha-

1. Tum *sacrificali vatis modo* Voss. *sacrificalitatis modo* Lov. 1. Paullo post *corpus suum pro Etolis hostium objiceret* Mead. 1. *corpus suum pro Etolis hosti objiceret* Harl.

§. 3. *Quibus notos esse se scirent*] *motos* Harl. eodem errore, quo *novi*, et *movi* a librariis commutari, vidimus ad 5, 6, 8. Tum *sciret*, scilicet Archidamus, Lov. 6. unde etiam mox sequitur *eum*. Mox *legati regis* Mead. pr. *legatos regis* Lov. 3 Supra cap. praec. *legatum Antiochi*, non *legatos*, memoravit. Posset igitur videri, *legato regis* legendum esse. Quum tamen reliqui Mssi *legatis* servent, id non mutandum puto. Licet enim plures legati missi sint, unius tamen tantum interdum mentio fit, quia is legationis princeps est, et praecipue verba facit. Ita infra Livius 36, 6. ad hanc legationem respiciens, Antiochum *per legatos* cum concilio Achaïco egisse testatur. Et eo forte modo supra cap. praec. §. 2. defendi posset *Aetoli*, cujus loco Glareanus scribendum conjicit *Aetolorum*. Ut *Aetoli* sint legati Aetolorum, eorumque legationem ex pluribus legatis constitisse existimemus, licet unus tantum memoretur legatus Archidamus. Et huc referri potest, quod modo *scirent*, modo *eum* dicat. Ceterum *Itaque parvi Achaeorum* etc. *potuisse adparere* desunt in Hearnii L. 1. ob repetitionem verbi *adparere* culpa scribae omissa. V. ad 9, 11, 11. [*habent* Bamb.]

§. 4. *Ex legatorum sermone potuisset adparere*] Vet. lib. *potuisse*. SIG. Haud dubie scripsit Livius, *ex legatorum sermone potuisse apparere*. Quod

Digitized by Google

5 *berent, inflasse vana spe, atque inflatos esse: dum ii ab se Philippum victum, sua virtute protectos Romanos, et quae modo audiebatis, narrant; vos ceterasque civitates et gentes suam sectam esse secutu-ros: rex contra peditum equitumque nubes jactat,*
6 *et consternit maria suis classibus. Est autem res simillima coenae Chalcidensis hospitis mei, hominis et*

genus orationis jam toties corruptum in vulgatis libris monuimus. Et sic vetus Sigonii liber. J. FR. GRON. *potuisset* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. omnesque, praeter Sigonianas, editiones usque ad Gronov. qui *potuisse* etiam praeferendum monuit in pr. ed. not. ad 1, 50. Et ita fuisse videtur in reliquis codd. unde nihil hic notatum inveni. Praeterea *ex legati sermone* Lov. 3. Sed intelliguntur legati et Antiochi et Aetolorum. Mox *non habent* Harl. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. pro quo Aldus ex cod. Mog. substituit *haberent*. V. ad 40, 14, 2.

§. 5. *Ii ab se Philippum victum* etc. *narrant; vos ceterasque civitates*] *hi ab se* ex Victor. cod. legit et edit Crevier. idque ad elegantiam et claritatem sermonis facere existimat: forte ut pateat, pronomen referendum esse ad proximum *Aetolos*. Nullam tamen *ii* obscuritatem sermonis facere potest, quum in altero membro non pronomen, sed vocabulum *rex* adhibeatur, et *ii* ad legatos Aetolorum referri debere constet ex illis, quae ab iis dicta esse et hic, et in fine cap. praec. refert. Attamen *hi ab se* Gaertn. [Bamb.] *hi abs se* Lov. 6. Tum *vosque ceterasque civitates* Lov. 1. et 3. *vosque ceteras civitates* Voss. *vos certasque civitates* Lov. 2. V. ad 34, 36, 4. *vos ceteras civitates* Lov. 5. Mox *consternit maria navibus suis* Lov. 2. *consternit maria rebus ac navibus suis* Hearnii L. 1. *consternit maria classibus suis* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *maria classibus suis constiterint* Gaertn. *consternere* in hac re utitur Silius 1, 125.

Aetolos late consterni milite campos.

Et Virg. Ceir. vers. 33.

— — *Ossaeis consternens aethera saxis.*

§. 6. *Est autem res simillima coenae Chalcidensis hospitis mei, hominis et boni*] Hoc exemplo hospitis duo reprehendit in Antiochi legato, et quod ex una gente multas faciat, et quod ex mansuetis imbellibusque feroces ac truces: quemadmodum ex uno porco hospes ille multam variamque venationem, et ex mansueto speciem ferinae carnis fecisse visus erat. Meminit ejus D. Erasmus in adagio *Ex uno multa facere*, [in titulo *Arrogantia*, pag. m. 159.] GLAR. Idem Plut. in Flaminino [p. 378.] et in Apophthegmatis [p. 197.] SIG. *simul macene Chalcidensis* Lov. 1. *similis macene Chalcidensis* Lov. 3. *similis maiene Chalcidensis* Mead. 2. *similis*

Digitized by Google

boni, et sciti convivatoris. apud quem solstitiali tempore comiter accepti quum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa et varia venatio; homo non, 7 quam isti sunt, gloriosus, renidens, condimentis, ait, varietatem illam et speciem ferinae carnis ex mansueto sue factam. Hoc dici apte in copias regis, quae paullo ante jactatae sint, posse. Varia enim genera 8

materie Chalcidensis Lov. 2. 4. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Voss. pro varia lectione. Tum *hominis boni* Lov. 6. V. ad 2, 44, 3. Mox *et sancti conjuratoris* Lov. 1. Ceterum ex hoc loco colligit Victor. 17. Var. lect. 10. Quinctium acutum ingenium lepidumque habuisse, delectatumque fuisse recitatione fabularum, idque fecisse tempore, quum magnum inde fructum ferre posset, quamvis rebus seriis tractandis occupatus foret. Insuper Erasmus d. l. *solstitiali tempore* reddit *media bruma*; quum ratio loquendi tempore Livii usitata docere debuisset, reddendum esse *media aestate*. In magno enim errore versari recentiores, qui crediderunt, antiquis duo fuisse solstitia, alterum aestivum, alterum hibernum; quum omnes boni scriptores, Lucretius, Virgilius, Varro, Cicero, et Plinius mediam tantum aestatem *solstitium*, mediam hyemem *brumam* vocarint, docet Victor. ad Varr. 1. de Re rust. 46. Antiquorum exemplo *solstitium* et *brumam* inter se obponit Lucan. 10, 298.

— — — consurgere in ipsis
Jus tibi solstitiis, aliena crescere bruma.

Et sane majori jure Quinctius mirari poterat, unde hospiti media aestate tam multa et varia venatio, quam media hieme; quod tempus venationi erat accommodum. Tandem *tam varia et multa venatio* omnes codd. nostri, et priscae edd. *tam varia et tam multa* Ascens. anni 1513. et paucae proximae. *tam multa et varia* demum dedit Frob. anno 1535.

§. 7. *Homo non, quam isti sunt, gloriosus*] MS. *homo non quam ut isti sunt gloriosus.* MOD. *bono nunquam isti* Lov. 1. *homo unquam isti* Lov. 3. et Mead. 1. *homo inquam iste fuit gulosus* Lov. 6. *homo non, ut isti sunt, gloriosus* Harl. quod ab ingenio et expositione interpretis primo margini adscriptum, deinde in contextum Livii receptum fuisse, inde conligi posse videtur, quod cod. Mog. utramque lectionem jungens, scribat *homo non, quam ut isti sunt, gloriosus.* Nihil est mutandum. Deest tantum per ellipsin particula *tam*; non tam gloriosus, quam isti sunt. V. ad 2, 56, 9. Mox *revidens* Lov. 1. et Gaertn. *renitens* Lov. 6. et a m. 2. Voss. ac Lov. 6. Deinde *aut*, pro *autem*, Voss. a m. pr. Lov. 1. 3. 5. et ed. Camp. [*quam justi* Bamb.]

§. 8. *Hoc dici apte in copias regis, quae paullo ante jactatae sint, posse*] *Hoc dici a praetore in copias regis* Lov. 1. *Haec dici aperte in copias regis* Lov. 3. *Hoc dici apte de copiis regiis* Harl. Hinc *jactatae sunt* omnes nostri codd. et edd. priscae; cu-

Digitized by Google

armorum, et multa nomina gentium inauditarum, Dahas, et Medos, et Caddusios, et Elymaeos, Syros omnes esse: haud paullo mancipiorum melius, pro-
9 *pter servilia ingenia, quam militum genus. et utinam subjicere oculis vestris, Achaei, possem concursationem regis magni ab Demetriade, nunc Lamiam in*
10 *concilium Aetolorum, nunc Chalcidem! Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regis: videretis regem, nunc mendicantem pro-*

jus loco *sint* Frob. anno 1535. ex Mſto Mog. admisit. Tum *possem* Lov. 3.

Varia enim genera armorum, et multa etc.] *Varia genera armorum* Lov. 6. *Varia enim sunt genera armorum* Gaertn. Illa autem Livii ita exprimit Plutarch. in Apophthegm. pag. 197. *Μὴ τοίνυν μηδὲ ὑμεῖς, ἔφη, θαυμάζετε βασιλικὴν δύναμιν, λογχοφόρους, καὶ κατα φράκτους, καὶ πεζετέρους, καὶ ἀμφιπποτοξότας ἀκούοντες. πάντες γάρ ἐισιν οὗ τοι Σύροι, ὁπλαρίοις ἀλλήλων διαφέροντες.* Similia habet in Quinctio Flamin. p. 378. Mox *Dachas* Voſſ. Lov. 1. 3. 6. *Dacas* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Dahas* solus Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. At proximae usque ad Frob. anni 1535. *Dacas*. V. ad c. 48, 5. Voces *et Medos* desunt in Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. quas tamen recte Lov. 5. et edd. vett. retinuisse, verba legati Antiochi docent cap. praec. Tum *et Candusios* Lov. 3. *et Chadusios* Lov. 5. et edd. Camp. et Rom. anni 1472. *et Cadusios* reliqui calamo et typis exarati usque ad Gronov. Vide cap. praec. d. l. Hinc *et Elymaeos*, addita copula, omnes Mſti, et edd. usque ad Paris. anni 1573. quae cam prima omisit. Sed recte loco reposuit Crevier. Copulam *et* quater repetit Livius 5, 49. *In conspectu habentes fana Deûm, et conjuges, et liberos, et solum patriae, et omnia.* Tandem *ruros omnes esse* Voſſ. et Lov. 1. *viros omnes esse* reliqui scripti noſtri, Hearnii L. 1. et edd. principes. Moguntini demum ex cod. suo dederunt *Syros omnes esse.* quod verum probant laudata Plutarchi loca.

§. 9. *Concursationem regis magni*] *occursationem* Lov. 1. Sed *ocursatio*, sive *concursatio*, et *occursatio* etiam commutantur supra 21, 63, 14. Alia vide ad 36, 24, 4. *concursionem* Harl. Male. V. ad 5, 40, 3. et 9, 24, 12. Ita et 30, 34. *Concursatio et velocitas illinc major, quam vis.* 41, 2. *Concursatio in obscuro incidentium aliorum in alios.* Ita *hostis, pedes concursator* 27, 20. et 31, 35. V. Graev. ad Cic. pro Quinct. 16.

§. 10. *Videretis vix duarum*] *Invidentes* Voſſ. et Lov. 1. *Videntes* Lov. 3. et Mead. ambo. *Videritis* Lov. 5. et Gaertn. Mox etiam *videritis regem* Lov. 4. et 5. *videtis regem* Lov. 1. At *videritis* utroque loco edd. Camp. et

Digitized by Google

pe frumentum ab Aetolis, quod militi admetiatur: nunc mutuas pecunias foenore in stipendium quaerentem: nunc ad portas Chalcidis stantem: et mox inde exclusum, nihil aliud quam Aulide atque Euripo spectatis, in Aetoliam redeuntem. Male crediderunt et Antiochus Aetolis, et Aetoli regiae vanitati. Quo minus vos decipi debetis, sed expertae potius spectataeque Romanorum fidei credere. Nam quod optimum esse dicant, non interponi vos bello: nihil im-

11 12 13

Parm. Tum *militi admetietur* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Dein §. seq. *foenore stipendium* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *foenore ad stipendium* Lov. 1.

§. 12. *Sed expertae potius spectataeque Romanorum fidei credere*] Vet. lib. *sed expertae toties spectataeque.* SIG. Manuscriptus *sed expertae potius spectataeque Romanorum f.* c. MODIUS. *toties* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. usque ad Aldum, qui *potius* ex Mog. cod. recepit, quod iterum in *toties* Sigonius mutavit. Verum, quum utrumque commodum praebeat sensum, testimonio optimi cod. cujus ope tot vulnera in Livio sanata sunt, fidem negare nequeo, praesertim quum et unus meorum Lov. 6. ei adsentiatur. Crevier. etiam *potius* recte ex Victor. in contextum recepit. Praeterea *fidei credite* Lov. 3. et Gaertn. Paullo ante *vos* deerat in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. vetustis. Sed pronomen, quod hic emphasin habet, recte Aldus ex Mog. cod. probavit.

§. 13. *Quod optimum esse dicant, non interponi vos bello*] Si quis mavult, habeat, me non indignante, postquam auctorem ejus Mogunt. codicem cognovi. Nec tamen spernendum prius, nostris quidem MSS. confirmatum omnibus, *non interponendi.* Quasi intelligatur *consilium*, aut quid tale. Lib. 37, [16.] *Omisso Patara amplius tentandi.* Sic omnes MSS. sic Romana, Mediol. Tarvis. Venetae, Bec. editiones. Ascensium primum video immisisse, *omisso conatu Patara:* quem secuti Moguntini, nihil commemorantes ex scripto, Aldus, Juntas, Frobenius. Gryphius deinde an Curio *omissa Patara amplius tentandi spe.* Quibus auctoribus utrique, ipsi viderint. Perinde est apud Tacitum lib. 15. Ann [5.] *Vologesi vetus et penitus infixum erat arma Romana vetandi.* Eodemque l. [c. 21.] *Et maneat provincialibus potentiam suam tali modo ostentandi.* Ubi subaudies *facultas*, vel *potestas.* J. FR. GRON. Cl Crevierius edidit *optimum esse dicunt*, idque duplicem ob rationem: primo quia auctor est Gronov. ita habere scriptos et vett. editos; deinde quia postulat Latinae structurae ratio. Verum, quod adtinet ad priorem, ita quidem video adfirmare Gronov. ad verba sequentia. Possum tamen testari, omnes, quos vidi, editos (fuerunt autem plures, quam

Digitized by Google

mo tam alienum rebus vestris est. Quippe sine gratia, sine dignitate, praemium victoris eritis.

1 L. Nec absurde adversus utrosque respondisse visus est, et facile erat orationem apud faventes ae-
2 quis auribus accipi. nulla enim nec disceptatio, nec dubitatio fuit, quin omnes, eosdem genti Achaeorum hostes et amicos, quos populus Romanus censuisset, judicarent, bellumque et Antiocho, et Aeto-
3 lis nunciari juberent. Auxilia etiam, quo censuit Quinctius, quingentorum militum Chalcidem, quin-

quinquaginta, et inter illos novem ante annum 1500 excusi) praeferre *dicant*; unde, quod itidem de scriptis refert, suspectum redditur; non tamen optimi viri fidem in dubium vocare volo; sed manum ejus lapsum esse mihi persuadeo, scribendo *dicunt*, pro *dicant*. Certe voces in ejus adnotatione *scripti et veteres editi* non referendae sunt ad *vò dicunt*, sed ad sequentia *nihil immo tam alienum*. Id clarius constat ex pr. ed. not. in qua huic adnotationi praescribit Livii verba ita concepta *Nam quod optimum esse dicunt, non interponi vos bello*, et addit *Sic etiam Aldina:* quum tamen in Aldina sit *dicant*. Non tamen intercedo, quin legatur *dicunt*, praesertim quum eam lectionem in Lov. 3. invenerim. Sed quod addat, Latinae structurae rationem postulare, ut *dicunt* legamus, utrum verum sit, admodum dubito. Certe plura supersunt loca, unde vulgatum firmari videtur. Ita Ter. Eun. 5, 8, 34. *Quod dicas mihi, Alium quaerebam, iter hac habui; peristi.* Ubi videndi sunt viri docti Faërn. et Bentl. Adelph. 2, 1, 8. *Tu quod te posterius purges, hanc injuriam mihi nolle factam esse, hujus non faciam.* Cic. in Pison. 27. *Nam quod vobis iste tantummodo inprobus esse videatur; nihil scitote esse luxuriosius.* Admittere tamen Latine loquendi rationem, ut etiam dicamus *quod dicunt*, ultro profiteor, et docet locus ex lib. 32. mox laudandus. Et ita esse in Lov. 3. modo dixi. *quod dicat* est in Lov. 5. Reliqui servant *quod dicant*. Deinde *interponendi* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] Contra lectionem *interponi*, quam Moguntini ex cod. suo receperunt, servant etiam Lov. 2. 5. et Mead. 2. Eamdem etiam Crevier. probavit, licet Victor. cod. quo utitur, alteram tueatur. Ceterum huic similis est locus supra 32, 21. *Nam quod Cleomedon modo, tamquam mediam et tutissimam nobis viam consilii, ut quiesceretis, abstineretisque armis, ostendebat; ea non media, sed nulla via est.*

Nihil immo tam alienum rebus vestris est] Vet. lib. *nihil tam vanum immo tam alienum rebus vestris est.* SIGON. Sigonii haec prava ex pravo codice lectio est. Scripti et veteres editi:

Digitized by Google

gentorum Piraeeum extemplo miserunt. Erat enim 4
haud procul seditione Athenis res, trahentibus ad Antiochum quibusdam spe largitionum venalem pretio multitudinem; donec ab iis, qui Romanae partis erant, Quinctius est adcitus, et, accusante Leonte quodam, Apollodorus auctor defectionis damnatus, atque in exsilium est ejectus. Et ab Achaeis 5
quidem cum tristi responso legatio ad regem rediit. Boeoti nihil certi responderunt: *quum Antiochus in Boeotiam venisset, tum, quid sibi faciundum esset,*

Nam quod optimum esse dicunt, non interponendi vos bello; nihil immo tam alienum rebus vestris est. Illius auctores ignari fuerunt usus secretioris particulae *immo*. De qua v. ad l. 38, [43.] J. FR. GRON. Omnes non tantum Hearnii, sed et nostri codd. cum Gronovio faciunt, praeter unum Harl. qui vet. lib. Sigonii consentit. Sed de τῷ *dicant* vide ad praec.

§. 2. *Nulla enim nec disceptatio, nec dubitatio fuit* etc.] Vera est horum et sequentium verborum lectio, quae vulgo circumfertur, et ab Aldo ex cod. Mog. primum recepta est. Omnes autem priores edd. cum codd. nostris praeferunt, *nulla enim disceptatio fuit, quin omnes gentes fidos et amicos* etc. reliquis omissis. Mox *bellumque cum Antiocho* Lov. 3. Tum *nunciari deberent* Harl. An voluit librarius *deberet*? Sed nihil muto.

§. 3. *Auxilia etiam, quo censuit*] *quae censuit* Lov. 5. et priscae edd. Sed hic quoque Aldus ex Mog. cod. *quo censuit*. quod similiter servant reliqui Msti.

§. 4. *Qui Romanae partis erant*] Sic c. 34. *Optimum quemque Romanae societatis esse.* et c. 37. *Opibus eorum, qui Romanae societatis erant.* Tamen voci *pars* fere genitivum pluralem jungi video. c. 31. *Semper Romanorum haud dubie partis fuerant.* 24, 1. *Bruttios Carthaginiensium partis factos videbant.* c. 35. *Quae partis Carthaginiensium erant.* 36, 42. *Quae partis Aetolorum maluerant esse.* Haec, quia per compendium scribi non credo, ut *Rom.* non tam facile a librariis pro arbitrio mutari potuerunt. DUK. Alia exempla vide 28, 22. 31, 31. et 42, 29.

Accusante Leonte quodam, Apollodorus etc. *damnatus, atque in exsilium est ejectus*] Ita recte Moguntini ex cod. suo ediderunt. Codd. nostri [Bamb.] cum primis edd. praeferunt *Leone quodam*. Non tantum enim Graecia a recto *Λέων* efferunt *Λέοντος*, sed eorum exemplo etiam Latini *Leontis*. locum *Leonta* ex fide optimi cod. Livio restituit Gronov. supra 24, 39. *Leontem Megarensem* memorat Cic. 5. in Verr. 6. *Leontem principem Phliasiorum* 5. Tusc. 3. An huc etiam pertinet inscriptio comoediae *Leontis*, a Naevio in can-

Digitized by Google

6 *se deliberaturos esse.* Antiochus, quum ad Chalcidis praesidium, et Achaeos et Eumenem regem misisse audisset, maturandum ratus, ut et praevenirent
7 sui, et venientes, si possent, exciperent, Menippum cum tribus ferme millibus militum, et cum omni classe Polyxenidam mittit. Ipse paucos post dies sex millia suorum militum, et ex ea copia, quae Lamiae repente colligi potuit, non ita multos Aetolos du-
8 cit. Achaei quingenti, et ab Eumene rege modicum auxilium missum, duce Xenoclide Chalcidensi, non-

cerem conjecto compositae? cujus meminit Gell. 3. Noct. 3. Denique, nomine inde composito, *Pantaleontis e Pisis oriundi tyranni* meminit ex Naevio Festus voc. *Pisatilem.* Tum *Apollocurus* Voss. Hinc *et in exsilium est conjectus* Lov. 3. Paullo ante *Erat autem haud procul seditione* Gaertn. *Erat enim procul seditione* Harl. Tum *venalem multitudinem pretio* Lov. 3. *pretio* deest in Lov. 2.

§. 5. *Boeoti nihil certi responderunt*] *Boetiani*, vel *Boeciani nihil certi* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. vett. *Boetii autem nihil certi* Lovel. 6. *Boeotii nihil certi* Moguntini ex cod. suo vulgarunt. *Boeoti* Frob. anno 1535. Mox *tum* deest in Lov. 1. [Bamb.] *faciendum* legunt Voss. Lov. 3. 5. 6. et Gaertn. Deinde *se*, quod deest in Lov. 5. Harl. et edd. antt. Aldus recepit ex cod. Mog. cui consentiunt reliqui nostri. [*sed* Bamb.]

§. 6. *Achaeos et Eumenem regem misisse*] *To regem*, quod deest in Lov. 5. et antiquioribus excusis, ab Aldo ex cod. Mog. adscitum est. Idem autem reliqui nostri agnoscunt. V. ad 38, 48, 5. Tum *missum* Lov. 1. *venisse* Voss. *isse* Lov. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Sed male. Achaeos auxilium quingentorum militum eo *misisse* supra dixit hoc cap. et, ab Eumene modicum auxilium *missum*, mox. Tum *ut praevenirent*, sine τῷ *et*, Voss. et Lov. 1.

§. 7. *Cum tribus ferme millibus militum, et cum omni classe*] Posterius *cum* non est in membranis Moguntinensibus: et potest sane sine intertrimento sententiae abesse. MOD. Vocem *militum* ignorant omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. antt. quam Aldus ex Mog. cod. addidit. Vocem autem *cum* posteriori loco iterum omnes nostri servant. Livium quidem praepositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad 6, 28, 6. Sed nec Mogunt. cod. lectionem damno. Mox *sex millia sociorum militum* Lov. 2. V. ad 37, 20, 9. Tum *et ea copia* Lov. 1. Sed praepositio excidit ob similitudinem sequentis voculae *ea*. Simile exemplum infra obcurrit 39, 5, 8. Contra *ea* intercipiebatur a praecedenti *ex* supra 5, 45, 6.

§. 8. *Achaei quingenti, et ab Eumene rege modicum auxilium*] Ita primus Gronovius anno 1665. edidit. Sed copula exsulat non modo ab excusis prio-

Digitized by Google

dum obsessis itineribus, tuto transgressi Euripum, Chalcidem pervenerunt. Romani milites, quingenti 9
ferme et ipsi, quum jam Menippus castra ante Salganea ad Hermaeum, qua transitus ex Boeotia in Euboeam insulam est, haberet, venerunt. Mictio erat 10
cum iis, legatus a Chalcide ad Quinctium, ad id ipsum praesidium petendum, missus. qui postquam 11
obsessas ab hostibus fauces vidit, omisso ad Aulidem itinere, Delium convertit, ut inde in Euboeam transmissurus.

ribus, sed etiam ab omnibus codd. nostris, et Hearnii L. 1. nisi quod in Lov. 6. a m. 2. adscribatur. Et sane necessariam esse colligitur ex verbis supra hoc cap. *Antiochus quum ad Chalcidis praesidium et Achaeos et Eumenem regem misisse audisset.* Cap. etiam seq. Achaei ad auxilium ferendum in Euboeam missi a militibus Eumenis distinguuntur. Mox *Xenodice* Lov. 1. *Xenode* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Xenodide* Voss. et Lov. 6. literis *cl* male in *d* coalescentibus. V. ad 10, 24, 2.

§. 9. *Ante Salganea ad Herinium*] *ante Salganea ad Hermeum* scribitur, non *Herinium*. GELEN. *Erineum* oppidum est Doridis, ut omnes scribunt. Ad Euripum autem nemo, quod sciam, *Herinei* meminit in litore Boeotiae. Quare ego vel *ad Euripum* legendum arbitror. Nam et ad finem hujus libri dicturus est, *Pertinacius Romani Euripum tuebantur:* ut Aulis intelligatur: vel *ad Hermeum*, ut alii emendarunt. GLAR. *Sagineam* Voss. *Salganeam* Lov. 6. *Saginea* Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii N. *Salginea* Mead. ambo, et Gaertn. *Sagalnea* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Selganea* cod. Mog. Sed vide ad c. 37, 6. Tum *Herineum* Voss. *Hermium* Lov. 5. et Harl. *Hermum* Lov. 6. *Hernicum* Lov. 3. 4. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *Hermeum* ejusdem N. et cod. Mog. Et ita post Gelenium edidit Frob. anno 1535. quod obtinuit usque ad Gron. qui anno 1665. substituit *Hermaeum*. quomodo et vocat Ortel. in Thes. Geogr. ea voce. Idem vero ibid. in voc. *Salganeus* vel fluvium vel montem hujus nominis dicit. Paullo ante *Romani milites vel V milia ferme et ipsi* Voss. *Romani milites DC ferme et ipsi* Lov. 6. Sed *quingenti* verum esse, docent voces *et ipsi*, quot nempe ab Achaeis missos modo dixit.

§. 10. *Mictio erat cum iis, legatus a Chalcide*] *cum iis legatis* Lov. 5. et ed. Camp. Tum *ad Chalcidem* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. a m. 1. Mead. uterque, et Gaertn. *ab Chalcide* Lov. 6. a m. 2. Hinc paullo post *ad ipsum praesidium* Voss. Lov. 4. 5. et editi ante Aldum, qui *id* ex cod. Mog. interposuit, consentientibus reliquis scriptis. V. ad 5, 43, 4.

§. 11. *Omisso ad Aulidem itinere, Delium convertit*], *emisso*

Digitized by Google

1 LI. Templum est Apollinis Delium, inminens mari: quinque millia passuum a Tanagra abest. minus quatuor millium inde in proxima Euboeae est
2 mari trajectus. Ubi et in fano lucoque, ea religione et eo jure sancto, quo sunt templa, quae asyla Graeci adpellant, et nondum aut indicto bello, aut ita

Voss. et Lov. 1. Tum *bellum convertit* Voss. et Lov. 1. ac 4. *Delum convertit* Lov. 6. et Harl. *Delium Boeotiae* memorat Liv. supra 31, 45, 6. *ἐπὶ θαλάσσῃ* situm esse, docet Pausan. in Boeot. c. 20. Idem etiam ex hoc et ex laud. Livii loco colligitur. Contra Ptolem. 3, 15. in mediterraneis Boeotiae *Δήλιον* memorat. Mox *in Euboeam missurus* Lov. 1. 3. 6. et Voss.

§. 1. *Templum est Apollinis Delium*] Appianus in Syriaco [p. 93.] *Δήλιόν ἐστι ἱερὸν τὸ Χωρίον Ἀπόλλωνος.* SIG. *Apollinis Delfici*, pro *Delium*, Lov. 3. Mox *ab Tanatra* Voss. et Lov. 3. *ab Tamara* Harl. et Mead. 1. *ab Tamagra* Lov. 2. *ab Thanacra* Lov. 6. *ab Tanacra* Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. et priscae edd. *a Tanacra* Hearnii N. *a Tonata* Gaertn. *a Carnana* Hearnii L. 1. *ab Tanagra* ed. Mog. [Bamb.] pro quo Frob. anno 1535. *a Tanagra* substituit.

Minus quatuor inde millium proximus in Euboeam est maris trajectus] Antiquior lectio *minus quatuor millium inde in proxima Euboeae est mari trajectus.* Pleraque videntur castigatores ob vitandos hiatus data opera mutasse, cum tamen ab eis Livius non admodum abhorreat. GELEN. Lectionem, quae vulgo ante Gelenium, et ed. Frob. anni 1535. Gelenii emendationem admittentem, exstitit, in nullo cod. nisi in Lov. 5. inveni. *quatuor inde millium* est in omnibus scriptis. *in proximo Euboea est mari trajectus* Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo. neque aliter Voss. nisi quod mendosius *Eulidea*, pro *Euboea*, legat. *in proxima Euboea est mari trajectus* Lov. 3. *in proximam Euboeam est mari trajectus* Harl. *in proximus Euboeae est mari trajectus* Gaertner. *in proximo Euboeae est mari trajectus* Lov. 6. unde unica tantum litera differt lectio, a Gelenio ex Msto restituta, quae omnino vera est. *Euboïca*, pro *Euboeae*, se in L. 1. reperisse, Hearnius monet. *Proxima Euboeae*, ut 26, 25. *Vastatis proximis Illyrici.* 32, 9. *Ab Corcyra in proxima Epiri quinqueremi trajecit.* 33, 38. *Ad depopulandum proxima Thraciae est profectus.* 36, 7. *Per Thraciam proxima Macedoniae coeperit depopulari.* Alia similia vide ad 37, 58, 8. *Trajectus mari* autem, ut *trajicere Hellesponto*, de quo vide ad hujus lib. cap. 48, 3. Ideo vero *trajectum mari*, addita ultima voce, Livius memoravit, quia insula etiam aliter, quam mari, ex continenti adiri potest. Angustiae enim maris inter Boeotiam et Euboeam adeo artae sunt, ut Euripus ille ponte stratus fuerit, quo insula continenti adnexa est, ut non tantum Plinius, Livio junior, testatur 4. H. Nat. 12. sed

Digitized by Google

ita commisso, ut strictos gladios, aut sanguinem us- 3
quam factum audissent, quum per magnum otium milites, alii ad spectaculum templi lucique versi, alii in litore inermes vagarentur, magna pars per agros lignatum pabulatumque dilapsa esset; repente Me- 4
nippus, palatos passim adgressus, eos cecidit, ad quinquaginta vivos cepit. perpauci effugerunt, in

etiam ei fere aequalis Strabo 9. Geogr. p. 400. et 403.

§. 2. *Ubi et in fano lucoque, ea religione et eo jure sancto, quo sunt templa (asyla Graeci adpellant)*] *Ubi et fano* Harl. Tum *ea regione* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *et ea regione* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. Mediol. 1480. et Parm. sollemni scribarum errore. V. ad 7, 29, 1. *et ea religioni* edd. proximae. Deinde *et eo jure sancto quoque sunt templa* Voss. Lov. 5. 6. a m. 2. et Mead. ambo, cum edd. antt. *et eo jure sancta quoque sint facta templa* Gaertn. *et eo jure sancta quoque templa* Lov. 1. et 6. a m. 1. *et eo jure* Harl. *et eo jure, sancta quo sunt tempora* Lov. 2. et 4. Praeterea *asyla Graeci appellant* Harl. *asya Graeci appellant* Lov. 1. *asyla Graecia appellant* Mead. 1. *quae asyla Graeci appellant* cod. Mog. Eam lectionem Aldus recepit, et locum ita distinxit, *Ubi et in fano, lucoque, (et ea religione, et eo jure sancta quoque sunt templa: quae asyla Graeci appellant) et nondum* etc. Postea Froben. anno 1531. lectionem recepit, quae nunc vulgo exstat, nisi quod pronomen *quae* a cod. Mog. additum servavit. Id etiam, si per scriptos codices liceret, addendum credebat Inlustr. Spanh. de Praest. et Usu numism. tom. 1. diss. 9. p. 667. Sane, utroque modo Livium loqui solitum fuisse, infra videbimus ad 40, 57, 3. Utro igitur modo Livius scripserit, ex stilo ejus dijudicari nequit. Gronovius in pr. ed. not. ex reliquis scriptis et prima ed. pronomen delet, laudatis duobus locis ex Livii 32, 5. et 37, 42. quamvis autem ipsam notam in ed. iterata omiserit, lectionem tamen, quam substituit, in contextu servavit. Eidem firmandae illud adferri posset, librarios potius haec et similia pronomina addidisse, quam omisisse: nihilominus integerrimi cod. Mog. auctoritatem secutus ejus lectionem revocare malui. Si quis contra sentiet, per me licebit. Aliud simile exemplum pronominis ex eodem cod. Livio restituti habuimus 34, 56, 1. Mox *et nondum indicto bello* Lov. 1. 5. et edd. principes. *Τὸ aut* deinde inseruit Aldus ex cod. Mog. idque superest in reliquis nostris. [*quae* ante *asyla* omittit Bamb.]

§. 3. *Aut sanguinem usquam factum audissent*] *usquam factum audisset* Voss. a m. pr. *usque factum audisset* Lov. 1. V. ad 9, 26, 8. De locutione *facere sanguinem* actum ad 2, 30, 15. Mox *templi lucique verni* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2.

§. 4. *Palatos passim adgressus, eos cecidit*] Pronomen *eos* exulat a Lov. 5. et antiquioribus editis. Id primus addidit Frob. anno 1535. consentientibus

Digitized by Google

5 quibus Mictio parva oneraria nave exceptus. Ea res Quinctio Romanisque, sicut jactura militum molesta, ita ad jus inferendi Antiocho belli adjecisse ali-
6 quantum videbatur. Antiochus, admoto ad Aulidem exercitu, quum rursus oratores, partim ex suis, partim Aetolos, Chalcidem misisset, qui eadem illa, quae nuper, cum minis gravioribus agerent, nequidquam contra Mictione et Xenoclide tendentibus, fa-

omnibus aliis nostris cod. Verum Cl. Crevier. in ea voce mendum latere, et Livium exprimere voluisse existimat numerum eorum, qui caesi sunt. Mox *ad quadraginta viros* Lov. 3. V. ad 31, 36, 9. Mox *Mihilo* Harl. *Michio* Lovel. 2. et 3. *Michiton* Voss. *Minchitio* Lov. 6. *Michicio* Lov. 1. *Michitio* Lov. 4. Mead. uterque, et Gaertn. quomodo etiam cap. praec. §. 10. codicem suum N. habere, Hearnius testatur: unde firmari videtur Gronovii conjectura, qui ad cap. 38, 1. *Micythio* scribendum putat. Pariter fere codd. variant mox §. 6.

§. 5. *Adjecisse aliquantum videbatur*] *adjecisse se* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed pronomen perperam repetitum est ex ultima syllaba vocis praecedentis. V. ad 30, 22, 5. Tum *aliquantulum* Voss. et Lov. 2. V. ad 7, 36, 5.

§. 6. *Quum rursus oratores, partim ex suis, partim Aetolos, Chalcidem misisset*] Vox *oratores* non comparet in Lov. 6. Ejus loco *factus* legunt Lov. 1. et Voss. quorum posterior pro varia lectione *fratres* in margine praefert. *milites* Lov. 3. a m. 1. Tum *partim Aetolos, partim ex suis* Gaertn. Hinc *misissent* perperam Mead. 2. et Gaertn.

§. 7. *Achaeorum et Eumenis milites Salganea tenebant*] Achaei quingenti missi in Chalcidem venerunt: caeterum haud dubie, tradita regi Chalcide, ipsi discessere. At, quo pacto deinde aut ipsi Salganea venerint, cum Menippus ibi castra haberet, aut quomodo antea illuc ab Achaeis missum sit praesidium, non meminit Livius. Praeterea nec hoc explicat, quale illud castellum ad Euripum, quod Romani milites munierunt ab Aulide aversi: sed puto Delii, quod Strabo l. 9, [403.] *Τανάγραιων πολίχνιον* appellat. Quanquam et hoc dubium, fueritne antea vallum et agger, an nunc a militibus omnia parata. Sed haec, ut alia pleraque, lectoris judicio committimus. GLAREAN. Quum Chalcis et Salganeus, illa in Euboea, haec in Boeotia, ad Euripum sitae fuerint, milites Achaeorum et Eumenis Chalcide discedentes navibus Salganea, ante quam urbem ad Hermaeum Menippus castra habebat, trajicere Euripo potuerunt. Paullo ante *sub adventu* Lov. 2. 3. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1, et edd. principes. Sed v. ad 2, 55, 1.

Custodiae caussae locum communiebant] Antiquior lectio *custodiae caussa loci communiebant*, non *locum*. *castellum com-*

cile tenuit, ut portae sibi aperirentur. Qui Roma- 7
nae partis erant, sub adventum regis urbe excesse-
runt. Achaeorum et Eumenis milites Salganea te-
nebant. Et in Euripo castellum Romani milites pau-
ci custodiae caussa loci communiebant. Salganea 8
Menippus, rex ipse castellum Euripi obpugnare est
adortus. Priores Achaei et Eumenis milites pacti,
ut sine fraude liceret abire, praesidio excesserunt.

muniebant loci custodiae caussa. GELEN. Ut librarii *locum*, quod est in plerisque codd. meis, [Bamb.] pro *loci* scriberent, ob similitudinem primarum literarum vocis sequentis evenisse videtur. Certe *loc communiebant* est in Lov. 6. *locum muniebant* in Gaerta. Sed, *communire* Livio in hac re frequens esse, vidimus ad 30, 7, 3. *loci* igitur Gelenium vere emendasse existimo. Insuper Lipsius 5. Epist. quaest. 17. *custodiae loci communiebant* scribebat, ejecta voce *caussa*, quam pro glossa habebat. Saepius librarios vocem illam, quam elliptice Livius omiserat, liberaliter de suo addidisse, vidimus ad 31, 12, 4. Non tamen propterea invitis libris omnibus passim, ubi lubet, ejicienda est.

§. 8. *Castellum Euripi obpugnare est adortus*] Ita omnes codd. uno excepto Lov. 1. qui legit *adorsus*. Videntur voces diversae originis ac significationis esse, *adorsus* et *adortus*. Illud est ab *adordior*, id est, adgredior, incipio; hoc ab *adorior*, id est, adgredior, invado: quare hic legendum puto *obpugnare est adorsus*, id est, incepit. Similiter supra scribendum arbitror 8, 29. *Oppida quoque vi expugnare adorsus.* et 22, 9. *Quum perpopulato agro urbem obpugnare adorsus esset.* Quibus locis ita nonnulli codd. legunt. — Pari modo infra 44, 11, 4. *Divisis partibus oppugnare adorsi.* et c. 12, 8. *Eam quoque oppugnare adorsi, irrito incepto, Demetriada petunt.* — Idem vocabulum saepe apud alios corruptum superest. Apud Virg. 6. Aen. 397.

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorsi.

et 7. Aen. 386.

Majus adorsa nefas, majoremque orsa furorem.

Quorum locorum priori Pierius ita in antiquis plerisque, posteriori in antiquis quibusdam exemplaribus invenit, consentientibus etiam posteriori loco unius cod. excerptis, quae penes me sunt. Vide illis locis Nic. Heins. et Cel. Burm. Apud Nepot. Thras. 2. *Hanc bis tyranni obpugnare sunt adorsi.* Dion. 6. *Quod fortuna demergere est adorsa.* quibus locis *adorti* et *adorta* nunc editur. Apud Curt. 3, 1, 6. *Arcem vero obpugnare adorsus caduceatorem praemisit.* ita plures ibi codd. 9, 4, 6 *Alteram deinde urbem expugnare adorsus.* ita unus codex. Apud Apul. 1. Met. p. 106. ed. Elm. *Illa me satis quam humane tractare adorsa.* l. 5, 172. *Palpare Veneris*

Digitized by Google

9 pertinacius Romani Euripum tuebantur. Hi quoque tamen, quum terra marique obsiderentur, et jam machinas tormentaque comportari viderent,
10 non tulere obsidionem. Quum id, quod caput erat Euboeae, teneret rex, ne ceterae quidem ejus insulae urbes imperium abnuerunt. magnoque principio sibi orsus bellum videbatur, quod tanta insula et tot opportunae urbes in suam ditionem venissent.

tram saevientem sic adorsae. De Deo Socr. p. 49. *Ut nemo ea commemorare adorsus sit.* In Florid. p. 366. *Crocire adorsus praedae, quam ore gestavit, inductricem compotivit.* Ita omnibus his locis legendum. Ipsum *adordiri* restituendum videtur eidem Apul. 1. Met. fin. *Injecta dextra clementer me trahere adorditur.* Ubi nunc editur *adoritur.* An forte etiam apud Cic. 2. de Orat. 51. *Convellere adordiamur ea, quae non possunt commoveri.* Mox *excesserant*, pro *excesserunt*, cod. Mog.

§. 9. *Hi quoque jam, quum terra marique obsiderentur, et jam machinas*] *Hi quoque tamen*, non *Hi quoque jam*, legendum. GELEN. Omnes codd. nostri *Hi quoque jam*, nisi quod unus Lov. 3. vel *tamen*, vel *jam* ignorans, legat *Hi quoque. quum terra.* Deinde *etiam machinas* Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. *et machinas* Lov. 3. et Harl. Mox *cum portari*, pro *comportari*, Lov. 2. V. de hoc errore ad 4, 24, 7. De verbo *comportare* v. ad 34, 34, 6. [*jam* Bamb.]

§. 10. *Quod tanta insula et tot opportunae urbes*] Ita Aldus ex Mog. cod. vulgavit. Priores autem cum codd. nostris [Bamb.] praeferunt *tantae insulae tot opportunae urbes.* Paullo ante *ne certe quaedam insulae ejus urbes* Lov. 3. *certe* etiam Lov. 1. V. ad 34, 36, 4. [*abnuerent* Bamb.]

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI TRIGESIMI SEXTI.

Man. Acilius Glabrio consul Antiochum, apud Thermopylas, Philippo rege adjuvante, victum, Graecia expulit, idemque Aetolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica consul aedem matris Deûm, quam ipse in Palatium intulerat, vir optimus a senatu judicatus, dedicavit; idemque Bojos Gallos victos in dedi-

M.? Acilius Glabrio consul] Sic reponendum est apud Eutrop. [4, 3.] et in Ciceronis Dialogo de Senect. [10.] de ea editione loquor, quae P. Suffridi est; qui, cum sic antea recte appellaretur, insulse, Balduinum secutus, *M. Attilium* nuncupavit. DELR. *Attilius Glabrio*, omisso etiam praenomine, Voss. et Boend. *Acilius Glabrio* Leid. et Berg. *L. Attilius Glabrio* Norv. *M. Attilius Glabrio* Exc. Pithoei, et edd. vett. *M. Acilius Glabrio* ed. Froben. anni 1535. Sed Sigonius demum verum praenomen reddidit, quem vide ad hujus lib. cap. 1, 1. Vox *consul* deest in Voss.

Antiochum, apud Thermopylas, Philippo rege adjuvante, victum] A Liviana veritate declinavit auctor Epitomes. Nam erat Philippus tunc quidem in partibus Romanorum; verum, quamvis ipse ab eis adjutus Athamaniam Amynandri in suam redegisset potestatem, tamen eos contra Antiochum jam proficiscentes vicissim adjuvare non potuit, utpote morbo impeditus. Certe pugnae ad Thermopylas non interfuisse illum, atque ea causa se excusasse consuli, aperte scribit Livius cap. 25. Rectius omnia se haberent, si hoc ordine in Epitome legerentur: *Antiochum apud Thermopylas victum Graecia expulit, idemque Philippo rege adjuvante Aetolos subegit.* Verum ille, quia memoriae ejus inhaerebat, Philippum toto hoc contra Antiochum bello Romanis favisse, inconsulto et invito suo Livio, isto quoque in proelio, quo uno Antiochus a Glabrione e Graecia ejectus est, adfuisse Macedonem putavit. JAC. PERIZON. Animad. Hist. cap. 9. p. 376. *Antiochum ad Thermopylas* Leid. et Exc. Pithoei. *ad Thermopylas Antiochum* Berg.

P. Cornelius Scipio Nasica consul aedem matris Deûm, etc.] Eadem oscitantia contra clarissima auctoris sui verba affirmat, consulem Nasicam aedem

Digitized by Google

tionem accepit, et de iis triumphavit. Praeterea navalia certamina prospera adversus praefectos Antiochi regis referuntur.

matris Deûm, quam ille antea in Palatium intulerat, dedicasse; quum diserte Livius c. 36. a Nasica quidem Deam, quum ex Asia advecta fuit, in Palatium a mari esse delatam, aedem vero ejus tunc a M. Junio Bruto praetore urbano dedicatam referat. JAC. PERIZ. Animadv. Hist. cap. 9. p. 377. *P. Scipio Nasica* Leid. Mox *Bojos et Gallos in deditionem recepit* Voss. *Bojos et Gallos* etiam Boend. Norv. et edd. vett. Copulam primus omisit Frob. anno 1535. Praeterea *accepit, de iis triumphavit* Leid. et Exc. Pithoei.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS SEXTUS.

I. P. Cornelium Cn. filium Scipionem et M? Acilium Glabrionem consules, inito magiſtratu, Patres, priusquam de provinciis agerent, res divinas facere majoribus hoſtiis juſſerunt in omnibus fanis, in quibus lectiſternium majorem partem anni fieri solet; precarique, quod senatus de novo bello in animo haberet, ut ea res senatui populoque Romano

§. 1. *P. Cornelium Cn. F. Scipionem et M. Acilium Glabrionem consules*] Plutarchus in Quinctio [p. 377.] *Μάνιον Ἀκίλιον*. Appianus in Syriaca [p. 96.] *Ἀκίλιον Μάνιον Γλαβρίωνα*. Capitolini auctores *M. Acilium Glabrionem* vocant. SIG. Pall. et vet. ed. *Cornelium Scipionem et M. Acilium Glabrionem, inito magistratu*. GEBH. *P. Cornelium Scipionem* Voſſ. Harl. et Hearnii N. *Cornelium Scipionem*, omiſſo etiam praenomine, reliqui noſtri, Hearnii L. 1. et edd. priscae. Quod nunc editur, partim Moguntini, partim Aldus ex cod. Mog. receperunt. Alterius consulis praenomen in plerisque Mſtis perperam eſt *M.* quem *M.* vocatum fuiſſe, recte Sigonius docuit. Eumdem codd. *Atilium*, *Attilium*, vel *Acilium* vocant. Sed *Acilium* recte Moguntini ex cod. suo ediderunt, qui ex eodem etiam *τὸ consules*, quod a scriptis et editis aberat, adjecerunt. [*M.* — *Glabronem* Bamb.]

§. 2. *In quibus lectisternium majore parte anni fieri solet*] Ed. Mog. anni 1518. *majorem partem anni*. MOD. Similiter non tantum omnes ante Moguntinam editiones, sed et plerique scripti. *majore parte anni* Aldus dedit ex cod. Mog. cui consentiunt Lov. 2. 3. et Hearnii L. 1. Tandem Gruterus priorem lectionem *majorem partem* revocavit. Infra 42, 30. *Quum circa omnia fana, in quibus lectisternium majorem partem anni esse solet, majoribus hostiis immolasset*. Tum *soleret* Lov. 6.

Ut ea res senatui populoque Romano bene ac feliciter eveniret] MS. *bene atque feliciter eveniret*. De qua solemni formula multa congessit amplissimus et eruditissimus praeses B. Brissonius, cujus volumen de Formulis [l. 1. p. 64.] consulet, qui sapiet. MOD. Pall. *bene atque feliciter*. sicut paullo poſt Pal. prior, *victoriam atque trium-*

Digitized by Google

3 bene ac feliciter eveniret. Ea omnia sacrificia laeta fuerunt, primisque hostiis perlitatum est: et ita aruspices responderunt, eo bello terminos populi Romani 4 propagari, victoriam ac triumphum ostendi. Haec quum renunciata essent, solutis religione animis, 5 Patres rogationem ad populum ferri jusserunt: *Vellent juberentne, cum Antiocho rege, quique sectam ejus secuti essent, bellum iniri?* si ea rogatio perlata esset, tum, si ita videretur consulibus, rem in- 6 tegram ad senatum referrent. P. Cornelius eam ro-

phum ostendi. GEBH. *bene atque feliciter* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. quod Aldus ex cod. Mog. receperat, Paris. anno 1573. alterum revocarunt. Mox §. seq. *Ea* deest in Lov. 1. et 6. *Et omnia* legit Lov. 5. Tum *victoriam et triumphum* Lov. 3.

§. 4. *Haec quum renunciata essent, solutis religione animis*] Pal. alter *solutis de religione animis.* GEBH. *relata essent* Harl. quod alterius glossema habendum est. Supra 34, 44. *Id quum P. Licinius pontifex non esse recte factum Patribus renunciasset.* Infra 42, 20. *Senatui rite sacrificatum, precationemque de bello factam renunciarunt.* Et ita forte emendandum 31, 5, 7. *Quum renunciassent consules, rem divinam rite perfectam esse.* ubi vulgo editur *pronunciassent.* De verbo *renunciare* v. etiam ad 10, 40, 9. et Epit. Liv. 47. Deinde perperam *de religione* Pal. Gebhardi. V. ad 7, 3, 9. Vox *animis* non recte exsulat a Voss. Mox *rogationem ad populum fieri* Voss. Lov. 1. 2. 3. et 6. sollemni scribarum lapsu. V. ad 5, 54, 6.

§. 5. *Vellent juberentne, cum Antiocho rege, quique sectam ejus secuti essent*] *Vellent juberentve* Harl. Mead. 2. et Gaertn. Malc. V. Brisson. de Form. 2. p. 129. Tum *ejus sectam secuti* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ejus secuti sectam* Lov. 1. et 3. Mox *perlata rogatio* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Frobeniana anni 1535. vetustioribus. Hinc *tamen si ita videretur* Lov. 5. et edd. principes. V. ad 22, 17, 5.

§. 6. *Decrevit, ut consules Italiam et Graeciam*] Pall. uterque *decrevit, consules Italiam et Graeciam provincias sortirentur.* GEBH. Vocula *ut* deest etiam in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertn. Sed intercepta videtur ab ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 24, 16, 17. Mox *L. Quinctius consul*, adjecta ultima voce, Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.]

§. 7. *Imperassetve, eum exercitum acciperet, quem M. Baebius*] Pall. *imperassetve, ut eum exercitum acciperet, et quem M. Baebius.* GEBH. Scripti et editi olim, *ut eum exercitum acciperet.* Solet sane Livio τὸ *ut* eleganter πλεονάζειν, ut no-

Digitized by Google

gationem pertulit. tum senatus decrevit, ut consules Italiam et Graeciam provincias sortirentur; cui Graecia evenisset, ut praeter eum numerum militum, quem L. Quinctius in eam provinciam ex auctoritate senatus scripsisset imperassetve, ut eum exer- 7
citum acciperet, quem M. Baebius praetor anno priore ex senatusconsulto in Macedoniam trajecisset. Et extra Italiam permissum, ut, si res postulasset, 8
auxilia ab sociis, ne supra quinque millium numerum, acciperet. L. Quinctium superioris anni con-

tamus alibi. Hic quia Magont. non agnoscit, nec paullo ante Voss. venio in suspicionem utroque loco subditum esse. Sufficerat enim Livio: *Tum senatus decrevit, ut consules Italiam et Graeciam provincias sortirentur: cui Graecia evenisset, praeter eum numerum militum, quem L. Quinctius in eam provinciam ex auctoritate senatus scripsisset imperassetve. eum exercitum acciperet.* J. FR. GRONOV. Voss. codici apud Gronovium adsentiuntur Lovel. 6. et Harl. exhibentes *cui Graecia evenisset, praeter eum numerum,* pro *ut praeter.* Verum hoc loco nullus meorum *ut* particulam omisit. Utrum etiam desit in cod. Mog. admodum dubito. Video equidem, primos Moguntinos eam in contextu omisisse; verum quum contra consuetudinem, quam observarunt, in excerptis cod. sui de defectu *τοῦ ut* sileant, in eam venio opinionem, voculam illam potius culpa operarum ob similitudinem praecedentis *ve* excidisse praeter eorum voluntatem. Immo licet deforet in cod. Mog. praestare tamen videretur, quae etiam Cl. Dukeri sententia erat, eam culpa librariorum, perperam repeti existimantium, partim hic, partim antea omissam esse; praesertim quum ipse Gronovius agnoscat, Livio *τὸ ut* eleganter *πλεονάζειν.* Praeter illa, quae Gronov. in pr. ed. notarum congessit ad h. loc. (tum enim utroque loco *τὸ ut* servandum putabat) vide, quae adlata sunt ad 22, 11, 4. Insuper *acciperet, et quem M. Baebius* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. Sed vocula *et* perperam repetita est ex ultima syllaba vocis praecedentis. V. ad 39, 18, 8. Quomodo vero Baebium hic exercitum *in Macedoniam* trajecisse narret Livius, quem *in Epirum* transire jussum esse scribit supra 35, 24, 7. ad eum locum inquirit Cl. Dukerus.

§. 8. *Ne supra quinque millia numerum*] *ne supra quinque millium* lege. GELEN. *millia numerum* soli meorum Lov. 5. et Gaertn. De cujus erroris fonte v. ad 42, 12, 9. *millium militum* est in Harl. *mill' militum* in Lov. 6.

L. Quinctium etc. *legari ad id bellum*] Sic T. Quintio in Macedonia bellum gerenti legati ex SCto additi 32, 28. et saepe aliis imperatoribus. V. Lipsium 2. de

Digitized by Google

9 sulem legari ad id bellum placuit. Alter consul, cui Italia provincia evenisset, cum Bojis jussus bellum gerere, utro exercitu mallet ex duobus, quos superiores consules habuissent; alterum ut mitteret Romam, eaeque urbanae legiones essent paratae, quo senatus censuisset.

Milit. Rom. 10. Nec tamen L. Quintii deinde ulla in hoc bello mentio est. DUK. Ultima vox deest in Lov. 3.

§. 9. *Eaeque urbanae legiones essent paratae*] Alter Pal. *eoque urbanae legiones essent paratae*. GEBH. Pariter Lov. 2. et Harl. At *eaque urbanae* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. Paullo ante *consules* deest in Lov. 1. [*cujus Italia* Bamb.]

§. 1. *Ad id, quae cujus provincia foret*] *ad id, quod cujus* Lov. 5. et edd. vett. Aldus deinde ex cod. Mog. dedit *ad id, quae cujus*. Et ita reliqui mei, nisi quod *id* non adparet in Lov. 6. Crevierius, si nihil hic corruptum est, sensum esse putat, usque *ad id* caput, nempe *quae cujus provincia erat*: quod quidem caput nondum certum erat. Aliquid tamen vitii latere opinatur. [*quae* omittit Bamb.]

§. 2. *Quod populus Romanus eo tempore duellum jussisset cum rege Antiocho esse*] MS. *bellum jussisset esse cum rege Antiocho*. Illud magis sapit antiquitatem suam. MOD. Pall. *quo tempore duellum jussisset esse cum rege Antiocho*. GEBH. Mog. transponit τὸ *esse* hoc modo *jussisset esse cum rege Antiocho*. Ego utrobique deleo: et haec ipsa librariorum inconstantia mihi est argumentum vitii. Lib. 31, [8, 2.] *Quod bellum cum Philippo populus jussisset, id bene et feliciter eveniret*. Lib. 42, [33.] *Quod bellum senatus cum Perseo jussisset*. J. FR. GRONOV. Duo Hearniani itidem ut Mogunt. Situs vocum, quae salva sententia abesse possunt, in libris scriptis varians, saepe praebet suspicionem, eas insiticias esse. Nec tamen semper firmissima est haec suspicio, ut quae non alio fere argumento, quam inconstantia et negligentia scribarum, nitatur; quae si sola sufficeret ad ejiciendas voces non necessarias, caussa non esset, cur multae, quibus sublatis sensus non satis constaret, tamen ob id, quod alius atque alius earum ordo in MSS. est, delendae non essent. Non contendo, hic retineri debere τὸ *esse*; sed non tam inconstantia scribarum me movet ad id repudiandum, quam quod Livius in hoc genere loquendi plerumque omittit infinitivum *esse*. 6, 14. *Minime dubius bellum cum his populis Patres jussuros*. 1, 17. *Quum populus regem jussisset*. Ibid. c. 22. 3, 30. 42, 33. et Sallust. Jug. 84. *Postquam ei provinciam Numidiam populus jussit*. Dico plerumque: nam et est, ubi addat. 1, 32, 13. *Quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis jussit esse*. Et quid in re interest inter hoc, *populus duellum cum rege Antiocho esse jussit*, et id, quod paullo post dicit, *bellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit*? Hoc quidem non dubium est, quia

Digitized by Google

II. His ita in senatu ad id, quae cujus provincia 1
foret, decretis, tum demum sortiri consules placuit.
Acilio Graecia, Cornelio Italia evenit. Certa deinde 2
sorte senatusconsultum factum est: *quod populus Romanus eo tempore duellum jussisset esse cum rege Antiocho, quique sub imperio ejus essent, ut ejus rei*

infinitivus in his per ellipsin suppressus, ut integra sit oratio, supplendus sit. V. Cl. Burmann. ad Petron. c. 71. DUK. *quo tempore duellum*, tribus vocibus *populus Romanus eo* omissis, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Sed *quod populus Romanus tempore duellum* Mead. 1. in margine, et Hearnii L. 1. *quod populus Romanus duellum* Gaertn. et Hearnii N. Recte deinde Modius vulgatum *duellum* potius, quam *bellum* cod. Moguntini, probat. Eadem voce mox iterum utitur Livius hoc cap. *Si duellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit.* 1, 32, 12. *Puro pioque duello quaerendas censeo.* 22, 10, 3. *Quod duellum populo Romano cum Karthaginiensi est, quaeque duella cum Gallis sunt.* 23, 11, 2. *Victoriaque duelli populi Romani erit.* Et ita *perduellis* pro hostis usurpatur 25, 12, 10. *Is Divus exstinguet perduelles vestros.* 29, 27. *Salvos incolumesque, victis perduellibus, victores.* Neque obstat, Livium antiquato loquendi genere haud delectatum esse, *duellum* autem pro bello, *perduellis* pro hoste inter illa referri, quae ejus tempore ex usu recesserant. Saepius enim Livius, sollemnes precum, votorumve formulas, senatusconsulta, vel similia referens, quaedam tamen vocabula antiquata in illis obvia antiquitatis testandae caussa retinuit. Eo refero *edelarassis* 1, 18, 9. *defexit* 1, 24, 8. *cooptassint* 3, 64, 10. *duis* 10, 19, 17. Vide formulam res repetendi ac belli indicendi 1, 32. formulam in vere sacro votendo usitatam 22, 10. Responsum Apollinis Delphici 23, 11. Carmina Marcii vatis relata 25, 12. formulam precum Scipionis ex Sicilia in Africam trajecturi 29, 27. Deinde situs verborum *cum rege Antiocho esse*, quem praeferunt editi, in uno tantum Lov. 5. perpetuo eorum adsecla, mihi obvius fuit. Reliqui mei numero decem cum duobus Hearnii L. 1. et N. pertinaciter adhaerent cod. Mog. *esse cum rege Antiocho* exhibenti, quorum consensum spernere non potui. Probare enim nequeo factum Gronovii, infirmo ex vario vocabulorum situ deducto argumento ejicientis et expungentis τὸ *esse*, quoniam sine sensus detrimento abesse poterat: adversus quem id recte Dukerus vindicavit. Pari modo *bellum alicui jubere* Livius dixit 9, 43. *Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat.* ubi deest *inferri, fieri.* Id autem addit cap. 45. *Populus Romanus bellum fieri Aequis jussit.* Nihil itaque inpedit, quo minus, quum alibi dixerit *jubere bellum cum aliquo*, nunc plene dicat *jubere esse bellum cum aliquo.* Quin et stilo in SCtis usurpato, in quibus potius, quae abesse possunt, addi solent perspicuitatis caussa, magis convenire videtur, ut ex auctoritate codd. τὸ *esse* serve-

Digitized by Google

caussa supplicationem imperarent consules: utique M'. Acilius consul ludos magnos Jovi voveret, et dona
3 *ad omnia pulvinaria.* Id votum in haec verba, praeeunte P. Licinio pontifice maximo, consul nuncupavit: *Si duellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit, id ex sententia senatus populique Ro-*
4 *mani confectum erit; tum tibi, Jupiter, populus Romanus ludos magnos dies decem continuos faciet; donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia,*
5 *quantam senatus decreverit. Quisquis magistratus eos ludos quando ubique faxit, hi ludi recte facti, donaque data recte sunto.* Supplicatio inde ab duobus consulibus edicta per biduum fuit. Consulibus sortitis provincias, extemplo et praetores sortiti
6 sunt. M. Junio Bruto jurisdictio utraque evenit, A.

mus. Paullo ante *Cetera deinde sorte* Lov. 3. et 4. V. ad 34, 36, 4. *Certa demum sorte* Lov. 6. V. ad 40, 22, 1. Deinde *τὸ est* defit in Harl. [*eo tempore* omittit Bamb. qui post *duellium*.]

Quique sub imperio ejus essent] *quique fido imperio* Lov. 3. *τὸ ejus* non adparet in Lov. 1. Mox *utrique*, pro *utique*, perperam Lov. 3. *utque* Gaertn. Sed v. ad 6, 35, 5. et ita mox §. 5. *ubique* ponitur pro et ubi. Praeterea *rege Antiocho*, trajectis vocibus, Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. [Bamb.]

§. 4. *De pecunia, quantam senatus decreverit*] Voss. *decrevit*. Lege *decererit*. J. FR. GRON. *decrevit* etiam Lov. 1. V. ad 2, 28, 8. Praeterea *quam*, pro *quantam*, Lov. 2. V. ad 24, 26, 7. Mox §. seq. *Quisque magistratus* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Tum *donaque ata recte sunto data* Voss. *donaque recte suntodata* Lov. 1. et 6.

§. 6. *Jurisdictio utraque evenit, A. Cornelio Mammulae Bruttii*] Priore libro [c. 24.] ubi hi magistratus creati sunt, *L. Cornelius* dicitur in plerisque codicibus. Tu vide, utrum locum ex altero emendare malis. Nam et ab initio libri seq. [cap. 2.] rursus *A.* non *L.* dicitur. quare alii indubitanter *A.* emendarunt. GLAR. *utraque venit* Lov. 1. ultimae vocis litera initiali a finali praecedentis hausta. V. ad 37, 29, 8. *utraque pervenit* Lov. 6. Sed proprium ac perpetuum in his est *evenire*. V. ad 7, 6, 8. Insuper *Mamillae* Lov. 5. et edd. antt. *Mumulae* ed. Ascensii anni 1513. cum codd. Lov. 1. 2. 3. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Mammulae* tandem ed. Mog. ut exhibent reliqui MSti. Et ita scribitur hoc gentis Corneliae cognomen supra 23, 21. 33, 44. et 42, 6. Similiter fere, ut hoc loco, peccabatur olim 35, 24. at

Digitized by Google

Cornelio Mammulae Bruttii, M. Aemilio Lepido Sicilia, L. Oppio Salinatori Sardinia, C. Livio Salinatori classis, L. Aemilio Paullo Hispania ulterior. His ita exercitus decreti. A. Cornelio novi milites, con- 7
scripti priore anno ex senatusconsulto a L. Quinctio consule, dati sunt; jussusque tueri omnem oram circa Tarentum Brundisiumque. L. Aemilio Paullo 8
in ulteriorem Hispaniam praeter eum exercitum, quem a M. Fulvio propraetore accepturus esset, decretum est, ut novorum militum tria millia duceret, et trecentos equites; ita ut in iis duae partes sociûm Latini nominis, tertia civium Romanorum esset. Idem supplementi ad C. Flaminium, cui imperium 9
prorogabatur, in Hispaniam citeriorem est missum. M. Aemilius Lepidus a L. Valerio, cui successurus 10

aliter 40, 35. ubi vide. Mox *inde Aemilio Lepido.* Sed v. ad 4, 52, 4. et hoc cap. §. 15. *M. Junio Aemilio Lepido* Hearnii N. Deinde *et C. Livio Salinatori* Lov. 1. *C. Licinio Salinatori* Hearnii L. 1. Voces *Sardinia, C. Livio Salinatori* desunt in Gaertn.

§. 7. *A. Cornelio novi milites*] V. 35, 41. DUK. Mox *oram omnem* Lov. 1. *omnem oram maritimam* Lov. 3. *omnem maritimam oram* Harl. Deinde *Brondusiumque* Voss. *Brundisiumque* Lov. 1. 4. et ed. Rom. anni 1472. V. ad 42, 17, 2. et ad cap. seq. §. 13.

§. 8. *Quem a M. Fulvio propraetore accepturus esset, decretum, ut novorum*] MS. *decretum est, ut novorum.* MOD. *praetore* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *proconsule* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo demum Frob. anno 1535. *propraetore* dedit. Sed v. ad 40, 39, 1. Cod. autem Mog. lectionem *decretum est* recepi. Mox *CC equites* Hearnii N. [*procos.* Bamb. qui *est* omittit.]

§. 9. *In Hispaniam citeriorem est missum*] Pall. *in Hispaniam ulteriorem.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 39, 56, 2. Paullo ante *Id supplementi.* V. ad 10, 10, 6. *Idem supplementum* Lov. 6. et Harl. quod interpretis vel librarii esse puto. *idem certaminis* supra est 10, 34. *idem negotii* 25, 22. *idem damni* 35, 42.

§. 10. *M. Aemilius Lepidus a L. Valerio, cui successurus esset*] MS. *cui successurus is esset.* placet. MOD. *Lepidus* deest in Lov. 6. Tum *ab L. Valerio* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Mead. 1.

§. 11. *L. Valerium, si ita vi-*

Digitized by Google

esset, simul provinciam exercitumque accipere jus-
11 sus: L. Valerium, si ita videretur, pro praetore in provincia retinere, et provinciam ita dividere, ut una ab Agrigento ad Pachynum esset, altera a Pachino Tyndarium. Eam maritimam oram L. Vale-
12 rius viginti navibus longis custodiret. Eidem praetori mandatum, ut duas decumas frumenti exigeret: id ad mare comportandum devehendumque in Grae-
13 ciam curaret. Idem L. Oppio de alteris decumis exigendis in Sardinia imperatum. Ceterum non in Graeciam, sed Romam, id frumentum portari pla-

deretur, pro praetore in provincia retinere] Qui vim loci non adverterunt, ex una voce duas fecere, et nec, quae proxime sequebatur, integram manere passi sunt. Enim vero *pro praetorem provinciam retinere* integra est lectio, i. e. ut propraetor provinciam teneret. SABELL. Vet. lib. *pro praetore.* SIG. Alter Pal. et vet. ed. *pro praetore in provincia retinere.* Infra c. 8. Pall. *Is extemplo ad M. Baebium pro praetore misit.* GEBH. Sabellici emendationem nullus editorum recepit; sed Veneti anno 1495. vulgarunt *propraetorem in provincia retinere*, quod plerique et ante, et post Sigonium servarunt usque ad Gronov. qui quum primo Sigonii lectionem expressisset, anno 1665. *propraetore* unica voce dedit, quod reliqui secuti sunt. Verum in duas iterum voces *pro praetore* divisi.

Ut una ab Agrigento ad Pachynum esset, etc.] Si haec bene habent, inaequalis sane divisio, praeterea, quae totum non complectitur. Nam longe maxima refiat a Tyndario Agrigentum, quae ad occasum vergit. At ego suspicor, pro *Agrigento* legendum *Agathyrno*, quod prope Tyndarium est. Temere tamen haec non assero. judicet lector. GLAR. In codd. tamen nihil mutatur, nisi quod mox *Tyndarnium* legat Gaertn. *Tyndareum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et cod. Mog. quod forte aevo, quo librarii vixerunt, tribuendum est. Certe ita etiam in Tab. Peuting. adpellatur: sed Graecis *Τυνδάριον* dicitur. Praeterea *Totam maritimam oram* Lov. 1. *Quom maritimam oram* Gaertn. *Ut maritimam oram* Harl. *Tum maritimam oram* Lov. 2. *Tum cum maritimam oram* Lov. 6. *Cum in maritimam oram* Mead. 1. *Cum maritimam oram* Voss. Lov. 3. 4. 5. Mead. 2. [Bamb.] et edd. ante Moguntinos, qui recte ex cod. suo legerunt *Eam maritimam oram.* Pari modo *cum* et *eum* saepius in Mstis confundi., vidimus ad 10, 7, 3. Hinc *triginta navibus* Gaertn.

§. 12. *Eidem praetori mandatum, ut duas decimas fru-*

Digitized by Google

cere. C. Livius praetor, cui classis evenerat, cum 14
triginta navibus paratis trajicere in Graeciam primo
quoque tempore jussus, et ab Atilio naves accipere.
veteres naves, quae in navalibus erant, ut reficeret 15
et armaret, M. Junio praetori negotium datum est,
et in eam classem socios navales libertinos legeret.

III. Legati terni in Africam ad Karthaginienses 1
et in Numidiam ad frumentum rogandum, quod in
Graeciam portaretur, missi; pro quo pretium sol-
veret populus Romanus. Adeoque in adparatum cu- 2
ramque ejus belli civitas intenta fuit, ut P. Corne-

menti] Vet. lib. *decumas*. recte. Hinc enim *decumani* dicti, qui *decumas* redimunt. Paedianus. SIG. Ita plerique meorum hic et §. seq. V. ad 5, 25, 5. et 37, 2, 12. Vox *praetori* deest in Lov. 3. Mox *idque ad mare* Lov. 5. et edd. usque ad Frobenium, qui copulam expunxit. Eam autem neque in aliis MSS. inveni. Tum *exportandum* Lov. 6. Sed v. ad 34, 34, 6. Etiam §. seq. *de alterius decumis* Lov. 3. et Mead. 2.

§. 14. *Cum triginta navibus paratis trajicere*] *a triginta navibus* Voss. Lov. 1. 4. 5. et Gaertn. cum edd. principibus. *et triginta navibus* Harl. *triginta navibus*, omissa praepositione, Lov. 2. [Bamb.] et quaedam edd. V. ad 1, 14, 7. *cum triginta navibus* reliqui codd. quod Ascens. anno 1513. et antea Mediol. anno 1505. admiserunt. Mox *ab Achillo* Voss. et Lov. 1. *ab Athalo* Lov. 2. et Harl. *ab Attolo* Gaertn. *ab Attalo* Mead. 1.

§. 15. *Et in eam classem socios navales libertinos legeret*] Manuscriptus *et ut in eam classem*. MOD. Pall. et vet. ed. *datum est, in eam classem*. GEBH. *Tò et* deest etiam in omnibus nostris codd. in Hearnii L. 1. et in edd. antiquis. Aldus primus, post *τὸ armaret* majori interpunctione distinguens, ac praecedentia ad C. Livium referens, a sequentibus novam periodum incipit, et ex cod. Mog. legit *M. Junio praetori negotium datum est, ut in eam classem* etc. male enim Modius *et ut in eam classem* in eo legi adfirmat. Froben. deinde, pristina distinctione revocata, per quam omnia a vocibus *veteres naves* ad M. Junium referuntur, *et in eam classem* restituit, vocula *ut* in *et* mutata. V. ad 21, 28, 8. Et hoc verius videtur. Nam, Aldi lectione et distinctione admissa, sibi adversaretur, eumdem Livium juberi primo quoque tempore in Graeciam trajicere, ac Romae veteres naves reficere et armare. Tum *socios venales* male Voss. nec melius Lov. 6. vocem *navales* omisit. Praeterea *inde Junio*, pro *M. Junio*, Voss. V. ad §. 6.

§. 1. *Ad Karthaginienses et in Numidiam ad frumentum rogandum*] Sine copula Pall. et

3 lius consul ediceret, *Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, quique minores magistratus essent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret, quam unde eo die redire posset; neve uno tempore quinque senatores ab urbe Roma abes-*
4 *sent.* In comparando inpigre classem C. Livium praetorem contentio, orta cum colonis maritimis, paulli-
sper

vet. ed. *ad Carthaginienses. In Numidiam* etc. Ita videlicet distinguit Pal. pr. GEBH. Copulam etiam ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. Lov. 6. a m. 1. [Bamb.] omnesque edd. usque ad Moguntinam. Sed adest in Mead. 1. et Lov. 6. a m. 2. Praeterea *in Numidiam ad Masinissam ad frumentum* Lov. 3. Sed mediae duae voces, quae constanter a reliquis repudiantur, ab interprete ex cap. seq. additae sunt. Mox *portaret* Gaertner. *portarentur* Lov. 1. et Mead. 1. *portarent* Lov. 3.

§. 3. *Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam* etc.] Sic locutus est lib. 23, [32, 3.] *Uti senatores, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, ad portam Capenam convenirent.* Quid autem interfuerit inter eos, quibus licebat in senatu sententiam dicere, et senatores, docet Festus [voc. *Senatores*] his verbis: *Qui post lustrum conditum ex junioribus magistratum cepere, in senatu sententiam dicunt, non tamen senatores vocantur, antequam in senioribus sint censi.* et Gellius [3, 18.] his: *Qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant, sed, quia honoribus populi usi erant, in senatum veniebant, et sententiae jus habebant. Nam et curulibus magistratibus functi, qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant, et, quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias dicere, sed. quas principes dixerant, in eas descendebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoque consules, cum senatores in curiam vocant, servandae consuetudinis causa translatitio utuntur. Verba edicti haec sunt: Senatores, quibusque in senatu sententiam dicere licet.* SIG. Vide etiam Manut. de Senatu Rom. c. 1. p. 906. in Thes. Graevii. *quibus in senatu* Lovel. 1. Mox *longe ab urbe* Harl. Tum *abirent* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et, teste Hearnio, Oxoniensis L. 1. et Romana Aleriensis princeps editio. Denique *ab urbe abessent* Lov. 6. *ab urbe Romana abessent* Lov. 2. V. ad Epit. Liv. 49.

§. 4. *In comparanda inpigre classe C. Livium*] Libri omnes *In comparando impigre classem.* GEBH. Scripti consensu *In comparando impigre classem.* Sic et Andreas Romae: in proximis jam video mutatum. Parum interest, dices. Certe parum, ut videtur: cur ergo veterem lectionem non teneamus?

Digitized by Google

sper tenuit. Nam, quum cogerentur in classem, tri- 5
bunos plebei adpellarunt: ab iis ad senatum rejecti
sunt. Senatus ita, ut ad unum omnes consentirent,
decrevit, vacationem rei navalis his colonis non esse.
Ostia, et Fregenae, et Castrum novum, et Pyrgi, et 6
Antium, et Tarracina, et Minturnae, et Sinuessa
fuerunt, quae cum praetore de vacatione certave-
runt. Consul deinde M.? Acilius ex senatusconsulto 7

auctor de bello Africano [c. 82.] *Itaque in circumeundo exercitum animadvertit, hostes circa vallum trepidare.* Sed mihi aliud subolet, et propemodum persuasum est, τὸ *classem* esse additionem ejus, qui aut veterem lectionem interpretabatur, aut sine illo apposito non capiebat. Etenim ab Livio fuisse suspicor: *In comparando impigrum C. Livium praetorem contentio orta cum colonis maritimis paulisper tenuit. nam cum cogerentur in classem, tribunos plebei appellarunt.* Porro, verbo *comparare* ita absolute, intellecto ex proximis, quid comparetur, amare uti Livius, monstrabimus exemplis ad l. 38, 12. ubi simile vitium contra MSS. inolevit. Alioqui *comparare classem* usitatissimum est; et, nisi ita esset, non posset hic posterior vox intelligi. Lib. 42, [30.] *Arma, milites, classem ejus rei caussa comparasset. plebei* est a scriptis. J. FR. GRONOV. Ex Mstis, quos viri docti excusserunt, *In comparanda inpigre classe* unus Hearnii N. exhibere dicitur. Contra *In comparando inpigre classem* pariter omnes nostri, et Hearnii L. 1. ac D. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. nisi quod *In parando* praeferat Lov. 1. Vide ad 35, 41, 7. Gronov. in pr. not. ed. bis, hic nempe, et ad 38, 12. *In comparando impigre C. Livium* scribendum conjecit: nunc vero etiam *impigre* in *impigrum* mutandum censet. Sed codd. sequi tutius videtur. Mox §. seq. *tribunos plebei* Voss. V. ad 2, 32, 2. *tribunos plebi* Lov. 1. V. ad 2, 42, 6. Tum *adpellaverunt* Harl. Sed v. ad 21, 44, 7. Hinc *trajecti sunt* Voss. et Lov. 6. *trajecti sunt* Lov. 1. V. ad 2, 22, 5. Tandem *eis* vel *iis colonis* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. princ. quod in suo Victor. inventum Crevierius probavit. Sed Aldus *his colonis* ex cod. Mog. vulgavit. Quod cur alteri cedat, nondum video. [*comparanda inp. classe.* §. 5. *eis colonis* Bamb.]

§. 6. *Sena, et Fregena, et Castrum novum*] Plinius l. 3. c. 5. *Freginates* in agro Falerno ponit: ea an hic sit eorum colonia, videndum, quanquam libri variant. Quidam, pro *Sena, Enam*, quidam *Hostiam* legunt. GLAR. *Ostia, et Fregenae*, ut supra docui, ubi Romanas colonias exposui. SIG. MS. *Ostia, et Fregenae.* MOD. Pall. *Ocia.* Prisca ed. *Ena et Frigena.* GEBHARDUS. Bello Annibalico tamen Ostiensium et Antiatium vacatio a senatu observata fuerat. 27, 38. DUK. *Ena* Lov. 5. et edd. principes usque ad Ascensianam anni 1513. quae in margine prae-

Digitized by Google

ad collegium fecialium retulit: *Ipsine utique regi Antiocho indiceretur bellum, an ad praesidium nun-*
8 *ciaretur? et num Aetolis quoque separatim indici juberent bellum? et num prius societas eis et amici-*
9 *tia renuncianda esset, quam bellum indicendum?* Feciales responderunt: *Jam ante sese, quum de Phi-*

fert *Sena*, quod Moguntina in contextum recepit. Sed *Hostia*, vel *Ostia*, ut verius scribendum esse Sigonius etiam monuit ad 1, 33, 9. ex cod. Mog. admisit Frob. anno 1535. probantibus, ex codd. meis, Lov. 2. Mead. utroque, et Gaertn. Eodem ducunt reliquorum vestigia. Nam *Otia* est in Voss. et Harl. *Ocia* in Lov. 1. 4. et 6. *Occia* in Lov. 3. Deinde *et Erigena* Lov. 5. et ed. Camp. *Frigena* reliquae edd. principes. *Fregena* ceteri omnes codd. nostri, cum Hearnii L. 1. et N. Sed *Fregenae*, ut cod. Mog. legit, scribendum conjicit Cluver. 2. Ital. ant. 2, 500. V. ad Epit. Liv. 19. Mox *Cintium*, pro *Antium*, et *Sinuesae* Hearnii L. 1. *Sinuessae* codd. nostri, et edd. vett. *Sinuessa* Moguntini ex cod. suo receperunt. Nec aliter Voss. in margine. Dein *certarunt* Lov. 3. [*certarent*. ante *Fregena* et *Sinuesse* Bamb.]

§. 7. *Ipsine regi Antiocho indiceretur bellum, an satis esset ad praesidium aliquod ejus nunciare* etc.] Manuscriptus, *Ipsine utique regi Antiocho indiceretur bellum, an ad praesidium nunciaretur?* In sequentibus autem tangit morem veterum Romanorum aperte renunciandae amicitiae: de quo etiam illud accipiendum lib. 43. [an lib. 42, 25.] *Missi legati Perseo amicitiam renunciarunt.* Neque publice tantum, sed privatim is obtinebat. hinc denunciatae, indictae, testatae amicitiae, de quibus omnibus vide literatissimorum doctissimum Justum Lipsium ad Tacitum [Excurs. L. ad 2. Annal.] De caetero lectionem nostram scriptam non malam esse, evincunt statim sequentia: nihil referre, *ipsi coram, an ad praesidium nunciaretur.* MOD. Omnes nostri, a Moguntino cod. dissentientes, alteram lectionem tuentur, nisi quod Voss. in paucis apicibus librarii culpa aberret, et Lov. 1. voces *an satis esset ad praesidium*, Lov. 3. τὸ *aliquod* omittant. Nihilominus meritis codicis Mog. in Livium dedi, ut lectionem ejus, ab omnibus antea fastiditam, in contextum reciperem. Duo exstant loca Livii huic simillima: alter 31, 8. *Bellum, quod indiceretur Philippo, utrum ipsi utique nunciari juberent? an satis esset, in finibus regni quod proximum praesidium esset, eo nunciari?* Alter 38, 46. *Minima illa, quum jam senatus censuisset bellum, quaesita tamen sunt: quibus nunciandum esset? ipsis utique regibus nunciaretur, an satis esset ad praesidium aliquod nunciari?* Ex utroque hoc, vel certe posteriore, margini adscripto vulgata hujus loci lectio formata videtur; quae si praeferenda foret, attamen ex illis locis hic etiam *nunciari* legi deberet. [*an satis esset ad praes. aliq. ejus nuntiaret* Bamb.]

§. 8. *Num Aetolis quoque separatim indici juberent bellum*] *non Aetolis* Voss. a m. 1. Lov.

Digitized by Google

lippo consulerentur, decresse, nihil referre, ipsi coram, an ad praesidium, nunciaretur. Amicitiam 10
renunciatam videri, quum legatis, toties repetentibus res, nec reddi, nec satisfieri aequum censuissent.
Aetolos ultro sibi bellum indixisse, quum Demetria- 11
dem, sociorum urbem, per vim occupassent; Chalci- 12

1. et Gaertn. Mox etiam *et non prius* Voss. a m. 1. et Lov. 1. quod accipi posset pro *nonne* positum esse. Vide ad 4, 4, 5. Quum tamen reliqui codd. vulgatum tueantur, *non* aberrantium librariorum culpae tribuere malo. Nam et alibi saepe has voculas commutarunt. V. ad 2, 40, 7. 5, 51, 7. c. 52, 6. 7, 6, 11. 9, 3, 3. et passim. Deinde *separatum indici juberet bellum* Gaertn. *juberet* etiam Lov. 1. 2. 4. Harl. et uterque Mead. Verum ita datum videtur, quia scribis displicebat *collegium fecialium juberent*. Sed v. ad 35, 26, 9. Mox *societas et amicitia eis renuncianda* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. uterque. *societas et amicitia ejus renuncianda* Lov. 6. Harl. et Gaertn.

§. 9. *Quum de Philippo consulerentur, haec decrevisse*] Vetus lectio, *quum de Philippo consulerentur, decrevisse*. GELEN. Vet. ed. *haec decresse*. Pall. *haec respondisse*. GEBH. Scribo ex vetustis *decresse*. J. FR. GRON. *consultarentur* Lov. 2. Sed v. ad 21, 16, 2. Deinde *hoc respondisse* Voss. *haec respondisse* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *respondisse* Lov. 1. quam verae lectionis expositionem, olim margini adscriptam, puto. *haec decresse* Lov. 5. et edd. vett. Postea Ascens. *haec decrevisse*. sed Frobenius, auctore Gelenio anno 1535. pronomen *haec* expunxit: *decresse* tandem Gronovius contextui restituit. V. supra ad 2, 27, 8. [*decrevisse* Bamb.]

Nihil referre, ipsi coram, an praesidio nunciaretur] Vetus lectio: *nihil referre, ipsi coram, an ad praesidium*. GELEN. Vet. ed. *an praesidio*. Pall. *nihil interesse, ipsi coram, an ad praesidium*. GEBH. *nihil interesse* Lov. 2. 4. Harl et Mead. uterque; quod iterum ex marginali interpretatione natum videtur. Deinde *ipsi coram praesidio* Lov. 3. *ipsi coram, an praesidio* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ipsi coram, an praesidium* Voss et Lov. 1. prioris tamen margini pro varia lectione adscribitur *praesidio*. Sed *ipsi coram, an ad praesidium, nunciaretur*, ut Gelenius emendat, Mogunt. in cod. suo invenerunt; quod sine dubio verum est. Ex vestigiis codicum adparet, primo *ad* propter similitudinem praecedentis *an* intercidisse: hinc mox, ne oratio foret soloeca, *praesidium* in *praesidio* mutatum esse. Paullo ante hoc cap. *An ad praesidium nunciaretur*. 38, 46. *An satis esset, ad praesidium aliquod nunciari*. Eadem constructio apud Plautum obcurrit in Bacchid. 1, 2, 49. in Mostel. 1, 3, 76. et in Menechm. 5, 9, 68. Huc refer *eo nunciari*, non *ei*, apud nostrum 31, 8. Pari modo *restitui ad Romanos*, de quo v. ad 24, 47, 10. *dedere ad consulem*, vi-

Digitized by Google

dem terra marique obpugnatum issent; regem Antiochum in Europam ad bellum populo Romano infe-
13 *rendum traduxissent.* Omnibus jam satis comparatis, M.' Acilius consul dixit: *Ut, quos L. Quinctius milites conscripsisset, et quos sociis nominique Latino imperasset, quos secum in provinciam ire oporteret, et tribuni militum legionis primae et tertiae, uti omnes*
14 *Brundisium Idibus Majis convenirent.* ipse ante diem

de Gronov. ad 29, 38, 1. Diversa autem constructio *nunciare ipsi* et *ad praesidium* Livio est familiarissima; quam ubique cum captasse, videbimus ad 38, 39, 10.

§. 11. *Aetolos ultro sibi bellum indixisse*] *intulisse* perperam Gaertn. Mox *perinde occupassent* Lov. 5. et edd. antt. pro quo recte Ascens. anno 1513. et ante eum Mediol. anno 1505. *per vim* substituerunt. Scriptum forte fuerat per compendium *per ut*, ex quo, commutatis libris *ui* et *in*, factum est *periñ.* V. ad 5, 20, 2.

§. 13. *Uti omnes Brundusium Idibus Majis convenirent*] *ut omnes* Lov. 2. et Harl. Gronov. ad 28, 9, 10. et in pr. ed. not. ad hujus lib. cap. 1, 7. inter plura alia etiam duo Livii loca ex 22, 11, 4. et 37, 4. huc facientia laudavit, ubi post *ut* in priori *ut hi*, in posteriore *ut hi omnes* subjungitur: quae lectio posterior, iisdem locis observatis, etiam Cl. Crevierio hic placuit. *uti homines* legunt Voss. et Lov. 1. Propius igitur fore videtur, ut legamus *uti hi omnes.* Post *ut* autem Livium, si id geminandum duceret, interdum subjunxisse *uti*, vidimus ad 8, 6, 14. Deinde *Brundisium* Lov. 4. V. ad cap. praec. §. 7. Tum *convenisset* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante voces *jam satis* desunt in Voss. et Lov. 1. Etiam vocula *et* post *oporteret* deest in Lov. 5. et edd. primis, quam praecedentis ultimae literae eliserunt. V. ad 35, 41, 7. Eam Froben. anno 1535. restituit. [*uti homines* Bamb.]

§. 14. *Ipse ante diem quintum Nonas Majas*] *ipse ad quinque Nonas* Voss. et Lov. 1. *ipse ad V. Nonas* Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *ipse ad quinî Nonas* Lovel. 6. *ipse ad VI^to Nonas* Hearnii L. 1. *ipse ad quinto Nonas* Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *ipse ad quintum Nonas* Lov. 2. 4. et edd. reliquae. Per compendium scriptum fuerat *ipse a. d. quintum*, pro quo *ad* factum est ab indoctis scribis. V. ad 27, 23, 7. Veram scripturam Sigon. in contextum recepit, sed neminem invenit, qui audire dignaretur ante Gronov. Mox *ab urbe egressus* Lov. 3. *ex urbe egressus* Lov. 5. *urbem egressus* Lov. 1. [*ad V. Nonas* Bamb.]

§. 1. *Sub idem tempus legati ab duobus regibus*] MS. *Sub idem tempus et legati ab d. r.* de quo saepius jam monui, et moniturus videor. MOD. *Sub idem tempus et legati* etiam Lov. 3. et Hearnii L. 1. Tum *a*

Digitized by Google

quintum Nonas Majas paludatus urbe egressus est. Per eosdem dies et praetores in provincias profecti sunt.

IV. Sub idem tempus legati ab duobus regibus, 1
Philippo Macedoniae et Ptolemaeo Aegypti, Romam venerunt, pollicentes ad bellum auxilia, et pecuniam, et frumentum. ab Ptolemaeo etiam mille pon- 2
do auri, viginti millia pondo argenti adlata. Nihil ejus acceptum. Gratiae regibus actae. et, quum 3

duobus regibus Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

Ab duobus regibus, Philippo et Ptolemaeo Aegypti rege] Quis non videt, illa *Aegypti rege* adauta esse? Purga igitur: *Sub idem tempus legati ab duobus regibus Philippo et Ptolemaeo Romam venerunt.* J.FR.GRON. Voces, quas Gronovius delendas judicat, non tantum Doujat. in tribus suis, duobus Regiis et uno Colbert. invenit. sed mihi etiam obviae fuerunt in omnibus, quibus utor. Cl. Crevier. ex Msto Victor. probavit, et edidit *ab duobus regibus Philippo Macedoniae, et Ptolemaeo Aegypti Romam venerunt.* Neque dubitat, quin et alii Msti idem tenerent, si editores observare non neglexissent. Tektor tamen, undecim codd. meos vulgatum servare. Quum tamen ea lectio aperte falsa videatur, scripturam in cod. ejus inventam secutus sum. [*Macedoniae et* omittit Bamb.]

Pollicentes ad bellum auxilia, et pecuniam, et frumentum. ab Ptolemaeo etiam mille pondo auri, viginti millia pondo argenti adlata. Nihil est acceptum] Manuscriptus, *Philippo pollicente ad bellum auxilia, et pecuniam, et frumentum. ab Ptolemaeo mille pondo auri, ducenta quinquaginta duo pondo argenti allata. Nihil ejus acceptum.* Ex qua scriptura illud solum pro recto et probo ego accipiendum censeo, quod est extremo loco. *Nihil ejus acceptum.* MOD. Pall. *Nihil ejus acceptum.* GEBH. *Philippo pollicente* recte Modio displicuit. Natum existimo ex scribae interpolatione, qui, mox Ptolemaeum memorari videns, etiam Philippi mentionem necessariam putabat. Verum, non solum Philippum auxilia promisisse, sequentia probant. Voces *ad bellum* desunt in Lov. 1. Tum *auxilium et pecuniam* Harl. Sed *auxilia* sunt milites auxiliares. V. ad 5, 5, 8. Deinde *ab Ptolemaeo et mille* Lov. 5. et edd. antt. Hinc Moguntini ex cod. suo τὸ *et* omiserunt, cujus loco *etiam* adscivit Aldus, ut praeferunt reliqui mei. Deinde *Nihil est acceptum* Lov. 5. *Nihil ei acceptum* Lov. 1. *Nihil ejus acceptum*, quod recte Modius ex Mog. cod. probavit, et ultima Gruteri ed. recepit, superest in reliquis meis. *ejus* autem, scilicet auri et argenti adlati. V. ad cap. 7, 6.

§. 2. *M. XX. pondo argenti*] Vetus lectio *XX. M. pondo argenti.* GELEN. *mille et viginti pondo* Lovel. 5. *ingenti pondo* Harl. *viginti pondo* Voss. Lov.

Digitized by Google

uterque se cum omnibus copiis in Aetoliam venturum, belloque interfuturum polliceretur, Ptolemaeo
4 id remissum: Philippi legatis responsum, gratum eum senatui populoque Romano facturum, si M.
5 Acilio consuli non defuisset. Item ab Karthaginiensibus et Masinissa rege legati venerunt. Karthaginienses tritici modiûm mille, hordei quingenta millia ad exercitum, dimidium ejus Romam adportaturos pol-
6 liciti sunt: id ut ab se munus Romani acciperent,

2. 3. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. Ex reliquis Lov. 1. 4. et Mead. 2. nihil notari video, quos propterea Gelenio favere verisimile est. [*millia* omittit Bamb.]

§. 3. *Uterque se cum omnibus copiis in Aetoliam venturum* etc. *polliceretur*] *uterque socium omnibus copiis in Aetoliam eventurum* Voss. *eventurum* etiam Lov. 1. Hinc *pollicetur* Harl. Sed scriptum fuisse videtur *pollic'etur*; unde, omissa compendiariae scripturae nota, librarius perperam formavit *pollicetur*. V. ad 40, 14, 2. *pollicerētur* sive *pollicerentur* Lov. 6. V. ad 23, 46, 5. Reliquis tamen dissentientibus id probare non audeo.

§. 4. *Gratum eum senatui populoque Romano facturum*] *senatu* Mead. 1. more antiquo. V. ad 24, 19, 6. Verum neque illud unius cod. fide recipiendum.

§. 5. *Karthaginienses tritici modiûm mille, hordei quingenta millia*] Hoc *mille* altero caret numero, ut videtur; neque enim unum duntaxat mille modiûm tritici misisse credo, ut collatio hic aliarum summarum satis indicat, sed aliquot millia modiûm. Quare diligentius antiqua videada sunt exemplaria. GLAR. Summa tritici mendose videtur esse. Nam lib. 43, [6.] iidem Carthaginienses *tritici decies centum millia, hordei quingenta* pollicentur. Idem ex summa etiam oblata a Masinissa et hoc tempore et illo potest intelligi. SIG. MS. *tritici modia mille*. Sed ut jam ad scriptam lectionem revertamur; quam esse diximus *tritici modia mille*, videmur eam tueri posse Plinii auctoritate, qui similiter ea voce uti non refugit. et tueremur fortasse, nisi collatio summarum tritici alias ab iisdem Carthaginiensibus oblati nulla hic satis excusabilis reperiri posset. quod cum ita sit, de hujus loci vera lectione cum Glareano et Sigonio ampliandum censeo. MOD. In Pal. altero restat *tritici modium M*^{C}. Statim Pall. *dimidium ejus Romam apportaturos polliciti. id ut* etc. GEBH. In numero modiûm tritici et hordei nihil mutant nostri, nisi quod *hordei quinquaginta millia* legat Lov. 3. *hordei quingenta mille* Voss. *tritici modiûm, hordei quingenta ad exercitum*, vocibus *mille* et *millia* omissis, Hearnii N. Mendum, quod in notis numeralibus parum a librariis intellectis inhaeret, non nisi integriorum codd. ope tolli potest. Id unum ex Livii 22, 37.

Digitized by Google

petere se. et classem suorum suo sumtu comparaturos: et ſtipendium, quod pluribus pensionibus in multos annos deberent, praesens omne daturos. Masinissae legati quingenta millia modiùm tritici, trecenta hordei ad exercitum in Graeciam; Romam trecenta millia modiùm tritici, ducenta quinquaginta hordei: equites quingentos, elephantos viginti regem ad M.' Acilium consulem missurum. De frumento utrisque responsum, ita usurum eo populum

26, 47. 43, 6. et ex mensura a legatis Masinissae hoc loco oblata, effici poſſe videtur, majorem tritici, quam hordei, copiam fuisse. Si igitur Pal. 2. apud Gebh. lectio *tritici modium MC.* sive *millia centum*, aut *centena millia* vera eſt, cum Lov. 3. legendum foret *hordei quinquaginta millia*. At si vulgatum *quingenta millia* servandum sit, forte ex 43, 6. emendandum *tritici decies centena millia*, quod per notas *X. C. M.* scriptum librarii adsequi non potuere. Deinde vocem *sunt* non agnoscunt etiam Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*tritici modiûm* D. Bamb.]

§. 6. *Id ut ab se munus Romani acciperent, petere se. et classem*] *addunt ab se munus* Lov. 1. *id vero ab se munus* Voſſ. in contextu, vocula *ut* poſt verbum *petere* omissa, de quo v. ad 32, 35, 5. Verum nullus ei lectioni consentit. Praeterea *petere. se et classem*, mutata diſtinctione, Lov. 3. *petere sese. et classem* cod. Mog. [Bamb.]

Et classem suorum suo sumtu comparaturos] *suorum* aliquantum suspectum eſt, tamquam ex sequenti *suo* et prima syllaba vocis *sumtu* ortum. Nec vel sententiae, vel elegantiae sermonis quidquam decedet, si tollatur. DUKER. Prima vocula deeſt in Lov. 1. et 6. *omnem classem suorum* legit Voſſ. Mox *praesens ee daturos* Lov. 6. Sed solent saepe *oe*, id eſt *omne*, et *ee*, id eſt *esse*, ob ductuum similitudinem commutari. V. ad 5, 50, 6. 21, 14, 1. c. 43, 6. et alibi.

§. 7. *Quingenta millia modiûm tritici, trecenta hordei*] Rursus conſtanter MS. Moguntinus *quingenta modia tritici*, ac ſtatim *trecenta modia tritici*, pro *trecenta millia modiûm tritici*. MOD. *quingenta modia tritici* etiam Gaertn. *quinquaginta millia modium tritici* Lov. 1. *quingenta modium tritici* Harl. et Mead. 1. Deinde *hordei trecentos* Lov. 6. Praeterea §. seq. *elephantes XXX* idem Lov. 6. *elephantes* etiam Voſſ. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed v. ad 31, 36, 4. *elephantos decem* Lov. 2. et Harl. Tum voces *M.' Acilium* deſunt in Lov. 3. et Hearnii L. 1. sola prior in Gaertn. [*elephantos* XXX Bamb.]

§. 9. *De frumento utrisque responsum*] *De frumento utriusque* Lov. 2. et 3. *utrisque* deeſt in Mead. 2. ut et mox *Romanum* in Harl. Sed *usurum populum Romanum eo* Lovel. 5. et edd. antt. Aldus in eum ordinem vocabula digeſsit, quem nunc ob-

Digitized by Google

10 Romanum, si pretium acciperent. De classe Karthaginiensibus remissum; praeterquam si quid navium ex foedere deberent. de pecunia item responsum, nullam ante diem accepturos.

1 V. Quum haec Romae agebantur, Chalcide Antiochus, ne cessaret per hibernorum tempus, partim ipse sollicitabat civitatium animos mittendis legatis, partim ultro ad eum veniebant: sicut Epirotae communi gentis consensu, et Elei e Peloponneso vene-
2 runt. Elei auxilium adversus Achaeos petebant, quos, post bellum non ex sua sententia indictum Antiocho,
3 primum civitati suae arma inlaturos credebant. Mille

tinent, concinentibus reliquis scriptis. Praeterea *pretium ejus acciperent* Lov. 3.

§. 10. *De pecunia item responsum, nullam ante diem accepturos*] Pall. et vet. ed. *de pecunia ita responsum*. GEBH. Similiter Lov. 3. et Gaertn. V. ad 39, 19, 5. *de pecunia ita responsum* Lov. 1. 6. et Voss. V. ad Epit. Liv. 69. Paullo ante *praeter sic quid navium* Voss. at voluisse videri possit *praeter si quid*. Sed unius testis fides non satis gravis est, ut adsensum exprimat.

§. 1. *Quum haec Romae agebantur*] Non dubito, quin ex iis, quae ad 1, 40, 7. adnotata sunt, legendum sit *Quum* etc. *agerentur*. Et eodem modo infra cap. 15. ubi etiam editur *Quum haec agebantur*. DUKER.

Chalcide Antiochus, ne cessaret per hibernorum tempus] Barberinae membranae abjudicant Livio τὸ *per*. Et poene subscribo. Utrovis modo intelligas licet, *ne cessaret hibernorum tempus*, ne otiosum transmitteretur, aut cessatum duceretur: (Lib. 37, [5.] *Ne tamen segnia aestiva essent.*) et intellecto τῷ *per*, ne ipse Antiochus hiemem cessaret. Nam, non insolens esse sic loqui nostro, monitum ad lib. 28, [39.] J. FR. GRONOV. Alibi quoque *per* contra libros scriptos inculcatum esse, certum est. Ipsum etiam *tempus* recte dicitur *cessare*, sed fere addito nomine rei, quae per id tempus cessat et intermittitur. 5, 42. *Nec ullum erat tempus, quod a novae semper alicujus cladis spectaculo cessaret*. Sueton. Tib. 61. *Nullus a poena hominum cessavit dies*. Lucan. 4, 24.

Prima dies belli cessavit Marte cruento.

DUK. Illud *per* in omnibus nostris constanter haeret. Mox *civitatium* ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11.

§. 2. *Pelaei et Peloponenses venerunt*] Ego *Pelenei Peloponenses* legerim potius ad differentiam eorum, qui sunt in Macedonia. nam utrobique Pelene est, quanquam Plinius utramque

Digitized by Google

iis pedites cum duce Cretensi Euphane sunt missi. Epirotarum legatio erat minime in partem ullam liberi aut simplicis animi. Apud regem gratiam initam volebant cum eo, ut caverent, ne quid obfenderent Romanos. petebant enim, *ne se temere in* 4 *caussam deduceret, expositos adversus Italiam pro omni Graecia, et primos inpetus Romanorum excepturos. Sed, si ipse posset terrestribus navalibusque* 5 *copiis praesidere Epiro, cupide eum omnes Epirotas et urbibus et portubus suis accepturos. si id non posset, deprecari, ne se nudos atque inermes Romano bello objiceret.* Hac legatione id agi adparebat, ut, 6

Palenem, et non *Pelenem*, vocet. Sed videndum, ne *Elei* Livius scripserit. Nam Elei et Messenii extra concilium fuerunt. *Pelaei* nullo modo legerim. SABELL. Tolle *venerunt*. non est enim Livii. J. FR. GRON. *Pelei et Peloponnenses*, et mox *Pelei auxilium* omnes scripti et typis antiquitus inpressi. Postea Sabellici emendationem *Elei* editiones receperunt, donec Frob. anno 1531. insuper emendaret *Elei e Peloponneso*. Eleorum nomen hic revocandum esse, sagaciter Sabellicus odoratus est, quemadmodum postea in lucem protractum Polybii fragmentum in Exc. legat. num. 12. quod Livius hic sequitur, probat. Paullo ante *sicut Epirotae* omnes codd. et edd. pro quo demum Dan. Heinsius apud Elzevir. *sicuti* substituit. Quod, a reliquis servatum, pristina lectione revocata, mutavi. V. ad 5, 45, 2. Mox *non sua sententia* Harl. Deinde *credebant* deest in Voss. Lov. sex, Mead. utroque, Gaertn. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. [*ex Pelei e Poeloponensi* Bamb.]

§. 3. *Mille iis pedites cum duce Cretensi Euphane sunt missi*] *Eufanie* Voss. *Eupene* cod. Mog. Male. Polyb. Exc. Legat. num. 12. *Τοῖς δ' Ἡλείοις ἐξαπέστειλε χιλίους πεζοὺς, ἡγεμόνα συστήσας Εὐφανῆ τὸν Κρῆτα.*

§. 5. *Cupide eum omnes Epirotas et urbibus et portubus suis accepturos*] Lege ex scriptis *omnibus*. J. FR. GRON. *cupide cum omnibus Epirotis* Voss. et Lov. 6. *cupide cum omnibus Epirotas* Lov. 1. Mead. ambo, et Gaertn. *cupide eum omnibus Epirotas* Lov. 2. 3. 4. Harl. Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui, utrum malis, parum interesse judicat. Polyb. ibid. *Εἰ μὲν αὐτὸς δύναται, προκαθίσας τῆς Ἠπείρου, παρασκευάζειν σφίσι τὴν ἀσφάλειαν, ἔφασαν αὐτὸν δέξεσθαι καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς λιμέσι.*

§. 6. *Hac legatione id agi adparebat, ut, sive (quod magis credebant) abstinuisset*] Edd. principes praeferunt, *Hac legatione apparebat, ut sicut si quod*, vel *si quid magis credebant, abstinuisset*. Nec aliter est in Lov. 5. Voces *id agi* desunt

Digitized by Google

sive (quod magis credebant) abstinuisset Epiro, integra sibi omnia apud exercitus Romanos essent, conciliata satis apud regem gratia, quod accepturi
7 fuissent venientem; sive venisset, sic quoque spes veniae ab Romanis foret, quod, non exspectato longinquo auxilio ab se, praesentis viribus subcubuis-
8 sent. Huic tam perplexae legationi, quia non satis in promtu erat, quid responderet, legatos se

etiam in reliquis Mstis, quas ex cod. suo primi interposuerunt Mog. Postea Aldus ex eodem cod. emendavit *ut sive, quod magis.* cui lectioni adsentiuntur reliqui codd.

Integra sibi omnia apud exercitus Romanos essent] Istos *exercitus* ego exauctoratos esse jubeo: neque enim Livius hic illis usus est, qui per *Romanos* intelligit *S. P. Q. R.* J. FR. GRON. *apud Romanos exercitus* Gaertn.

§. 7. *Sive venisset*] Et hoc Aldus recte ex Mog. cod. admisit. Priores typis descripti exhibebant *si venisset*, consentientibus scriptis nostris, praeter Lov. 2. et 6. a lectione Mog. stantes. Ultima syllaba *τοῦ sive* a prima voeis sequentis absorpta erat. Mox *longinquo ab se auxilio* omnes scripti, et edd. ante Froben. anni 1535. [*si venisset* Bamb.]

§. 8. *Huic tam perplexae legationi*] MS. *Et huic tam perplexae legationi* MOD. Illud *et* codicis Mog. natum videtur ex ultimis literis vocis *subcubuisset*. Aliud exemplum habuimus 2, 30, 13. [*ad eos* omittit Bamb.]

§. 1. *Bracilli necem et bellum a Quinctio Coroneae* etc. *inlatum*] At non *Bracilli*, sed *ob Rhacilli necem* legendum est. Haud enim multo diverso loco [35, 47.] *ab Rhacilli morte* dixerat. SABELL. *Brachillae*, ut ante dixi. SIGON. Pal. pr. *Brachili.* Alter et vet. ed. *Brachilli.* GEBH. *Brachili* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *Bracchili* Lov. 4. *Brachilli* Lov. 5. et Harl. Sed v. ad l. 33, 27, 8. Deinde *Coronea* Voss. *Coneam* Lov. 1. 4. et Mead. ambo. *Coneae* Hearnii L. 1. *Coroneam* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. *Choroneae* Harl. Paullo ante *τὸ est* non adparet in Voss. Hinc *in spem*, pro *in speciem*, familiari errore Harl. et Mead. 1. V. ad 3, 9, 13. Ceterum haec reddidit Livius ex Polyb. l. 20. p. 1433. [*Bracchyli* Bamb. qui et *Coroneam.*]

§. 2. *Per multa jam secula*] *saecula* cum diphthongo. In Capitolinis lapidibus *LVDI SAECULARES* SIG. V. Dausq. Orthogr. part. sec. voc. *Seculum.*

Labente egregia quondam disciplina gentis, et multorum eo statu, qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset] Illud *multorum eo statu* obscure est dictum, nec satis explicatur, si dixerimus *labente disciplina multorum.* quid enim sibi vult *eo statu?* Ego locum corruptum suspicor, sed judicet lector. GLAREAN. Ex hoc loco, quem depravatum esse censet Glareanus,

Digitized by Google

missurum ad eos dixit, qui de iis, quae ad illos seque communiter pertinerent, loquerentur.

VI. In Boeotiam ipse profectus est, caussas in 1
speciem irae adversus Romanos eas, quas ante dixi, habentem; Brachyllae necem, et bellum a Quinctio Coroneae, propter Romanorum militum caedes, inlatum; re vera per multa jam secula publice priva- 2
timque labante egregia quondam disciplina gentis,

hanc ipse elicio sensum. Boeotiam causas in speciem irae adversus Romanos habuisse, Brachillae necem, et illatum Coroneae a Quinctio bellum. revera autem, quod per multa jam saecula publice privatimque egregia quondam disciplina gentis laberetur, atque is reipublicae status, qui in multorum potestate est, qui diu conservari non potest, nisi novarum saepe rerum mutationes existant. SIG. Libri omnes *labante*. GEBH. Glareanus: Illud *multorum statu* obscure etc. At Sigonius hunc elicit sensum: Boeotiam causas in speciem irae etc. Accepit ergo *multorum statum* pro libertate seu Democratia; quod an Latinum sit, ipse viderit. Ego autem eo stabiliorem confirmatioremque statum civitatis putem, quo minus mutationibus et rebus novis est obnoxia. Quid clarius potuit dixisse Livius: *multorum eo statu* praesente hominum, atque in primis domi nobilium, *qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset*. hoc est, multis ita aevum agentibus, eumque privatarum rerum statum obtinentibus, ut, quod ait Sallustius, perdita republica illis opus esset; ut, nisi rempublicam turbarent et moverent, et sic judicia et legum minas effugerent, suum statum propediem motum et eversum viderent. Quales describit in primis idem auctor Catilinae socios, urbis Romanae sentinam, quales eosdem Cicero in secunda Catilinaria: quales pingunt instigatores facesque civilis inter Caesarem et Pompejum belli ipse Caesar, Sallustius, Lucanus, Petronius. Noster l. 35, [34] *Inter omnes constabat, in civitatibus principes, optimum quemque, Romanae societatis esse, et praesenti statu gaudere; multitudinem et quorum res non ex sententia ipsorum essent, omnia novari velle*. Lib. 42, [30.] *Pars altera regiae adulationis, ii quos aes alienum et desperatio rerum suarum eodem manente statu praecipites ad novanda omnia agebat*. Suetonius in Caesare [c. 27.] *Tum reorum aut obaeratorum aut prodigae juventutis subsidium unicum ac promtissimum erat, nisi quos gravior criminum, vel inopiae, luxuriaeve vis urgeret, quam ut subveniri posset a se. his plane palam bello civili opus esse dicebat*. Lucanus [1, 182.]

— — *et multis utile bellum.*

Sed maxime inlustrat hunc locum egregius Polybii, in excerptis l. 20. qui quia longior est, quam hic apponi ut possit, ad ipsum auctorem nobis lector re-

Digitized by Google

et multorùm eo ſtatu, qui diuturnus eſſe sine muta-
3 tione rerum non posset. Obviam effusis undique
Boeotiae principibus, Thebas venit. ibi in concilio
gentis, quamquam et ad Delium, inpetu in praesi-
dium Romanum facto, et ad Chalcidem commiserat
4 nec a parvis nec dubiis principiis bellum, tamen
eamdem orationem exorsus, qua in conloquio pri-
mo ad Chalcidem, quaque per legatos in concilio
Achaeorum usus erat, ut amicitiam secum inſtitui,
non bellum indici Romanis poſtularet; neminem,
5 quid ageretur, fallebat. decretum tamen sub levi
verborum praetextu pro rege adversus Romanos fa-

mittendus. Si malis perpetua ἐπεξηγήσει· *labantem egregiam quondam disciplinam gentis et multorum eum statum*, has, inquam, habentem caussas belli: non intercedam. J. FR. GRON. Prima vox deeſt in Harl. *labente* praeferunt Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *labante* reliqui cum edd. principibus. Cujus loco quum *labente* receperunt Tarvis. utraque, et inde recentiores; Gronovius demum anno 1665. *labante* revocavit; de quo vide ad Praefat. §. 9. Verba *multorum eo statu* intelligenda sunt per ellipsin participii verbi subſtantivi, pro eo multorum ſtatu exiſtente, qui etc. quae ejus omiſſio non animadversa magnas saepe tenebras obfudit, saepe etiam locis scriptorum corrumpendis cauſſa exſtitit. V. ad 22, 31, 5. Deinde, *qui diuturnus esse, qui sine mutatione* Voſſ. et Lov. 1.

§. 3. *Ibi in concilio gentis, quamquam et ad Delium*] *ubi in concilio* Voſſ. V. ad 27, 5, 2. *ibi concilio* Harl. Fontem hujus erroris v. ad 35, 8, 9. Deinde *quamquam ad Delum* Harl. *quamquam ad Elum* Lovel. 3. *quamquam et ad Elum* Lov. 1. *quamquam et ad Ellum* Lov. 6. *quamquam et ad bellum* Lov. 4. et Mead. 1. *quamquam et ad Elium* Lov. 2. 5. Voſſ. et edd. princ. in quibus ultima vox litera initiali multatur ob ultimam praecedentis. V. ad 2, 44, 6. Mox *praesidium Romanorum* Lov. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. Denique *nec a parvis nec a dubiis principiis* Lov. 6. et Gaertn. V. ad 6, 28, 6. Sed reliqui, poſteriori loco praepositionem omittentes, vulgatam lectionem veriorem docent. V. ad 23, 34, 8.

§. 4. *Tamen eadem oratione exorsus*] Vetus lectio *eamdem orationem exorsus*, non *eadem oratione*. GELEN. Mihi haec periodus aliquid scabri habere videtur. Melius, mea sententia, flueret oratio, si legeretur *exorsus est, qua* etc. *postularet. Neminem quidem, quid ageretur, fallebat. Fallebat* eſt latebat, non apertum erat: nec id refero

Digitized by Google

ctum est. Hac quoque gente adjuncta, Chalcidem 6
regressus, praemissis inde literis, ut Demetriadem
convenirent principes Aetolorum, cum quibus de
summa rerum deliberaret, navibus eo ad diem in-
dictam concilio venit. Et Amynander adcitus ad 7
consultandum ex Athamania: et Hannibal Poenus,
jam diu non adhibitus, interfuit ei concilio. Con- 8
sultatum de Thessalorum gente est, quorum omnibus,
qui aderant, voluntas tentanda videbatur. in eo mo- 9
do diversae sententiae erant; quod alii extemplo
agendum; alii ex hieme, quae tum ferme media erat,
differendum in veris principium; et alii legatos tan- 10

ad *exorsus*. DUK. *eadem oratione*, a Gelenio damnatum, servant Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *ea oratione* Harl. *eadem ratione* Lovel. 1. 3. 6. Voss. et Gaertn. V. ad 35, 25, 9. Hinc *orsus* Gaertn. Mox *quam conloquio* Mead. 2. errore librarii, τὰ *in* et *m* ob ductuum adfinitatem confundentis. V. ad 4, 21, 5. 6, 4, 10. 9, 9, 13. 10, 43, 6. 21, 11, 9. 36, 7, 10. Adde Gebhard. ad 1, 5, 6. et Cel. Burm. ad Seren. Samon. v. 168. [*eadem orationem* Bamb.]

Quaque per legatos in concilio] Pall. et vet. ed. *ad legatos*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum, qui recte ex Mog. cod. *per legatos* recepit. Antiochum enim per legatos cum concilio Achaïco egisse, constat ex 35, 48. Mox §. seq. voces *pro rege* desunt in Gaertn. *factum est* in Lov. 2. [*ad legatos* Bamb. *leni* pro *levi* idem.]

§. 6. *Eo ad diem indictam concilio venit*] Pall. *ad diem indictum*. GEBH. Nec aliter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. tamen ad 27, 16, 16. Vox *concilio* exsulat ab Harl. Paullo ante *praemissis in literis* Voss. et Lov. 1. Sed v. ad 10, 20, 6. Praeterea vocula *ut* neglegitur in Harl. Mead. 1. et Gaertn. [*indictum* Bamb.]

§. 7. *Et Hannibal jam diu non adhibitus*] *Hannibal Poenus*, una voce auctiores Msti, et edd. omnes usque ad Elzev. Heinsii, vocem *Poenus* omittentem, cujus lectionem recentiores taciti probarunt. Contra tamen vocem omissam iterum addidi. [*consilio* Bamb.]

§. 9. *Quae tunc ferme media erat*] *tum ferme* non tantum cod. Mog. sed etiam Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 2. V. ad 2, 12, 15. Eodem ducunt Voss. Harl. et Mead. 1, qui facili lapsu *cum ferme* praeferunt. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Deinde *principium veris* Lov. 6. Vox *veris* non adparet in Lov. 1.

§. 10. *Et alii legatos tantummodo*] Videndum arbitror, an retineri possit *et*. Supra 31, 39. quidem quater est *alia*, sed sine

Digitized by Google

tummodo mittendos; alii cum omnibus copiis eundum censebant, terrendosque metu, si cunctarentur.

1 VII. Quum circa hanc fere consultationem disceptatio omnis verteretur, Hannibal, nominatim interrogatus sententiam, in universi belli cogitationem regem atque eos, qui aderant, tali oratione avertit: *Si, ex quo trajecimus in Graeciam, adhibitus essem*
2 *in consilium, quum de Euboea, de Achaeis, de Boeotia agebatur; eamdem sententiam dixissem, quam*

copula. Nec habeo auctoritatem ullius probati scriptoris, qua eam hic tueri possim. DUK. Copula *et* in solo deest Lov. 2. Contra mox *et alii cum omnibus* solus legit Lov. 1.

Terrendosque metu, si cunctarentur] Pall. uterque *sicut cunctarentur*. GEBH. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. *si cunctaretur* Mead. 1. *terrendisque metu cunctarentur* Harl. *terrendoque metu si ñ cunctarentur* Lov. 3.

§. 1. *Regem atque eos, qui aderant, tali oratione avertit*] Prima vox deest in Voss. *regem atque ad eos* legit Mead. 1. *regem atque omnes eos* Lov. 5. et edd. vetustae. Frobenius postea anno 1535. *τὸ omnes* expunxit, quod in nullo etiam reliquorum codd. superest. Deinde *advertit* Lov. 2. 6. et Harl. Sed praestat vulgatum. *avertit*, nempe a Thessalorum gente. V. ad 1, 40, 7. et 6, 23, 8. etiam mox h. cap §. 5. Paullo ante *Quum circa hanc ferme consultationem* Voss. V. ad 37, 38, 5. *Quum circa hanc vero consultationem* Gaertn. Erroris hujus exemplis, ad 10, 18, 8. notatis, adde 35, 41, 1. *Quum circa forte hanc consultationem* Lov. 6. V. ad 34, 47, 4. [*consilio* Bamb.]

§ 2. *Quum de Euboea, de Achaeis, de Boeotia agebatur, eam sententiam*] MS. *de Achaeis, deque Boeotia agebatur*. MOD. Pall. *deque Achaeis, et de Boeotia agebatur*. Vet. ed. *deque Achaeis, de Boeotia agebatur*. GEBHARD. Ita Frob. anno 1535. ἀσυνδέτως repetitis praepositionibus: quam locutionem Livio familiarem esse, infra videbimus ad 38, 18, 12. Verum in nullo scripto, vel antiquiore ed. lectio haec obvia fuit. *de quibus Achaeis, de Boeotia* legit Voss. *deque Achaeis, de Boeotia* Lov. 1. 3. 5. 6. Mead. 2. et edd. principes. *deque Achaeis, et de Boeotia* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. 1. *deque Achaeis, et Boeotia* Gaertn. *de Achaeis, deque Boeotia* cod. Mog. quod editores Moguntini receperunt *quum de Euboea, cumque de Achaeis, de Boeotia* Hearnii L. 1. Insignis haec codd. varietas ferme persuadet, Frob. recte copulas omnes rejecisse; librarios vero, eas deesse aegre ferentes, varie hunc defectum supplere conatos esse. Tum *eamdem sententiam dixissem* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gruter. cujus postrema demum *eam sententiam* praefert. Priorem igitur lectionem revocavi. Paullo ante *adhibitus omne in consilium fuissem* Lov. 1. [*deque Achaeis* Bamb.]

Digitized by Google

hodie, quum de Thessalis agitur, dicam. Ante omnia Philippum et Macedonas in societatem belli quacumque ratione censeo deducendos esse. nam quod ad Euboeam Boeotosque et Thessalos adtinet, cui dubium est, quin, ut quibus nullae suae vires sint, praesentibus adulando semper, quem metum in consilio habeant, eodem ad impetrandam veniam utantur? simul ac Romanum exercitum in Graecia viderint, ad consuetum imperium se avertant? nec iis

§. 3. *In societatem belli quacumque ratione censeo deducendos esse*] *belli in societatem* Pall. et vet. ed. GEBH. Non aliter Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Frobeniana anni 1535. vetustiores. Insuper *τὸ esse* recidunt Lov. 2. et Harl. Praeterea Clariss. Crevier. ex Liviana phrasi judicat, verbum *censeo* delendum esse hoc modo: *quam hodie* etc. *dicam; ante omnia Philippum et Macedonas in societatem belli quacumque ratione deducendos esse.* Verum omnes codd. constanter id servant: quibus invitis expungi nolim; praesertim quum admodum proprie usurpetur de senatore sententiam in senatu dicente. Utitur et mox §. 17. Illis, quae notavi ad Silii 17, 9. adde Brisson. de Form. 2, 169.

§. 4. *Quod ad Euboeam Boeotosque et Thessalos adtinet, cui dubium est, quin, ut quibus nullae* etc.] MS. *quod Euboeam, Boeotiosque, et Thessalos attinet, quid dubium esse, quin* etc. Nimirum scribendum *cui*, seu potius antique *quoi*, (inde enim nobis natum illud *quid*) *dubium esse, quin.* V. ipsum Livium, mecum, quisquis es, facies. MOD. Priscae edd. cum Lov. 5. *quod ad Euboeam, Boeotios Thessalosque adtinet.* Sed *Boeotios et Thessalos* Harl. Aldus deinde ex cod. Mog. *Boeotiosque et Thessalos*, consentientibus reliquis nostris Mstis; pro quo recte *Boeotosque* posteriores substituerunt. De compositione hac orationis Livio familiari v. ad 2, 31, 1. Quod autem Modius lectori persuadere conatur, etiam praepositionem *ad* in cod. Mog. defuisse, vereor, ne in eo erraverit. Certe Moguntini in excerptis ejus id non monuerunt. Licet deinde codicis Mog. lectioni in primis faveo, *esse* tamen, quod prae *est* admodum laudabat Modius, orationi Livii directae minus convenire videtur.

Quin, ut quibus nullae suae vires sint] Pall. uterque, et vet. ed. *quin, cum utrisque nullae suae vires sint.* GEBH. *quin utriusque nullae* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Harl. *cum utriusque nullae* Mead. 1. *quin, cum utrisque nullae* Lov. 4. 5. Mead. 1. in margine, Mead. 2. Gaertn. et edd. antt. Verum quum de tribus, Euboea, Boeotis, et Thessalis, Hannibal loquatur, *utrisque* ferri non posse satis constat. Recte igitur Aldus ex cod. Mog. *quin, ut quibus nullae* recepit. Recte etiam mox ex eodem cod. *ad impetrandam veniam* vul-

Digitized by Google

noxae futurum sit, quod, quum Romani procul ab-
essent, vim tuam praesentis exercitusque tui experiri
6 *noluerint? Quanto igitur prius potiusque est, Philip-*
pum nobis conjungere, quam hos? cui, si semel in
caussam descenderit, nihil integri futurum sit, qui-
que eas vires adferat, quae non accessio tantum ad
Romanum esse bellum, sed per se ipsae nuper susti-
7 *nere potuerint Romanos. Hoc ego adjuncto (absit*
verbo invidia) qui dubitare de eventu possim? quum,
qui-

gavit, adsentientibus Lov. 2. 4. et Mead. utroque. *in impetrandam* legunt Voss. et Lov. 6. Praepositionem omittunt Lov. 1. et 3. Antea edebatur *ad impetrandum veniam*, quod superest in Lov. 5. Harl. et Gaertn. [pro *ut quibus utrisque* Bamb.]

§. 5. *Simul ac Romanum exercitum in Graecia viderint*] Sic omnes, nisi quod Romae datum est invito, credo, Andrea *simile ac*. Suspicor transpositas particulas, dum alterius vis (sola enim facit tantum, quantum *simul ac*, vel *simul atque*) ignoratur, et scripsisse nostrum: *eodem ad imp. veniam utantur, ac, simul Ro. exercitum in Graecia viderint, ad consuetum imperium se avertant?* J. FR. GRONOV. Gronovii conjecturam veram puto. Vis τοῦ *simul* inlustratur ad 6, 1, 6. Quemadmodum hic *simul ac*, pro *ac simul*, inversis particulis, quasi perinde foret, datum est, ita *ut et* pro *et ut* eamdem ob caussam supra 1, 25, 14. Hinc *in Graeciam viderint* Lov. 6. et Harlej. Mox *advertant* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Sed *avertant*, nempe ab Antiochi obsequio. V. ad hujus cap. §. 1.

Nec iis noxae futurum sit] *noxiae* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. a m. 1. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. principes. Moguntini demum *noxae* dederunt, sed in excerptis de cod. sui lectione silent; unde et ipsos *noxiae* in eo invenisse, verisimile fit. Certe, ita in omnibus suis quoque exstitisse, testatur Gebh. ad 10, 19. 2. V. ad 2, 54, 10. Mox *experiri noluerunt* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. et ambo Mead. [Bamb.] *voluerunt* Gaertn.

§. 6. *Cui, si semel in caussam descenderit, nihil integri futurum sit*] *qui*, pro *cui*, Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Lov. 3. a m. 1. quod errantibus librariis adscribendum est. Eos autem ita saepe obfendisse, vidimus ad 9, 34, 14. Tum *cum semel* Lov. 3. at vocula *si* deest in Lov. 1. 6. et Voss. An voluerunt scribae? *cui simul in caussam descenderit*, pro simul ac. V. ad §. praec. Solent autem *simul* et *semel* in Mstis confundi. V. ad 24, 22, 14. Ea conjectura si placet, censendum erit, reliquorum codd. librarios adscribendo *si* indicare voluisse, se duplicem in exemplaribus suis lectionem *cui simul* et *cui semel* invenisse, et utramque ita junxisse. Praeterea *nihil integrum* Lov. 5. et edd. principes; pro

Digitized by Google

quibus adversus Philippum valuerint Romani, iis nunc fore videam ut ipsi obpugnentur. Aetoli, qui 8 *Philippum (quod inter omnes constat) vicerunt, cum Philippo adversus Romanos pugnabunt. Amynander* 9 *atque Athamanum gens, quorum secundum Aetolos plurima fuit opera in eo bello, nobiscum stabunt. Philippus tum, te quieto, totam molem sustinebat* 10 *belli: nunc duo maximi reges, Asiae Europaeque viribus, adversus unum populum, (ut meam utramque fortunam taceam) patrum certe aetate ne uni quidem*

quo recte Aldus ex cod. Mog. dedit *nihil integri*, et ita reliqui nostri, nisi quod *nihil integre* sit in Lov. 3. *nihil integri futuri sint* in Lov. 6. [Bamb.] Ita *nihil sinceri* 3, 35. *nihil reliqui* 7, 35. 26, 35. 28, 25. et 41. *nihil praeparati* 9, 16, 7. *nihil pacati* 31, 7. et 43, 18. *nihil ejus* 36, 4. *nihil comperti* 38, 28. *nihil occulti* 40, 7. *nihil nostri* 44, 39. Vide Nic. Heins. ad Ovid. 14. Her. 82. 14. Met. 396. et Corte ad Sallust. Catil. 11, 7. et Plinii 2. Ep. 11. Mox *adferet*, et *ad Romanum essent bellum* Lov. 3. Deinde *ipsae* deest in Lov. 1. et Voss. *nuper* in Harl. Tandem *potuerit* legunt Lov. 1. 3. et Harl.

§. 7. *Hoc ergo adjuncto (absit verbo invidia) quid dubitare*] In nostris archetypis legitur *ego*, et *qui*, non *quid*. GELEN. *ergo* servant Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. Solent autem hae voces commutari a librariis. V. ad 37, 53, 2. *qui dubitare*, ut Gelenius emendat, Lov. 2. cum edd. Tarvis. utraque, Venetis 1495. 1506. et Ascens. 1510. V. ad 25, 23, 2. Tum *de adventu possim* Lov. 6. et Gaertn. *de eventu possum* Voss. Mox *valuerunt* Lov. 2. et 6. *aluerunt* Gaertner. *aluerint* Mead. 1. Deinde *cum his*, vel *iis*, *fore videam*, Lov. 2. et Harl. Hinc *oppugnantur* Lov. 3. *oppugnarentur* Voss. [*oppugnetur*, ante *quid dubitare*, et *his nunc* Bamb.]

§. 9. *Plurima fuit opera in eo bello*] *plurima opera fuit* Gaertn. *plurima sint opera* Voss. *plurima fuerunt opera* Lov. 3. Vir doctus, licet vulgatum *plurima* non damnaret, si tamen Musti faverent, praeferendum putabat *plurimi*; quomodo Nepot. saepius locutum esse, lexica observarunt.

§. 10. *Ut meam utramque fortunam taceam*] Non adsequor sententiam horum verborum. *quam utramque fortunam* dicit tam secundam, quam adversam. Dum secundis rebus utebatur, populus Romanus ei impar erat; sed hoc dici non potest, postquam conversa fortuna, cum adversis conflictari coepit. In extrema oratione quidem dicit, se cum Romanis bellare *bonis suis malisque* didicisse; sed ex eo non efficitur, Romanos malis illius rebus bellum eum eo gerentes ei impares fuisse. DUKER. *ut eam utramque fortunam* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *ut in eam*

Digitized by Google

Epirotarum regi parem, (quid tandem erit vobiscum
11 *comparatus?) geretis bellum. Quae igitur res mihi*
fiduciam praebet, conjungi nobis Philippum posse?
Una, communis utilitas, quae societatis maximum
12 *vinculum est: altera, auctores vos Aetoli. Vester enim*
legatus hic Thoas inter cetera, quae ad exciendum
in Graeciam Antiochum dicere est solitus, ante omnia hoc semper adfirmavit; fremere Philippum, et aegre pati, sub specie pacis leges servitutis sibi inpositas.
13 *Ille quidem ferae bestiae vinctae aut clausae, et re-*

utramque fortunam Harl. contrario errore *quam colloquio*, pro *qua in colloquio*, datum erat supra cap. praec. §. 4. *ut jam utramque fortunam* Lov. 5. et edd. principes. *ut jam meam utramque fortunam* Ascens. anni 1513. Moguntini denique *ut jam* ex fide cod. sui exegerunt. Paullo ante *nunc maximi reges* Lov. 1.

Quidquid tandem erit vobiscum comparatus] MS. *quid tandem erit v. c.* MOD. Conjeci: *patrum aetate ne uni quidem Epirotarum regi parem (quid tandem erit vobiscum comparatus?) geretis bellum.* Vidi deinde, *quid*, non *quicquid*, etiam in Magont. fuisse, et spretum, quia interpunctione id animandum non viderunt. J. FR. GRON. *quidquid tandem erit nobiscum comparatum* Lov. 1. et 3. *quidquid tandem erit vel vobiscum comparatum* Lovel. 2. Gaertn. Harl. et Mead. 1. *quid tandem erit nobiscum comparatum* Lov. 6. *quidquid tandem erit vobiscum comparatum* Voss. Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. principes. Moguntini deinde *comparatus* ex fide Msti sui dederunt. Doujatius legendum censet (*qui quid tandem erit vobiscum comparatus?*) et *qui* intelligit nempe rex Epirotarum: quum Gronov. parenthesim totam retulisset ad populum Romanum. Gronovii lectionem Clericus, Doujatii Crevierius receperunt. Sed cum priori cod. Moguntini lectionem, quam cum altero nullius Msti fide firmatam conjecturam probare malui. Mox *gentis bellum* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *reicetis bellum* Voss. *regetis bellum* Lov. 1. 2. 4. Mead. uterque, et Gaertn. literis transpositis. V. ad 27, 40, 2. *regente bellum* Lov. 3. Sed *duo maximi reges geretis*, ut *Achaei sustinebimus*. V. ad 32, 21, 16. [*quicquid tandem vobiscum* Bamb.]

§. 11. *Quae igitur res mihi fiduciam praebet*] *Τὸ res* male omittitur in Voss. Mox *vinculum* in Lov. 1. *maximum est vinculum*, et postea *vos auctores Aetoli* legit Lov. 6. Locum hunc Livii cum quodam Demosthenis ex oratione pro Ctesiph. confert Victor. 20. Var. lect. 1.

§. 12. *Vester enim legatus hic Thoas inter cetera*] Superiore libro, ut ibidem quoque [c. 32.] annotavimus, altero in loco Dicaearchus, altero Thoas ad An-

Digitized by Google

fringere claustra cupienti, regis iram verbis aequabat. cujus si talis animus est, solvamus nos ejus vincula, et claustra refringamus, ut erumpere diu coërcitam iram in hostes communes possit. Quod si nihil 14 *eum legatio nostra moverit, at nos, quoniam nobis eum adjungere non possumus, ne hostibus nostris ille adjungi possit, caveamus. Seleucus filius tuus Lysi-* 15 *machiae est: qui si eo exercitu, quem secum habet, per Thraciam proxima Macedoniae coeperit depopulari; facile ab auxilio ferendo Romanis Philippum*

tiochum missus dicitur, hic Thoantis rursus mentio. Sed hoc leviculum. Id autem mirum, quod superiore libro [c. 18, 6.] Alexandrum Acarnana de Philippo hanc comparationem apud Antiochum introduxisse scribat Livius, hic vero Thoanta. Nisi quis ab utroque et Alexandro et Thoante dicta esse Antiocho intelligat: quod fieri quidem potuit. GLAR. V. quaedam ad 35, 32, 2. Hunc locum Livii cum loco Demosthenis ex eadem orat. pro Ctesiph. comparat Victor. ibid. Ceterum mox *haec semper adfirmavit* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. *hoc semper* vulgari curavit. Tum *τὸ pacis* deest in Lov. 1.

§. 13. *Ille quidem ut ferae bestiae*] *ut* redundat. Nam mox in nostris archetypis legitur *cupienti*, non *cupientes*. GELEN. Illud *ut* apud me superest in Voss. Lov. sex., Mead. utroque, et Gaertn. *cupientes* in Voss. Lov. 5. 6. Mead. 1. et Gaertn. *cupientis* in Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. Sed *cupienti* vidi in edd. Ven. 1495. 1506. et Ascens. anni 1510. [*ut ferae* et *cupientes* Bamb.]

Ut erumpere diu coërcita ira in hostes communes posset] Scribo cum Barberin. Petav. Voss. MSS. *coërcitam iram*. Cicero l. 13. ad Atticum Epist. 3. *Ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati*. Caesar. l. 2. de B.Civ. [14.] *Portis se foras erumpunt, secundo magnoque vento ignem operibus inferunt*. Lib. 3. ejusdem operis [8.] *In eas indiligentiae suae ac doloris iracundiam erupit*. nam ita leg. doeti jam viderunt. Varro Marcipore: *ventique frigido ab se axe eruperant*. J. FR. GRON. *diu coërcitam iram* etiam Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Hearnii codd. et Colbert. Doujatii, Ter. Eun. 3, 5, 2. *Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium?* V. N. Heins. ad Silii 7, 355. et 12, 438. ubi etiam quaedam notavi. Paullo ante *solvamus nos vincula ejus* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 14. *Legatio nostra moverit. at nos, quoniam nobis eum adjungere non possumus, ne hostibus nostris ille adjungi possit*] Totum hoc sic est in MS. *Quod si nihil eum legatio nostra movebit, at nos, quoniam nobis eum conjungere non possumus, ne hostibus nostris ille conjungi possit, caveamus*. quae

Digitized by Google

16 *ad sua potissimum tuenda avertet. De Philippo meam sententiam habes. De ratione universi belli quid sentirem, jam ab initio non ignorasti. quod si tum auditus forem, non in Euboea Chalcidem captam, et castellum Euripi expugnatum Romani, sed Etruriam Ligurumque et Galliae Cisalpinae oram bello ardere, et, qui maximus iis terror est, Hanni-*

lectio nescio quo pacto mihi non paullo vulgata concinnior videtur. MOD. Omnium nostrorum codd. nullus codici Mog. concinit. *moverit* perperam deerat in Harl. Ceterum *ut hostibus nostris* operarum lapsu editio major Jac. Gronov. Id Clericus servavit. Sed Hearne priorem *ne hostibus* recepit. Et ita omnes nostri. Ipse etiam Jac. Gron. in minori ed. dedit *ne*.

§. 15. *Facile ab auxilio ferendo Romanis*] *ab exilio* Gaertn. errore etiam alibi a librariis commisso. V. ad 2, 53, 4. 6, 7, 5. et alibi. Mox *Philippum* non adparet in Harl. quod quidem sine damno sensus abesse potest; ob aliorum tamen codd. auctoritatem servandum puto. Praeterea *potissime* Lov. 6.

§. 16. *Chalcidem captam, et castellum Euripi expugnatum Romani* etc. *audirent*] MS. *et castellum Euripi expugnatum a Romanis.* Nihil audio. quo enim tum mihi illud *audirent*, quod statim sequitur? omnino vulgatam lectionem retinendam censeo. MOD. *Chalcidem exceptam* Harl. Tum *expugnatum a Romanis* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mirabar, unde factum foret, ut error hic omnes codd. etiam optimum Mog. invaserit. Verum, quum in Gaertn. scriptum invenissem, *castella Euripi expugnatum a Romani*, suspicatus sum, forte ex duarum lectionum, *castella expugnata* et *castellum expugnatum*, conjunctione mendum inrepsisse. At, unum Euripi castellum, per excellentiam sic dictum, indicari, ex fine libri praec. patet. Mox *sed Etruriae Ligurumque* etc. *oram* Harl. Male. V. ad 3, 16, 2. et 7, 26, 9. *omnia* sive *oia*, pro *oram*, non melius Lov. 6. Deinde *terrorem*, pro *terror est*, Voss. errore ex compendio ē, quo *τὸ est* in Mstis scribi solet, orto. V. ad 10, 37, 13.

Hannibalem in Italia esse audirent] Pal. pr. *in Italiam esse.* GEBH. Ita et Lov. 4.

§. 17. *Nunc quoque accersendas censeo*] Quis fuit ille audaculus, qui hanc labem Gruteri postremae imposuit? nam ipsum sibi vix puto. Quid frequentius illis? Plaut. [Stich. 3, 2, 22.] *quid gravare? censeo eas.* Ciceronis 7. Fam. [13.] *Treviros vites, censeo.* Lib. 2. ad Att. [5.] *Censeo tamen, adhibeas Vettium.* Sallustii: *misereamini, censeo.* Ac sic fecisse Livium, testes scripti, et Andreae Romana, ac Med. *arcessas censeo.* In aliis omnibus *accersas.* Semel dixerim, ubicumque id verbum occurrit, ibi scriptis in antiquioribus fere semper *arcessere*, non *accersere*, legi. Itaque fa-

Digitized by Google

balem in Italia esse audirent. Nunc quoque arcessas 17
censeo omnes navales terrestresque copias. Sequantur classem onerariae cum commeatibus. nam hic sicut ad belli munera pauci sumus, sic nimis multi pro inopia commeatuum. Quum omnes tuas contraxeris vires, divisam classem partim Corcyrae in statione habebis, ne transitus Romanis liber ac tutus 18

cile accedo doctis viris, qui illo modo, non hoc, pronunciasse et scripsisse veteres censent, et me auctore faciet, qui cum apud Livium, tum apud alios bonos auctores ita reformabit. J. FR. GRON. Omnes etiam nostri *arcessas*, vel *accersas*, *censeo*, aut transpositis vocibus *censeo arcessas*, vel *accersas*. De orthographia verbi *arcessere* v. ad 2, 19, 10. Mox *sequanturque classem* Gaertn. Dein *propter inopiam commeatuum* Lov. 6. Male. *pro inopia* est habita ratione inopiae, respectu inopiae. Ita 29, 32. *Copiis etiam, ut aliquanto majoribus, quam pro reliquiis belli, remissis.* 32, 16. *Ornamentaque ejus generis plura, quam pro urbis magnitudine aut opibus ceteris, inventa.* Ita *pro merito.* V. ad 10, 43, 3. *pro numero.* V. ad 21, 59, 9.

§. 18. *Divisa classe partem Corcyrae in statione habebis*] Pall. *divisa partim classe partem Corcyrae in statione habebis.* GEBH. *divisam classem partim Corc.* etc. *partim ad litus* edd. principes; quam lectionem, postea inmutatam, Gronov. revocavit, et recentiores servarunt. In nullo tamen eam cod. inveni, nisi in Lov. 5. et forte ita fuit in Mog. quia Moguntini similiter edentes nihil de scriptura Mſti sui monuerunt. Proximi etiam accedunt Lov. 6. et Harl. quorum ille *divisam partem classis Corc.* etc. *partem ad litus* praefert, hic *divisam partim classem Corc.* etc. *partim ad litus.* Froben. anno 1535. edidit *divisa classe partem Corc.* etc. *partem ad litus*, quod secuti editores ad Gronov. usque probarunt, et in uno exstat Voss. *divisa partim classe Corc.* etc. *partim ad litus* legunt Mead. ambo. *divisa partim classe partim Corc.* etc. *partim ad litus* Gaertn. *divisa partim classe partem Corc.* etc. *partem ad litus* Lov. 2. neque differt Lov. 4. nisi quod *classem* legat. *divisa parte classem parte coram te*, (pro *Corcyrae*) etc. *parte ad litus* Lov. 1. *divisa parte in classe partem Corc.* etc. *partem ad litus* Lov. 3. Lectio, quam Gronov. revocavit, non displicet; in qua *partim* positum accipio pro *partem*. Vide ad 23, 11, 11. *divisam classem partim*, sive *partem*, accipio per epexegesin, ut *Volsci, magna pars, caesi*, de quo v. ad 6, 24, 11. et *quod senatus juratus, maxima pars, censeat.* de quo v. Gronov. ad 26, 33, 14. Et ita 24, 7. *Interfectores, pars in forum, pars Syracusas pergunt.* l. 36, 24. *Aetoli, pars sopiti ex somno corpora moliebantur, pars vigilantes adhuc* etc. *currunt.* Ejusdem fere generis est illud infra 39, 5. *Arma, tela, cetera spolia hostium, magnus numerus*, scilicet lata sunt ante

Digitized by Google

19 pateat: partim ad litus Italiae, quod Sardiniam Africamque spectat, trajicies: ipse cum omnibus ter-
20 restribus copiis in Byllinum agrum procedes. Inde Graeciae praesidebis, et speciem Romanis trajecturum te praebens, et, si res poposcerit, trajecturus. Haec suadeo, qui, ut non omnis peritissimus sim belli, cum Romanis certe bellare bonis malisque meis di-
21 dici. In quae consilium dedi, in eadem nec infide-

currum. Nec tamen illa lectio, quae vulgo exstitit, a stilo Liviano abhorret. Lib. 31, 36. *Copiis divisis, partem ad consectandos vagos frumentatores emisit, cum parte ipse substitit.* Praeterea vox *Romanis* non adparet in Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. [*divisa* mox *partem classe; ad* Bamb.]

§. 19. *Trajicies: ipse cum omnibus terrestribus copiis in Bil-linum agrum procedes*] *Bellionum agrum* aut *Bellionium* legas, necesse est. Belliones, populi, qui inter Oricum et Apolloniam circa Nympheum habitavere, qua trajectus ex Macedonia in Italiam brevissimus. SABELL. Cum etiam Sabellicus hunc locum recte annotasset, quidam tamen mutarunt in *Byllinum*, quod *Byllionium* ex Strabone lib. 7, [326.] legendum est. ait enim, *super Epidamnum ac Apolloniam sedes habent Byllionès ac Talantii.* Talantiorum meminit et Ptolemaeus eodem in loco, quanquam nomina apud eum prope corrupta. GLAR. Glareanus *Bullionium* legit. Puto tamen *Byllinum* ferri posse. *Byllidis* enim agrum intelligit, quae urbs in Illyrio maritima est, auctore Stephano. *Βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλάσσια.* Haec autem verba Graeca sic expressit Appianus in Syriaca [p. 94.] *αὐτόν δέ σε τῷ πεζῷ παντὶ προκαθήμενον τῆς Ἑλλάδος, ἄγχω τῆς Ἰταλίας, δόξαν ἐμποιεῖν ἐσβολῆς, καὶ ἐι δύναιό ποτε καὶ ἐσβαλεῖν.* Et Plutarchus in Bruto [p. 996.] *τοὺς περὶ τὴν Βυλλίδα τόπους.* Idem Stephanus *Bullinos* populos esse ad Illyricum ait. SIG. *Byllionum* Sabellicus reposuit, et Glareanus legendum contendit. Sigonius *Byllinum* sive *Bullinum* defendit, et ferri posse, imo debere, ex Stephano, Appiano, et Plutarcho probat, secundum quem et nostrae membranae dicunt. MOD. *trajiciens, ipse cum omnibus terrestribus copiis* Lov. 4. et Mead. 2. Vox *terrestribus* deest in Lov. 2. ea trajecta *copiis terrestribus* legit Gaertn. Deinde *in Bilirium agrum* Harl. *Nubilinum agrum* Gaertn. *in Illirium agrum* Lov. 6. *in Ibillium agrum* Lov. 4. *in Bellinum agrum* Hearnii L. 1. et Lov. 3. *in Billinum agrum* Lov. 2. 5. et primae edd. *in Bullinum agrum* Mog. cod. Stephano Byz. diversi sunt *Βουλίνοι ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν ἢ Βουλίνη πόλις*, et *Βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος.* Illius gentile formari docet *Βουλίνος*, id est *Bulinus*; hujus *Βυλλιδεύς*, id est *Byllidensis.* Haec differentia si vera esset, *in Bulinum agrum* scribendum foret. At servo potius, ut viri docti edide-

Digitized by Google

lem, nec segnem operam polliceor. Dii adprobent eam sententiam, quae tibi optima visa fuerit.

VIII. Haec ferme Hannibalis oratio fuit; quam 1 laudarunt magis in praesentia, qui aderant, quam rebus ipsis exsecuti sunt. nihil enim eorum est factum, nisi quod ad classem copiasque arcessendas ex Asia Polyxenidam misit. Legati Larissam ad con- 2 cilium Thessalorum sunt missi, et Aetolis Amynan-

runt, *Byllinum*; vel ex cod. Mog. legendum censeo *Bullinum*. V. ad 44, 30, 10. De agro *Byllino* et *Byllide* urbe vide Palmer. Graec. ant. 1, 30.

§. 20. *Inde Graeciae praesidebis. et speciem Romanis* etc. *praebens*] *Unde Graeciae* Voss. a m. 1. et Lov. 6. V. ad 39, 33, 5. Tum *et spem Romanis* Lov. 2. 3. et Mead. 1. passim obvio scribarum lapsu. V. ad 3, 9, 13. et mox cap. seq. §. 4. Vox *Romanis* deest in Lov. 6. Hinc *praebes* Lov. 3. *praebebis* Lov. 5. et edd. principes, pro quo Aldus, consentientibus reliquis meis, *praebens* reposuit. Mox *si resposcerit* Lov. 1. 3. et Voss. neglecta duarum priorum literarum geminatione. Vide ad Epit. Liv. 2. l. 21, 44, 4. 38, 33, 3. viros doctos ad Suet. Tib. 55. Similia alia congessi ad 37, 53, 7. *postulaverit* Lov. 3. Mox *non omnibus peritus sum belli*, pro *omnis*, Harl. V. ad 22, 8, 7. Tum praenomen *meis* exsulat a Lov. 1. et 6.

§. 21. *Quae tibi optima visa fuerit*] *quae sibi* Mead. 1. quasi ipsis Diis optima visa fuerit. Malo. Supra 6, 41. *Quod faxitis, Deos velim fortunare.* 10, 13. *Dii adprobent, inquit, quod agitis, acturique estis, Quirites.* 34, 4. *Vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.*

§. 1. *Haec ferme Hannibalis oratio fuit; quam laudarunt*] Quinque priora vocabula desunt in Lov. 1. *Hannibalis ratio* legunt Lov. 3. et Harl. V. ad 35, 25, 9. Tum *laudaverunt* Lov. 2. Harl. et Gaertn. Verum, Livium in hoc tempore contractiones amasse, diximus ad 21, 44, 7. Mox *factum est* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. *Τὸ est* deest in Gaertn.

Nisi quod ad classem copiasque arcessendas ex Asia Polyxenida misit] Hoc sic Appianus [in Syriac. 94.] *πλὴν ὅτι Πολυξενίδας ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπέμφθη.* SIG. *ad classem, copias arcessendas*, omissa copula, Lov. 1. 3. 6. et Voss.

§. 2. *Aetolis Amynandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est indictus*] Libri omnes *est dictus*. GEBHARD. Forte *ad conveniendum cum exercitu Pheras.* J. FR. GRON. Thuan. *est dictus.* Neque aliter voluit Voss. cum exhiberet *ductus*, cum superscripto *i*. Immo habet quoque *dictus* prima editio; atque ita certum est scripsisse Livium. Vide ad 35, 5. Sed etiam videtur dedisse [Livius: *ab Aetolis Amynandroque dies ad conv. exercitui Pheras est dictus.* JAC. GRON. Non video probabilem caussam, cur huc inferciatur *ab*.

Digitized by Google

droque dies ad conveniendum exercitui Pheras est dictus. eodem et rex cum suis copiis confestim ve-
3 nit. Ibi dum opperitur Amynandrum atque Aetolos, Philippum Megalopolitanum cum duobus millibus hominum ad legenda ossa Macedonum circa Cynoscephalas, ubi debellatum erat cum Philippo, misit;
4 sive ab ipso, quaerente sibi commendationem ad Macedonum gentem et invidiam regi, quod insepultos milites reliquisset, monitus; sive ab insita regibus vanitate ad consilium specie amplum, re inane, ani-
5 mo adjecto. Tumulus est, in unum ossibus, quae passim strata erant, coacervatis, factus; qui nullam

Credibilius est ab Antiocho, quem imperatorem fecerant, 35, 45. diem ad conveniendum cum suis dictam fuisse Aetolis et Amynandro, quam ab hoc et principibus Aetolorum popularibus suis. Sic c. 15. Antiochus *nuncios in Aetoliam mittit, ut omni contracta juventute convenirent.* DUK. Locus doctis suspectus fuisse videtur, quod putarent, duplicem dativum, *Aetolis Amynandroque* et *exercitui*, non recte ad *τὸ indictus* referri posse. Ei quidem subvenietur, si, cum Crevierio Jac. Gronovii medicina probata, dicamus, facile praepositionem *ab* a primis literis vocis sequentis *Aetolis* elidi potuisse ob similitudinem ductuum, quibus majusculae literae *B* et *E* formantur. Verum ita obstabit difficultas a Cl. Dukero mota, quae gravissima est. Ea nisi premeret, dici posset, nulla emendatione opus esse, et *indictus exercitui Aetolis Amynandroque* poni pro ab Aetolis Amynandroque, vel per Aetolos Amynandrumque. V. ad 6, 11, 4. Ferri etiam posset J. Fr. Gronovii conjectura, ac credi, *τὸ cum* excidisse ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis *conveniendum*. Sed potius nihil muto, et voces ita cohaerere puto: *Aetolis Amynandroque dies dictus est ad conveniendum exercitui Pheras.* Nulli placituram credo audacissimam Doujatii conjecturam *ad conveniendum eorumque exercitui*. Deinde *indictus* Aldus recepit ex cod. Mog. cujus hic patrocinium destituo. Nam, quod etiam Cl. Dukerus vidit, *indicere exercitum*, vel *indicere exercitum Pisas*, Livium dixisse invenio 6, 22. et 40, 41. ubi vide, quae notantur. Sed *indicere diem alicui ad conveniendum* apud eum nondum notavi. *dictus* praeferunt omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et Crevierii Victorin. Id autem verbum Livio in hac re in usu fuisse, constat ex illis, quae notantur ad 35, 3, 2. Si quid tamen mutandum, legerem *edictus*. Nam, et id Livio in hac re frequens esse, vidimus ad 31, 49, 12.

§. 3. *Ibi dum opperiretur*] Ex

Digitized by Google

gratiam ad Macedonas, odium ingens ad Philippum movit. Itaque, qui ad id tempus fortunam esset in 6
consilio habiturus, is extemplo ad M. Baebium propraetorem misit, *Antiochum in Thessaliam inpetum fecisse. si videretur ei, moveret ex hibernis: se obviam processurum, ut, quid agendum esset, consultarent.*

IX. Antiocho, ad Pheras jam castra habenti, ubi 1
conjunxerant ei se Aetoli et Amynander, legati ab Larissa venerunt, quaerentes, quod ob factum di- 2
ctumve Thessalorum bello lacesseret eos? simul orantes, ut, remoto exercitu, per legatos, si quid ei

Aldo propagatum. Superiores cum scriptis: *dum opperitur.* J. FR. GRON. Appian. in Syriac. p. 95. scribit, Antiochum ipsum, quum ad Cynoscephalas venisset, milites, quos insepultos reliquerat Philippus, magnifice sepelivisse. Magis credo Livio. In hos est epigramma Alcaei apud Plutarch. in vita Flaminini, cujus initium est Ἄκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι. DUK. *opperiretur* Aldus ex fide Mog. cod. admisit, reclamantibus omnibus nostris, Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, quem recte priscam lectionem revocasse puto. V. ad 1, 40, 7. Praeterea *ubi* Voss. a m. 1. Lov. 4. 5. et Hearnii L. 1. cum edd. ante Aldum. V. ad 27, 5, 2. Mox *Megapolitanum* Lov. 2. *Megaliepolitanum* Voss. et Lov. 1. *Megaliopolitanum* Lov. 4. V. ad 32, 5, 5. Hinc *Cynocephalas* Lov. 5. Harl. Mead. 1. et edd. vett. Sed recte Frob. anno 1535. *Cynoscephalas* ex cod. Mog. probavit. V. viros doctos, et praesertim Cl. Dukerum, ad Flor. 2, 7, 11. [*ubi* Bamb.]

§. 4. *Specie amplum, re inane*] *spem amplum* Gaertn. *spe amplum* Lov. 3. Vide ad cap. praec. §. 20. vox *specie* perperam exsulat ab Harl. mox §. seq. *τὸ est* non adparet in Voss.

§. 6. *Itaque, qui ad id tempus fortunam* etc.] Hanc sententiam sic etiam vertit Appian. [Syriac. p. 95.] Ἣν πυθόμενος, ὁ Φίλιππος, ἐνδοιάζων ἔτι καὶ περισκοπῶν ὁποτέρωσε προσθεῖτο, ἀντίκα ἕλετο τὰ Ῥωμαίων· βαλβιόν τε, στρατηγὸν αὐτῶν, ἄρχοντά τινος πλησίον στρατοῦ καλέσας ἐλθεῖν ἐς τι χωρίον, etc. SIG. *qui ad quid temptaturus fortunam esset* male Lov. 1. Mox *praetorem* Lov. 2. 3. et Voss. *pro praetore* Pall. teste Gebhardo ad h. l. c. 2, 11. Tum *inpetum Antiochum in Thessalia fecisse* Harl. *in Thessalia* etiam Lov. 2. et 3.

§. 1. *Ubi conjunxerant ei se Aetoli*] *ubi conjunxerunt se ei Aetoli* Lov. 3. *se ei* etiam Lov. 1. et Gaertn.

§. 2. *Quaerentes, quod ob factum dictumve Thessalorum bello lacesseret eos*] Prima vox non

Digitized by Google

3 videretur, secum disceptaret. Eodem tempore quingentos armatos, duce Hyppolocho, Pheras in praesidium miserunt: hi, exclusi aditu, jam omnia itinera obsidentibus regiis, Scorussam se receperunt.
4 Legatis Larissaeorum rex clementer respondit, *Non belli faciendi, sed tuendae et stabiliendae libertatis*
5 *Thessalorum caussa, se Thessaliam intrasse.* Similia his qui cum Pheraeis ageret, missus. cui nullo dato responso, Pheraei ipsi legatum ad regem, prin-
6 cipem civitatis Pausaniam, miserunt. Qui quum haud dissimilia his, ut in caussa pari, quae pro Chalcidensibus in conloquio ad Euripi fretum dicta

adparet in Harl. Deinde *quod ob factum dictumve Thessalos bello lacesseret* legit Lov. 6. Mox *secum* exsulat ab Harl.

§. 3. *Eodem tempore quingentos armatos, duce Hippolocho*] *Eodem in tempore* Mead. 1. Tum *duce Phipolocho* Lov. 6. *duce Hippoloco* Lov. 1. *duce Hypologa* Lov. 2. *duce Ypologo* Lov. 3. *duce Hippologo* Lov 4. Mead. ambo, et Gaertn. Eadem ferme varietas etiam infra in Mstis est §. 14. Male. Ἱππόλοχος Aetolus, et Ἱππόλοχος Thessalus, variis locis apud Polyb. memorantur. Mox *exclusi aditum* Lov. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Praeterea *jam tum omnia itinera obsidentibus* Lov. 3. [*aditum* Bamb.]

Scotussam se receperunt] *Scutosam* Gaertn. *Scotusam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et edd. ante Moguntinam. V. ad 28, 5, 15. Tum pronomen *se* deest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *se Scotussam* Lov. 3. Tandem *ceperunt* Voss. *recipiunt* Lov. 6. a m. 1. Mox §. seq. iterum pronomen *se* exsulat ab omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 5. *Pheraei ipsi suum legatum ad regem*] Membranae nesciunt illud *suum*. MOD. Tuetur vulgatam lectionem vet. ed. at Pall. destituuntur τῷ *suum*. GEBH. Codici Mog. vocem *suum* omittenti concinunt Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. quorum fide expunxi.

§. 7. *Ne id consilii caperent, cujus, dum in futurum minus cauti et providi essent*] Antiqua lectio *nimis cauti*. GELEN. *id consilium* Harl. reliquis invitis. V. ad 7, 26, 12. *minus cauti*, quod Gelenius damnavit, superest in Lov. 1. 5. 6. et Voss. Reliqui recte emendationem ejus probant. Solent saepissime has voces librarii in Mstis confundere. V. ad 2, 64, 7. 3, 9, 3. 6, 11, 3. c. 34, 5. 7, 11, 11. c. 27, 1. c. 30, 2. 8, 4, 5. 21, 3, 5. 22, 7, 4. et c. 9, 2. Adde viros doctos ad Plauti Amph. 2, 2, 198. G. Canter. 2. Nov. lect. 28. et Corte ad Plinii 3. ep. 14. Simi-

Digitized by Google

erant, quaedam etiam ferocius, egisset; rex etiam 7
atque etiam deliberare eos jussos, ne id consilii caperent, cujus, dum in futurum nimis cauti et providi essent, extemplo poeniteret, dimisit. Haec re- 8
nunciata Pheras legatio quum esset, ne paullum quidem dubitarunt, quin pro fide erga Romanos, quidquid fors belli tulisset, paterentur. Itaque et hi 9
summa ope parabant se ad urbem defendendam: et rex ab omni parte simul obpugnare moenia est adgressus; et, ut qui satis intelligeret, (neque enim 10
dubium erat) in eventu ejus urbis positum esse, quam primam adgressus esset, aut sperni deinde ab

liter confunduntur *nimium* et *minimum*. V. ad 35, 31, 2. et quae docti commentores notarunt ad Suet. Aug. 74. et ad Lucan. 4, 557. Paullo ante *debellare*, pro *deliberare*, Voss. a manu 1. *de bello* Lov. 1.

§. 8. *Ne paullum quidem dubitarunt*] *ne paullo quidem* Lovel. 2. *ne paululum quidem* Hearnii L. 1. et Voss. a manu 2. Ita etiam librarii in Mstis variare soliti fuerunt. V. ad 5, 38, 2. 8, 39, 3. 9, 31, 14. c. 35, 2. 10, 36, 4. 21, 46, 7. 22, 23, 1. 26, 42, 7. 35, 5, 11. c. 30, 3. 36, 43, 13. 37, 40, 7. 39, 31, 6. c. 44, 8. et alibi. V. etiam Corte ad Plinii 4. Ep. 30, 2.

Quidquid fors belli tulisset] MS. *quicquid fors belli tulisset*. Optime. sexcenties autem idem peccatum reperias apud bonos auctores. MOD. Nullus meorum, (praeter solum Harl.) neque etiam Hearnii L. 1. comprobant lectionem cod. Mog. quam tamen recte Gronovius recepit: quod enim nunc *fors belli*, infra *fortuna belli* vocatur 44, 8. Saepius ita librarios peccasse, vidimus ad 1, 9, 15.

§. 9. *Et rex ab omni parte simul obpugnare moenia est adgressus*] Pall. et vet. ed. continent *et rex omni parte simul*. GEBH. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. priscae. Moguntini *ab omni parte* ex cod. suo vulgarunt. V. ad 40, 22, 8. Praetorea *res*, pro *rex*, sine sensu Voss. Sed ita saepius errarunt scribae. V. ad 2, 15, 5. c. 48, 5. 8, 24, 13. 32, 11, 1. 35, 35, 5. (*40, 2, 7.) et ad Epit. Liv. 46. ac 93. Adde Cort. ad Sall. Jug. 13, 4. Fons erroris est perpetua literarum *s* et *x* commutatio; de qua v. ad 26, 19, 4. [*ab* et *simul* omittit Bamb.]

§. 10. *Ut qui satis intelligeret*] MS. Thuan. cum primis editt. *et ut qui satis int.* Quam particulam nec cur ejecerint, nec qui abesse possit, intelligo. JAC. GRON. Pari modo praeferunt Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Primus Vascos. operarum lapsu edidit *et qui satis*, quod per proximas

Digitized by Google

universa gente Thessalorum, aut timeri se, omnem
11 undique terrorem obsessis injecit. Primum inpetum obpugnationis satis constanter sustinuerunt: dein, quum multi propugnantes caderent, aut vulnerarentur,
12 labare animi coepere. Revocati deinde castigationibus principum ad perseverandum in proposito, relicto exteriore circulo muri, deficientibus jam copiis, in interiorem partem urbis concesserunt: cui brevior orbis munitionis circumjectus erat. postremo victi malis, quum timerent, ne vi captis nulla apud

edd. propagatum est, donec Modiana substituereet *ut qui satis.* Mox *in eventum ejus urbis* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. princ. Deinde *quam primum adgrederetur* Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. Sed frustra. V. ad 34, 14, 6. Hinc *ab universa Thessalorum gente* Harl. Insuper *aut timeri, sic omnem* Lov. 5. et edd. priscae. Primi Moguntini vulgarunt *aut timeri se, omnem*, codicem suum in eo secuti. Neque aliter omnes nostri, nisi quod *omnem* desit in Lov. 6.

§. 11. *Labare animi coepere. Revocati deinde castigationibus principum*] Vox *coepere* deest in Lov. 2. et Gaertn. Eadem et sequens *Revocati* non adparent in Harl. Hinc *castigatione principum* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Aldum, qui *castigationibus* ex fide cod. Mog. dedit. Insuper *principium* Voss. V. ad 2, 27, 12. et 21, 2, 4. Paullo ante *dein quum multi* cod. Mog. V. ad 3, 3, 6. [*castigationes* Bamb.]

§. 12. *In interiorem partem urbis concesserunt; cui brevior*] MS *in ulteriorem partem urbis* c. MODIUS. *ulteriorem* aberrantis librarii esse, docet praecedens vox *exteriore*. Pari modo *intima* et *ultima* commutantur in Mstis. Vide ad 34, 47, 7. Praepositio *in* exsulat a Lov. 1. intercepta a prima syllaba vocis sequentis. V. ad 34, 28, 3. *partem muri* legit Harl. Deinde *qui brevior* Voss. et Lov. 1. V. ad 9, 34, 14. Tum *circumvectus* Harl. V. ad 31, 45, 8. et mox ad cap. seq. §. 2. *circumventus* Gaertn. V. ad 10, 2, 4. Paullo ante *deficientibus jam obpugnatoribus* Lov. 1. [*quibus* pro *cui* Bamb.]

Victi malis, quum timerent, ne vi captis nulla] *Tò malis* expungunt Voss. et Lovel. 1. Sed *malo domiti* infra est hoc cap. Tum *ne vi captis ulla* Voss. qui mox cum Lov. 1. et 6. a manu 2. praefert *dederunt sese*. V. ad 39, 50, 9.

§. 13. *Nihil inde moratus rex, quatuor millia armatorum*] MS. *mille trecentos armatorum*. MODIUS. Mog. cod. insuper *Nihil deinde moratus*, quod etiam inveni in Lov. 5. et editionibus Frobeniana anni 1535. antiquioribus. Vox *millia* non adparet in Mead. 1.

Nec ibi mora deditionis est facta] *mora deditionis* sine du-

Digitized by Google

victorem venia esset, dediderunt sese. Nihil inde 13
moratus rex, quatuor millia armatorum, dum recens terror esset, Scotussam misit. nec ibi mora deditionis est facta, cernentibus Pheraeorum recens exemplum: qui, quod pertinaciter primo abnuerant, 14
malo domiti tandem fecissent. cum ipsa urbe Hippolochus Larissaeorumque deditum est praesidium. Dimissi ab rege inviolati omnes; quod eam rem ma- 15
gni momenti futuram rex ad conciliandos Larissaeorum animos credebat.

bio recte dicitur. verum alio sensu. Sallust. Jug. 29. *Quoniam mora deditionis induciae agitabantur.* Sed phrasi *moram facere* vix credo alium, quam tertium, casum rei jungi. 3, 2. *Longam venire noctem ratus, quae moram certamini faceret.* 4, 13. *Se moram delectui non facere.* Et sic 6, 31. 28, 7. 42, 7. Adde Tacit. 4. Hist. 71. et Justin. 5, 6, 4. 6, 2, 16. DUK. Usitatius esse *mora deditioni est facta* certum est. V. ad 3, 2, 10. Adde 4, 53. 27, 6. et 33. Verum nulli hic codd. vulgatum mutant, nisi quod *mora deditionis facta est* legant Voss. et Gaertn. quae si vera foret lectio, videri posset ultima litera *τοῦ certaminis* nata esse ex prima sequentis *facta;* quemadmodum librarios saepe peccasse monui ad 4, 33, 10. At reliqui codd. receptum ordinem vocum servantes, eum etiam veriorem esse persuadent. Videndum igitur, an non locutio *mora certaminis* duplici sensu accipi possit, non tantum active pro mora, quam infert certamen, sed etiam passive pro mora, quae infertur certamini. Ita sane *facere moram dimicandi* Livius dixit 7, 27. 21, 32. et 24, 15. *Jacere moram concurrendi* 31, 33. Verum, ne quid proprium in eo gerundiis credatur, quod vulgo *adferre moram supplicio* dici solet, id Cic. exprimit 5. in Verr. 64. *Ut teterrimi supplicii aliquam parvam moram saltem posset adferre.* Et eodem cap. *Ne moram quidem mortis mentione atque usurpatione civitatis adsequi potuit.* Et ita *redimere moram belli* est redimere moram, sive tempus, per quod bellum non inferretur, apud Sall. Jug. 29.

§. 15. *Magni momenti futuram rex ad conciliandos Larissaeorum animos*] Non Bruto est opus: levior manus potest exigere possessione loci hujus regem. Satis est proxima tenere. Plena et sana oratio est: *Dimissi ab rege inviolati omnes, quod eam rem magni momenti futuram ad conciliandos Larissaeorum animos crederet.* Non verba ornat, non sententiam instruit repetita vox. Nisi malis tollere *ab rege.* Fortassis et legendum *magno momento.* J. FR. GRON. Alterutro loco recte tolli *rex*, facile omnes adsentientur viro acutissimo; non aeque, credo, perspicient, cur *magno momento* melius esse putaverit, quam

Digitized by Google

1 X. Intra decimum diem, quam Pheras venerat, his perfectis, Cranonem, profectus cum toto exer-
2 citu, primo adventu cepit. inde Cypaeram et Metropolim, et iis circumjecta castella recepit: omniaque jam regionis ejus, praeter Atracem et Gyrtonem, in
3 potestate erant. Tum adgredi Larissam constituit: ratus vel terrore ceterarum expugnatarum, vel be-

magni momenti. DUK. Omnes quidem nostri vocem *rex* constanter tuentur, non convenit tamen de loco quem obtinere debeat. Nam *ad conciliandos rex* legunt Lov. 1. 3. 6. et Gaertner. Praeterea *ad conciliandum Larissaeorum animos* Harl. et Hearnii L. 1. Paullo ante *a rege* Voss. Lovel. 1. 6. Harl. Mead. pr. et Gaertn.

§. 1. *Cramonem cum toto exercitu primo adventu cepit*] Strabo et Plinius non *Cramonem*, sed *Crannonem*, duplici *n* posuerunt. Sic Cic. et Fabius Quintil. *Crannoneum Scopam* dixere, non *Cramoneum*. SABELL. Pall. et vet. ed. *his perfectis Crannonem* (vet. ed. *Cramonem*) *cum toto exercitu primo impetu cepit.* GEBH. *Cramonem cum toto exercitu* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. a m. 2. (qui *Carmonem* a m. 1. praefert) Harl. et Gaertn. *Cramionem cum toto exercitu* Mead. 1. *Crannonem cum toto exercitu* Lov. 3. 4. et Mead. 2. [Bamb.] Vox *profectus* deest etiam in Hearnii L. 1. et edd. antt. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo *Cranonem profectus cum toto exercitu* ediderunt. Et quidem, *Cranonem* unico *n* scribendum esse, jam inter viros doctos constat; et ita nunc passim editur non tantum apud Graecos, Demosthenem, Diog. Laërtium, Pausaniam, Plutarchum, et Stephanum, sed etiam apud Latinos, Livium, Plinium, Quinctilianum, aliosque. Eadem itaque scriptura revocanda est infra 42, 64. et 65. ubi etiam in recentissimis edd. male duplici *n* scribitur. Emendandus etiam est Cic. 2. de Orat. 86. ubi pro *Crannone* cod. Traj. *Granone* exhibens, *Cranone* legendum esse verisimile reddit. V. etiam infra ad cap. 14, 10. et Torren. ad Val. Max. 1, 8. ext. 7. quibus locis prodigiose in hac voce scribae aberrarunt.

§. 2. *Inde Cyerum et Metropolin, et iis circumjecta castella recepit*] *Cyerum* non invenio apud quemquam, sed *Cypaera* in Ptolemaeo legitur [3, 13.] inter Thessaliae urbes. atque ita legendum puto. GLAR. *inde Verum* Voss. a m. 1. et Lov. 1. *inde Cyeus* Hearnii L. 1. *inde Cyerum* Voss. a m. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. Glareani emendationem *inde Cypaeram* Vascos. in contextum admisit. Tum *Metropolis* Hearnii L. 1. et N. Hinc *circumvecta castella* Voss. V. ad cap. praec. §. 12. et cap. 20, 3. Tandem *recipit* Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. et edd. Ascensiana anni 1513. priores. [*Cierum et Metropolis* Bamb.]

Praeter ad Regem et Cyrtonem, in potestate erant] Vide, ne *praeter Atracem et Gyrtonem* legi oporteat. Plinius, Strabo,

Digitized by Google

neficio praesidii dimissi, vel exemplo tot civitatium dedentium sese, non ultra in pertinacia mansuros. Elephantis agi ante signa terroris caussa jussis, quadrato agmine ad urbem incessit: ut incerti fluctuarentur animi magnae partis Larissaeorum inter metum praesentem hostium et verecundiam absentium sociorum. Per eosdem dies Amynander cum Atha- 4 5

et Ptolemaeus *Gyrtonem* vocant, juxtaque *Atracem*, non *ad Regem*, reperio. Sed tu nihil temere statuas. SABELL. Vet. ed. *praeter ad regem et Cyrnonem*. Palat. *praeter ad regem* (Pal. alter *a regem*) *et Cirtonem*. GEBH. *ad Regem* omnes nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Ascensium, qui anno 1513. Sabellici conjecturam recepit. Eamdem probat cod. Mog. V. ad 32, 15, 8. Deinde *Circhonem* Lov. 1. 6. et Voss. *Cyrconem* Gaertn. *Ceritonem* Lov. 2. et Harl. *Cytonem* Lov. 3. *Cintonem* Mead. 1. *Cirtonem* Lov. 4. et Mead. 2. *Cyrtonem* Hearnii N. [Bamb.] et quaedam edd. *Citronem* Hearnii L. 1. *Cyrnonem* Lov. 5. et edd. principes. *Gyrtonem*, ut Sabellicus emendat, Ascens. anno 1513. vulgavit; quod firmat cod. Mog. *Gyrtonis* etiam infra mentio fit 42, 54. Paullo ante *regionis ejus* omittit Harl.

§. 3. *Terrore ceterarum expugnatarum*] *expugnatarum* Lov. 1. 3. 4. 5. Hearnii L. 1. [Bamb. et edd. princ. Mox vocula *tot* non adparet in Lov. 4. et *civitatium* praefert ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11.

§. 4. *Ut incerti fluctuarentur animi*] *fluctuarent* Hearnii L. 1. Et quidem hoc verbum utroque modo, *fluctuo*, et *fluctuor*, efferri apud Latinos solet. Apud Livium vero, praeterquam quod participium *fluctuans* adhibeat, quod aeque a deponenti, quam ab activo, declinari potest, semper forma deponenti obcurrit. Ita 23, 33, 3. *Utrius populi mallet victoriam esse, incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fuerat.* 30, 34, 10. *Principum quoque signa fluctuari coeperant.* Ubi etiam ante Gronov. *fluctuare* edebatur. 32, 13, 4. *Ibi stativis rex per aliquot dies habitis fluctuatus animo est.* 40, 32, 3. *Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt.* Et ita alii in aliorum scriptorum codicibus invenere. V. viros doctos ad Val. Max. 8. 1. ex. amb. 2. 9, 8, 1. ad Curt. 4, 12, 21. et Celeb. Burm. ad Suet. Claud. 4. Adde Salmas. ad Solin. p. 38. Paullo ante *Elephantibus agi ante signa jussis* Lov. 3. et Mead. 1. V. ad 31, 36, 4.

Inter metum praesentem hostium] Lege *praesentium*. MURET. Non adparet alia ratio emendationis Mureti, quam quod sibi videtur persuasisse, hoc debere casu convenire cum sequenti *absentium*. Sed hoc leve est. Si putavit, non Latine dici *praesens metus hostium*, non recte sensit. Liv. 42, 53. *Victa tamen praesenti metu in deditionem concesserunt.* V ad Flori 3, 4, 5. DUK. Recte Cl. Duker. vulgatum contra Muretum defendit. Illa enim variandi orationem ratio stilo Livii convenit.

Digitized by Google

manum juventute occupat Pellinaeum: et Menippus, cum tribus millibus peditum Aetolorum et ducentis equitibus in Perraebiam profectus, Malloeam et Cyretias vi cepit, depopulatusque est agrum Tripolitanum.

Eo refer supra 25, 15, 11. *Et fraudis intestinae et hostium insidiarum ignarus.* ubi vide. [*absentem* Bamb.]

§. 5. *Occupat Pellinaeum*] Πελλιναῖον vocat Strabo lib. 9. Plinius vero 4, 8. *Pelinnam* vocare videtur. Aliud autem nomen est Πεληναῖον ὄρος τοῦ Χίου apud Dionysium Geographum [v. 535.] quanquam idem mons in Graecis plerisque Strabonis codicibus Πελεναῖον legitur. Porro idem Strabo quatuor oppida circa Thamas numerat, *Triccam*, *Metropolin*, *Pelinnaeum*, ac *Gomphos*, quae Ptolemaeus Effiaeotarum ponit. quanvis *Atineum* pro *Pelinaeum* fortassis positum apud eundem. *Chyraetias* eodem loco reperias, at non item *Malleolam*. GLAR. Strabo lib. 9, [437.] Πελλιναῖον idem vocat. At Stephanus Πελλίναν. inquit enim Πελλίνα πόλις Θεσσαλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι. SIG. Πέλινα Stephano urbs Thessaliae in Phthiotide, Graecis Pindari interpretibus Πελιναῖον, neque aliter Straboni. At Πέλινα vel Πελιναῖον apud Stephanum, Strabonem, aliosque legendum, arguit non solum *Pelinus*, loci conditor, eidem Stephano commemoratus, sed et antiqui nummi cum gentili, quod praeteriit Stephanus, ΠΕΛΙΝΑΙΕΩΝ. SPANH. de Praest. et us. numism. diss. 9. p. 902. ed. Amstel. 1671. *Pellinaeum* etiam infra c. 13. et 14, scribitur. Spanhemii sententiam probat Cellar. 2. Geogr. ant. 13. 679. Nec tamen minus recte scribi *Pelinnaeum* duplici n, ex alio nummo, in quo est ΠΕΛΙΝΝΑΙΕΩΝ, ostendit Holstenius ad Stephan. in Πελίνα. In Strabone quoque est Πελιννᾶον et Πελιναῖον. Adde Salmas. ad Solin. pag. 607. In recentioribus edd. Stephani est Πέλιννα, non Πελλίνα, ut hic, et ad 31, 39, 4. descripsit Sigonius. DUK. *Pollinaeum* Voss. *Polinaeum* Lov. 3. *Penine* Hearnii L. 1. Harduinus in numm. Popul. et Urb. duos profert nummos, alterum ex Museo suo, alterum ex Cimelio regio cum inscriptione ΠΕΛΙΝΝΑΙΕΩΝ. V. etiam ad c. 13, 7. et 14, 3. Copula, quae mox sequitur, non adparet in Lov. 3. et Hearnii L. 1.

Malleolam et Cyrechias] Ptolemaeus, quod magis placet, *Chyretias* habet [3, 13.] et non *Cyrechias*. SABELL. Pall. *Malleolam et Cyrenthias*. Vet. ed. *Cyrechias*. GEBH. *Meolam* Hearnii L. 1. *Maleolam* Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. *Malleolam* Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii N. [Bamb.] et edd. ante Froben. anni 1531. quae recte *Malloeam* admisit. Tum *Cyrenechias* Gaertn. *Cyrenchias* Lov. 3. 6. et Voss. *Cyrenthias* Lov. 4. Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *Cyrechias* Lov. 2. 5. et Mead. 1. *Cyrethias* Hearnii N. [Bamb.] *Cyrechias* vel *Chyretias* edd. antt. usque ad Frob. qui 1531. *Cyretias* vulgavit. V. ad 31, 41, 5. de priori autem etiam ad 39, 25, 16. Mox *depopulatus est* sine copula Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6.

Digitized by Google

num. His raptim peractis, Larissam ad regem re- 6
deunt: consultanti, quidnam agendum esset de La-
rissa, supervenerunt. Ibi in diversum sententiae 7
tendebant: aliis, vim adhibendam, et non differen-
dam censentibus, quin operibus ac machinis simul

Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Hinc *agrum Erepolitanum* Lov. 1. *agrum Cropolitanum* Gaertn. *agrum Crepolitanum* Voss. *agrum Trepolitanum* Harl. Mead. 1. et Hearnii N. [Bamb.]

§. 6. *Quidnam agendum esset de Larissa*] Pall. *agendum de Larissa esset* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *de Larissa esset agendum* Harl.

§. 7. *Aliis vim adhibendam, et non differendam*] MS. *aliis afferendam vim* probe. et mox. *aliis tunc vires urbis*, pro vulgato *aliis nunc vires urbis*. MODIUS. Modii liber *afferendam*, forte *offerendam*. GEBH. *adferendam vim*, quod ex cod. Mog. Modius probavit, Livio haud indignam locutionem, quin et alibi ab eo usurpatam esse, sponte agnosco. V. ad 42, 26, 9. Hic tamen minus placet, quod mox sequatur *differendum*. Puto igitur ex glossa interpretis marginali in contextum inrepsisse. *adhibere vim* etiam supra utitur Livius 26, 44, 10. *Tumultus inde major, quam vis, adhiberi poterat*. 27, 31, 7. *Vim etiam flagitiis adhibebat*. Ceterum *vim ad exhibendam* legunt Voss. et Lov. 1. quo forte indicavit, qui primus hujus lectionis auctor fuit, se in cod. suo duplicem lectionem, *adhibendam* et *exhibendam*, invenisse; quam utramque hac ratione servatam voluit. V. ad 3, 44, 4. Paullo ante *in diversum finem tendebant* Voss.

Undique moenia adgrederentur urbis sitae in plano, a parte campestri undique facilis aditu] Pall. profitentur *undique moenia aggrederetur. sitae in plano apertae campestri undique aditu*. GEBH. Cl. Valesius libro suo adscripserat *apertae*. Editi quidam *facilis aditus*. Sed aliud latet. Illud *facilis* in Thuan. non exstat, nec etiam in aliis MSS. Et cur non edidisse Livium credemus *urbis sitae in plano a parte campestri undique aditu*? 1, 33. *Haud parvum munimentum a planioribus aditu locis*. JAC. GRON. Nihil vetat *facilis* ex auctoritate Mstorum Gronovianorum, quibus unus Hearnianus accedit, deleri: etsi alioqui ex ipso Livio defendi posset. *A parte campestri undique aditu* itidem recte dicitur κατ' ἔλλειψιν participii *existente*. Sed superest nodus in verbis *a parte campestri*, quem mihi explicari velim. Nam ea indicio sunt, partem urbis in loco non campestri, in monte, puta, tumulove, sitam fuisse. Sed huic repugnat, quod Livius urbem *in plano sitam* fuisse scribit; quod cur tantum de parte quadam, vel de partibus quibusdam illius, non de tota urbe, accipi debeat, non major ratio est, quam quod iisdem verbis 24, 40. de situ urbis Orici scribit. Neque enim, si ita fuisset, Livium id hic magis praeteriturum fuisse credo, quam in describendo situ multarum aliarum urbium. Adde, quod nemo, quod quidem sciam, hoc de Larissa Thessalica prodidit;

Digitized by Google

undique moenia adgrederentur urbis sitae in plano,
8 apertae, campestri undique aditu: aliis nunc vires urbis, nequaquam Pheris conferendae, memorantibus: nunc hiemem et tempus anni nulli bellicae rei, minime obsidioni atque obpugnationi urbium, aptum.
9 Incerto regi inter spem metumque legati a Pharsalo,

quam totam in plano sitam fuisse, non obscure e Strab. 9, 440. colligitur. Unde et apud Horatium 1. carm. 7. est *Larissae campus opimae*. Hac de caussa Valesius fortassis pro *a parte* maluit legere *apertae*: cujus conjecturam tamen probare non possum. Nam quid est *urbs aperta*? an *non munita*? Sane non alio sensu videtur posse exponi. Sed eum non admittunt, quae de illa hic scribit Livius, *moenia* illius memorans, ac dicens fuisse, qui *operibus et machinis oppugnandam* censuerint. unde satis patet, munitam fuisse. Plane mihi persuadeo, ulcus haerere in verbis *a parte*; verum, quomodo curandum sit, non video. Satis commodus, ni fallor, esset sensus, si, sublatis, quae Valesio corrupta fuerunt visa, solum scriptum fuisset, *urbis sitae in plano, campestri undique aditu. Aditus campestris* dici potest, ut *iter campestre*, id est, iter per loca plana et campestria, cui opponitur iter per loca aspera et montuosa. Caesar 1. B. Civ. 66. *Quinque millia passuum proxima intercedere itineris campestris; inde excipere loca aspera et montuosa*. Curtius 5, 3, 16. *Illum campestri itinere procedere, ipse cum pedestri agmine jugum montium cepit.* Sed hoc non tento. Nam ejicere velle, quae omnium scriptorum et editorum librorum consensu nituntur, secare nodum foret, non solvere. Tolerabilior esset conjectura, *aperto et campestri undique aditu. Apertus aditus*, ut *aperta loca* 9, 27. *castra in aperto ponere, communire* 23, 46. et 36, 17. id est, locis patentibus, ubi non est locus insidiis; puro et patenti campo, ut 24, 14, *Signis collatis dimicaturum puro ac patenti campo, ubi sine ullo insidiarum metu vera virtute geri res posset*. 39, 30. *Campum apertum usque ad hostium castra habebant, liberum a metu insidiarum*. Virgil. 2. Georg. 280. *campo stetit agmen aperto*. DUK. *aggrederetur* Mead. 2. Deinde *a parte undique aditu*, reliquis omissis, Lov. 1. *aperte*, vel *apertae campestri undique aditu* Lov. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et editiones Camp. Rom. anni 1472. Parm. aliaeque antiquiores. Vox vero *facilis* in nullo superest scripto, neque in ullo ante Ascensium edito adparet: exsulat etiam ab Hearnii L. 1. Cl. Crevier. in cod. Victor. invenit *urbis sitae in plano, apertae, campestri undique aditu*, idque probavit, ac recepit. *apertam* autem urbem exponit, quam facile quivis intrare potest. Quum autem vulgatum in nullo mihi cod. obvium fuerit, ejus lectionem etiam in contextu exprimi jussi: profiteor tamen, magis placere Cl. Dukeri conjecturam, in nullo alio a scriptis plerisque et edd. vett. discedentem, quam quod τῷ *apertae* substituat *aperto et*. [v. *moenia* .... *apertae* in rasura sunt in Bamb.]

Digitized by Google

qui ad dedendam urbem suam forte venerant, animos auxerunt. M. Baebius interim, cum Philippo 10
in Dassaretiis congressus, Ap. Claudium ex communi consilio ad praesidium Larissae misit, qui per Macedoniam magnis itineribus in jugum montium, quod super Gonnos est, pervenit. Oppidum Gonni viginti 11

§. 8. *Obsidioni atque obpugnationi*] Duae posteriores voces, quae in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquioribus desunt, primus Aldus ex cod. Mog. Livio restituit. Paullo ante *tunc vires urbis*, pro *nunc*, idem cod. Mog. sollemni scribarum lapsu. V. ad 37, 4, 9.

§. 9. *Qui ad dedendam urbem suam forte venerant, animos auxerunt*] *ad dedendum urbem suam* Voss. Lov. 5. Gaertn. et edd. vett. *ad dedendam* Moguntini ex cod. suo recte vulgarunt; cui etiam reliqui codd. subscribunt. Tum *animos erexerunt* Harl. invitis ceteris omnibus.

§. 10. *M. Baebius interim, cum Philippo in Dassaretiis congressus*, etc.] Appianus [in Syriac. [p. 95.] haec ita: *καὶ ὁ Βαίβιος θαρρήσας ἀυτίκα ἔπεμπε διὰ τῆς Μακεδονίας Ἄππιον Κλαύδιον μετὰ δισχιλίων πεζῶν ἐις Θεσσαλίαν.* SIG. *interim Philippo*, omissa praepositione, Lov. 1. Tum *in Classaretis* Lov. 5. et edd. principes, litera *d* in *cl* divisa. V. ad 10, 24, 2. *in Dassaretes* Harl. et Mead. 1. *in Dasaretes* Lov. 2. *in Dasaretum* Lov. 3. *in Dassaretis* Lov. 4. 6. Mead. 2. et Hearnii N. *in Dassarachis* Lov. 1. *in Dassarechis* Voss. et Gaertn. *in Dassaretiis* ediderunt Moguntini. V. ad 27, 32, 9. [*Duretis* Bamb.]

§. 11. *Oppidum Conni triginta millia ab Larissa abest*] Ptolemaeus [3, 13.] *Gonnos* appellat oppidum non longe a Larissa. SABELL. Quidam pro *XXX* emendarunt *XX.* quod sequentia verba propinquitatem maximam ostendant Gonnorum ad Larissam, videlicet unde ignes ac castra Romanorum videri potuerint. At in Ptolemaei descriptione longius multo abest Gonnorum civitas a Larissa. Sed accipit haec controversia variam ac etiam veram excusationem. GLAREAN. *Conni* et §. praec. *Connos* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. [Bamb.] et priscae edd. *Coñe* et *Conas* Lov. 6. *Connas* et hic *Conni* Voss. et Lov. 1. *Comeos* Hearnii L. 1. Steph. Byz. *Γόννοι πόλις Παρραιβίας.* In quem locum Berkel. transcriptorum mendum inrepsisse arbitratur, quia nemo hoc urbis nomen numero multitudinis protulit. Verum non meminit Polybii, qui 17, 23. *Γόννους* memorat. Numero plurali etiam supra effertur 33, 10. at numero singulari 42, 54. 67. et 44, 6. Deinde *viginti millia*, quod Aldus ex cod. Mog. recepit, etiam firmant omnes nostri, exceptis Lov. 5. qui prioribus excusis adhaeret, et Lov. 3. qui *viginti millibus* exhibet. Mox *in ipsis faucibus saltus, qui Tempe adpellatur* Lov. 1. *in ipsis faucibus, quae Tempe adpellantur* Lov. 4.

§. 12. *Ibi castra metatus latius, quam pro copiis, et plures, quam quot satis in usum erant*]

Digitized by Google

millia ab Larissa abest, in ipsis faucibus saltus, quae
12 Tempe adpellantur, situm. Ibi castra metatus latius, quam pro copiis, et plures, quam quot satis in usum erant, ignes quum accendisset, speciem, quam quaesierat, hosti fecit, omnem ibi Romanum exercitum
13 cum rege Philippo esse. Itaque hiemem instare apud suos caussatus rex, unum tantum moratus diem, ab Larissa recessit, et Demetriadem rediit: Aetolique

Ubi, pro *Ibi*, Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. *Ibi* Aldus ex cod. Mog. reposuit; cui reliqui Msti concinunt. V. ad 27, 5, 2. Tum *metatus* exsulat a Voss., Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. Hinc voces *quam pro copiis et plures* in omnibus Msstis nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. desunt culpa librariorum, quod mox repetatur *τὸ quam*. V. ad 9, 11, 11. Primus Aldus illas ex cod. Mog. recepit. Deinde *quam in usum satis erant* Lov. 3. *quamquam in usum satis erant* Gaertn. *quam quod usum satis erat* Lov. 2. *quam quod satis usui erant* Harl. *quam quod in usum satis erat* Lov. 6. *quam quod satis in usum erat* Voss. *quam quod satis in usum erant* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui iterum *quot* ex cod. Mog. restituit. Mox *ignesque quum ostendisset* Harl. *ignes quum accendissent* Lov. 1. 2. 5. 6. et Mead. ambo.

Speciem, quam quaesierat, hosti fecit: omnem ibi Romanum] *species, quam quaesierat, erat: hostes aut omnem ibi Romanum* Voss. et Lov. 6. a qua lectione non aliter abit Lov. 1. quam quod *hostis* praeferat. *spes, quam quaesierat, erat, hostis aut omnem ibi Romanum exercitum cum rege Philippo esse ratus* Lov. 3.

§. 13. *Hiemem instare apud suos caussatus*] Quomodo *instare* dicit hiemem, quae jam *ferme media* et bonam partem exacta erat, cap. 6. et 11? Nempe *instare* dicuntur primum, quae nondum quidem inchoata, sed mox futura sunt, ac diu differri non possunt. Caesar. 1. B. Gall. 16. *Diem instare, quo frumentum militibus metiri oporteret.* adde ibid. cap. 23. Ter. Adelph. 3, 2, 6. Sallust. Cat. 55. Et sic accipi potest, quod saepe est apud Livium *hiemem instare*, ut 29, 35, 13. 33, 41, 9. 37, 39, 2. Nec tamen hoc ita intelligendum est, quasi *instare* hac significatione tantum ea dicantur, quae brevi futura sunt: nam etiam *instare* dicit 21, 21, 5. quod interjecto longiore spatio temporis, et post aliquot menses demum futurum erat. Deinde, quae jam coepta ac praesentia sunt. 2, 48, 6. *Alia bella aut praesentia instabant, ut ab Aequis Volscisque*; etc. *aut mox moturos se apparebat Sabinos.* 3, 6. 4. *Vix instantes sustinent ibus clades.* Unde Cic. 2. Catil. 5. *instare* et *adpropinquare*, et alii *praesentia, instantia* et *futura* distinguunt. V. Dan. Heinsium ad Horat. 1. Carm. 4, 5. Denique

Digitized by Google

et Athamanes in suos receperunt se fines. Appius, 14
etsi, cujus rei caussa missus erat, solutam cernebat obsidionem, tamen Larissam ad confirmandos in reliquum sociorum animos descendit: duplexque 15
laetitia erat, quod et hostes excesserant finibus, et intra moenia praesidium Romanum cernebant.

XI. Rex Chalcidem a Demetriade profectus, amo- 1
re captus virginis Chalcidensis Cleoptolemi filiae,

instare etiam dicuntur illa, quae, postquam inchoata sunt, et praesentia esse coeperunt, manent, durant, et urgent. Liv. 5, 6, 6. de obsidione Vejorum jam in tertium annum producta, *Non Vejos tantum, nec hoc bellum intueri, quod instat.* Et 28, 38, 9. in quarto decimo anno belli Punici 11. *Spondebantque animis, sicut C. Lutatius superius bellum finisset, ita id, quod instaret, P. Cornelium finiturum.* Hac notione quoque videtur accipiendum, quod Antiochus caussatus dicitur, *hiemen instare*, cujus jam magna pars praeterierat. Si cui hoc minus placet, per me licet, legat *hiemem obstare*; utpote nulli bellicae rei, minime oppugnationi atque obsidioni urbium, aptam, quod quidam in consiliis dicebant. Ovid. Epist. Didonis vers. 41. *Quo fugis? obstat hiems.* DUK. *hiemem stare* Lov. 1. 4. et Mead. ambo. Sed primam syllabam posterioris vocis intercepit ultima litera prioris. V. ad 5, 27, 6.

Ab Larissa recessit, et Demetriadem rediit] Libri nostri omnes *ab Larissa recessit ad Demetriadem.* GEBH. Similiter Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vet. Reliqui mei cum Hearnii L. 1. *ab Larissa recessit Demetriadem.* Vulgatum Aldus ex cod. Mog. adscivit. Mox §. seq. *cujus rei gratia* Lov. 5. et edd. pro quo iterum Aldus ex eodem Mto *cujus rei caussa* dedit, ceteris meis concinentibus. Alibi ita variant scribae. Exempla sunt 34, 29, 13. et 39, 22, 2. V. etiam ad 8, 29, 9.

§. 15. *Quod et hostes excesserant finibus, et intra moenia praesidium Romanum*] *excesserunt* membranae Mog. *et quod hostes excesserant finibus, et quod intra moenia* Lov. 3. *et quod hostes* etiam Lov. 6. *Τὰ et intra* desunt in Voss. et Lov. 1. Vox *Romanum* in iisdem, et insuper in Lov. 3. ac 6.

§. 1. *Rex Chalcidem a Demetriade profectus, amore captus virginis Chalcidensis, Neoptolemi filiae*] Socer Antiochi *Cleoptolemus* constanter scribitur, non *Neoptolemus.* GELEN. Haec ex Polybii lib. 20. sumpta sunt, si Athenaeo credimus, qui lib. 10, (p. 439.) ita scribit: *Ἀντίοχος δὲ, ὁ Μέγας ἐπικαλούμενος, ὃν Ῥωμαῖοι καθεῖλον, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος ἐν τῇ εἰκοστῇ, παρελθὼν εἰς Χαλκίδα τῆς Εὐβοίας, συνετέλει γάμους, πεντήκοντα μὲν ἔτη γεγονὼς, καὶ δύο μέγιστα τῶν ἔργων ἀνειλιφὼς, τήνδε τῶν Ἑλλήνων ἐλευθέρωσιν, ὡς ἀυτὸς ἐπηγγέλλετο, καὶ τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον. ἐρασ-*

Digitized by Google

quum patrem, primo adlegando, deinde coram ipse
2 rogando, fatigasset, invitum se gravioris fortunae conditioni inligantem, tandem impetrata re, tamquam in media pace nuptias celebrat: et reliquum

θεὶς γοῦν παρθένου Χαλκιδικῆς, κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν ἐφιλοτιμήσατο γῆμαι, οἰνοπότης ὢν καὶ μέθαις χαίρων. ἦν δ' αὐτῇ Κλεοπτολέμου μὲν θυγάτηρ ἑνὸς τῶν ἐπιφανῶν, πάλλει δὲ πάσας ὑπερβάλλουσα. καὶ τοὺς γάμους συντελῶν ἐν τῇ Χαλκίδι αὐτέθι διέτριψε τὸν χειμῶνα τῶν ἐνεστώτων ὀνδ' ἥντινα ποιούμενος πρόνοιαν· ἔθετο δὲ καὶ τῇ παιδὶ ὄνομα Εὔβοιαν. Eadem scribit Plutarchus in Flaminino [pag. 378.] Porro autem quod ait Livius *adlegando fatigat*, id est per legatos sollicitat. SIG. Contrarium perhibent Pall. et vet. ed. *a Chalcide ad Demetriadem profectus.* GEBH. Ita et Voss. Lov. 3. 4. 6. a m. pr. Mead. 2. Hearnii N. et edd. princ. *Chalcide ad Demetriadem* Lov. 1. *ad Chalcidem a Demetriade* Lov. 6. a manu 2. Vulgatum, quod reliqui codd. servant, et primum vidi in ed. Ven. anni 1498. rectum esse, ex cap. praec. ubi Larissa recessisse, et Demetriadem rediisse dicitur, colligi potest. *Neoptolemi* primi Moguntini ediderunt. Priores habebant *Deoptolemi*, quod etiam est in Lov. 5. *Deoptolomi* in Hearnii L. 1. Sed, litera *d* in *cl* mutata, *Cleoptolemi*, ut Gelenius emendavit, reliqui codd. V. ad 10, 24, 2. Ceterum locum hunc ex Polyb. Livium expressisse, ante Sigon. observavit Victor. 24. Var. lect. 11. ejusque fragmento ab Athenaeo servato Gelenii emendationem firmavit.

Quum patrem, primo adlegando, deinde coram ipse rogando, fatigasset.] allegando legitur rectius, quam *ablegando.* GELEN. Illud vero [*ablegando*] ut defendatur, aut verius ut intelligatur, haud equidem scio. Quomodo enim *ablegat* et liberum, et quem paullo post sit rogaturus? quare alii recte *allegando* emendarunt. GLAR. Et hoc [*ablegando*] Gruteri postrema revocavit. Nam post Gelenium admissum fuerat *allegando*; de quo non dubitandum. Sigonius interpretatur [ad verba praec.] per legatos sollicitando. Non satis proprie. neque enim, per quem rex cum privato praesertim aliquid agit, is statim *legatus. Allegant* autem non modo reges, sed quivis privati, qui per amicos aliquem alloquuntur, Cicero lib. 1. in Verr. [16.] *Quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnavit.* Et rursus [cap. 51.] *Cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius interclusos viderint.* Philipp. 5, [5.] *Cretensis judex, isque nequissimus. quem ad hunc reus alleget? quomodo accedat?* Q. Cicero de petit. consul [1.] *Hi rogandi omnes sunt diligenter, et ad eos allegandum.* Fabius Decl. 377. *Quid ergo? rogare non possum, ad preces decurrere, iterum allegare amicos non possum?* Itaque eleganter in hac ipsa materia, in qua Livius, Statius l. 2. Achill. [224.]

Te Peleus nato socerum et Thetis hospita jungunt,
Allegantque suos utroque a sanguine Divos.

Aristophanes dicit *προσπέμειν φίλους* in Equitib. [470.]

Digitized by Google

hiemis, oblitus quantas simul duas res suscepisset, bellum Romanum et Graeciam liberandam, omissa omnium rerum cura, in conviviis et vinum sequentibus voluptatibus, ac deinde, ex fatigatione magis,

Καὶ ταῦτα μ' οὔτ' ἀργύριον, οὔτε Χρυσίον Διδοὺς, ἀναπείσεις, οὔτε προσπέμπων φίλους.

Hinc *allegati* dicuntur antiquis sequestri quidam, quos ad aliquem mittimus, indicium ejus testato cognituri: qui deinde transeunt in testes eorum, quae audiverunt ab eo, ad quem missu alieno profecti fuere. Hoc voluerunt, a quibus accepit Isidorus; *testes sic appellari:* sed male accepit, cum *allegatos* fecit, lib. 4, 23. Cicero ad Q. Fratr. 2, 3. *Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vacciam et C. Cornelium.* Pessime Turnebus: *edidit allegatos*, vel *ad alligatos.* Pro Cluentio c. 13. *Ac tum in Oppianici caussa crimen hoc Asinianum cum testibus multis, tum vero indicio Ajulii probabatur: in quo inter allegatos Appianici nomen primum esse constabat.* Turnebus et hic *alligatos*, id est, ait, crimini obnoxios, criminis affines, 20. Adv. 5. Nec melius Manutius, necesse esse, ut, qui *alligati* dicuntur, nocentes quoque fuerint. Dicit enim Cicero in Oppianici caussa, quam dixit deferente Cluentio, inter alia objectum ei scelus Asinii interfecti, probatumque cum testibus multis eorum, quae apud Manilium acta fuerant, tum indicio Ajulii, ad quem missi allegati, ut de re ex ipso cognoscerent, acceperunt et certum habuerunt, primum ac praecipuum inter caeteros, quorum opera circumventus et occisus erat Asinius, fuisse Oppianicum. Ajulius ad allegatos edidit principem illius facinoris Oppianicum, ita constanter, ut illis res minime dubia visa fuerit. Hoc est, *in Ajulii indicio primum Oppianici nomen esse, constitisse inter allegatos.* J. FR. GRON. *adlegando* legendum esse, monuit etiam Gronov. pr. ed. not. ad 39, 13. et ita omnes nostri, nisi quod *ablegando* sit in solo Lov. 5. *allegandum* in Lov. 6. Praeterea *dum patrem* Lov. 5. cum multis veterum edd. Perperam. V. ad 1, 40, 7. *cum patre* Harl. Tum *dein* Lov. 1. 4. 5. Mead. uterque, et ed. Camp. V. ad 3, 3, 6. *fatigasset* exsulat ab Harl.

Invitum se graviori fortunae conditionique inligantem] Legitur rectius *gravioris fortunae conditioni*, quam *graviori fortunae conditionique.* GELEN. Libri nostri omnes *graviori fortunae conditioni illigantem.* GEBH. *gravari fortunae conditione allegantem* Gaertn. et Voss. a m. 1. *graviori fortunae conditione allegantem* Voss. a m. 2. et Lov. 6. *gravari fortunae conditioni alligantem* Lov. 1. *graviori fortunae conditioni illigantem* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *graviori fortunae conditionique illigantem* aetate proximae cum Harl. Vel recte Gelenii emendationem Frob. 1535. adoptavit, vel *graviori fortunae conditione inligantem* legendum, ut est in Lov. 3. V. ad 35, 46, 10.

§. 2. *Tamquam in media pace nuptias celebrat; et reliquum hiemis, oblitus quas tum simul duas res suscepisset*] Legitur rectius *oblitus quantas*, quam *quas tum.* GELEN. Pall. *nuptias*

3 quam satietate earum, in somno traduxit. Eadem omnes praefectos regios (qui ubique, ad Boeotiam maxime, praepositi hibernis erant) cepit luxuria: in eamdem et milites effusi sunt. nec quisquam eorum aut arma induit, aut ſtationem, aut vigilias serva-
4 vit; aut quidquam, quod militaris operis, aut mu-
5 neris esset, fecit. Itaque principio veris, quum per

celebrabat, et belli tum hiemis oblitum (Pal. alter *oblitus*) *quantum simul duas res susc.* GEBHARD. *nuptias celebrabat* Lov. 2. 3. 4. et Harl. Hinc *et belli tum hiemis* Voſſ. Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *quam tum simul duas res* Lov. 1. et Voſſ. a m. 1. qui *quas tum* in margine pro varia lectione oſtentat, quod etiam praeferunt Lov. 2. et Gaertn. *quas tum simul res* Lov. 6. *quas tum duas simul res* Harl. *quas simul cum duas res* Lov. 3. *quasi tum non simul duas res* Lov. 5. Mead. 3. et eaedem edd. *quantum simul duas res* Lov. 4. *quantas tum simul duas res* Mead. 1. Gelenii emendationem, quam Frob. anno 1535. expressit, firmat auctoritas cod. Mog. Insuper *suscepit* Lov. 1. *recepisset* Lov. 5. et ed. Camp. Mox pronomen *in* non adparet in Lov. 1. nec voces *in conviviis* in Harl. Poſtea *et demum ex fatigatione* Lov. 6. *ac deinde fatigatione* Harl. Tandem *quam ex satietate* legit Gaertn.

§. 3. *Qui ubique, ad Boeotiam maxime, praepositi hibernis*] Forte, *qui ubique, ac Boeotiae maxime praepositi hibernis erant.* J. FR. GRON. *maxime ad Boeotiam* Lov. 3. Tum *praepositi hiemis erant* Voſſ. Mox *in eadem et milites* Voſſ. Lov. 1. 2. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. antt. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo *eamdem* dederunt. Tum §. seq. *nec quisquam eorum arma* Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *induxit* autem, pro *induit*, Lov. 2. 3. 4. et Mead. ambo. V. ad 30, 13, 12.

§. 5. *Itaque principio veris, quum per Phocidem Cheroneam*] Rex Antiochus Chalcide in hibernis dormierat; quomodo igitur per Phocidem Cheroneam venire poterat? cum Cheronea sit urbs Boeotiae, cui Chalcis ab ortu, et Phocis ab occasu. Nisi quis malit de Chalcide Aetoliae intelligere, de qua paullo poſt. quamquam, ut puto, adjecisset *Aetoliae*, cum a Demetriade illuc eum discessisse facit. pronius enim eſt iter in Chalcidem Euboeae intelligere, quam Aetoliae. GLAR. Quaerit Glareanus, quomodo ex Chalcide per Phocidem Chaeroneam Antiochus venerit? quam autem quaeſtionem ponit, non recte explicat. Chalcidem enim accipit Aetoliae, non Euboeae, parum scite. Eſſe autem legendum *per Phocidem in Acarnaniam* cum Livius, tum Appianus oſtendunt. Livius paulo poſt ita [cap. 12.] *Rex, praesidio Medione imposito, et in quibusdam aliis Acarnaniae oppidis; Thyrium discessit, et per Aetoliae ac Phocidis urbes Chalcidem rediit.*

Digitized by Google

Phocidem Chaeroneam, quo convenire omnem undique exercitum jusserat, venisset; facile animadvertit, nihilo severiore disciplina milites, quam ducem, hibernasse. Alexandrum inde Acarnana et Menippum Macedonem Stratum Aetoliae copias ducere jussit. ipse, Delphis sacrificio Apollini facto, Naupactum processit. consilio principum Aetoliae habi- 6 7

Appianus etiam apertius [in Syriac. p. 96.] sic: ἀρχομένου δ' ἔαρος, ἐμβαλὼν ἐς Ἀκαρνανίαν, ᾔσθετο μὲν τῆς ἀρχίας τοῦ στρατοῦ δυσέργου πρὸς ἅπαντα ὄντος. Item: ὑπαγαγόμενος δὲ ὅμως τινὰ τῆς Ἀκαρνανίας, καὶ τὰ λοιπὰ πολιορκῶν, ἐπεὶ τάχιστα Ρωμαίους ἐπύθετο περᾶν τὸν Ἰόνιον, ἐς Χαλκίδα ἀνεζεύγνυ. †„Glareanus de Chalcide Aetoliae dubitat, nihil afferens; „imo reprehendens. „ †. SIG. Vet. ed. *Per Phocidem Cheroneam.* Pall. *per Phocidem Caroneam.* GEßH. *per Phocidem Caroneam* Voss. Lov. 3. 6. *per Phocidem Caronea* Gaertn. *per Phocidem Coroneam* Mead. uterque. *per Phocidem Charoneam* Lov. 1. 2. 4. *per Phocidem Cheronē* Harl. *per Phocidem Cheroneam* Lov. 5. Sigonii conjecturam Dan. Heins. in contextum ed. Elzevir. recepit, quam recentiores servarunt usque ad Crevier. qui priscam scripturam revocavit, et docuit ex Strab. 9, 416. antiquitus Phocidem non tantum ab altera parte sinum Corinthiacum, sed etiam ab altera sinum Maliacum et mare Euboïcum attigisse. (Adde Strab. ibid. pag. 424. et Palmer. Graec. ant. 6, 1.) Non necesse igitur fuisse Boeotiam intrare trajecturo ab Euboea in Phocidem; quemadmodum etiam cap. sequenti Antiochus *per Aetoliae et Phocidis urbes Chalcidem rediit*, non facta Boeotiae mentione. Ejus itaque exemplum secutus sum. Livium enim alibi etiam iisdem terminis Phocidem innuisse, videbimus infra b. lib. ad cap. 20, 1. Mox *τὸ undique* deest in Lov. 6. Deinde *nihilominus severiore disciplina* Voss. et Gaertn. *nihilo seviore* Harl. V. ad Epit. Liv. 57. *nihilo segniore* Lov. 5. et edd. principes. Tum *hiberne* Gaertn. *hibernare* Lov. 5.

§. 6. *Alexandrum inde Acarnanem et Menippum Macedonem, magistratum Aetoliae*] *Stratum* nescio quis in *magistratum* depravavit. GELEN. Stephanus *Stratum Acarnaniae* esse ait. SIG. *Acarnanum* Harl. *Acarnanam* Voss. Lov. sex, et Mead. ambo. *Acarnana* Gaertn. quem secutus sum. V. infra ad 37, 45, 17. Tum *magistratum Aetoliae* Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Harl. *magīm Aetoliae* Lov. 1. *et magistratum Aetoliae* Voss. et Gaertn. *Macedonem Aetoliae*, media voce neglecta, Lov. 1. Ceterum non Stephanus tantum Straton urbem Acarnaniae vocat, sed etiam Thucyd. 2, 80. et 102. Nec tamen, vel Livium errasse, vel locum ejus mendosum esse, existimandum est. Nam et infra id repetit 43, 21. idemque non obscure colligitur ex 38, 4. Id etiam innuit Polyb. 5, 96. Potius videtur a-

Digitized by Google

to, via, quae praeter Calydonem et Lysimachiam fert ad Stratum, suis, qui per Maliacum sinum
8 veniebant, obcurrit. Ibi Mnesilochus princeps Acarnanum, multis emtus donis, non ipse solum gentem regi conciliabat, sed Clytum etiam praetorem, pe-

liud tempore. Thucydidis, quem Steph. secutus est, aliud tempore Philippi Macedonis obtinuisse, ut etiam observant Palmer. 3. Graec. ant. 5. pag. 386. et Cell. 2. Geogr. ant. 13. pag. 707. Mox *ducere jubet* Lov. 5. et edd. vett. Primus Aldus ex cod. Mog. vulgavit *jussit*, quod in reliquis meis superest. Deinde *sacrificio Apollinis facto* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Idem Aldus ex eodem cod. recte *Apollini* substituit. Ultima litera voci *Apollinis* adhaeserat ex similitudine initialis literae vocis sequentis. V. ad 4, 33, 10.

§. 7. *Consilio principum Aetoliae habito*] Ita Clariss. Jac. Gronovius edidit, quem Clericus secutus est. Antea edebatur *concilio*, quod postea etiam servarunt Doujatius, Hearnius et Crevierius: neque aliter fuisse video in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Gaertn. [Bamb.] Gronovii tamen lectionem, quae in reliquis codd. unde nihil notatur, exstitisse videtur, veriorem esse puto. Non enim universi Aetolorum populi comitia vel conventus indicatur, quod *concilium* vocari solet, teste Gronov. ad 44, 2, 5. sed tantum conventus principum Aetoliae, qui quasi gentis senatores erant, quod *consilium* dici Gronov. ibid. docuit; videntur itaque indicari Aetolorum apocleti, quod *sanctius* gentis non *concilium*, sed *consilium*, adpellari vidimus ad 35, 34, 2.

Via, quae praeter Chalcidem et Lysimachiam fert ad Stratum] Nescio quis *Calidonem* in *Chalcidem* depravavit. GELEN. Hujus *Chalcidis* in Aetolia omnes meminerunt; *Lysimachiae* etiam Strabo lib. 10, [460.] ubi de Oleno: nam utraque deserta erat illius tempore. *Stratus* autem Acarnaniae maxima urbs super Acheloo, cui Livius more suo adjecit praepositionem. Ideo autem a nobis haec notantur, ne, quae bene habent, temere ab aliquo mutentur. Nam pro *Chalcide* quidam ita *Calydonem* substituerunt. GLAR. Primarum edd. lectionem *Chalcidem*, quam, a Froben. anno 1535. ex emendatione Gelenii mutatam, Vascosanus auctore, ut videtur, Glareano revocavit, in uno tantum meorum Lov. 5. superest. *Chalcidonem* legunt Harl. et Mead. 1. *Calchidonem* Lov. 3. *Chalodonem* Lov. 1. *Chalidonem* Voss. et Lov. 4. [*Chalydonem* Bamb.] *Callidonem* Lov. 6. *Calidonem* Lov. 2. Mead. 2. et Gaertn. *Chalcidem* et *Calydonem* Aetoliae vicinas urbes esse verum est. Malui tamen *Calydonem*, quam *Chalcidem*, partim quia vel multi codd. id volunt, vel eorum vestigia eo ducunt: partim quia verisimilius est, *Calydonem*, librariis minus notae, in *Chalcidem*, notissimae urbis nomen, quam contra, mutatum esse: partim denique quia Calydon itineri a Naupacto Stratum instituto magis convenire videtur, quam Chalcis; quae urbs ab hoc itinere remotius versus mare sita erat. Ceterum *viam* legunt Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo,

Digitized by Google

nes quem tum summa potestas erat, in suam sententiam adduxerat. Is quum Leucadios, quod Acar- 9
naniae caput est, non facile ad defectionem posse cerneret inpelli, propter metum Romanae classis, quae cum Atilio, quaeve circa Cephaleniam erat,

Gaertn. et edd. priscae, pro quo Moguntini ex cod. suo substituerunt *via*. Deinde *propter* Mead. pr. sollemni scribarum errore. V. ad 4, 61, 10. *per* Mog. cod. cujus auctoritatem licet plerumque sequi malim, hic tamen praeferendum puto vulgatum *praeter*. V. ad 28, 42, 3. Denique *fert Ascratum* Voss. *fert Astratum* Lov. 1. 2. Harl. et Mead. uterque. [Bamb.] *fert Astractum* Lov. 3. 4. *fert Abstractum* Lovel. 6.

§. 8. *Mnesilochus princeps Acarnanum*] Ita Moguntini ex cod. suo ediderunt. Antea legebatur *Mansilochus*, quod servant Voss. Lov. 5. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *Mansilocus* Lov. 1. 2. 4. *Masilochus* Lov. 6 *Marsiliochus* Harl. *Marsilochus* Hearnii L. 1. *Marsilogicus* Lov. 3. *Mnasimachum Acarnana* memorat Livius infra 37, 45. Μνασίλοχον Ἀκαρνᾶνα Polyb. in Exc. Legat. num. 24. et 35. Ad priorem autem Polyb. locum Ursinus incertus haeret, utrum posteriori Liviiloco *Mnasilochum* ex Polybio, an vero utroque Polybii Μνασίμαχον ex Livio emendandum sit: quorum illud verius videtur, quia etiam hoc loco, et cap. seq. *Mnasilochus* scribendum esse omnium codicum et edd. vestigia suadent. Mox *non ipse solus* Voss. et Gaertner. Tum *regi conciliat* Lov. 1. 3. et 6. Hinc *Clytum et praetorem, penes quem tota potestas erat* Voss.

§. 9. *Quae cum Attalo, quaeve circa Cephaleniam erat, arte eos est adgressus*] Lege *Attilio*. Est enim A. Attilius classis Romanae praefectus. SIG. Vet. ed. *cum Attilio*, quod idem e suo suo monenti Sigonio miror non obtemperatum a novitiis correctoribus. GEBH. *quae cum Attalo* Frob. demum dedit anno 1535. Ea vero lectio in nullo cod. obvia fuit. Praeferunt enim vel *Accilio*, vel *Acilio*, vel *Actilio*, vel *Attilio*, quod etiam exhibent edd. principes, vel *Atilio*, quod etiam Sigonius in contextu restituit, et post eum reliqui editores servarunt. Quod autem hic *Attilio* legi jubeat, calami aberratione accidisse existimo, quum ipse gentis *Atiliae* nomen uno *t* scribi oportere doceat ad 5, 13, 3. Deinde *circa Phaleniam erant* Mead. 1. *circa Phaloniam erat* Harl. *circa Phalaneam erat* Lovel. 3. *circa Phallaniam erat* Lov. 6. in quibus omnibus vox *quaeve* deficit. ut velle videantur, classem Romanam cum Atilio circa Cephaleniam fuisse: quum tamen constet ex cap. seq. A. Postumium partem classis, paucas naves, et praesidium accepisse, quo Cephaleniam obtineret. *qui circa Phalaniam erat* Lov. 1. *quo circa Phalaniam erat* Voss. *quae circa Phalaniam erat* Gaertn. *quae circa Phalaniam erant* Lov. 4. *quae circa Phaloniam erant* Mead. 2. *quaeve circa Phalaniam erat* Lov. 2. Vulgatam lectionem unus Lov. 5. firmat, quae etiam vera est. prima syllaba vocis *Cephaleniam* ab ultima praeceden.

Digitized by Google

10 arte eos est adgressus. nam quum in concilio dixisset, tuenda mediterranea Acarnaniae esse, et omnibus, qui arma ferrent, exeundum ad Medionem et Thy-
11 rium, ne ab Antiocho aut Aetolis occuparentur; fuere, qui dicerent, nihil adtinere omnes tumultuose concitari: satis esse quingentorum hominum praesidium. eam juventutem nactus, trecentis Medione, ducentis Thyrii in praesidio positis, id agebat, ut pro obsidibus futuri venirent in potestatem regis.

tis elisa videtur; quemadmodum etiam in plerisque ultimae literae *τοῦ quaeve* interceptae sunt a proximis: quod facile accidere potuit, praesertim si librarii, ut soliti sunt, scripsere *queue*. Hinc *arte* in solo iterum Lov. 5. supereſt, reliqui [et Bamb.] male subſtituunt *ante:* quas voces librarii interdum confuderunt. V. Broukh. ad Prop. 2, 10, 8. Tum *eos aggressus*, omiſſa media voce, Gaertn. *eos aggressus est* Lov. 1. *eos egressus est* Voſſ. et Lov. 3. ac 6. *eos est egressus* Lov. 4. et Mead. 2. [Bamb.] Paullo ante *non facile* deeſt in Voſſ. sed *ad defectionem non facile* legit Gaertn.

§. 10. *Ad Medeonem et Pyrrheum*] Nescio quis hic et paulo poſt non semel *Tyrrheum* depravavit in *Pyrrheum*. GELEN. Strabo lib. 9, [410.] duos facit *Medeones*, alterum in sinu Crissaeo, de quo hoc loco Livius, ut opinor, intelligit, alterum Boeotium, qui ab illo sit denominatus. *Pyrrheum* vero nescio his locis. *Pyrrham* multi nominant. Vetuſtiores libri habent *Tyrrheum*. GLAR. *Medionem* habent libri veteres. et recte. Eſt enim *Medion* oppidum ad Aetoliam, auctore Stephano: (qui praeterea et *Μεδεῶνα*, tam *Βοιωτικὴν πόλιν*, quam *Φωκικὴν ἑτέραν*, agnoscit) *Μεδίων πόλις πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Μεδιώνιος.* Item *Thyrium* scribendum eſt, quod eſt Acarnaniae oppidum, eodem teſte: *Ἔστι καὶ Θύριον Ἀκαρνανίας, διὰ τοῦ ι, τὸ δὲ ἐθνικὸν Θυριεύς.* SIGON. *Medeonem* primi ediderunt Moguntini. Priores legunt recte *Medionem*. neque aliter Mſti, nisi quod *Medione* sit in Lov. 4. et Mead. 2. Cum hac urbe perperam *Medeonem Labeatidis terrae* confundere videtur Sigonius infra ad 44, 23, 3. ubi vide. Prima etiam ed. Mog. ejusque exemplo paucae aliae *Pyrrheum* exhibuerunt. Froben. anno 1535. *Tyrrheum*, quod erat in edd. principibus, revocavit. Et ita Lov. 5. *Tyrreum* Lov. 3. *Turreum* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *Tireum* Lov. 2. 6. et Mead. 1. *Tireum* Harl. *Tureum* Voſſ. et Gaertn. Urbs haec *Θύρρειον* vocatur in epigrammate Antipatri, quod edidit Holſten. ad Steph. d. urb. voc. *Νικόπολις*, quod metri caussa factum eſſe potuit. Certe apud Polyb. *Θύρεον* vel *Θούριον*, ejusque gentile *Θυριεύς* effertur; quo etiam usus eſt Xenoph. 6. Hiſt. Graec. 585. Harduinus et nummum ex Goltzii Graecia p. 23. laudat cum inscriptione *ΘΥΡΙΕΩΝ*. At in ipso Goltz. tab.

Digitized by Google

XII. Per eosdem dies legati regis Medionem venerunt. quibus auditis, quum in concione, quidnam respondendum regi esset, consultaretur; et alii manendum in Romana societate, alii non adspernandam amicitiam regis censerent; media visa est Clyti sententia. eoque accepta est, ut ad regem mitterent legatos, peterentque ab eo, ut Medionios super tanta re consultare in concilio Acarnanum pateretur. In eam legationem Mnesilochus, et qui ejus fa- 1 2 3 4

6. binos reperio nummos, quibus inscriptum est ΘΥΡΡΗΩΝ. Ceterum quum Livius sua circa haec tempora potissimum ex Polyb. hauserit, praestare videtur, ut ex eo *Thyreum* vel *Thyrium* quam cum Sigonio ex Steph. Byz. *Thyrium* legamus. Nihil tamen in contextu mutavi. *Thyreum* editur etiam apud Cic. 16. ad fam. 5. Vide Ursin. ad Polyb. Exc. leg. num. 75. Cellar. 2. Geogr. ant. 13. p. 707. et quae infra notantur ad 38, 9, 2.

§. 11. *Nihil adtinere omnes tumultuose concitari*] Libri omnes *omnis tumultus concitari*. GEBH. Ita et Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. vett. *tumultus omnes concitari* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. recepit. Mox *tum*, pro *Thyrii*, Mead. 1. et Gaertn. *Turi* Lov. 1. *Turri* Lov. 4. et Mead. 2. *Tirei* Lov. 2. et Harl. *Tyrei* Lov. 3. *Thyrrei* Lov. 5. *Tyreis* Lov. 6.

§. 1. *Quibus auditis, quum in concione*] *ut in concione* Voss. et Gaertn. Mox §. seq. *conserverent*, pro *censerent*, Gaertn.

§. 3. *Media visa est Clyti sententia, eaque accepta est, ut ad regem*] Pall. et vet. ed. *media visa est Clyti sententia, eoque accepta, ut ad regem*. GEBHARD. *est* ultimo loco abest a quibusdam libris apud Hearnium. Nec placebat mihi ante visam illius editionem. Planc alterutro loco tolli potest. DUK. *To est* utroque loco delet Mead. 1. sed solo posteriori reliqui nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et editi ante Moguntinos, qui ex cod. suo adjecerunt. V. ad 35, 1, 12. et c. 14, 4. Tum *eque accepta* Mead. 1. *eaque accepta* Lov. 3. 6. et edd. Francof. anni 1578. ac proximae usque ad Gronov. qui *eoque* restituit, ut non tantum priores typis excusi, sed et reliqui omnes Msti legunt. Vide ad 5, 16, 3.

Ut Medeonios super tanta re consultare etc. *pateretur*] Vet. lib. *Medios* habent. Aperte tamen legendum est *Medionios*. inquit enim Stephanus, cives Medionis oppidi esse *Μεδιονιοῦς*. SIG. *Mediones* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Medios* reliqui mei, Hearnii N. et edd. principes. *Medionios* aetate proximae usque ad Moguntinos, qui *Medeonios* dederunt. Utrum tamen ex cod. suo, incertum est. Saltem in excerptis ejus hanc lectionem non memorant.

§. 4. *In eam legationem Mne-*

Digitized by Google

ctionis erant, de induſtria conjecti, clam missis, qui regem admovere copias juberent, ipsi terebant
5 tempus. itaque vixdum iis egreſſis legatis, Antiochus in finibus, mox ad portas erat, et trepidantibus, qui expertes proditionis fuerant, tumultuoseque juventutem ad arma vocantibus, ab Clyto et Mnesilocho
6 in urbem eſt inductus: et, aliis sua voluntate adfluentibus, metu coacti etiam, qui diſſentiebant, ad regem convenerunt. quos placida oratione territos quum permulsiſſet, ad spem vulgatae clementiae ali-
7 quot populi Acarnaniae defecerunt. Thyrium a Me-

silochus etc. *conlecti*] Vet. lib. *conjecti*. egregie. Sic eſt locutus lib. 45, [15.] *Tribum sortirentur, in quam omnes, qui servitutem servissent, conjicerent.* Eodem modo legendum eſt apud Ciceronem in 5. Philipp. [6.] *Totum denique comessationis Antonianae chorum in tertiam decuriam judicum scitote esse conjectum.* non *collectum*, ut vulgo legitur. SIG. MS. *de industria collecti.* Sed malo vulgatum *conjecti.* MOD. Omnes noſtri libri scribunt *Mansilocus*, seu *Mansilochus*, pro *Mnesilochus*. GEBH. Omnes etiam et edd. vett. et scripti noſtri *Mansilocus*, [Bamb.] vel *Mansilochus*, nisi quod *Marsilocus* sit in Lov. 3. *Massiliochus* in Harl. *Mnesilochus* Moguntini ex cod. suo reposuerunt. V. ad cap. praec. §. 8. *collecti* ex cod. suo receperunt Moguntini. Adsentior tamen viris doctis, *conjecti*, quod eſt in prioribus excusis, omnibusque codd. noſtris, et Hearnii, alteri lectioni praeferentibus. Supra 35, 28, 9. *Eo inpedimenta omnia et calonum turbam conjectam armatis circumdedit.* ubi vide Gronov. Codicis Moguntini *collecti* natum eſt ex scribarum aberratione, qui passim has voces commutarunt. Exempla vide ad 10, 29, 18. 30, 5, 4. c. 28, 3. 31, 37, 8. 35, 28, 9. et quae notavi ad Silii 17, 93. Confundi eodem modo alia horum verborum composita, vidimus ad 28, 36, 7. Mox *et ipsi terebant* Lov. 3. Sed τὸ *et* perperam adscitum eſt ex ultimis literis vocis proximae. V. ad 2, 30, 13.

§. 5. *Vixdum iis egressis legatis, Antiochus in finibus, et mox ad portas erat*] Pal. pr. *vixdum his gressis.* Alter *vixdum digressis legatis, Antiochus in finibus, mox ad portas erat.* GEBH. E Mog. eſt τὸ *et.* Priores eo carebant. Nec male, ut puto. J. FR. GRON. Vocem *legatis* omisit ed. Gronov. anni 1665. ejusque exemplo reliquae recentiores. Utrum tamen Gronovius ita edi voluerit, admodum dubito; partim quia de voce ejecta nihil in notis monuit, partim quia omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. eamdem servant: quare contextui reddidi. Ceterum *his gressis legatis* Lov. 4.

Digitized by Google

dione profectus eſt, Mnesilocho eodem et legatis praemissis. Ceterum detecta Medione fraus cautiores, non timidiores, Thyrienses fecit, dato ei haud 8
perplexo responso, nullam se novam societatem, nisi ex auctoritate Romanorum imperatorum, accepturos, portisque clausis, armatos in muris disposuerunt. Et peropportune ad confirmandos Acarnanum 9
animos Cn. Octavius miſſus a Quinctio, quum praesidium et paucas naves ab A. Poſtumio, qui ab Atilio legato Cephaleniae praepositus fuerat, accepisset, Leucadem venit, implevitque spei socios: M? 10

ipsis egressis legatis Lov. 6. *vixdum digressis legatis* Mead. 2. Praeterea voculam *et*, quam Mog. [concin.Bamb.] ex cod. suo interposuerunt, omittunt omnes noſtri, et Victor. Crevierii; quorum fide delevi. Paullo poſt *ab Exaclito* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *ab Eraclito* Lov. 3. et 6. Solus Lov. 5. recte vulgatum *ab Clyto* defendit.

§. 6. *Aliquot populi Acarnaniae defecerunt*] Prima vox deeſt in Mead. pr. *aliqui populi* legunt Lov. 1. 6. et Harl. V. ad Livii 32, 10, 12.

§. 7. *Non timidiores Thyrenses fecit*] *Thyrienses* a Thyrio. Nam Stephan. aït, gentem *Θυρίέας* appellari. SIG. V. ad cap. praec. §. 10.

§. 8. *Dato ei haud perplexo responso*] Pall. *dato enim haud perpl. resp.* GEBH. Similiter Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *dato enim perplexo resp.* Lov. 3. *dato enim haud perplexe resp.* Mead. 2. Saepe *ei* et *et*, sive *enim*, in Mſſis confundi, vidimus ad 9, 19, 5. Adde alia exempla 30, 30, 9. et 31, 14, 4.

Nisi ex auctoritate Romanorum imperatorum] Tanti hic facio *imperatores*, quanti superius hoc libro [cap. 5.] *exercitus* Romanos. Poſſis tamen Acilium, Livium, Quinctium intelligere. J. FR. GRON. Gronovii conjecturam Crevierius probavit. An ei firmandae inservire poteſt, quod transpositis vocibus *imperatorum Romanorum* legant Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. ante Aldum? Mox *portis clausis* Lov. 2. *portis quoque clausis* Lov. 5. et typis excusi ante Froben. anni 1535.

§. 9. *Cn. Octavius missus a Quinctio*] *M. Octavius* Voſſ. Lov. 1. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. V. ad 7, 12, 1. Mox *praesidium ad paucas naves* Lov. 1. *praesidium ac paucas naves* Lovel. 6.

A. Postumio, qui ab Atilio legato Cephaleniae praepositus] Atilius non legatus, sed ipse praetor fuit, cui classis et Macedonia decreta erat. Supra lib.

Digitized by Google

Acilium consulem jam cum legionibus mare trajecisse,
11 et in Thessalia castra Romana esse. Hunc rumorem quia similem veri tempus anni maturum jam ad navigandum faciebat; rex, praesidio Medione inposito, et in quibusdam aliis Acarnaniae oppidis, Thyrio abscessit, et per Aetoliae ac Phocidis urbes Chalcidem rediit.

1 XIII. Sub idem tempus M. Baebius et Philippus rex,

35, 20. 21. et 37. Credibile est igitur, fuisse Postumium legatum Atilii, legendumque *legatus*; quo nomine appellantur non ipsi, qui in magistratu et cum imperio in provincia sunt, sed qui in exercitu vel classe illis dignitate sunt proximi. JAC. PERIZ. *ab Quillio* Voss. *ab Aquilio* Gaertn. Mox *implevit spei* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Deinde §. seq. *jam legionibus mare trajecisse*, pro *jam cum legionibus* Lov. 3. V. ad 35, 23, 10. Reliqui tamen vulgatum tuentur. Et potuit praepositio *cum* excidisse ob similitudinem praecedentis *iam*. Certe contra *iam* excidit ob praecedens *quum* vel *cum*. V. ad 6, 14, 9. Deinde §. ult. *τὸ rex* non adparet in Lov. 1.

§. 1. *In Dassaretis congressi*] *Dassaritis*. quippe qui, auctore Stephano, aut *Δασσαρίτιοι*, aut *Δασσαρῖται* vocantur. SIGON. *Dasseretis* Lov. 3. et Harl. *Dassaretis* reliqui, [Bamb.] nisi quod *Classaretis* sit in Lov. 1. et 5. quibus consentiunt edd. principes. *Dasseretis* Ascens. ed. anni 1513. *Dassaretiis* Mog. *Dassaretis* Aldus. *Dassaritiis* J. Fr. Gron. *Dassaretiis* Jac. Gronov. omnesque recentiores. V. ad 27, 32, 9.

Quia id tempus rebus gerendis inmaturum erat] *idem tempus* Voss. et Gaertn. V. ad 10, 10, 6. Tum vox *gerendis* deest in Lov. 6. *gerendis rebus* legit Gaertn. *rebus agendis* Lov. 5. et edd. antt. usque ad Aldum, qui vulgatum fide cod. Mog. recepit: idem vero firmant reliqui nostri. V. ad 22, 28, 1. Tum *aptum*, pro *inmaturum*, Lov. 3. Mox *in hiberna ingressi* Voss. et Lov. 1. et *in principio veris* Lov. 6. reliquis invitis. V. ad 2, 30, 14.

§. 3. *Philippus Malloeam Perrhaebiae, Baebius Philacium*] Alii libri *Maleam* habebant, sed aeque obscurum in Perhoebis. Pro *Philacio*, quidam *Phacium* restituerunt, ut quoque 32, [13, 9.] admonuimus. nomen aeque, atque prius, obscurum. GLAR. Ante *Philacium* legebatur. Est autem in vet. lib. *Phacium*, quod non probat Glareanus, quia nomen sit aeque, ac prius, obscurum; Stephanum enim non legit, apud quem est ita; *Φάκιον πόλισμα Θεσσαλίας. Θουκιδίδης δ. Τὸ ἐθνικὸν, Φακιεύς*. SIG. *Maleam* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. ann. 1531. quomodo fere iidem, aliique libri praeferunt etiam §. seq. *Malloeae* meminit Livius 31, 41, 5. 36, 10, 5.

Digitized by Google

rex, jam ante per hiemem in Daſſaretiis congressi, quum Ap. Claudium, ut obsidione Larissam eximeret, in Theſſaliam misissent, quia id tempus rebus 2
gerendis inmaturum erat, in hiberna regreſſi, principio veris conjunctis copiis in Thessaliam descenderunt. In Acarnania tum Antiochus erat. Adveni- 3
entes, Philippus Malloeam Perrhaebiae, Baebius Phacium eſt adgreſſus. quo primo prope inpetu capto, Phaeſtum eadem celeritate capit. inde Atracem quum 4

39, 25, 16. et 42, 67, 7. Tum *Faſtigium* Hearnii L. 1. *Phastium* Lov. 3. *Phatium* Lov. 1. 2. et Gaertn. Reliqui *Phacium*. V. ad 32, 13, 9.

Phaustum eadem celeritate capit] Ptolemaeus (3, 13.) *Phaestum*, et Strabo *Phrestum* in his locis posuere. SABELL. *Φαισός* apud Ptolemaeum. Itaque diphthongus apponenda eſt. SIG. *Fastium* Lov. 3. *Phastium* Hearnii L. 1. *Phastum* Voſſ. Lov. 1. 6. et Gaertn. *Faustum* Harl. *Phaustum* Lov. 2. 4. 5. Mead. uterque, Hearnii N. (Bamb.) et edd. vett. *Phrestum* aliae. Quum autem in nonnullis *Phaestum* Sabellici probatum foret, Frob. anno 1531. *Phestum* dedit, pro quo recte Sigonius *Phaestum* revocavit. Tum *cepit*, vel *coepit* Lov. 2. et Harl.

§. 4. *Chyretias hinc et Eritium occupat*] *Chyretias* paullo ante (ad cap. 10.) oſtendimus Eſtiaeotarum apud Ptolemaeum oppidum. Sed *Eritium* ubi reperias, vix equidem scio. GLAR. *Eritium*, inquit Glareanus, ubi reperias, vix equidem scio. Optime non enim *Eritium*, sed *Phricium* eſt legendum, quod eſt supra Thermopylas, auctore Stephano. *Φρίκιον ὄρος ὑπὲρ Θερμοπύρων Λοκρικόν· ἀφ' οὗ Φρικάνες καὶ Φρικανεῖς οἱ αὐτόθι οἰκήσαντες.* SIGON. Eadem habet Strabo lib. 13. p. 583. et 621. Sed his *Φρίκιον* mons eſt, non urbs; nec Locri, in quibus *Φρίκιον ὄρος* ponitur, Theſſali erant. Praeterea haec non prope Thermopylas, sed in parte Theſſaliae satis remota a Thermopylis geſta fuiſſe, argumento sunt nomina caeterarum urbium, quae hic memorantur. Itaque nec *Phricium*, quod pro *Eritium* subſtituit Sigonius, locum habere poteſt. Glareanus tamen idem de *Ericino* et *Silana*, quod de *Eritio*, quaerere potuisset. DUK. *Cyrechias* Lov. 1. 3. et Voſſ. *Cyrecias* Gaertner. *Cyrrechias* Lov. 6. *Cynethias* Hearnii L. 1. *Cyrethias* Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Hearnii N. (Bamb.) *Cytherias* cod. Mog. quomodo etiam Ascens. anno 1513. edidit. *Cyretias* Frob. anno 1531. subſtituit. Vide ad cap. 10, 5. Hinc *Exercitum* Hearnii L. 1. *Hereticum* Harl. *Heriticum* Lov. 2. et Mead. 1. *Heritum* Lov. 3. *Eriticium* Lov. 4. 6. et Mead. 2. *Euritium* Lov. 5. *Ericinium* Hearnii N. *Ericium* Lov. 1. et Voſſ. *Erythium* Gaertn. *Phricium* Sigonii displicet etiam Doujatio, quod mons et urbs illa longius ab hoc loco remota sit. Scribendum itaque judicat *Phrycum*, quod Thessaliotidis

Digitized by Google

se recepisset, Cyretias hinc et Eritium occupat: praesidiisque per recepta oppida dispositis, Philippo
5 rursus obsidenti Malloeam se conjungit. Sub adventum Romani exercitus, seu ad metum virium, seu ad spem veniae, quum dedidissent sese; ad ea recipienda oppida, quae Athamanes occupaverant, uno a-
6 gmine ierunt. Erant autem haec, Aeginium, Erici-

oppidum inter Cyretias et Malloeam dicit. Verum neque ejus alibi mentionem invenio. Addit vero, se *Ericinum* conjecturum fuisse, nisi Livius eam urbem infra hoc cap. expugnatam memorasset. Vulgatum revocavi, partim quia vestigia eodd. eo ducunt; partim quia substituta a Sigonio lectio nullius Msti auctoritate firmatur. Neque legitimam mutandi caussam puto, quod alibi non obcurrat. Ita enim innumera, praesertim locorum nomina, in scriptoribus mutari deberent. Paullo ante *Atrachen* Lov. 3. *Athracem* Lov. 6. *Achracem* Voss. *Achechem* Hearnii L. 1.

Praesidiisque per recepta oppida dispositis] MS. *per capta oppida*. MOD. Omnes nostri *per recepta* tuentur. Parum interest, modo *recipere* accipiamus pro capere; de quo v. ad 39, 23, 11. *depositis* est in Voss. Lov. 1. et 3.

§. 5. *Sub adventum Romani exercitus*] *Sub adventu* omnes Msti nostri, et edd. antt. usque ad Moguntinos, qui *Sub adventum* dederunt. Si ex cod. suo, non adversor. Verum id memoratum oportuisset. Nam, et alterum in usu fuisse, vidimus ad 2, 55, 1. Mox *dedissent sese* Voss. Lov. sex, Gaertn. ed. Campani, et quaedam aliae. V. ad 39, 50, 9. Tum *Athamanes occupaverat* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. uterque.

§. 6. *Aeginum, Hercissum, Compissilana, Tacta, Meliboe, Phaleria. Inde Pellimenum*] *Aeginum* est pro *Aegium*. Strabo est auctor. Et ipse Livius *Aegienses* paulo post scribit. Pari incuria librarii *Melibe* pro *Meliboea* scripsere. Lucanus est auctor [6, 354.] et *Pellimenum* pro *Pellineum*, et *Tacta* pro *Tricca*. Vide Strabonem et Ptolemaeum. Deinde pro corrupta dictione *Compissilana* haud inepte meo judicio *Gomphi* et *Larissa* reponeretur. Sed in his nihil muto. SABELL. Vide, ne *Aegium* sit legendum potius, quam *Aeginum*; et *Argissum*, quam *Hercissum*; et ubi *Compissilana* est, *Gomphi*, *Larissa* libentius legerim; et ubi *Tacta*, *Tricca*; et ubi *Meliboe*, *Meliboea*. MARGO ed. Ascens. anni 1513. *Aegeam* inter Emathiae civitates enumerat Ptolemaeus [3, 13.] *Argissam* Peneo adjacere, author est Strabo lib. 9, [440.] *Larissa* autem ab Athamanibus nusquam antea occupata refertur; propterea non video, cur eam hic reponi voluerit Sabellicus. Pro ea igitur alii *Silanam* posuerunt; et pro *Aegio* ac *Argissa*, *Aeginium* ac *Ericinium*. GLAR. *Aeginum* vel *Eginum* Lov. 5. et edd. antiquissimae. *Aegium* ex conjectura Sa-

Digitized by Google

nium, Gomphi, Silana, Trica, Meliboea, Phaloria. Inde Pellinaeum, ubi Philippus Megalopolitanus cum 7
quingentis peditibus et equitibus quadraginta in praesidio erat, et circumsidunt, et, priusquam obpugnarent, mittunt ad Philippum, qui moneret, ne vim ultimam experiri vellet. Quibus ille satis ferociter 8
respondit, vel Romanis, vel Thessalis se crediturum

bellici recepit ed. Asc. anni 1513. *Aeginium* Frob. anni 1535. comprobantibus reliquis codd. nostris, nisi quod *Aegimium* dederint Lov. 1. et 6. atque vox illa desit in Lov. 3. V. ad 32, 15, 4. [*Ceginium* Bamb.] Tum *Hercissum* Lov. 5. et edd. principes. *ex'cituum* Lov. 1. *Ertimum* Voss. *Ertitium* Lov. 6. *Eranium* Gaertn. *Erthinium* Lov. 2. *Hercinium* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Ercinium* Harl. et ambo Mead. [Bamb.] *Ericinium* Lov. 4. et Hearnii N. *Argissa* Asc. anno 1513. edidit, ut vel ipse, vel alius in margine ed. conjecit. *Ericinium* Frob. anno 1535. *Ericinum* Gruterus in ed. postrema, quod recentiores servarunt. Sed *Ericinium* etiam infra memoratur 39, 25. quod revocavi. Hinc *Gompissilana* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. pro quo *Compissilana* dederunt proximae. *Gempsilana* Voss. *Gemphisilana* Gaertner. *Gompisilana* Harl. et Mead. 1. *Gophii*, *Silana* Hearnii L. 1. *Gompi*, *Salana* ejusdem N. *Gompi*, *Silana* Lov. 1. et 2. *Gomphi*, *Larissa*, ut Sabellicus conjicit, Ascens. edidit anno 1513. *Gomphi*, *Silana* Frob. anno 1535. quod fere servant reliqui codd. [*Gompisi* Bamb.] *Sillana* alibi non memoratur. Dein *Tacta* Lov. 5. *Tricta* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. ac N. *Tacta*, *Tacea*, *Taoea*, *Tricea* edd. vett. *Tricca* ed. Mog. et ita reliqui codd. [*Lana tricta* Bamb.] Eadem memoratur 32, 13, 5. et 39, 25, 3. Praeterea *Incelibe* Voss. *Incolibe* Gaertn. *Incelide* Hearnii L. 1. *Nicobile* Lov. 3. *Meolibe* Lov. 2. *Moebile* Lov. 5. Harl. et Mead. 1. cum edd. priscis. *Moelibe*, *Melibe*, vel *Meliboe* Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. [*Moelibea* Bamb.] Memoratur *Meliboea* et infra 42, 13. et 46. Tum *Phalaria* Gaertn. *Phaleria* Lov. 5. et edd. antt. *Phaloria* substituit Frob. anno 1535. consentientibus ceteris Mstis. V. infra ad 39, 25, 3. Tandem *Philimeum* Lov. 3. *Phelineum* Lov. 2. et Gaertn. [*Phaelinnaeum* Bamb.] *Phelinneum* Lov. 1. Harl. Mead. pr. et Hearnii N. *Phellineum* Lov. 4. *Phellinneum* Lov. 6. *Pelimenum* Lov. 5. et edd. antt. V. ad cap. 10, 5.

§. 7. *Cum quingentis peditibus et equitibus XL in praesidio erat*] Editio Mog. non habet illa *et equitibus XL*. MOD. Desunt etiam non tantum in edd. prioribus, sed et in omnibus Mstis meis, et Hearnii L. 1. et N. Ea primus ex Mog. cod. adoptavit Aldus. Deinde voces *in praesidio* exsulant a Lov. 1. 3. 4. et Harl. Tum *erant* Lov. 1. et Mead. 1. *cum quingentis equitibus mittitur ad Philippum*, *qui monerent* Hearnii N. *cum*

Digitized by Google

fuisse: in Philippi se potestatem commissurum non
9 esse. Postquam adparuit vi agendum, quia videbatur
et Limnaeam eodem tempore obpugnari posse, regem ad Limnaeam ire placuit: Baebius restitit ad Pellinaeum obpugnandum.

quingentis equitibus etiam Harl. Prius quoque *et* non adparet in codd. meis, nec in edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Paullo ante *Megapolitanus* Lov. 2. 3. et Voss. *Megallepolitanus* Lov. 6. V. ad 32, 5, 5.

Mittunt ad Philippum, qui moneret, ne vim ultimam] *qui monerent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. uterque. [Bamb.] *mittunt ad Philippum, ne vim ultimam*, duabus mediis vocibus omissis, Harl. quae etiam facile omitti possent, si certiores codd. hanc lectionem comprobarent. Infra cap. 22, 1. *Heracleam ad Aetolos praemisit, ut tunc saltem experti regiam vanitatem resipiscerent.* V. ad 8, 23, 1. et 34, 29, 9. Mox §. seq. voces *in Philippi se* desunt in Voss. et Lov. 1. ac 6. Sed in ultimo cod. *in Philippi* adscribitur a manu altera.

§. 9. *Quia videbatur et Limnaeam eodem tempore obpugnari posse*] Quidam neutro genere, quidam foeminino legunt. At ego in Thessalia hujusmodi nomen non memini, quod sciam, legere. Nam quod in Laconica *Limneum* Pausanias refert lib. 3, [16.] huc non pertinet. GLAR. *Limneum* genere neutro fere omnes codd. [Bamb.] et edd. antt. *Limnaeam* primi dederunt Moguntini.

Baebius restitit ad Pellinaeum oppidum] Novitiarum editionum vitium. Scribo *oppugnandum*. J. FR. GRON. *oppugnandum*, pro *oppidum*, etiam omnes mei. Ex editionibus id primum mutavit Gruteri postrema. Crevier. recte alterum revocavit. [*Pelinnaeum* Bamb.]

§. 1. *Per eos forte dies M? Acilius consul, cum decem millibus peditum, duobus millibus equitum, quingentis elephantis* etc.] Haec sic vertit Graece Appianus [B. Syriac. 96.] Ῥωμαῖοι δ' ὑπὸ σπουδῆς τῆς τότε, ἑτοίμοις ἱππεῦσι δισχιλίοις καὶ πεζοῖς δισμυρίοις καὶ ἐλέφασί τισιν, ἡγουμένου σφῶν Μανίου Ἀκιλίου Γλαβρίωνος, ἐς Ἀπολλωνίαν ἐκ Βρεντεσίου διαβάλλοντες ἐπὶ Θεσσαλίας ἐβάδιζον, καὶ τὰς πόλεις ἐξέλυον τῶν πολιορκιῶν. Non est autem menda apud Livium, qui non *XX millia* peditum, ut Appianus, sed *X millia* scribat. Etenim et ante et post etiam duas tantum legiones, primam et tertiam, adduxisse Acilium, ait. SIG. Editio Mog. elephantorum numerum detrahit, scribendo *XII elephantis*, pro vulgato et alias recepto *XV. elephantis*. MOD. Appianus ἱππεῦσι δισχιλίοις καὶ πεζοῖς δισμυρίοις. Vetat autem Sigonius de menda cogitare, quia et ante et post dicat *duas* tantum *legiones*, primam et tertiam, adduxisse. Posterior locus est lib. seq. cap. 2, 2. *Ad eum exercitum, quem a Manio Acilio (duae autem legiones erant) accepturus esset.* Prior hujus 3, 13. *Quos L. Quintius milites conscripsisset, et quos sociis nominique Latino imperasset,*

Digitized by Google

XIV. Per eos forte dies M. Acilius consul, cum 1
decem millibus peditum, duobus millibus equitum, quindecim elephantis, mari trajecto, pedestres copias Larissam ducere delectos militum tribunos jussit. ipse cum equitatu Limnaeam ad Philippum ve-

quos secum in provinciam ire oporteret, et tribuni militum legionis primae et tertiae. (* Interdum pedites sociales tertia parte superabant cives, equites altero tanto. v. ad 38, 35, 9.) Hic non modo *duas legiones* video, sed et *socios nomenque Latinum.* Et eos intelligo, quemadmodum plurimum fieri solebat, peditum numerum aequasse, equitum duplicatum tribuisse. Ergo quum istic lego, *duae autem legiones erant*, subaudio, *una cum justo numero sociorum:* hic autem, quia mentio fit non legionum, non civium Romanorum, sed numeri universi, omnino credo Livium scripsisse, ut est apud Appianum, *cum viginti.* Sed, et inducas, censeo, vocem adsutam, scribasque, *cum viginti peditum, duobus equitum millibus, quindecim elephantis:* vel, *viginti millibus peditum, duobus equitum.* Persuadebunt, credo, quae superius ad 31, 34, 7. notavimus. Amat et Cornelius Nepos: Miltiade [c. 4.] *Hisque ducenta peditum, decem millia equitum dedit.* Sic erat in membraceo Veneto. Eodem [cap. 5.] *Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit.* Dione [5.] *Munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centumque peditum millibus.* Datame [8.] *Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia.* Vegetius lib. 1. de re Milit. 9. *Militari ergo gradu viginti millia passuum horis quinque duntaxat aestivis conficienda sunt: pleno autem gradu, qui citatior est, totidem horis viginti quatuor peragenda sunt.* Ita enim veteres libri. J. FR. GRON. Haec extra dubitationem ponunt, legendum esse *viginti millibus.* Sed Livius in tradendo numero militum Acilii non satis adcuratus est. Nam quum 35, 41, 4. retulisset, consuli, cui sors esset bellum cum Antiocho, *quatuor millia peditum*, civium Romanorum, et *trecentos equites*, id est unam legionem, et sex millia sociorum Latini nominis cum quadringentis equitibus decreta, et L. Quintium eos scribere jussum fuisse, deinde 36, 1. et 37, 2. Acilium *duas legiones* civium Romanorum habuisse significat, nec tamen quidquam de aucto ei numero militum monet. DUK. *decem millibus peditum* omnes nostri, nisi quod eae voces desint in Lov. 3. et Hearnii L. 1. quemadmodum etiam voces *peditum, duobus millibus* in Lov. 1. Si quid mutandum, praeferenda est Gronovii conjectura *cum viginti peditum, duobus millibus equitum.* Certe, *viginti*, pro *decem*, se in cod. Victor. invenisse, testatur Crevier. et recepit. Sufficere, vocem *millia* semel poni, vidimus ad 31, 34, 7. Numerus forte per notas erat expressus *XX peditum:* alteram autem denarii numeri notam librarius pro nota millenarii ↀ accepit, et ita *cum decem millibus* scripsit. Hae notae et alibi commutantur. V. ad 33, 14, 5. Additus duorum millium equitum nume-

Digitized by Google

2 nit. Adventu consulis deditio sine cunctatione est facta: traditumque praesidium regium, et cum iis
3 Athamanes. Ab Limnaea Pellinaeum consul proficiscitur. Ibi primi Athamanes tradiderunt sese, dein-
4 de et Philippus Megalopolitanus: cui, decedenti de praesidio, quum obvius forte fuisset Philippus rex, ad ludibrium regem eum consalutari jussit; ipse congressus fratrem, haud sane decoro majestati suae joco,

rus Sigonium docere potuisset, non de solis duabus legionibus agi. *quindecim elephantis*, quod Aldus ex cod. Mog. adoptavit, etiam superest in ed. Camp. et omnibus scriptis nostris, nisi quod in solo Lov. 6. sit *XXti elephantis*. Ante Aldum reliquae edd. praeferunt *XII elephantis*. Error natus est ex numero *XV* obscurius exarato, unde factum est *XII*. V. ad 37, 22, 4. Solent etiam notae *X* et *V* confundi, unde *XX* pro *XV* in uno cod. datum est. V. ad 37, 1, 6. Paullo ante *Per eos fere dies* Lov. 3. V. ad 34, 47, 4.

Pedestres copias Larissam ducere delectos militum tribunos jussit] *Larissam ducere tricentos militum tribunos jussit* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. proximae *trecentos*, vel *CCC*. Quod nunc exstat, primum in Ascens. anni 1513. invenio, in cujus margine vel ipse Asc. vel alius ita forte legendum conjicit. Nullus tamen codicum addicit. *ducere Larissam tribunos militum jussit* est in Voss. et Gaertn. *Larissam ducere tribunos militum jussit* in reliquis.

§. 2. *Deditio sine cunctatione est facta*] *sine contentione est facta* Lov. 5. *sine ulla cunctatione facta*, omisso τῷ *est*, Lov. 3. *sine cunctatione facta est* Gaertn. Mox *praesidium regum* Voss. *traditumque praesidium regi, ita et cum iis* Lov. 1. *traditumque praesidium regium, ita et cum his Athamanes rex. Inde ab Limnaeo* Lov. 5. [*cum his* Bamb.]

§. 3. *Deinde et Philippus Megalopolitanus*] Sic Appianus [Syriac. pag. 96.] *καὶ τὸν Μεγαλοπολίτην Φίλιππον ἀιχμάλωτον ἔλαβον*. SIG. *Megapolitanus* Voss. et Lov. 2. 3. 6. V. ad cap. praec. §. 7. Paullo ante *primo*, pro *primi*, Voss. et Gaertn.

§. 4. *Cui decedenti de praesidio*] Pall. *cui descendenti praesidio*. GEBH. Similiter Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Verba *decedere* et *descendere* interdum a librariis commutantur. Exemplum habuimus ad 9, 22, 10. Eodem modo *abscedere* et *abscendere*. V. ad 3, 8, 8. *accedere* et *adscendere*. V. ad Silii 6, 603. *decedenti praesidio* Voss. et Lov. 2. Utrumque dicitur *decedere praesidio* et *de praesidio*. V. ad 4, 29, 5. et 27, 10, 1. Sequor igitur numero plures.

Ad ludibrium regium eum consalutari jussit] *regem* sine dubio poscit sententia. SIGON. Scholion hoc Sigonii demum adparuit in ed. Aldina anni 1592. Eo autem emendatur error, qui

Digitized by Google

adpellavit. Deductus inde ad consulem custodiri jus- 5
sus, et haud ita multo post in vinculis Romam missus. cetera multitudo Athamanum aut militum Antiochi regis, quae in praesidiis deditorum per eos dies oppidorum fuerat, Philippo tradita regi est. fuere autem ad tria millia hominum. Consul Larissam 6
est profectus, ibi de summa belli consultaturus. in itinere ab Pieria et Metropoli legati tradentes urbes

in nullis, nisi ipsius Sigonii, editionibus commissus est. *Tò eum* deest in Lov. 3. Tum *cum salutari* legit Lov. 2. V. ad 4, 24, 7.

Haud sane decoro majestati suae joco] *majestatis suae* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Ascensiana anni 1513. antiquiores; qui omnes libri una cum Voss. insuper legunt *loco*. Alterum vitium *majestatis* ortum est ex perperam repetita litera initialis vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. Alterum *loco*, pro *joco*, adscribendum est sollemni librariorum errori, qui innumeris locis haec vocabula commutarunt. V. ad 3, 29, 5. 4, 44, 12. 5, 49, 7. 7, 17, 5. Adde Salmas. ad Solin. pag. 136. N. Heins. ad Nas. 15. Her. 48. 1. Fast. 299. 396. 4. Fast. 868. 1. Trist. 8, 34. Graev. ad Cic. 16. ad Fam. 21. Burm. ad Quinct. 6. Inst. Orat. 3. pag. 527. Suet. Calig. 9, 27. Kannegiet. ad Aviani praefat. Fab. pag. 7. et quae notavi ad Silii 2, 416. Philippum autem natura dicaciorem fuisse, quam regem decebat, et ne inter seria quidem risu satis temperasse, Livius supra observavit 32, 34, 3.

§. 5. *Custodiri jussus, et haud ita multo post*] *Tò jussus* neglegentia librarii deest in Voss. Tum *ita haud multo post* Lov. 2. et Gaertn. *haud multo post*, omissa vocula *ita*, Lov. 1. et 6. Male. 1, 33. *Additi eodem haud ita multo post novi cives*. ubi quaedam exempla vide. Similiter 4, 12, 9. 7, 32, 5. 31, 39, 3. ubi etiam alia exempla notantur. 33, 25, 9. 37, 46, 1. (* 40, 37, 1.) et alibi. Mox *Philippo tradita est*, omissa voce *regi*, Voss. Male. V. ad 38, 48, 5. Hic tamen tanto magis necessaria est, quia proxime Philippi Megalopolitani mentio facta erat. Eadem tamen dictio, ut et altera *Philippo* desunt etiam in Gaertn. Praeterea *fuerant ad tria millia* Lov. 2. [*ad IIII. milia* Bamb.]

§. 6. *Ab Pieria et Metropoli*] Supra [ad 32, 15, 3.] ostendi, *ab Pialia et Metropoli* esse legendum, auctore Stephano: urbem enim in Thessalia quaerimus Metropoli finitimam. SIG. Libri nostri omnes *ab Cieria*. GEBH. *ab Pieria*, in uno tantum invenio Lov. 5. neque editiones exhibent ante Mediol. anni 1505. et Ascens. anni 1513. *ab Fieria* est in Lov. 3. *a Gieria* in Lov. 6. *ab Cieria* in Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. 2. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *a Cyeria* in Gaertn. *ab Egeria* in Harl. *ab Eieria* in Mead. 1. et nonnullis edd. vetustis. Doujatius malebat *ab Piaria*, vel *ab Piara*; sed vel manum ipsius, vel operas typographorum aberrasse, eumque Sigo-

Digitized by Google

7 suas obcurrerunt. Philippus, Athamanum praecipue captivis indulgenter habitis, ut per eos conciliaret gentem, nactus spem Athamaniae potiundae, exerci-
8 tum eo duxit, praemissis in civitates captivis. Et illi magnam auctoritatem apud populares habuerunt, clementiam erga se regis munificentiamque commemorantes: et Amynander, cujus praesentis majestas
9 aliquos in fide continuisset, veritus ne traderetur Philippo jam pridem hosti, et Romanis merito tunc propter defectionem infensis, cum conjuge ac liberis

nii conjecturam probasse, quam etiam Crevier. probavit, constat ex iis, quae notavit ad l. laud. l. 32. Vide tamen, utrum et hic, et illic, ubi similiter *Pieria* et *Metropolis* junguntur, pro *Pieria* legendum sit *Cypaera*. Certe *Κύπαιρα* in his oris memoratur Ptolemaeo 3, 13. ac *Cypaeram et Metropolim et iis circumjecta castella* Antiochum recepisse, supra narravit cap. 10. Quid mirum itaque, si nunc etiam simul a fide ejus ad Romanos deficiunt?

§. 7. *Ut per eos conciliaret gentem*] *gentes* Lovel. 2. et Harl. [Mead.?] ambo. Sed una Athamanum gens intelligitur. Mox *potiendae* Voss. et Lov. 4. Hinc *praemissis in civitatem captivis* Voss. *praemissis captivis in civitatem* Lov. 6. Deinde §. seq. *clementiam apud se regis* Voss. errore librarii, qui *apud* pro *erga* ex proxime praecedenti repetiit.

§. 9. *Ita Athamania omnis in jus ditionemque Philippi concessit*] Appianus [in Syriac. pag. 96.] ita: *Καὶ ὁ Φίλιππος, ἐς Ἀθαμανίαν ἐμβαλὼν, πᾶσαν αὐτὴν ὑπήκοον ἔλαβε, Ἀμυνάνδρου φεύγοντος ἐς Ἀμβρακίαν.* SIG. *in jurisdictione Philippi concessit* Harl. *in jurisdictionem Philippi* Lov. 3. et Mead. 1. Male. Infra 40, 35, 13. *Paucae civitates in jus ditionemque venerunt.* Sall. Catil. 20. *Respublica in paucorum jus atque ditionem concessit.* ubi vide Cortium. et Duker. ad Liv. 32, 33, 8. *jus judiciumque* eodem sensu dixit Liv. infra 39, 24, 8. *Totam Athamaniam sub jus judiciumque venisse.* Paullo ante *continuit* Lov. 1. Deinde *tunc*, pro *tum*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quorum fide recepi. V. ad 2, 12, 15.

§. 10. *Velut reparato modica quiete exercitu*] Longobardicus codex longe optimus *velut renovato modica quiete exercitu.* quod probo. MOD. Vulgatum tuentur Pall. vet. ed. nec non Ovid. 4. Her. 89.

Quod caret alterna requie, durabile non est:
Haec reparat vires, fessaque membra levat.

GEBH. *reparato* omnes nostri, et Hearnii L. 1. [Bamb.] nisi quod *parato* praeferat Harl. Sed recte Gruterus in ed. postrema

Digitized by Google

regno excessit, Ambraciamque se contulit. ita Athamania omnis in jus ditionemque Philippi concessit. Consul, ad reficienda maxime jumenta, quae 10
ut navigatione, et postea itineribus fatigata erant, paucos Larissae moratus dies, velut renovato modica quiete exercitu, Cranonem est progressus. Veni- 11
enti Pharsalus, Scotussa, et Phaerae, quaeque in eis praesidia Antiochi erant, deduntur. ex iis interrogatis, qui manere secum vellent, mille volentes Philippo tradit: ceteros inermes Demetriadem remittit.

optimi Mog. lectionem *renovato* adoptavit. Ita supra 21, 21, 8. *Quies renovavit corpora animosque.* Vide N. Heins. ad Ovid. locum laud. ubi nunc *membra novat* editur. *Renovare* autem et *Reparare* a librariis commutari, observat Cel. Burm. ad Nas. 1. Met. 2. Ceterum paullo ante *navigationibus et postea itineribus* Gaertn. *navigatione et praeterea itineribus* Lov. 2.

Cannonem est profectus] Supra *Cramonem* dixit. Sed utroque modo mendose. Strabo, Plinius, Cicero, et Quintilianus *Cranonem* docent esse legendum. SABELL. Idem, qui supra, MS. *Crannonem est progressus.* Quod aut perinde, aut melius etiam huic loco convenit. MOD. *Anionem* Voss. et Gaertn. *Annonem* Lov. 1. *Achonem* Lov. 6. *Connonem* Harl. et ed. Parm. *Cannonem* Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. uterque, [Bamb.] et edd. Camp. ac Romana anni 1472. pluresque aliae. *Crannonem* edd. Venetae. Sed *Cranonem*, ut Sabellicus legendum monuit, cod. Mog. quod recte ed. Mog. adscivit. Vide ad c. 10, 1. Integritati etiam cod. Mog. illud dedi, ut ejus fide *progressus* receperim. Variant has voces librarii etiam supra 27, 12, 1.

§. 11. *Venienti Pharsalus, Scotussa, et Pherae*] *Venienti per saltus* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. Sed *Pharsalum* ab Antiocho expugnatam Livius supra retulit cap. 10. quam nunc consul recipit. Tum *Scotusa* Voss. Lov. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Mog. V. etiam ad 28, 5, 12. 33, 6, 8. 36, 3. Cellarius utroque modo, vel simplici, vel geminato sibilo, edi, sed urbis eodem nomine ad Strymonem sitae nummum ΣΚΟΤΟΥΣΣΑΙΩΝ scribere testatur 2. Geogr. ant. 13. pag. 681. Mox *et ex iis interrogatis* Lov. 2. *et ex iis interrogati* Harl. *ex iis interrogati* Lov. 5. et edd. antt. *ex iis interrogatos* Aldus, et proximi, donec Frob. anno 1535. *ex iis interrogatis* substitueret; quod tuentur reliqui codd. Deinde *tradidit* Voss. Harl. et Gaertn. V. ad 28, 30, 4.

§. 12. *Pernam inde recepit*] Nescio, quis *Proërnam* in *Pernam* depravavit. GELEN. Quia Strabo lib. 9, [434.] Πρόερναν edit, nihil muto; quanquam Stephanus *Proarna* neutro genere scribendum esse docet: Πρόαρνα

12 Proërnam inde recepit, et quae circa eam castella erant. Ducere tum porro in sinum Maliacum coepit. Adpropinquante faucibus, super quas siti Thaumaci sunt, deserta urbe, juventus omnis armata silvas et itinera insedit, et in agmen Romanum ex su-
13 perioribus locis incursavit. Consul primo mittere, qui ex propinquo conloquentes deterrerent eos a tali furore: postquam perseverare in incepto vidit, tri-

πόλις Μηλιέων, ὀυδετέρως· ὀι ὀικήτορες Προάρνιοι. SIG. *Pernam* Hearnii L. 1. *Pernam* Lov. 5. et edd. princ. *Pyrrham* edd. Mediol. anni 1505. et Ascens. anni 1513. Quia autem Livius et Strabo in id consentiunt, nomen hujus urbis per secundam vocalem scribendum, eos potius, quam Stephan. probandos judicat Cellar. 2. Geogr. ant. 13. p. 685.

Et quae circa eam castella erant] *Τὸ eam* vix credo esse Livii. Ut et c. 43, 7. *suas autem, ut pacata omnia circa se relinquentes, τὸ se* interpretis esse censeo. J. FR. GRON. Conjecturam Gronovii probavit Cl. Crevier. Certum est, Livium simpliciter *circa*, non addito casu, adhibuisse. Vide, quae notavi ad 9, 2. 7. Verum et aliter non raro locutus est. 1, 23, 8. *Etrusca res quanta circa nos teque sit, quo propiores vos, hoc magis scis.* 7, 32, 9. *Qui omnia circa se* etc. *domita armis habeat.* 21, 62, 1. *Romae aut circa urbem multa ea hieme prodigia facta.* ubi vide, quae notavi. 24, 42, 2. *Pavorque circa eum ceperat milites, ne mortiferum esset vulnus.* 27, 15, 15. *Postquam quieta omnia circa se vidit.* 32, 32, 14. *Non omnium autem credo fidei, quos circa te video.* 37, 21, 9. *Nihil aliud quam depopulato circa urbem hostium agro.* cap. 24, 5. *Hannibal, quaeque circa eum erant naves, capessunt fugam.* cap. 25, 4. *Civitatium, quae circa se erant, contrahebat praesidia.* cap. 27, 9. *Ad depopulandum circa urbem agrum milites emisit.* 41, 2, 10. *Tribunus militum, quique circa eum constiterant, interfecti sunt.* Vide etiam supra ad 1, 41, 1. Non igitur omnia ubique apud Livium ad eamdem formulam redigenda sunt, sed codd. integriores nos sequi oportet. Ex illis autem nihil hic mutandum constat, quum constanter receptam lectionem defendant; nisi quod *circa ea* praeferant Voss. Lov. 1. 4. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] quod suadere posset, cum Steph. Byz. in verbis praecedentibus neutro genere *Proërna* vel *Proarna* scribendum esse; nisi potius librarii *ea* dedisse viderentur, ut conveniret sequenti *castella*. V. ad 6, 3, 8. Mox *Ducere inde porro* Harl. Sed *inde* modo processit.

Adpropinquante faucibus, super quas siti Thaumaci sunt] *Adpropinquanti* omnes codd. mei, [Bamb.] et edd. antt. pro quo Frob. anno 1535. *Adpropinquante* dedit. Gronovius autem id dictum censet per ellipsin pronominis *eo*, ad 39, 49, 12. Ve-

Digitized by Google

buno cum duorum signorum militibus circummisso, interclusit ad urbem iter armatis, vacuamque eam cepit. tum, clamore ab tergo captae urbis audito, 14 refugientium undique ex silvis insidiatorum caedes facta est. A Thaumacis altero die consul ad Sperchium amnem pervenit: inde Hypatacorum agros vastavit. 15

XV. Quum haec agebantur, Chalcide erat Antio- 1

rum, Livium ablativos singulares participiorum praesentis aeque in *i*, atque in *e*, formasse, dictum est ad 6, 14, 13. Si igitur Frobenius cod. Mog. secutus est, consentio; ceteroqui invitis libris nihil muto. Deinde *Taumaci* Lov. 1. 2. 4. [Bamb.] *Taumati* Voss. et Mead. 2. *Thaumati* Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Theumaci* Lov. 3. *Thaumasti* Harl. cum edd. proximis usque ad Frob. qui anno 1535. recte *Thaumaci* substituit. V. etiam ad 32, 4, 1. 37, 7, 14. Mox in verbis *et in agmen Romanum* copulam expungunt Lov. 1. 3. 6. et Voss. Tum *recursavit* legit Gaertn.

§. 13. *Consul primo mittere, qui ex propinquo*] Pall. et vet. ed. *incursavit. Primo missi, qui ex propinquo colloquentes deterrerent eos a tali furore.* GEBH. Similiter non tantum edd. principes, sed omnes etiam codd. [et Bamb.] quos adhibui; nisi quod *emissi* legant Lov. 2. Mead. 1. et Harl. Vulgatum ex cod. suo Moguntini recepere. Gronov. pr. ed. not. conjecit, *Primo missis, qui ex propinquo*, omissa voce *Consul*. Sed recte hanc conjecturam in curis secundis omisit. Mox *conloquentes* ignorat Harl.

Perseverare in incepto vidit] *perseverari incepto* Gaertn. *perseverare incepto* Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. 1. et una vel altera editionum principum. Praepositionem addidit 6, 33, 2. *Ferociores ad perseverandum in bello faceret.* 38, 42, 13. *Senatus his auditis perseveravit in sententia.* Praepositio igitur intercepta est a literis initialibus vocis sequentis. Mox *τὰ vacuamque eam cepit* ignorat Harl.

§. 15. *Consul ad Sperchium amnem pervenit*] *Τὸ consul* aberat a Voss. Deinde partim *Spergetum*, partim *Spargetum* praeferunt omnes nostri, et Hearnii L. 1. [*Pergaetum* Bamb.] Nec aliter edd. usque ad Moguntinos, qui *Sperchium* ex cod. suo vulgarunt. Graecis vocatur Σπερχειός, quod Latine *Sperchius*, vel *Spercheus* efferri potest. quemadmodum et in aliis Graecorum nominibus illud *ει* modo per *i* modo per *e* redditur. V. ad 31, 43, 5. Jam vero omnes codd. et edd. antt. praeter solum Mog. Livium *Spercheum* dixisse indicant. Licet enim vox in illis corrupte obcurrat, omnes tamen mediam syllabam per vocalem secundam scribunt. Et, ita Romanos eam formasse, veterum membranarum fide docuerunt N. Heins. ad Nas. 1. Met. 559. et Maron. 2. Georg. 587. atque Oudend. ad Lucani 6, 367. Eodem

Digitized by Google

chus: qui, jam tum cernens, nihil se ex Graecia, praeter amoena Chalcide hiberna et infames nuptias, petisse, Aetolorum vana promissa incusare et
2 Thoantem: Hannibalem vero, non ut prudentem tantum virum, sed prope vatem omnium, quae tum evenirent, admirari. ne tamen temere coepta, segnitia insuper everteret, nuncios in Aetoliam mittit,
3 ut, omni contracta juventute, convenirent. Jam et ipse eo decem millia fere peditum ex iis, qui postea venerant ex Asia, expleta, et equites quingentos du-

modo etiam scribitur in multis codd. infra 37, 4, 10. Mox *Ypatacorum agros* Voss. *Hypatacorum agros* Mead. 2. *Hypatam eorum agros* Harl. *Ypata eorum agros*, Gaertn. *Hypata eorum agros* Lov. 1. 2. 5. 6. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *eorum agros*, omissa voce *Hypata*, edd. proximae usque ad Moguntinos, qui feliciter ex cod. suo emendarunt *Hypataeorum*. Et ita reliqui Msti. [*Hipataeorum* Bamb.]

§. 1. *Qui jam tum cernens*] Pronomen *qui* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. [Bamb.] quod praeter edd. solus recte vindicat Lov. 5. quum abesse nequeat sine sensus detrimento. Deinde *jam tutum cernens* Lov. 3. Sed v. ad 40, 21, 8. *jam eum cernens* Lov. 1. V. ad 9, 35, 7. *jam tunc cernens* Gaertn. V. ad 2, 12, 15. De junctis particulis *jam tum* dictum est ad 1, 51, 7. Mox voces *amoena Chalcide* exsulant a Lov. 4. et Mead. 2. [*amoena Chaleidae* Bamb.] *petisse* a Voss. Praeterea *tunc Aetolorum vana*, una voce auctior, cod. Mog. [Bamb.] Insuper §. seq. *non ut tantum prudentem virum*, alio verborum ordine, Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 2. *Ut, omni contracta juventute, convenirent. Jam et ipse* etc.] Quo autem duxit? an in *Aetoliam*. quod nomen praecedit? Hoc non erat ei propositum; nec patiuntur sequentia, *Quo quum aliquanto pauciores, quam umquam antea, convenissent*. Nam Aetolos in Aetoliam jussos convenire, non addito nomine loci, quo convenire jubebantur, satis inepte diceret. Suspicor vitium esse in vocula *Jam*, et Livium scripsisse, *ut, omni contracta juventute, convenirent Lamiam; et ipse* etc. Aetolos in locum propinquum Thermopylis convenisse, e cap. 16. colligi potest. Lamia autem non ita longe a Thermopylis, quo se recepit Antiochus, aberat, et tum ab Aetolis tenebatur. 35, 43. 36, 25. 29. et 37, 4. DUK. Cl. Jac. Perizon. similiter ad marginem Livii monuit, se vix dubitare posse, quin exciderit nomen loci, in quem Antiochus Aetolos convenire jussit. Quod tamen nomen exsidisse ex vestigiis vulgatae lectionis verisimile sit, non addidit; quod sagaciter Cl. Dukerus indagasse

Digitized by Google

xit. Quo quum aliquanto pauciores, quam umquam 4
antea, convenissent, et principes tantummodo cum
paucis clientibus essent, atque ii dicerent, omnia
sedulo ab se facta, ut quam plurimos ex civitatibus
suis evocarent: nec auctoritate, nec gratia, nec im- 5
perio adversus detrectantes militiam valuisse; desti-
tutus undique et ab suis, qui morabantur in Asia,
et ab sociis, qui ea, in quorum spem vocaverant,
non praestabant, intra saltum Thermopylarum se-
se recepit. Id Jugum, sicut Apennini dorso Italia 6

videtur. Paullo antè *quae evenirent* Lov. 1. et 6. *quae tum evenerant* Lov. 5. et edd. vetustae. Frob. anno 1535. substituit *evenirent*. Nec aliter praeferunt reliqui codd. Praeterea *temere* non comparet in Harl. [*misit* Bamb.]

§. 3. *Jam et ipse eo decem millia* etc.] Appianus [in Syriac. 96.] ita: *Γενομένων δὲ τούτων, τῶν μὲν οἰκείων πεζῶν μυρίον καὶ ἱππέων πεντακοσίων, ἐπὶ δὲ πούτοις διά τινων συμμάχων Θερμοπύλας κατέλαβε.* SIGON. *Jammet ipso* Lov. 2. et Harl. perperam litera ultima *τοῦ Jam* in principio sequentis voculae repetita. V. ad 37, 29, 8. Error etiam ex minus distincta pronunciatione verba praeeuntis natus esse potest.

Ex Asia expleta, et equites quingentos] Nescio equidem, an satis sanae sint hanc partem membranae Moguntinae, in quibus liquido perscriptum est: *decem millia fere peditum ex iis, qui postea venerant ex Asia et Creta, et equites.* MOD. Neque ego ea de re certius quid adferre possum. Eo tamen inclinat animus, ut credam, librarium Mog. cod. erraſſe. Cauſſam enim non video, cur Livius potius Cretae, quae inter Asiae insulas semper numeratur, quam alterius ejusdem Asiae regionis, unde copias Antiochus evocavit, meminisse voluerit. *completa* legunt Voſſ. et Gaertn. *Τὸ et* deest in Lov. 1. et 6.

§. 4. *Quo quum aliquanto pauciores, quam umquam antea, convenissent*] *Quod quum aliquanto* Lov. 1. 5. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. Ascens. anni 1513. utramque lectionem *Quod* in contextu, *Quo* in margine praefert Voſſ. V. infra ad cap. 33, 3. Tum *quam ante convenissent* Lov. 5. et edd. antt. *ante* etiam omnes codd. nostri [Bamb.]: at *vincam*, pro *umquam*, Voſſ. *iunt á* Lov. 1. *numquam* Gaertn. *quam umqáam antea convenissent* Mog. ex cod. suo restituerunt. *umquam* servant etiam reliqui mei.

§. 5. *Adversus detrectantes militiam valuisse; destitutus undique et ab suis*] *detractantes* Voſſ. Lov. 2. 4. 5. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 34, 15, 9. Tum *et destitutus undique et a suis* Gaertner. *et destitutus undique ab suis* Voſſ. *destitutus undique a*, vel *ab suis* Lov. 1. et 3. Mox §. seq.

Digitized by Google

7 dividitur, ita mediam Graeciam dirimit. ante saltum Thermopylarum in septentrionem versa Epirus, et Perrhaebia, et Magnesia, et Thessalia est, et Phthio-

Graeciam dividit Gaertn. [*eam, in quarum* Bamb.]

§. 7. *Ante saltum Thermopylarum in septentrionem versa Epirus*] Elegans est haec descriptio, quamquam improprie aliquot fines describit. Nam quis Epirum Thermopylis ad septentrionem intelligere potest? quod propter exemplaria admonemus. GLAR. Epirum ante saltum Thermopylarum ad septentrionem esse, recte dictum esse, et sine librorum menda, contra quam tradidit Glareanus, inde intelligi potest, quod Atticam a tergo ad meridiem, et Euboeam insulam collocat. Reliqua descriptio Thermopylarum, quatenus aut occidentem spectat, aut orientem, ex Polymnia Herodoti [cap. 176.] sumta est. Thermopylarum enim, inquit, quae pars montis occidentem spectat, invia atque dirupta est usque ad Oetam: quae autem orientem, ea a mari excipitur. Ibi aquae calidae sunt, quas Ollas indigenae vocant, et supra ara Herculi exstructa est, et murus, supra quem olim πύλαι, id est, portae erant. Prosequitur deinde Leonidae et comitum Lacedaemoniorum mortem, qua locus ille nobilitatus est, ut paulo post ait Livius. SIG. Pall. et vet. ed. *in septentrionem versa Epirus*. GEBH. Scripti *ante saltum Thermopylarum in septentrionem versa Epirus*. Nec secus omnes editiones ante Curionem, vel Gryphium. Nos veterem lectionem Livio adseruimus. Ita et lib. 24, [13, 5.] de Tarento: *Urbem esse videbat quum opulentam nobilemque, tum maritimam et in Macedoniam opportune versam*. Lib. 27, [15, 13.] *Ipse circuito portu ab regione urbis in orientem versa occultus consedit*. Hoc lib. 36, inferius, [43, 11.] *Portum Chiorum in Aegaeum mare versum*. Lib. 37, [4, 6.] *Quamquam omnis ora maritima eorum, quae in Peloponnesum versa est, depopulata ab Achaeis erat*. Eodem, [cap. 31, 9.] *Duos in utramque regionem versos portus tutissimos habet*. Lib. 42, [37, 3.] *Oramque maris in occidentem versi ante hiemem circumirent*. J. FR. GRON. *septentrionem versus Epirus* non primus vel Curio, vel Gryphius, sed Froben. anno 1535. dedit; cujus loco recte Gronov. veterum edd. et codd. suorum lectionem *in septentrionem versa* revocavit: quibus concinunt omnes nostri, et Hearnii Oxonn. Ita 1, 41, 4. *Fenestras in novam viam versas*. 23, 16, 8. *Tres portas in hostem versas*. 25, 27, 8. *In statione versa in Africam*. 26, 44, 2. *Tumulo urbis in orientem verso*. 32, 18, 3. *Anticyra in Phocide, in Corinthium versa sinum*. 34, 9, 5. *Partem muri versam in agros*. 35, 23, 9. *Oppidaque omnia, quae in Graeciam versa erant*. 40, 7, 8. *Versisque in viam fenestris*. Vide Gronov. ad 41, 1, 7. et Nic. Heins. ad Vell. Pat. 2, 101, 3. In hac locutione Livius pro *in* adhibuit etiam *ad*. V. ad 9, 2, 15.

Et Thessalia est, et Thyote, et sinus Maliacus] *Phthiotae*, ut supra ostendi, vera et integra vox est. SABELL. Quinam sunt illi nobis *Phthiotae Achaei*, aut unde domo? An non est Phthiotis, sive Phthiotia Thes-

Digitized by Google

tae Achaei, et sinus Maliacus. intra fauces ad me- 8
ridiem vergunt Aetoliae pars major, et Acarnania, et cum Locride Phocis, et Boeotia adjunctaque in-

saliae quarta pars, in auſtrum vergens, cujus caput Phthia, Achillis patria? unde eſt illud in epiſtola Briseïdis ad eumdem:

—.— *Phthiis canescant aequora remis.*

Item Achaei nonne sunt Graeciae populus in Peloponneso, vicinus Lacedaemoni? Omnino, nisi oculis male usus sum, Strabonem, Plinium, Melam, alios evolvens. Merito igitur hic eſt in membranis *et Phthiotae, et Achaei.* MOD. Vet. ed. *et Thyotae et sinus Maliacus.* Pall. *et Epirotae et sinus Maliacus.* GEBH. *et Epeioce et sinus* Voſſ. *et Epyrotae,* vel *et Epirotae et sinus* Harl. Mead. 2. et Lov. 2. 3. 4. ac 6. *et Eptiotae et sinus* Lov. 1. et Mead. 1. *et Phiotae et sinus* Gaertn. *et Thyotae et sinus* Lov. 5. et edd. principes. [*et Eptiote* omiſſo *Achaei* Bamb.] Sabellici deinde conjecturam *et Phthiotae et sinus* receperunt aetate proximae; lectionem cod. Mog. *et Phthiotae et Achaei et sinus,* quae Modio placuit, Aldus ejusque traduces; donec Froben. anno 1535. omiſſa copula ederet *et Phthiotae Achaei, et sinus.* Nullo jure Modius scripturam cod. Mog. probavit. Ipse enim Achaeos Graeciae populum et Peloponneso agnoscit; habitarunt igitur non ad septentrionem Thermopylarum, ubi a Livio ponuntur, sed ad meridiem, qua parte mox Livius Peloponnesum sitam refert. Hanc ob cauſſam placere posset Sabellici emendatio; et quidem eo magis, quod *Achaeorum* in Mſtis noſtris nulla mentio obcurrat, et Hearnius etiam moneat, vocem illam ab Oxonn. suis abesse. Non tamen spernenda eſt integerrimi cod. Mog. lectio, quam, leviter mendosam, expungendo copulam *et,* recte Froben. emendaſſe, ac dediſſe puto *et Phthiotae Achaei, et sinus Maliacus.* Parum in Geographia et Livii lectione versatus eſſe debuit Modius, qui *Phthiotas Achaeos* ignoravit. Certe memorantur supra 33, 32, 5. *Liberos, inmunes, suis legibus esse jubet* etc. *Magnetas, Thessalos, Perrhaebos, Achaeos Phthiotas.* c. 34, 7. *Thessalorum genti Achaei Phthiotae dati.* ubi etiam vide. Similiter *Phthiotis Achaja* 41, 22, 6. *Triduum, non plus, Delphis moratus, per Phthiotidem Achajam Thessaliamque in regnum rediit.* 42, 67, 9. *Cum parte exercitus profectus in Achajam Phthiotim, Pteleum diruit a fundamentis, Antrona recepit.* Adde Strab. 8, 365, 9, 433. et 11, 495.

§. 8. *Aetoliae pars major, et Acarnania*] Doujatius legendum conjicit *et Acarnaniae.* Putat enim, si hoc jugum, sive hic saltus ab Leucade urbe aut vicino promontorio Leucate initium habet, partem Acarnaniae, Ambraciae sinui et Amphilochis subjectam, ad septentrionem vergere, non ad meridiem. Ei favere videtur Strabo 9, 428. jugum hoc *δι' Αἰτωλίας καὶ Ἀκαρνανίας* protensum dicens. Poteſt etiam ultima litera *τοῦ Acarnaniae* intercepta eſſe a prima vocis sequentis. Verum codd. nihil mutant, nisi quod solus Lov. 3. ignoret copulam. Mox etiam Livius hoc jugum ab Leucate et mari ad occidentem verso *per Aetoliam* ad alterum mare ori-

Digitized by Google

sula Euboea, et, excurrente in altum, velut promontorio, Attica terra, sita ab tergo et Peloponnesus.
9 Hoc jugum, ab Leucate et mari ad occidentem verso per Aetoliam ad alterum mare orienti objectum tendens, ea aspreta rupesque interjectas habet, ut non modo exercitus, sed ne expediti quidem facile ullas
10 ad transitum calles inveniant. Extremos ad orientem montes Oetam vocant, quorum quod altissimum est, Callidromon adpellatur: in cujus valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius, quam sexa-
11 ginta passus. Haec una militaris via est, qua tra-
12 duci exercitus, si non prohibeantur, possint. ideo Py-

enti objectum tetendisse dicit, non *per Aetoliam et Acarnaniam*. Ut forte terminos regionum alios statuerit. Quare nihil mutare audeo. Mox *sita* deest in Harl. [infra *fauces* Bamb.]

§. 9. *Ab Leucade et mari ad occidentem verso*] Vet. lib. *ab Leucate*. Sic Virg. [8. Aen. 677.] *Fervere Leucaten*. Item [3. Aen. 274.] *Leucatae nimbosa cacumina montis*. Sic alibi Livius. SIG. *Leucade* servant Voss. Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Reliqui *Leucate*. V. ad 44, 1, 4. Deinde *ad occidentem versa* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *ad occidentem versam* Lov. 2. *ad occidentem versum* Mead. 1. et edd. prioribus aetate proximae. *ad occidentem versus* Lov. 6. *ad occidentem verso* Frob. anno 1535. vulgari curavit, et post eum reliqui idem probarunt. Recte. V. ad 9, 2, 15. Modo hoc cap. habuimus *in septentrionem versa Epirus*. Mox *ad alterum mare ad orientem objectum tendens* Harl. et Mead. 1. Nec aliter Lov. 3. nisi quod ignoret *τὸ objectum*.

Ea aspreta rupesque interjectas habet] *eas rupes interjectas habet* Harl. *ea rupes interjectas habet* Lov. 2. *ea sumta rupes interjectas habet* Mead. 1. *ea aspreta rupes interjectas habet* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. *ea aspera rupes interjectas habet* pro varia lectione est in margine Voss. et ita praefert ed. Ven. anni 1498. De voce *aspretum* v. Gebh. ad 9, 35, 2. Mox *expeditus* etc. *inveniat* Lov. 3. Deinde *ullas ad transitum calles* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. 1. quod recepi. V. ad 22, 14, 8.

§. 10. *Callidromon adpellatur*] *Calidromon* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Gallidromon* edd. vett. Sed pariter *Καλλίδρομον* vocant Strabo 9, 428. Plin. 4. H. Nat. 7. App. in Syr. 97. Plut. in Cat.

Digitized by Google

Pylae, et ab aliis, quia calidae aquae in ipsis fau-
cibus sunt, Thermopylae locus adpellatur, nobilis
Lacedaemoniorum adversus Persas morte magis me-
morabili, quam pugna.

XVI. Haudquaquam pari tum animo Antiochus, 1
intra portas loci ejus castris positis, munitionibus
insuper saltum inpediebat. et, quum duplici vallo 2
fossaque, et muro etiam, qua res postulabat, ex mul-
ta copia passim jacentium lapidum, permunisset om-
nia, satis fidens, numquam ea vim Romanum exer- 3
citum facturum, Aetolos ex quatuor millibus (tot
enim convenerant) partim ad Heracleam praesidio
obtinendam, quae ante ipsas fauces posita est, par-

Maj. pag. 343. Paullo post *XL passus* Lov. 5. et edd. quaedam; pro quo Aldus *sexaginta passus* dedit ex cod. Mog. neque aliter cum excusis Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. etiam omnes reliqui codd. nostri, nisi quod male *passuum* sit in Mead. 2.

§. 11. *Haec una militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint*] *Haec militaris via est* Lov. 1. *Haec unae via militaris est* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Tum *qua duci exercitus* Lov. 2. et Mead. 1. Hinc *si non prohibeatur, posset* Lov. 8. *si non prohibeantur, possent* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.]

§. 1. *Haudquaquam pari tum animo*] Ita in cod. suo se invenisse testantur Moguntini, et ante eos edidit Ascens. anno 1513. neque aliter tantum non omnes Msti nostri, nisi quod *pari cum animo* sit in Lov. 1. V. ad Epit. Liv. 48. circa fin. *animo tum pari* Lov. 3. Antea edebatur *animo tamen pari*; quod in solo exstat Lov. 5. V. ad 22, 17, 5. [*portas* omittit Bamb.]

§. 2. *Et muro etiam, qua res postulabat*] *cum muro etiam, quae res postulabat* Lov. 3. *res postulavit* Harl. Mox *passim* non adparet in Lov. 1. τὸ *omnia* autem, quod Aldus ex cod. Mog. adscivit, deest in omnibus nostris et Hearnii L. 1. [Bamb.]

§. 3. *Satis fidens, numquam ea viam Romanum exercitum facturum*] Vetusti codices habent *vim facturum*, non *viam*. nec erat opus mutare. GELEN. *in ea vim* Lov. 1. *ea vi* Lov. 5. *eam vim* Harl. [Bamb.] *ea via* Gaertn. *eam viam* Lov. 6. et Mead. 1. sed ambo in margine. Reliqui codd. *ea vim*; quod etiam supererat in edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Proximae demum *ea viam* dederunt; quod in nullis Msis inveni. Voces *vim* et *viam*, totamque locutionem *vim facere* et *viam facere* a librariis confundi, vidimus ad 32, 9, 8. [*exercitum* omittit Bamb.]

Digitized by Google

tim Hypatam mittit, et Heracleam haud dubius consulem obpugnaturum, et jam multis nunciantibus, 5 circa Hypatam omnia evastari. Consul, depopulatus Hypatensem primo, deinde Heracleensem agrum,

Quae ante ipsas fauces posita est] Relativum a nullo scripto alio agnoscitur, nec etiam ab Thuan. et exsulet sane, quum scribendum apparet *ad Heracleam praesidio obtinendam (ante ipsas fauces posita est) partim Hypatam* etc. JAC. GRONOV. Relativum neque in ullo scripto, vel meo, vel Hearnii, neque in edd. antt. agnoscitur; quod Aldus demum ex cod. Mog. adoptavit. Utrumque loquendi genus Livio familiare est. V. ad 40, 57, 3. Integerrimi igitur codicis erga Livium meritis dedi, ut lectionem ejus praeferrem. [*q*; *ante ips.* Bamb.] Mox *Hypatam misis* Lov. 6.

§. 4. *Et jam multis nunciantibus, circa Hypatam omnia evastari*] *etiam multis nunciantibus* Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 39, 10, 6. Tum *evastari omnia* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. *devastari omnia* Gaertner. *omnia vastari* Harl. Male. V. ad 32, 33, 14.

§. 5. *Depopulatus Hypatensem primo, deinde Heracleensem agrum*] *depopulatus Hypatensem agrum*, reliquis omissis, Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *Hypatensem agrum eum primo, deinde Heracliensem* Mead. 1. *Hypatensem agrum: eum primo deinde Heracliensem* Harl. *Hypatensem agrum primo, deinde Heracleensem* Lov. 2. 5. Gaertn. et edd. antt. Frobenius hunc ordinem mutavit: si ex cod. Mog. haud adversor; contra, si ex arbitrio. Mox *prope fontem calidarum aquarum* [Harl. *prope fontes aquarum calidarum* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Hinc *to castra* deest in Lov. 3. *posuit castra* legunt Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, et edd. ante Aldum; qui ordinem vocum mutavit, consentientibus reliquis meis.

§. 6. *Aetolorum utraeque manus Heracleam sese incluserunt*] Scribe: *utraque manus*. Syllepsis nota et vulgaris, quam tamen persaepe in Livio vitiarunt. 8, 12, 7. *Pedanos tuebatur Tiburs, Praenestinus, Veliternusque populus.* Thuan. et Pall. Voss. antiquior: *tuebantur*. Quid ni ergo et *populi*? 9, 36, 1. *Eam intrare haud fere quisquam, praeter ducem ipsum, audebant.* Ita MSS. Vulgatae: *audebat.* 27, 9, 1. *Transportati milites in Siciliam (et erant major pars Latini nominis.)* Ita et hic scripti, non *erat.* 31, 13, 6. *Ut quoniam magna pars eorum agros vulgo venales esse diceret.* Et hic lege *dicerent*. Eodem lib. c. 42, 5. *Jam enim et quae per agros multitudo spursa fuerat, receperant se in castra.* Sic Andreas: vulgo *receperat*. Lib. 34, 9, 6. *Nocte pars tertia civium in muris excubabant.* Haec scriptorum lectio; editorum, *excubabat.* Lib. 38, 26, 7. *Nec aut procurrere quisquam ab ordinibus suis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant.* Servavit Andreas; posteriores *nudaret, audebat.* Vide et ad lib. 5, 38, 5. et lib. 7, 19, 2. Si omnino mavis *utraeque manus*, potes defendere. Lib. 42, [34, 4.] *Sex nobis filii, duae filiae sunt, utraeque jam nuptae.* Et eodem,

Digitized by Google

inutili utrobique auxilio Aetolorum, in ipsis faucibus prope fontes calidarum aquarum adversus regem castra posuit. Aetolorum utraeque manus Hercleam sese incluserunt. Antiochum, cui, priusquam hostem 6

[cap. 54, 8.] de Elatia et Gonno: *Utraque oppida in faucibus sunt.* Habet frequenter Tacitus. J. FR. GRON. *utraque manus incluserunt*, ut Gronov. conjecit, Lov. 3. et Hearnii L. 1. Quod, si plures et certiores codd. concinerent, in contextum recipere non dubitassem, quum filo Livii convenire videatur, qui innumeris locis conlectiva singularia, et inter illa etiam vocem *manus*, cum verbo plurali construere solitus est. V. ad 35, 26, 9. Eo magis autem *manus* verbum numero multitudinis hic recipit, quia ei additur *utraque*, quod per se etiam duorum significationem habet, et verbum plurale recipit. V. ad 23, 46, 5. Ita Ovid. 4. Her. 114.

In magnis laesi rebus uterque sumus.

Et ita Epit. Liv. 111. *Uterque, quum bellum molirentur, interemti sunt.* ubi tamen unus cod. *utrique*. Verum hoc loco, quum et optimi, et plures codd. in vulgatum conspirent, id non temere mutandum censeo. Nam et alibi Livius *utrique* numero plurali dixit. 7, 33, 7. *Utrisque tamen novus hostis curam addebat.* 10, 1, 5. *Utraeque fauces congestis lignis accensae.* 33, 6, 7. *Magnum utrisque inpedimentum ad rem gerendam fuit.* 34, 25, 5. *Utrasque arces validis praesidiis firmavit.* Hinc igitur *utrisque consulibus* adversus Rhenanum Livio vindicavi supra 27, 22, 2. Plures etiam, et inter eos optimi, codd. exhibent 29, 37, 17. *Diem ad populum utrisque dixit*, pro *utrique*. Similiter etiam infra 38, 42, 8. *Senatus utrisque Ligures provinciam decrevit.* Ita Mog. cod. Vulgo *utrique*. Pari modo et plures alii scriptores, et inter eos Virg. 6. Aen. 685.

—— alacris palmas utrasque tetendit.

Verba sunt Servii ad Virg. 1. Aen. 93. *Duplices, duas dicebant, ut hoc loco; et binos, duos, et utrosque pro utrumque. ut Cicero* [4. in Verr. 14.] *Binos habebam, jubeo promi utrosque. Item Sallustius, quum de duobus loqueretur: Hi utrique ad urbem imperatores erant.* Vide etiam Cort. ad Sall. Catil. 30, 4. Quin etiam τὰ *utraque manus* non verbo plurali, sed singulari, jungit Liv. 42, 58, 10. *Quadringentorum manus utraque numerum expleverat.* Praeterea *Heraclea sese incluserunt* Lov. 4. et Harl. quomodo *carcere includere* Val. Max. 2, 7, 15. ubi vide viros doctos. Liv. 38, 60, 6. *Plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit.* Mox cap. seq. §. 9. *Heracleae includere* dixit. Sed nondum vulgatum displicet. *includere Heracleam*, ut *includere in carcerem*; de quo infra vide ad 38, 59, 10.

Antiochum, cui, priusquam hostem etc.] *Antiochum, priusquam hostem* Lov. 3. 4. Mead. uterque, et Lov. 6. a manu pr. quod ferri posset, si verba *priusquam hostem* etc. *obsepta videbantur* parenthesesos signis includerentur. *Antiocho priusquam hostem* Voss. Lov. 1. Harl.

Digitized by Google

cerneret, satis omnia permunita et praesidiis obsepta videbantur, timor deinde incessit, ne quas per inminentia juga calles inveniret ad transitum Roma-
7 nus. nam et Lacedaemonios quondam ita a Persis circumitos fama erat; et nuper Philippum ab iis-
8 dem Romanis. itaque nuncium Heracleam ad Aetolos mittit, ut hanc saltem sibi operam eo bello praestarent, ut vertices circa montium occuparent obsi-
9 derentque, ne qua transire Romanus posset. Hoc nuncio audito, dissensio inter Aetolos orta est. pars imperio parendum regis atque eundum censebant,

et Gaertn. [*qui* Bamb.] Et hanc lectionem sensus admittere potest, modo oratio majori interpunctione post verbum *videbantur* distinguatur. Potius tamen nihil muto. Praeterea mox *omnia promunita* Voss. *omnia praemunita* Lov. 3. V. ad 9, 10, 7. *omnia munita* Harl. Male. Emphasis enim est in composito *praemunita* Supra hoc c. §. 2. *Quum duplici vallo, fossaque, et muro etiam permunisset omnia.* 7, 16, 4. *Quum ante moenia sua castris permunitis consedissent.* 27, 12, 10. *Castra raptim ante noctem permunita.* 30, 16, 1. *Quae munimenta inchoaverat, permunit.* 31, 39, 8. *Alia vallo, alia fossa, alia lapidum congerie, alia arboribus objectis opere permuniit.* 33, 36, 6. *Castra tamen ab Romanis inpigre permunita.* Justin. 2, 15. *Indicat permunitas Athenas esse, et posse jam inlatum bellum non armis tantum, sed etiam muris, sustinere.* ubi vide Vorst. Insuper *tó deinde* exsulat a Voss. Lov. sex, Mead. utroque, Gaertn. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

Ne quos per inminentia juga calles inveniret] *ne quas* etc. *calles* Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo; neque aliter Gebhardus in Pall. invenit, ut testatur ad 22, 14, 8. V. ad cap. praec. §. 9. Mox §. seq. *circuitos* Lov. 3. 5. 6. [Bamb.] et edd. antt. *circumventos* Harl. V. ad 31, 21, 13. *circumvecti* Lov. 1. V. ad 3, 61, 9.

§. 8. *Ut hanc saltem sibi operam eo bello praestarent, ut vertices circa montium*] Pall. uterque *ut hanc saltem sibi operam eo bello praestarent, vertices circa omnium occuparent obsiderentque.* Vet. ed. *verticesque locorum circa omnium occuparent.* GEBH. Posterius *ut* a Mogunt. est. Caeterum alterum haud dubie redundat. J. FR. GRON. Posterius *ut* non adparet in ullo meorum codd. vel edd. vett. Primi id Moguntini ex cod. suo receperunt. Supra ad 1, 17, 11. dictum est, Livium, si ratio locutionis exigat, ut vocula *ut* his adhibeatur, eamdem interdum alterutro loco omisisse, interdum etiam iterasse. Auctoritati igitur cod. Mog. cedendum, et particulam utroque loco retinendam arbitror. Praeterea

Digitized by Google

pars subsistendum Heracleae ad utramque fortunam; 10
ut, sive victus a consule rex esset, in expedito haberent integras copias ad opem propinquis ferendam civitatibus suis; sive vinceret, ut dissipatos in fugam Romanos persequerentur. Utraque pars non mansit 11
modo in sententia sua, sed etiam exsecuta est consilium. duo millia Heracleae substiterunt: duo trifariam divisa Callidromum, et Rhoduntiam, et Tichiunta (haec nomina cacuminibus sunt) occupavere.

XVII. Consul postquam insessa superiora loca ab 1

vertices circa omnium Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *vertices locorum circa omnium* Lov. 5. et edd. principes. Aldus demum ex eodem cod. Mog. *vertices circa montium* recte probavit. Tum *operam bello praestarent* Lov. 6. Paullo post *transire Romani possent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] quod tribuendum est stupori librariorum, qui delicias Livianas adsequi non potuerunt. V. ad 3, 2, 11.

§. 9. *Dissensio inter Aetolos orta est*] *dissentio* Lov. 4. *discentio* Lov. 1. *discessio* Voss. errore scribarum. *Tò est* deest in Lov. 3. Mox *pars subsistunt* Lov. 1. a manu 1. *pars subsisti* a m. 2. Locutio *pars censebant parendum*, *pars subsisti* eodem modo formata censeri posset, atque illa, de qua egi ad 27, 5, 14. Potius tamen reliquis vulgatum probantibus adsentior. Mox §. seq. *ad opem propinquis ferendum* Lov. 5. et ed. Camp. V. ad 40, 49, 1. *ad opem ferendam propinquis* Gaertn. *tò ferendam* deest in Lov. 6. Tum *prosequerentur* Voss. et Lov. 1. V. ad Epit. Liv. 99.

§. 11. *Callidromum, et Rhoduntiam, et Tichiunta*] *Gallidromum* Voss. Lov. 1. Mead. 1. et Hearnii N. [Bamb.] *Galidromum* Lovel. 3. *Gallidronium* Hearnii L. 1. *Callidronium* Mead. 2. *Callidronum* Gaertn. Tum prius *et* exsulat a Voss. Lov. 6. Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. Insuper *Rhoduntiamque* Mead. 2. *Rhodiumiam* Hearnii N. *Rhodium jam* Lov. 1. [Bamb.] *Ethoduntiam* Harl. *Etroduntiam* Hearnii L. 1. *Hoduntiam* Mead. 1. Deinde *Ticiunta* Lov. 4. *Ticiuntā* Harl. et Gaertn. *Thiciunta* Mead. 2. et Hearnii N. [Bamb.] *Ticunta* Lov. 2. *Ticuenta* Lov. 1. *Tieüetam* Lov. 6. *Tiütham* Voss. *Tricuntam* Hearnii L. 1. *Tricunctam* Lov. 3. *Thycunta* Lov. 5. et edd. antt. Verum de Callidromo vide cap. praec. §. 10. *Ῥοδουντία χώρα πλησίον Οἰτης* memoratur Steph. Byz. ea voce, in quo Salmasium *Ῥοδούντιον ἄκρος*, *cacumen*, pro *ἔπος*, emendasse, Holstenius monuit. *Τειχιοῦντα* cacumen Oetae recenset Appian. Alex. in Syriac.

Digitized by Google

Aetolis vidit, M. Porcium Catonem et L. Valerium Flaccum, consulares legatos, cum binis millibus delectorum peditum, ad castella Aetolorum, Flaccum in Rhoduntiam et Tichiunta, Catonem in Callidromum mittit. ipse, priusquam ad hostem copias admoveret, vocatos in concionem milites paucis est adlocutus: *Plerosque omnium ordinum, milites, in-*

97. *Τειχιόεις, φρούριον πλησίον τῆς Τραχῖνος* obcurrit apud Steph. Byz. ea voce. Mox *haec omnia in cacuminibus sunt* Voss. *hoc omnia cacuminibus sunt* Lov. 1. *haec omnia cacuminibus sunt* Lov. 2. *haec nomina in cacuminibus sunt* Lov. 6. et Gaertn. *haec nomina cacuminibus*, omisso *τῷ sunt*, Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472.

§. 1. *Postquam insessa superiora loca ab Aetolis vidit*] MS. *Consul postquam vidit occupata ab Aetolis superiora loca*. MOD. Ex meis nullus huic codicis Mog. lectioni adsentitur. Omnes vulgatum servant.

M. Porcium Catonem et L. Valerium Flaccum, consulares legatos] Hi consules una fuere anno ab urbe condita ιϛιιιχ. Recte igitur *consulares legatos* vocat Livius; quamquam ipse Cato apud Cic. de Senect. [c. 10.] se tribunum militum ad Thermopylas pugnasse M. Attilio Glabrione dicit. Sed in eo libro multa ejusmodi sunt, quae a nobis, si Christus annuet, aliquando notabuntur. GLAR. Appianus, Plutarchus et Cicero in Catone tribunos militum appellant. Appian. in Syriac. pag. 97.] ita: *Καὶ δύο τῶν χιλιάρχων, Μάρκον Κάτωνα καὶ Λεύκιον Βαλέριον*. Plutarchus de Catone [ejus vit. 342.] *Μανίῳ δὲ Ἀκιλίῳ χιλιαρχῶν*. Cato apud Cicer. [de Senect. 10.] *Quadriennio post, quam consul fui, tribunus militum depugnavi apud Thermopylas M. Acilio Glabrioni consuli*. SIG. Aldus et Graevius ad Cicer. de Sen. 10. Livio potius fidem habendam censent. Sed Aldus perperam addit, constare, neminem post consulatum tribunum militum fuisse: nam Livius saepe consulares tribunos militum memorat. V. 42, 49. 43, 5. 44, 1. T. Quintium Flamininum quoque post consulatum tribunum militum fuisse, scribit Plutarchus in vita illius in extr. Sed de hoc videndum est. Ipse et Livius 35, 23. eum post triumphum legatum in Graeciam missum produnt. Praetorius tribunus militum est apud Livium 44, 37. DUKER. Catonem *tribunum militarem* etiam vocant Frontin. 2. Strat. 4, 4. et Aur. Vict. d. Vir. inlustr. 47. Contra cum Livio facit Phleg. Trall. de Mirab. cap. 3. narrans Acilium Glabrionem consulem *μετὰ πρεσβευτῶν Πορκίου Κάτωνος καὶ Λουκίου Οὐαλερίου Φλάκκου* cum Antiocho ad Thermopylas congressum exercitum ejus fugasse. Mox *delectorum peditum* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et cod. Mog. ex quo id Aldus adscivit, et reliqui editores servarunt usque ad Gronov. qui anno 1665. eo ejecto, veterem lectionem *delectorum*

Digitized by Google

ter vos esse video, qui in hac eadem provincia T. Quinctii ductu auspicioque militaveritis. Macedonico 3 *bello inexsuperabilis magis saltus ad amnem Aoum fuit, quam hic. Quippe portae sunt hae, et unus,* 4 *inter duo maria clausis omnibus, velut naturalis transitus est. munitiones et locis opportunioribus tunc fuerunt, et validiores inpositae: exercitus hostium*

militum revocavit. Quamvis autem, *milites* pro peditibus sumi, dictum sit ad 26, 19, 10. hic tamen codd. sequi malo. Solent eae voces a librariis commutari. Exemplum habuimus 30, 2, 4. Tandem *Callidromon* Harl. et id forte voluit librarius Lov. 3. qui per errorem *Galidron* dedit. *Callidromon* eadem forma supra est cap. 15.

§. 2. *Plerosque omnium ordinum milites inter vos esse*) Recepi distinctionem Sigonii *omnium ordinum, milites, inter vos esse:* ut voce *milites* Acilius adloquatur plerosque omnium ordinum, non milites tantum, sed duces etiam, quemcumque militiae gradum obtinentes. Eadem distinctio et Crevierio placuit.

§. 3. *Inexsuperabilis magis saltus ad amnem Aoum fuit*] Rursum MS. *inexsuperabilior saltus ad amnem Aoum fuit.* MOD. Desideratur in Pall. utroque *magis*, sicut paullo ante in posteriore *inter vos.* GEBH. *inesuperabilis* Gaertn. *insuperabilis* Lov. 2. et Harl. Male. Saepius hoc decomposito Livius usus est. V. ad 21, 30, 7. ubi unus cod. pariter, ut hic duo illi, peccabat. Vocula *magis* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. [Bamb.] unde firmatur lectio Mog. cod. *inexsuperabilior saltus.*

§. 4. *Munitiones et locis opportunioribus tunc fuerunt, et validiores inpositae: exercitus hostium ille*] Pall. et vet. ed. *munitioribus tunc fuerunt et validioribus impositi exercitus hostium. Ille et numero major.* GEBH. Locus mirifice perturbatus. Quod vulgatur, e Moguntino est. Andreas et priores: *munitioribus tunc fuerunt et validioribus impositi exercitus hostium locis: exercitus ille et numero major.* A quo minimum aut nihil differunt plerique scripti. Nonnulli castigatores: *munitioribus et tunc fuerunt et validiores.* Et certe crebrius apud nostrum legas *validum praesidium*, aut *validum praesidio* vel *munitione locum*, quam *validam munitionem*, aut *validum locum* simpliciter, aut arbitrere ex illis, quae diximus ad 21, 57, 6. Lib. 44, [35, 7.] *Ex tot castellis aliquanto altioribus ac munitioribus, quae validis praesidiis insedissent, priore anno dejectos.* Et contra *invalidus exercitus* lib. 27, [30, 2.] *Se cum invalido exercitu, quoad tutum putaret, progressurum.* Sed hoc incommodum est scriptae lectionis, quod, quum semel dictum esset, *exercitus hostium*, numero pluralivo, subjungitur statim, *exercitus ille.* Quod tollere conati vulgatae architecti licenter a veteri scriptura recesserunt: alia mutarunt, quaedam addiderunt, omnia trans-

Digitized by Google

ille et numero major, et militum genere aliquanto
5 *melior. Quippe illic Macedones Thracesque et Illyrii*
erant, ferocissimae omnes gentes: hic Syri et Asia-
tici Graeci sunt, levissima genera hominum et servi-
6 *tuti nata. Rex ille bellicosissimus, exercitatus jam*

posuerunt, aliquid deleverunt. Quid insolentius? Videtur potius hoc ab auctore exisse: *munitioribus et tunc fuerunt et validiores impositi exercitus hostium locis: ille et numerus major et militum genere aliquanto melior.* Vocem unam *exercitus* pro additamento delemus, et pro *numero* scribimus *numeras:* haec omnis audacia nostra, caetera suo loco relicta. Compositio autem prorsus more Liviano vermiculata. Lib. 42, [42.] *Auditis hostium copiis respicerent suum ipsi exercitum, quantum genere militum praestarent tironibus, raptim ad id bellum conscriptis.* Sed confirmant mirifice totum, quae diximus ad locum citatum. J. FR. GRON. A lectione, quam Gronov. ex Andrea et prioribus ed. profert, in eo differunt omnes Msti, quos adhibui, quod in ultima eorum verborum parte voces *locis exercitus* omittant, nisi quod solus Lov. 5. τὸ *locis* agnoscat. In priore autem parte *munitioribus tunc fuerunt et validioribus impositi* legunt Voss. Lov. 4. 5. et Mead. 2. [Bamb.] *munitioribus tunc fuerunt cum validiores impositi* Lov. 6. *munitiores tunc fuerunt et validiores impositi* Lov. 2 Harl. Mead. 1. et Gaertn. *munitiones tunc fuerunt et validiores impositi* Lov. 1. *munitiones tunc fuerunt cum validiores expositi* Lov. 3. Cum his si conferimus Gronovii conjecturam, eum vel plus satis ingenio indulsisse, vel nimium editionibus Mstorum omni auctoritate destitutis, tribuisse patebit. Contra vero, si codicum lectiones comparamus cum ea, quae in Msto Mog. obvia est, videbimus, pro *munitiones et locis opportunioribus* librarios dedisse partim *munitiones*, partim *munitiores*, partim *munitioribus*, eorumque errorem ex plurium literarum in medio vocum *munitiones* et *opportunioribus* similitudine natum, atque inde factum esse, ut solita neglegentia quaedam transiliendo omiserint. Solam igitur veram ac genuinam puto scripturam in optimo et integerrimo cod. Mog. obviam, in qua nihil Gronovius culpavit, quam quod credat *validam munitionem, validum locum* ita simpliciter apud Livium rarius obcurrere. Ei tamen formulae Livio vindicandae subficit, quod *praevalida urbs* simpliciter sit 40, 47, 2. *Donec ad praevalidam aliam urbem (Certimam adpellant Celtiberi) pervenit.* quin et *valida urbs* est 39, 23, 12. *Demetriadem quoque, urbem validam et ad omnia opportunam, et Magnetum gentem suae ditionis fecit.* et 43, 21, 6. *Stratus validissima tum urbs Aetoliae erat.* Doujatius etiam receptam lectionem defendit. Crevierius autem, qui et ipse Gronovii emendationem repudiat, expectandum censet, dum meliores codd. reperiantur.

Multo et numero major] In vetustis codd. legitur *ille et numero.* GELEN. MS. *exercitus hostium multo et numero ma-*

Digitized by Google

inde ab juventa finitimis Thracum atque Illyriorum, et circa omnium adcolarum bellis: hic, ut aliam om- 7
nem vitam omittam, is est, qui, quum ad inferendum populo Romano bellum ex Asia in Europam transisset, nihil memorabilius toto tempore hiberno-

jor. MOD. Verum est, Moguntinos testari, ita se in cod. suo reperisse. Sed verior est Gelenii lectio, quam servant Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. et reliqui non aliter dissentiunt, quam quod *ille et in numero major* legant. *Exercitus hostium ille* est exercitus Philippi; et mox *Rex ille* est Philippus.

§. 5. *Et Illyrii erant, ferocissimae omnes gentes*] MS. *bellicosissimae omnes gentes.* MOD. *bellicosissimae*, quod praefert Mog. cod. natum puto ex glossa interpretis, qui lectorem in margine monere voluit, vocem *ferocissimae* hic bono sensu pro bellicosissimae poni. Eo sensu *ferox*, *ferociter*, *ferocia* passim usurpantur. Supra 3, 39, 7. *Quanto ferocior dolor libertate sua vindicanda, quam cupiditas injusta dominatione esset.* ubi alia vide. c. 47, 2. *Strenue ac ferociter facta.* 7, 10, 8. *Pectus, animorum iraeque tacitae plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat.* Eo minus *bellicosissimae* hic placet, quod mox *bellicosissimus* sequitur.

Levissima genera hominum et servituti nata] MS. *et servitutis digna.* antique. MOD. Et hic potius vulgatam. quam cod. Mog. lectionem, *servitutis digna*, veram puto. Alibi enim Livium τὸ *dignus* cum casu secundo construere non memini, nisi quis forte eo referat 4, 37, 1. ubi tamen codd. plerique adversantur. Contra vero *natus rei*, *in*, vel *ad rem* formulae Livio usitatissimae sunt. V. ad 4, 13, 11.

§. 6. *Exercitatus jam inde ab juventa*] Pall. *jam ille ab juventa.* GEBH. Ita etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. usque ad Ascens. qui anno 1513. *jam inde ab juventa* primus edidit; quod verum videtur, licet et Lov. 3. voces *jam inde* etiam ignoret. De formula *jam inde ab* v. ad 6, 40, 3. Deinde *exterritus* Voss. *exercitus* Lov. 1. 4. 6. Reliqui recte vulgatum tuentur. V. ad 27, 44, 6.

§. 7. *Ut aliam omnem vitam omittam*] Pall. et vet. ed. *ut aliam omnem vitam sileam.* GEBH. Sic quidem [*ut aliam omnem vitam omittam*] Mog. at multo plures, *ut omnem aliam vitam sileam.* J. FR. GRONOV. Cod. Mog. lectionem recepit Aldus. Ei deinde Gronov. subposuit *ut aliam omnem vitam sileam*, quod est in Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. [Bamb.] Clericus vero, non monito lectore Gronoviorum lectione repudiata, *ut omnem aliam vitam sileam* vulgavit. *sileam* se etiam in suis reperisse testatur Hearnius. Tanti ponderis apud me cod. Mog. auctoritas est, ut vel ejus unius fide hic vulgatum probem. Supra 9, 17, 6. *Ut alios reges claros ducesque omittam.* 27, 13, 5. *Omitto ea, quibus gloriari potestis.*

Digitized by Google

rum gesserit, quam quod amoris caussa ex domo privata, et obscuri etiam inter populares generis, uxo-
8 *rem duxit: et novus maritus, velut saginatus nuptialibus coenis, ad pugnam processit. Summa virium speique ejus in Aetolis fuit; gente vanissima et ingratissima, ut vos prius experti estis, nunc Antiochus*
9 *experitur. Nam nec convenerunt frequentes, nec contineri in castris potuerunt, et in seditione ipsi inter se sunt: et quum Hypatam tuendam Heracleamque depoposcissent, neutram tutati, refugerunt in juga mon-*

Is est, qui, quum ad inferendum populo Romano bellum] Vocula *is* non adparet in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambobus, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antiquis, quam demum Frob. anno 1535. addidit: et recte. *Hic is est, qui*, ut *ego is sum, qui* apud Ter. Eun. 3, 5, 58. *Tum pol ego is essem vere, qui simulabar.* Similiter *hoc illud est. quod* supra 5, 2, 3. *Hoc illud esse dictitantes, quod aera militibus sint constituta.* Et *ego illa sum, quae* apud Silium 15, 59.

Illa ego sum, Anchisen Veneri Simoëntis ad undas
Quae junxi.

V. ad Silii 9, 128. Mox *nihil memorabilis* unica litera per errorem omissa, Lov. 1. inde *nihil memorabile* factum male in Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Obscuri etiam inter populares generis] Ita more oratorum augendae turpitudinis causa loquitur. Polyb. apud Athenaeum 10, 10. quem locum Sigonius ad cap. 11. descripsit, Cleoptolemum, patrem puellae, ἕνα τῶν ἐπιφανῶν fuisse dicit. DUK.

§. 8. *Gente vanissima et ingratissima, ut vos prius experti estis*] *vanissima et gravissima* Voss. *et ignavissima* in margine, quod praefert Gaertn. Pariter *gratus* et *gnavus* in Mss. confunduntur. Vide viros doctos ad Nason. 1. ex Pont. Ep. 10, 12. *gente vanissima et levissima* legit cod. Mog. Vox *prius* deest a Voss. et Gaertn. Paullo ante *ad pugnam processit sine viribus. spesque ejus in Aetolis fuit* Lov. 1.

§. 9. *Nam nec convenerunt frequentes*] Ita Aldus ex cod. Mog. Antea edebatur *Nam nec venerunt*; quod in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. [Bamb.] perperam superest. Mox *inter sese sunt* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. vett. usque ad Frob. qui *inter se sunt* vulgavit. Praeterea *tuendam et Heracleam qui depoposcissent* Harl. et Mead. 1.

Pars refugerunt in juga montium, pars] Vox *pars*, e Moguntino interposita, priore loco non comparet in MSS. nostris, et jure deleri monstravimus ad 3, 37. Auctor de B. Afric. [70.] *Interim equitum Numidarum copias dextra sinistraque per colles praecurrere, coronaeque*

Digitized by Google

tium, pars Heracleae incluserunt sese. Rex ipse con- 10
fessus nusquam aequo campo non modo congredi se ad pugnam audere, sed ne castra quidem in aperto ponere, relicta omni ante se regione ea, quam se nobis ac Philippo ademisse gloriabatur, condidit se intra rupes: ne ante fauces quidem saltus, ut quon- 11
dam Lacedaemonios fama est, sed intra penitus retractis castris: quod quantum interest ad timorem ostendendum, an muris alicujus urbis obsidendum sese incluserit? Sed neque Antiochum tuebuntur an- 12

in modum cingere multitudine suâ Caesaris copias, pars agmen extremum insequi. Nostr lib. 40, (4, 12.) *Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat; interdum manus ad coelum tendens, opem ut Dii ferrent, orabat.* Ubi vulgarius bis poneretur *interdum.* Quibus omnibus firmatur lectio trium Pall. et Voss. MSS. quam recepimus l. 3, 28. *Hic instabat nova pugna: nihil remiserat prior* J. FR. GRON. Priori loco *pars* ignorant etiam Voss. Lov. 1 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii Oxonn. Eam autem vocem delendam esse, Gronovio credo. V. quae notat ad 44, 6, 2. et quae dicta sunt ad 3, 37, 8. Non tamen ejus admissi culpa in cod. Mog. conferenda est, ex quo non modo nihil notatur, verum ita jam exhibuerunt omnes ab inventa arte typographica edd. usque ad Gronov. et cum illis Lov. 5. Gronovium minus hic adtentum decepit, quod Moguntini verba sequentia ita in cod. suo legi monuerint *pars Heracleae incluserunt sese*, indicantes, vocem *Heracleae*, quae abest a prioribus edd. [et Bamb.] se in cod. suo reperisse, et in contextum recepisse. Quod probo, licet eadem vox et ab omnibus Mstis meis, et ab Hearnii L. 1. exsulet.

§. 10. *Nusquam aequo campo non modo congredi se*] *numquam aequo campo* Voss. Lov. 6. Harl. et Gaertn. Saepe haec vocabula confuderunt librarii. V. ad 3, 42, 4. 4, 54, 7. 5, 19, 11. 7, 20, 9. 21, 29, 6. c. 44, 6. 22, 8, 6. 29, 22, 11. 37, 11, 3. (* 40, 29, 2.) Adde viros doctos ad Cic. d. Senect. 10. Illustr. N. Heins. ad Claud. 1. in Rufin. 231. et 2. 452. Broekh. ad Prop. 2, 20, 41. Eleg. 23, 61. et Celeberr. Burm. ad Virg. 2. Aen. 620. [*condidisse* Bamb.]

§. 11. *Ne ante fauces quidem saltus, ut quondam*] *nec ante fauces, ut quondam* Harl. Deinde mox *retroactis castris* Lov. 5. et edd. antt. usque ad Moguntinos, qui *retractis* ex cod. suo dederunt. Et ita reliqui codd. nostri, nisi quod *retraceis* sit in Mead. 1. Supra 26, 42, 7. *Sinus est maris* etc. *quingentos passus introrsus retractus.* 34, 9, 2. *Hispanis retractior a mari* etc. *murus erat.* 36, 21, 5. *Thespiensium emporium est, in intimo sinu Corinthiaco retra-*

Digitized by Google

gustiae, nec Aetolos vertices illi, quos ceperunt. Satis undique provisum atque praecautum est, ne quid
13 *adversus vos in pugna praeter hostes esset. Illud proponere animo vestro debetis, non vos pro Graeciae libertate tantum dimicare, (quamquam is quoque egregius titulus esset, liberatam a Philippo ante, nunc ab Aetolis et ab Antiocho liberare) neque ea tantum in praemium vestrum cessura, quae nunc in*
14 *regiis castris sunt: sed illum quoque omnem adpa-*

etum. Mela 1, 3. *Ad fretum nunc vaste retracta, nunc prominens.* Praeterea *muris urbis alicujus* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 12. *Neque Antiochum tuebuntur, nec Aetolos vertices illi] tuebuntur angustiae* omnes codd. nostri, et quos Hearnius Oxonii consuluit. Neque aliter typis descripti usque ad Gronov. qui anno 1665. vocem *angustiae* omisit, quem etiam Jac. Gronov. et Cleric. secuti sunt. Sed recte vocem inmerito exsulantem jam revocarunt Doujatius, Hearnius, et Crevierius. Praeterea *neque Aetolos* Voss. et Gaertn. quia scilicet praecedens *neque Antiochum* id exigere putabant. Sed v. ad 9, 9, 14.

Satis undique provisum atque praecautum est] Pall. et vet. ed. *satis undique praevisum, anteque cautum est.* GEBH. Et hoc e Moguntino. At nostri scripti cum prius editis: *satis undique provisum anteque praecautum est.* Meminerat ille forsitan illorum 21, [42, 4.] *Paullus etiam atque etiam dicere, providendum praecavendumque esse.* 23, [43, 7.] *Omniaque velut adversus praesentem Annibalem cauta provisaque fuerunt.* 24, [8, 13.] *Summa cura providendum ac praecavendum nobis est.* Forsan et Ciceronis lib. 4. in Verr. [42.] *Verumtamen ita res mihi tota provisa atque praecauta est.* Sed non profecto hujus in oratione pro Plancio [22.] *Providentem ante et praecaventem nunquam certe movebunt.* Neque in similibus illorum nostri lib. 38, [3, 8.] *Nihil ne bellum haberent, priusquam poene in conspectu hostis erat, praemeditati.* Lib. 40, [4, 13.] *Ferox interim foemina ad multo ante praecogitatum revoluta facinus.* Et lib. eodem, [c. 23, 6.] *Tandem legati jam ante praemeditati in Macedonia, quae ab Roma renunciarent, venerunt.* Auctor de bello Hispaniensi [cap. 4.] *Ex itinere loricatos viros fortes cum equitatu ante praemisit.* J. FR. GRON. Cum Mog. codice facit Gaertn. Contra *ante praecautum est* Lov. 1. *antequam praecautum est* Voss. et Harl. *anteque praecautum est* reliqui codd. mei, et Hearnii Oxonn. [Bamb.] Ita 4, 25, 6. *Neque a penuria frumenti, quia ante provisum erat, periculum fuit.* Ejusdem generis sunt *ante praeoccupare, prius praeripere*, et similia; de quibus v. ad 21, 20, 8. et c. 32, 7. Verum, quum Livium utroque

Digitized by Google

ratum, qui in dies ab Epheso exspectatur, praedae futurum: Asiam deinde Syriamque, et omnia usque ad ortus solis ditissima regna imperio Romano aperturos. Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare 15 *rubrum Oceano fines terminemus, qui orbem terrarum amplexu finit, et omne humanum genus secundum Deos nomen Romanum veneretur? In haec* 16 *tanta praemia dignos parate animos, ut crastino die, bene juvantibus Diis, acie decernamus.*

modo locutum esse exempla a Gronovio laudata probent, potius lectioni Msti Mog. adhaereo, quam revocavi. Mox *praeter hostis* Lov. 3. 5. Mead. 1. et edd. vett. pro quo Moguntini *praeter hosteis*. Sed *praeter hostis* etiam accipi posset pro *praeterquam hostis*. V. ad 5, 52, 13. Reliqui tamen, et inter hos optimi, Msti nihil mutant.

§. 13. *Liberatam a Philippo ante, nunc ab Aetolis et ab Antiocho liberare*] *libera a Philippo* Lov. 3. *liberam a Philippo* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] quo modo etiam peccatur 3, 63, 10. Neque reformido ambiguitatem, quae inperitioribus oriri posset, utrum intelligendum sit, Philippum liberasse Graeciam, an vero Romanos eam liberasse a servitute Philippi: quae enim adduntur, satis ostendunt, posteriori sensu accipi debere, ut 33, 44, 9. *Nequidquam liberatam a Philippo Graeciam fore.* et contra priori sensu infra c. 34, 4. *Nullam gentem liberatae a se Graeciae funditus everti.* Vide Doctiss. Joh. Fred. Reitzii Ambigua pag. 3. Deinde *ab Aetolis et Antiocho* Lov. 3. et Harl. Sed v. ad 6, 28, 6. Paullo ante *pro Graeciae libertate dimicare tantum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *pro Graeciae libertate pugnare tantum* Gaertn. *dimicare* omittunt Lov. 5. et edd. vett.

Quae nunc in regiis castris sunt] Pall. *quae nunc regis castris sunt.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. uterque Mead. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 32, 6, 6.

§. 14. *Et omnia usque ad portus solis*] Pro *portus* emendatius *ortus* scripseris. SABELL. Pall. *ad portus* neque aliter vet. ed. forte *usque ad portas solis.* GEBH. *ad portus solis* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. uterque, et Lov. 6. a m. 1. *portas solis*, ut Gebhardus conjecit, Lov. 2. 3. Gaertn. Harlej. et ed. Ven. anni 1498. Sed quis scriptor prosaïcus *portas solis* memoravit? Nihil verius, quam *ad ortus solis*, quod erat in Lov. 6. a m. 2. [*ortum solis* Bamb.]

Ditissima regna imperio Romano aperturos] Forte *aperturis* ut referatur ad id, quod supra: *in praemium vestrum cessura.* J. FR. GRON.

§. 16. *Ut crastino die, bene juvantibus Diis, acie decernamus*] *crastina die* Gaertn. Sed utrumque Livio in usu fuisse vi-

Digitized by Google

1 XVIII. Ab hac concione dimissi milites, priusquam corpora curarent, arma telaque parant. Luce prima, signo pugnae proposito, instruit aciem con-
2 sul, arta fronte, ad naturam et angustias loci. Rex, postquam signa hostium conspexit, et ipse copias eduxit. Levis armaturae partem ante vallum in primo locavit: tum Macedonum robur, quos Sarissophoros adpellabant, velut firmamentum circa ipsas

detur. V. ad 3, 20, 4. Tutius igitur est, ut reliquos codd. sequamur. Tum *acie* deest in Gaertn. Male. 1, 15. *Obviam egressi ut potius acie decernerent.* ubi vide. Ita *acie dimicare* 4, 58. *acie concurrere* 10, 14. *acie confligere* 23, 11. et similia passim.

§. 1. *Arma telaque parant*] Pall. *arma, tela parant.* GEBH. *arma et tela* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Sed *arma, tela parant* sine copula Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. (Bamb.) V. ad 35, 44, 5. Paullo ante *Ab hac oratione* Lov. 6. quod ex glossa esse puto.

Instruit aciem consul, arta fronte, ad naturam et angustias loci] Appianus (in Syriac. 97.) sic: *Ἤδη δὲ καὶ Μάνιος ἐπῆγε τὴν στρατιὰν Ἀντιόχῳ κατὰ μέτωπον ἐς λόχους ὀρθίους διῃρημένην.* SIG. *et ad angustias* Lov. 6. et Voss. quod, si plures libri consentirent, non displiceret. Livius enim praepositiones repetere solet. V. ad 6, 28, 6. Mox §. seq. *educit* omnes codd. mei, et edd. vetustae, pro quo Frob. anno 1535. *eduxit.* Vellem, addidisset, utrum auctoritate codicum, et quorum.

§. 2. *Levis armaturae partem ante vallum in primo locavit*] Eodem modo instructam aciem fuisse ab Antiocho, tradit Appianus; praeterquam quod in dextro cornu jaculatores, in sinistro elephantes collocatos fuisse ait, contra quam scribit hoc loco Livius. De Macedonibus autem pro Antiocho militantibus, nota est, quod Glareanus dubitet. „ † Glareanus non du„bitat, sed quosdam miratos esse „scribit. „ †. Idem enim prodit Appianus hic verbis (in Syriac. 97.) *Καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν φιλοὺς καὶ πελταστὰς προμάχεσθαι τῆς φάλαγγος ἐκέλευσε· αὐτὴν δ' ἔστησε πρὸ τοῦ στρατοπέδου, ἐπὶ δεξιᾷ δ' αὐτῆς τοὺς σφενδονίτας καὶ τοξότας, ἐπὶ τῶν ὑπωρειῶν. τοὺς δ' ἐλέφαντας ἐν ἀριστερᾷ, καὶ τὸ εἶφος, ὃ μετ' αὐτῶν ἀεὶ συνετάσσετο, παρὰ τῇ θαλάσσῃ.* Item: *Ἐπεὶ δ' αὐτοὺς φιλοπόνους δεχόμενός τε καὶ ἀναχωρῶν, καὶ αὖθις ἐπιὼν ἐτρέψατο, τοὺς μὲν φιλοὺς ἢ φάλαγξ ἢ τῶν Μακεδόνων διατάσα εἰς αὐτὴν ἐδέξατο,* etc. SIG.

Tum Macedonum robur, quos Sarissophoros adpellabant] Haud inmerito quidam mirati sunt, quo pacto Macedones cum Antiocho esse potuerint. cum eorum rex Philippus pro Romanis esset. Sed vel exules intelliguntur, vel ex Lydia Macedones, vicini Maeonibus ac Phrygibus, in ea quam proprie Asiam dictam perhibet

Digitized by Google

munitiones constituit. his ab sinistro cornu jaculato- 3
rum sagittariorumque et funditorum manum sub ipsis radicibus montis posuit, ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserent. ab dextro Macedonibus 4
ad ipsum munimentorum finem, qua loca usque ad mare invia paludstri limo et voraginibus claudunt, elephantos cum absueto praesidio posuit; post eos, equites; tum, modico intervallo relicto, ceteras co-

Ptolemaeus (5, 2.) GLAR. Glareanus quaerit, quo modo Macedones, quorum rex cum Romanis stabat, in exercitu Antiochi esse potuerint? et respondet, vel exsules, vel Macedones, quos in Syria memoret Ptolemaeus (adde Plin. 5. Hist. Nat. 29. 80. et Liv. 36, 17.) fuisse. Mihi verius videtur, sub regibus Asiae et Aegypti, Alexandri M. successoribus, robur peditum, retenta vetusta appellatione, ut *phalangem* et *phalangitas*, ita etiam *Macedonas* vocatum fuisse: non quod totum hoc corpus ex Macedonibus constaret, sed quod itidem, ut ante, robur exercitus esset, et eamdem armaturam haberet. Hoc ex verbis Livii 37, 40. in enumeratione copiarum Antiochi cum Romanis pugnaturi intelligitur: *Decem et sex millia peditum* (hic erat numerus peditum in phalange Macedonica 33, 4.) *more Macedonum armati fuere, qui phalangitae appellabantur.* Hanc Appian. in Syr. 107. φάλαγγα Μακεδόνων vocat, Τούτων τὸ κράτιστον ἦν ἡ φάλαγξ ἡ Μακεδόνων, ἄνδρες ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι ἐς τὸν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου πρότερον (lege τρόπον e Polyb. 5, 82.) ἐπικοσμούμενοι. Polyb. quoque l. d. proelium inter Antiochum et Ptolemaeum Philopatorem ad Raphiam narrans, in utriusque exercitu *phalangem* et *phalangitas* ἐς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένους memorat, et in phalange Antiochi delectos e Syria milites fuisse scribit. DUK. Syro-Macedonas, posteros eorum, qui sub Alexandro M. ac deinde Seleuco militarunt, intelligit Crevier. Ceterum in voce *Sarissophoros* varie peccant librarii; in id tamen conspirant Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. (Bamb.) ultimas ejus syllabas fuisse *phorus*. An igitur Livius Graeca terminatione *Sarissophorous*, sive *Sarissophorus* extulisse censendus est? V. ad 44, 28, 7. Praeterea *adpellant* Lov. 2. et Harl. Sed v. ad 37, 40, 5.

§. 3. *Jaculatorum, sagittariorumque*] *sagittatorumque* Voss. Lov. 1. et Harl. Quae lectio fluxori librariorum adscribenda est, eorumque barbariei. Optimo enim linguae Latinae seculo ignotum fuit verbum *sagittare*, multo magis inde derivatum *sagittator*; quo ne medii quidem aevi scriptores, qui tamen *sagittare* adhibuerunt, usi sunt.

§. 4. *Ab dextro Macedonibus*] Possumus carere tertia voce, et ante τὸ *ab dextro* intelligere *his* a fronte praecedentis membri, ubi positum est. J. FR. GRON.

Digitized by Google

5 pias in secunda acie. Macedones, pro vallo locati, primo facile sustinebant Romanos, tentantes ab omni parte aditus: multum adjuvantibus, qui ex loco superiore fundis, velut nimbum, glandes et sagittas
6 simul ac jacula ingerebant. deinde, ut major, nec jam toleranda vis hostium inferebat se, pulsi loco intra munimenta, subductis ordinibus, concesserunt: inde ex vallo prope alterum vallum, hastis prae se
7 objectis, fecerunt. et ita modica altitudo valli erat, ut et locum superiorem ad pugnandum suis praeberet, et propter longitudinem hastarum subjectum haberet.

Quae loca usque ad mare invia palustri limo et voraginibus claudunt] In vetustis codicibus pro *quae loca* legitur *qua loca*. GEL. Vet. ed. *quae loca ad mare invia*. GEBH. *Tò usque* ex Mog. cod. adscivit Aldus, quod in prioribus edd. non adparuit. Exsulat etiam a Lov. 5. Harl. et Mead. 2. Hearnius etiam id in nonnullis codd. omitti testatur. Sed *locaque ad mare* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. Praeterea *quae loca* in solo superest Lov. 5. *quō lpca* in Voss. *quē locā* in Lov. 1. 3. 4. *que in loca* Gaertn. *quem loca* Harl. et Mead. 2. *qua loca* in Lov. 6. Sed *qua* deerat in Lov. 2. et Mead. 1. Mox *elephantes* Voss. V. ad 31, 36, 4. Deinde voces *tum modico* desunt in Lov. 6. sola vox *tum* in Lov. 1.

§. 5. *Velut nimbum grandinis et sagittas simul et jacula ingerebant*] In vetustis codd. pro *grandinis et sagittas* legitur *glandes et sagittas*. GELEN. *grandinis* Voss. et Lov. 3. ac 5. *grandis* Lov. 1. 6. et Gaertn. *glandis* vel *glandes* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Ita recte jaculatoribus, sagittariisque et funditoribus, quos ab sinistro cornu sub ipsis radicibus montis posuit, ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserent, sua cuique arma tribuit, glandem funditoribus, sagittas et jacula sagittariis et jaculatoribus. Insuper *et jacula* demum in ed. Paris. anni 1573. inveni. Priores typis descripti cum omnibus Mssis *ac jacula*. Nihil interest. cur itaque mutarunt?

§. 6. *Prope alterum vallum, hastis prae se objectis, fecerunt*] Sarissas Macedonicas intelligit. Sic enim Appian. [Syriac. 97.] *Καὶ τὰς σαρίσσας ἐν τάξει πυκνὰς προὐβάλλοντο*. SIG. Ita recte Moguntini ex cod. suo vulgarunt, quum antea editum fuisset *abjectis*, quod superest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Supra 31, 39. *Praelongis hastis velut vallum ante clipeos objecit*. Solent hae voces in Mssis commutari. V. ad 34, 14, 8. Tum *propemodum* Gaertn.

Digitized by Google

beret hostem. Multi, temere subeuntes vallum, transfixi sunt: et aut incepto irrito recessissent, aut plures cecidissent, ni M. Porcius ab jugo Callidromi, dejectis inde Aetolis, et magna ex parte caesis, (incautos enim et plerosque sopitos obpresserat) super inminentem castris collem adparuisset. 8

XIX. Flacco non eadem fortuna ad Tichiunta et Rhoduntiam, nequidquam subire ad ea castella conato, fuerat. Macedones, quique alii in castris regiis erant, primo, dum procul nihil aliud, quam turba et agmen, adparebat, Aetolos credere, visa procul pugna, subsidio venire. ceterum, ut primum 1 2 3

§. 7. *Locum superiorem ad pugnandum suis praeberet*] Et hic vocem *suis*, quae a prioribus edd. et omnibus codd. meis, et Hearnii L. 1. exsulat, Moguntini ex membranis suis addiderunt.

§. 8. *Super inminentem castris collem adparuisset*] *collem cum adparuisset* sine sensu ex cod. suo ediderunt Moguntini. Suspicatus igitur sum, vel librarium cod. ita duplicem lectionem *cumparuisset* sive *comparuisset* et *adparuisset* simul exprimere voluisse. V. ad 3, 44, 4. vel vocem excidisse, ac scribendum *cum suis adparuisset*. Antea edebatur *locum adparuisset*. In mentem itaque venire posset, librarium *collē cum adparuisse* scribendo, duplicem lectionem *collem locum*, ea ratione servare voluisse. At Moguntini, licet ediderint *collē cū apparuisset*, tamen in membranis se invenisse *collem quum apparuisset* testantur. Paullo ante *occidissent*, pro *cecidissent*, Gaertn. [Bamb.] V. infra ad c. 36, 6.

§. 1. *Rhodontiam*] Vet. lib. *Rhoduntiam*. Graeci item Ῥοδοῦντια. SIG. V. ad cap. 16, 11. Mox *subire castella* Lov. 1. ut cap. praec. *Multi temere subeuntes vallum*. et innumeris aliis locis. At reliqui omnes *subire ad ea castella*; quae et ipsa locutio Livio est familiaris. Ut 2, 31, 4. *Loco iniquo subeundum erat ad hostes*. 31, 45, 4 *Diversis partibus rex et legatus Romanus ad urbem subeunt*. 34, 46, 7. *Vi subire ad vallum*. 35, 51, ? *Per mediam concionem ad Rostra subiit*. Praeterea *conatum* Voss. et Lov. 1. *conatus* Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn. sed frustra. [*ab ea* Bamb.]

§. 2. *Quique alii in castris regiis erant*] Pall. *in castris regis*. Vet. ed. *quique alii in castris fuerant regis*. GEBH. *in castris reg̃* Lov. 2. *in castris regi* Lov. 1. *in castris regis* Lov. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *quique in castris alii regis erant* Voss. et Lov. 1. ac 3. *quique alii in castris fuerant regis* Lov. 5. et edd. antt. pro quo Al-

Digitized by Google

signaque et arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tantus repente pavor omnes cepit, ut, ab-
4 jectis armis, fugerent. et munimenta sequentes inpedierunt, et anguſtiae vallis, per quam sequendi erant; et maxime omnium, quod elephanti noviſſimi agminis erant, quos pedes aegre praeterire, eques
5 nullo poterat modo, timentibus equis, tumultumque inter se majorem, quam in proelio, edentibus. Aliquantum temporis et direptio caſtrorum tenuit. Scar-

dus ex Mog. cod. dedit *quique alii in castris fuerant regiis.* Frob. anno 1535. *quique alii in castris regiis erant.* V. ad 32, 6, 6.

§. 3. *Ut primum signaque et arma ex propinquo cognita*] Pall. et vet. ed. *ex improviso cognita.* GEBH. *signa et arma* Voſſ. Lov. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Male. V. ad 35, 41, 6. Tum *et inproviso cognita* Lov. 4. *ex inproviso cognita* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et typis descripti usque ad Moguntinos, qui auctoritate cod. sui *ex propinquo* dederunt. Supra 21, 46, 3. *Profectus ad castra hostium, exque propinquo copias speculandas.* cap. 50, 1. *Romanus ex propinquo vires conferre velle.* Mox *pavor omnes invasit* Gaertn. V. ad 27, 13, 3. [*ex improviso cognitae prorae* Bamb.]

§. 4. *Maxime omnium, quod elephanti novissimi agminis erant*] *Tò omnium*, quod primus Aldus fide cod. Mog. adscivit, ignorant omnes noſtri Mſti, et Hearnii L. 1. [Bamb.] Ita tamen 23, 49, 12. *Quae maxime omnium belli avida, modo praeda aut merces esset.* Tum *elephantes* Lov. 3. 6. V. ad 31, 36, 4. et mox §. 6. Paullo ante *munimenta sequi equites inpedierunt* Lov. 6. Tum *et angustiae vallis frequentes erant* Lov. 3.

§. 5. *Tumultumque inter se majorem, quam in proelio, edentibus*] Pall. et vet. ed. *in proelio dantibus.* GEBH. Similiter Voſſ. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et princ. edd. Idem sibi quoque in scriptis, et edd. Andreanis obvium fuisse testatus eſt, nihilque altero incommodius videri pronunciavit Gronov. in pr. ed. not. quod tamen curis sec. haud male omisit. Licet enim utrumque *dare* et *edere tumultum* recte dicatur, *edentibus* tamen hic fide cod. Mog. praeferendum.

Aliquantum temporis et direptio castrorum tenuit] MS. *direptio castrorum obtinuit.* MOD. Codicem Mog. *obtinuit* legentem desero, et cum aliis servandum puto *tenuit.* V. ad 32, 9, 1. Alibi etiam *tenere* et *obtinere* commutantur in Mſtis. V. ad 39, 3, 3. Praeterea *Aliquanto temporis* Harl. Tum particula *et*, quae tamen neceſſaria eſt, non adparet in Mſtis noſtris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. Aldus eam ex cod. Mog. interposuit. Insuper *directione* Lov. 1. *direptionem* Voſſ.

Digitized by Google

phiam tamen eo die persecuti sunt hostem. Multis 6
in ipso itinere caesis captisque, non equis virisque tantum, sed etiam elephantis, quos capere non potuerant, interfectis, in castra reverterunt; quae ten- 7
tata eo die inter ipsum pugnae tempus ab Aetolis, Heracleam obtinentibus praesidio, sine ullo haud parum audacis incepti effectu, fuerunt. Consul, no- 8
ctis insequentis tertia vigilia praemisso equitatu ad persequendum hostem, signa legionum prima luce

Carpeiam tamen eo die consecuti sunt hostem] In vetustis codd. pro *Carpeiam* legitur *Scarphiam*. GELEN. Quae sit illa *Carpeia*, non memini me legere apud ullum idoneum authorem. Iter fuit hujus fugae a Thermopylis Elateiam, in quo itinere esse eam oportuit. Vide num *Lilaeum* legendum, quod ibidem ponit Ptolem. [3, 15.] Quidam *Scarphiam* reposuerunt, cum ea sit ad sinum Maliacum, non utique in hoc itinere. GLAR. In vet. lib. legitur *Carpeiam*. Glareanus autem reposuit *Lilaeum*, quod, ut ipse ait, in eo itinere oppidum sit, *Carpeia* nusquam. Inscite autem ipsum fecisse, Appianus ostendit, qui pro *Carpeiam*, *Scarphiam* edit his verbis [in Syriac. 98.] *Μάνιος μὲν ἐπὶ Σκάρφειαν ἐδίωκεν ἀντούς*. Est autem *Scarphia* oppidum prope Thermopylas, ubi pugnatum erat, auctore Stephano: *Σκάρφεια πόλις Λοκρίδος τῶν Θερμοπυλῶν ἐγγύς*. SIGON. *Carpenia* edd. Camp. et Rom. 1472. *Carpeniam* Lov. 5. et ed. Parm. *Charpeiam* Voss. [*Tarpeiam* Bamb.] *Carpeiam* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. reliquae usque ad Frob. qui anno 1535. ex mente Gelenii *Scarphiam* dedit; pro quo, non opus erat, ut Glareanus *Lilaeum* reponeret eo praetextu, quod sita foret *Scarphia* ad sinum Maliacum, non utique in eo itinere, quod a Thermopylis Elatiam ferebat. Contrarium enim docet Livius ipse, illa parte tamen historiae, quae Glareani tempore nondum inventa erat, 33, 3, 6. *Quinctius, per eosdem ferme dies ab Elatia profectus, praeter Thronium et Scarpheam ad Thermopylas pervenit.* ubi videndus est Horrion, et Sylburg. ad Pausan. Corinth. 19. Vide tamen, utrum ex illo loco hic *Scarpheam*, an ex hoc ibi *Scarphiam* reponendum sit. Graecorum enim *Σκάρφεια* utrumque admittit. V. ad 31, 43, 5. Praeterea *eodem die* Voss. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et edd. antt. Frobenius 1535. *eo die* dedit, reliquis meis firmantibus. V. ad 10, 10, 6. Deinde *consecuti sunt* omnes nostri; Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. Frobenius iterum 1535. *persecuti sunt* substituit. Bene, si ex fide Mog. codicis; sin, mutandi caussam non habuit. V. ad 27, 20, 1. Ejus tamen lectionem servavi.

§. 6. *Elephantis, quos capere non potuerant, interfectis*] *elephantibus* Lov. 6. V. hoc c. ad §. 4. Tum *non potuerunt* Lov. 3. *non poterant* Lov. 2. 5. et Gaertn.

Digitized by Google

9 movit. Aliquantum viae praeceperat rex; ut qui non ante, quam Elatiae, ab effuso constiterit cursu: ubi primum reliquiis pugnaeque et fugae conlectis, cum perexigua manu semiermium militum Chalcidem
10 se recepit. Romanus equitatus ipsum quidem regem Elatiae adsecutus non est, sed magnam partem agminis, aut lassitudine subsistentis, aut errore, ut qui sine ducibus per ignota itinera fugerent, dissi-
11 patos obpresserunt. nec praeter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quisquam ef-

§. 8. *Signa legionum prima luce movit*] *luce prima* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 9. *Ut qui non ante, quam Elatiae, ab effuso constiterit cursu: ubi*] Libri quidam nostri *a confuso constiterit cursu.* GEBH. Omnia haec verba desunt in Harl. *ut qui non ante, quam Elatiae esset, a confuso* legit Lov. 3. *ut non ante, quam Elatiae esset* Voss. et Gaertn. *ut non ante, quam Elacea confuso* Mead. 2. *ut non ante, quam Elatia ea confuso* Mead. 1. *a confuso* etiam Lov. 1. 2. 4. 5. 6. [Bamb.] et edd. ante Frob. qui anno 1535. *ab effuso* dedit. V. ad 28, 7, 7. Tum *constitit* Lov. 2. et 3. V. ad 40, 14, 10. *constiterat* Voss. et Gaertn. *constitisset* cod. Mog. quod Aldus adoptavit, sed Frob. 1535. iterum in *constiterit* mutavit. Paullo ante *Aliquantulum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. V. ad 7, 36, 5. Tum *praecesserat* Voss. pro varia lectione in margine. *perceperat* Harl. Male. V. ad 22, 41, 9.

Ubi primum reliquiis pugnaeque et fugae conlectis, cum perexigua manu] *ibi primum* Lov. 6. V. ad 27, 5, 2. *ibi primo* Gaertn. Tum *reliquis* Lov. 5. Harl. et Mead. 1. [Bamb.] cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 40, 57, 8. Hinc *pugnae et fugae* Lovel. 2. *pugnaeque fugaeque* Lov. 6. Perperam. Vide ad 35, 41, 6. Insuper *cum exigua manu* Lov. 3. [*cum rex exigua* Bamb.] V. ad 7, 37, 6. Mox *seniorum militum* aperto librarii errore Harl. *cum perexigua semiermium militum manu* Lov. 2.

§. 10. *Sed magnam partem agminis*] In primo Ascensio illud *sed*. Andreas, Tarv. Bec. Ven. ignorant, ut et scripti. Solentque eam eleganter non exprimere. 28, [21, 2.] *Gladiatorum spectaculum fuit non ex eo genere hominum* etc. *voluntaria omnis et gratuita opera pugnantium fuit.* Etenim plenum erat: *sed voluntaria.* 33, 33, 6. *Nec hoc finitimis aut propinquae vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis praestet: maria trajiciat, ne quod toto orbe terrarum injustum imperium sit.* Sensus enim dictat, *sed maria.* Martial. [9. Epigr. 87.]

Non se, convivas abstinet ille suos.

Digitized by Google

fugit: etiam ex decem millibus militum, quos, Polybio auctore, trajecisse secum regem in Graeciam scripsimus, exiguus numerus. quid si Antiati Valerio credamus, sexaginta millia militum fuisse in regio exercitu scribenti, quadraginta inde millia cecidisse, supra quinque millia capta cum signis militaribus ducentis triginta? Romanorum centum quinquaginta in ipso certamine pugnae, ab incursu Aetolorum se tuentes non plus quinquaginta interfecti sunt. 12

Et alibi [10. Epigr. 41.]

Discidium non est hoc, Proculeja; lucrum est.

Similiter juvimus nostrum 28, 39, 11. J. FR. GRON. *Τὸ se* deest etiam in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] V. ad 28, 39, 11. Mox *per ignota fugerent itinera* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *fugerunt* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 11. *Nec praeter quingentos*, etc. *ex toto exercitu quisquam effugit: etiam ex decem millibus* etc.] Eadem summa est etiam apud Appian. [Syriac. pag. 98.] *Αἰτιόλου δὲ, σὺν τοῖς ληφθεῖσιν, ἀμφὶ τοὺς μυρίους. ἀυτος δ' ὁ βασιλεὺς ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης τροκῆς μετὰ πεντακοσίων ἱππέων ἐις Ἐλάτειαν διέδραμεν.* SIGON. Libri omnes *ex isto exercitu*. GERH. *ex ipso exercitu* Lov. 6. *ex isto exercitu* codd. reliqui nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. Aldina priores. Ea enim fide cod. Mog. *ex toto exercitu* vulgavit. Deinde vox *militum* deest in Lov. 2. et Harl. quae tamen necessaria ob sequens *quos*. Mox etiam *τὸ regem* perperam in Harl. omittitur. [*quod* pro *quos* Bamb.]

§. 12. *Sexaginta millia militum fuisse*] Mediol. ed. anni 1480. et sequentes plures *XL millia*, pro *LX*, perperam vulgarunt. Aldus deinde ex Mog. MS. *sexaginta* recte substituit, consentientibus nostris codd. omnibus. Mox *inde* non adparet in Hearnii L. 1. *millia inde* voce trajecta legit Gaertn. *centum quadraginta millia cecidisse* errore librarii est in membranis Mog. Forte dare voluit *inde quadraginta millia*. Deinde *signis militaribus C et XX^ti* Lov. 6. *signis militaribus CCLXXX* Gaertn.

§. 13. *Romanorum centum quinquaginta interfecti sunt*] Appian. item ait [in Syriac. p. 98.] prope ducentos: *Ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους.* SIG. Longobardicus Moguntinus codex egregie, ut mihi quidem videtur, hunc locum supplet ita: *Romanorum centum quinquaginta in ipso certamine pugnae, ab incursu Aetolorum se tuentes non plus quinquaginta interfecti.* optime, inquam, et quo solo videmur nobis posse demereri Livium. Appianus sane hanc lectionem valde confirmat, dum ait cecidisse *Ῥωμαίων δ' ἀμφὶ*

Digitized by Google

1 XX. Consule per Phocidem et Boeotiam exercitum ducente, consciae defectionis civitates cum velamentis ante portas stabant, metu ne hostiliter di-

τοὺς διακοσίους. id est, *circiter ducentos*. Perierunt igitur in ipso proelio contra Antiochum ex Romanis CL. contra Aetolos, quos Flaccum castellis suis dejicere non potuisse supra paullo retulit, item plus minus quinquaginta. aut certe, si non ex Flacci militibus hi fuerint, quoniam dicit, *ab incursu Aetolorum se tuentes*, fuerint sane ex illis, quos a prudente imperatore oppositos Aetolis, qui montes occupaverant, verisimile est, ne decurrentes illi pugnantium cum Antiocho Romanorum terga nuda invaderent. MOD. Hic augmentum in Moguntino est, quod non debuit sperni. Habetur enim: *Romanorum centum quinquaginta in ipso certamine pugnae, ab incursu Aetolorum se tuentes non plus quinquaginta interfecti sunt.* Nam collectus hic numerus est ille ipse, quem habet Appian. Ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. *Incursus Aetolorum* est, quod dixerat castra Romana *tentata eo die inter ipsum pugnae tempus ab Aetolis Heracleam obtinentibus.* Nec negari potest Livii esse, *in ipso certamine pugnae.* J. FR. GRON. *Romanorum centum triginta interfecti sunt* Harl. *Romanorum D. interfecti sunt* Gaertn. Quae viri docti ex cod. Mog. adoptarunt, in omnibus nostris [et Bamb.] desiderantur; ex quo inter alia de membranarum illarum bonitate judicari potest, quod, silentibus reliquis Mstis, solae passim tot lacunas in Livio supplevérint, quae forsan sine illis numquam in integrum restitui potuissent. Exempla v. ad 34, 7, 2. cap. 16, 1. cap. 34, 2. 35, 2, 7. cap. 23, 11. 36, 10, 12. cap. 24, 6. cap. 38, 6. 37, 16, 2. cap. 19, 1. cap. 30, 7. cap. 41, 10. cap. 50, 12. 38, 5, 2. cap. 48, 9. cap. 53, 4. 9. 39, 4, 1. cap. 8, 8. cap. 9, 5. c. 16, 2. c. 18, 3. c. 25, 13. c. 32, 14. (* 40, 8, 16. 18. c. 10, 7. c. 15, 8. 9. c. 19, 11.) et alibi saepe. *Certamen pugnae*, ut *certamen verborum linguaeque* 10, 22, 6. *certamen laboris ac periculi* 28, 19, 14. *certamen amicitiae, benevolentiae* 37, 53, 7. *certamen bonae artis ac virtutis* 37, 54, 19.

§. 1. *Consule per Phocidem et Boeotiam exercitum ducente*] *Consul* etc. *duxit* Lov. 6. *Consuli ducenti* Voss. Lov. 2. 4. 5. Mead. uterque, Gaertn. et edd. priscae, pro quo Moguntini ex Msto suo *Consule ducente* dederunt. Ex eodem etiam libro receperunt *per Phocidem et Boeotiam*, quum antea ederetur *per Phocidem Boeotiae*; quod servant Lov. 3. 4. 5. 6. et Mead.

2. [*Consulis per Phocadem Boeotiae exercitum ducenti* Bamb.] Sed pro eo *per Occidem Boeotiae* legunt Lovel. 1. et Voss. a manu 1. *per Oclidem Boeotiae* pro varia lectione in margine. *per Hoclidem Boeotiae* Regius major apud Doujat. *per Eolidem* sive *Aeolidem Boeotiae* Lov. 2. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Regius minor apud eumdem Doujatium, qui eam lectionem probavit: hunc enim tractum ab *Aeolo* Hellenis filio, qui regnum in Thessalia, Boeotia, vicinisque regionibus obtinuit, *Aeolidis* nomen priscis temporibus habuisse, ejusque incolas adhuc tempore Strabonis *Aeoles* adpellatos esse, teste ipso Strab. 8, 333. atque horum migratione *Aeolidem* dictam minoris Asiae regionem Ioniae vicinam: ad

Digitized by Google

riperentur. ceterum per omnes dies haud secus, quam 2
in pacato agro, sine violatione ullius rei agmen
processit, donec in agrum Coronaeum ventum est.

cujus discrimen hic *Aeolidem Boeotiae* vocari. Sed verum est, secundum Strabonem omnes Graecos extra Isthmum, exceptis tamen Atheniensibus, Megarensibus, et, qui circa Parnasum habitarunt, Doriensibus, *Aeoles* dictos esse; nusquam tamen vel ipse, vel alii scriptores, omnem illam regionem *Aeolidis* nomine notam fuisse, tradiderunt, vel omnem illam Graeciae partem *Aeolidem* adpellarunt. Deinde, secundum Strabonem *Aeoles* est nomen generale, sub quo, tamquam partes, comprehenduntur Acarnanes, Aetoli, Locri, Phocenses, Boeoti, aliique. Jam autem quis umquam genus per speciem circumscribentem vidit, vel ferre posset dicentem *Francia Burgundiae*, *Anglia Cantii*, *Hollandia Kennemariae*, ad distinctionem Franciae, Angliae et Hollandiae in America? Veriorem itaque puto lectionem cod. Mog. *per Phocidem et Boeotiam;* quae inde etiam firmatur, quod inter populos, quibus consul post Antiochum ex Graecia ejectum delicti veniam concessit, nominatim etiam memorentur Phocenses apud Appian. Syriac. p. 98. Neque huic scripturae adversatur, quod a Thermopylis Graeciam ingresso prior obcurrat Boeotia, tum Phocis, quum tamen Phocis ita hic priori loco memoretur; quam difficultatem Doujatius movit. Sciendum enim est, Phocidem olim latius, quam postea, patuisse, et a maris Jonii sinu Corinthiaco usque ad Aegaei sinum Euboïcum, vel Opuntium, vel Maliacum pertinuisse, ut vidimus ad c. 11, 5. Iis autem finibus circumscripta Phocis transeunda erat a Thermopylis Boeotiam adeunti. Et ita Agesilaï iter describit Plutarch. in ejus vit. pag. 605. Ὁ δὲ Ἀγησίλαος ἔτι ὢν Πυλῶν παρελθὼν, καὶ διοδεύσας τὴν Φωκίδα φίλην οὖσαν, ἐπεὶ τῆς Βοιωτίας πρῶτον ἐπέβη, etc.

§. 2. *Haud secus, quam in pacato agro, sine violatione ullius rei*] Pall. *haud secus, quam pacato agro, sine vexatione ullius rei agmen processit.* GEBH. Et hoc Maguntiaci natum. Vix tamen praeferam illi, quod in aliis scriptis editisque, *sine vexatione.* Cicero [1. Catil. 7.] *vexatio direptioque sociorum.* V. Gellium lib. 2, 6. J. FR. GRON. *quam pacato agro* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Sed forte praepositionem *in* hausit ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. Codicis Mog. *violatione*, quod primus Aldus recepit, commode defendi potest. Supra 24, 20, 10. *In Tarentino demum agro pacatum incedere agmen coepit. nihil ibi violatum, neque usquam via excessum est.* 26, 31, 2. *Nihil interest, nunc, an vivo Hierone, Syracusas violaverim.* 38, 9, 14. *Nihil praeterea tactum violatumve.* Defendi etiam potest *vexatione*, quod in omnibus meis supersit. Supra 7, 10, 11. *Jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione intactum, uno torque spoliavit.* 44, 44, 5. *Ad Emathiam classem Romanam adpulsam esse, agrosque circa vexari.* Cic. 3. in Verr. 52. *Populatam vexatamque provinciam.* 3. Phil. 11. *Custosne urbis, an direptor et vexator urbis Antonius.* Lecto-

Digitized by Google

3 Ibi ſtatua regis Antiochi, posita in templo Minervae Itoniae, iram accendit: permissumque militi eſt, ut circumjectum templo agrum popularetur. deinde cogitatio animum subiit, quum communi decreto Boeotorum posita esset ſtatua, indignum esse, in 4 unum Coronensem agrum saevire. Revocato extemplo milite, finis populandi factus: caſtigati tantum

ris itaque arbitrio permitto, utrum malit. Animus tamen eo inclinat, *violatione* Mogunt. Mſti potius *τοῦ vexatione* aliorum, quam vicissim, *vexatione τοῦ violatione*, gloſſam eſſe. [*vexatione* Bamb.]

Agmine processit] Quum declaratum mihi fuerit, magis id Livianum videri, acquiescam. Nunc, quod in MS. Thuan. videam exſtare *agmen processit*, longe praeferendum censeo. Utique anteceſſit nihil, ad quod vox *processit* respiciat. JAC. GRON. Forsitan oſtendi non poteſt, alibi in Livio legi, *dux processit agmine*. Sed quum dicat *ducem agmine ire*, et *iter facere*, vide 26, 3, 4. et infra cap. 30, 3. non maxima causa eſt, cur, quod hic vulgo editur, improbari, et unius libri scriptura omnibus aliis praeferri debeat: nam hic *consul* facile repeti poteſt ex *consule*, quod in principio capitis eſt. Magis me movet, quod etiam unus liber Hearnii, et ed. Sigonii habent *agmen*. DUK. Gronovii emendatio Perizonio displicuiſſe videtur: ad marginem enim exemplaris Liviani, quo uti solebat, adscripsit, Livium tamen ita infra locutum eſſe cap. 43, 13. *Cogebantur tenui agmine prope in ordinem singulae naves ire*. Verum numquam Gronov. Livio indignam locutionem eſſe judicavit *agmine ire*, *transire*, *pergere*, *incedere*, *fugere*, quae passim exſtant. Ita 3, 50, 13. *Eunt agmine*. cap. 51, 10. *Agmine in Aventinum pergunt*. c. 66, 6. *Ad Corbionem agmine iere*. 5, 55, 1. *Agmine forum transirent*. 7, 12, 13. *Agmine Romam ituros*. 22, 30, 1. *Agmine incedentes ad dictatoris castra*. cap. 52, 4. *Agmine Canusium perfugissent*. et innumeris aliis locis. Verum potius, caussa mutandi Gronovio fuit, quod nihil praecedat, quo vox *processit* referatur, quodque *agmen* praeferat Thuan. Si viri docti diligentius codd. et antiquitus typis descriptos vel consuluiſſent, vel ad eorum lectiones oculos intendiſſent, quin damnandum foret *τὸ agmine*, ne dubitare quidem potuiſſent. Vidiſſent enim id unice deberi poſtremae Gruteri editioni, quum omnes priores servent *agmen*; quod mihi etiam obviam fuit in Lov. sex, Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Hearnio in Oxon. L. 1. et Crevierio in Victor. cujus fide is lectionem illam recte vindicavit. Supra 24, 20, 10. *In Tarentino demum agro pacatum incedere agmen coepit*.

Donec in agrum Coronensem ventum est] Pall. *in agrum Coroneum*. GEBHARD. *Coroneum* [Bamb.] vel *Coronaeum* etiam omnes noſtri, quod Gronov. anno 1665. recepit. Similiter etiam

Digitized by Google

verbis Boeoti ob ingratum in tantis tamque recentibus beneficiis animum erga Romanos. Inter ipsum 5
pugnae tempus decem naves regiae cum praefecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant. eo gravis vulneribus Alexander Acarnan, nuncius adversae pugnae, quum perfugisset, trepidae inde recenti terrore naves Cenaeum Euboeae petierunt. ibi

legunt priscae edd. usque ad Frob. qui anno 1535. substituerat *Coronensem*; recte, si praeeuntem cod. Mog. secutus sit; sin, alterum praefero. Utrumque enim et *Coronaeus* et *Coronensis* in usu fuit. *Coronaei* aliquoties memorantur lib. 42. et 43. *Coronenses* mox hoc ipso cap. *Κορωνεῖς* apud Polyb. in Exc. Leg. num. 63. V. Berkel. ad Steph. Byz. v. *Κορώνεια* et *Κορώνη*.

§. 3. *In templo Minervae Itoniae*] Ultimam vocem recte Moguntini ex cod. suo erutam Livio donarunt, quam cum prioribus editis ignorant etiam omnes Msti nostri, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb. qui et *Antiochi* omittit.] (* Vellem Menckenius in Miscell. Lips. Vol. 2. P. 1. p. 159. indicasset, quinam alii fuerint, qui ante me docuerunt, hanc vocem recipiendam esse.) Hujus Minervae Itoniae templum in agro Coronaeo memorat etiam Pausan. Phocic. 34. *Πρὶν δὲ ἐς Κορώνειαν ἐξ Ἀλαλκομενὸν ἀφικέσθαι, τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἐστι τὸ ἱερόν.* V. etiam in Lacon. 9. Mox *circumvectum* Voss. et Lov. 1. V. ad 36, 10, 2. Hinc *extemplo* Harl. Deinde *depopularetur* Lov. 6. V. ad 10, 12, 7. *popularentur* Lov. 2. 3. et, teste Hearnio, ed. Rom. princeps. Quod, si plurium codd. testimonio firmaretur, defendi posset ex illis, quae notantur ad 8, 38, 5.

Deinde cogitatio animum subiit] *dein* Lov. 4. et Mead. ambo. [Bamb.] V. ad 3, 3, 6. Tum *subit* Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum. Saepe ita librarii variant. V. ad 2, 49, 1. 4, 22, 2. 9, 18, 18. 27, 2, 6. 37, 4, 4. 38, 51, 6. et Cel. Burm. ad Suet. Aug. 10. Similiter etiam variarunt in aliis ejusdem verbi compositis: ut in *abit* et *abiit*. V. ad 2, 4, 2. et 26, 28, 1. in *adit* et *adiit*. V. ad 36, 42, 3. in *circumit* et *circumiit*. V. ad 40, 27, 8. in *exit* et *exiit*. V. ad 6, 37, 5. in *init* et *iniit*. V. ad 23, 2, 4. in *interit* et *interiit*. V. ad 29. 11. in *perit* et *periit*. V. ad 5, 8, 3. in *prodit* et *prodiit*. V. ad 1, 16, 5. in *redit* et *rediit*. V. ad 36, 35, 2. in *transit* et *transiit*. V. ad Epit. Liv. 103. Pari modo et in aliis verbis. ut in *audit* et *audiit*. V. ad 30, 29, 4. in *communit* et *communiit*. V. ad 29, 7, 6. in *inpedit* et *inpediit*. V. ad 1, 37, 2. in *nequit* et *nequiit*. V. ad 39, 32, 11. in *petit* et *petiit*. V. ad 37, 45, 2. et ita in aliis passim. Ex eodem fonte profluxit, quod *regis* et *reglis* commutentur. V. ad 32, 6, 6. ut et *sauci* ne *saucii*. V. ad 38, 27, 8. Mox *posita est statua* Voss. et Gaertn. Tum *indignum sese in unum* Lov. 3. V. ad 40, 26, 5. *indignum esse sese in unum* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *indignum sese esse in unum*

Digitized by Google

6 mortuus sepultusque Alexander. Tres, quae ex Asia profectae eumdem portum tenuerant, naves, audita exercitus clade, Ephesum redierunt. Isidorus ab Cenaeo Demetriadem, si forte eo deferret fu-
7 ga regem, trajecit. Per eosdem dies A. Atilius, praefectus Romanae classis, magnos regios commeatus, jam fretum, quod ad Andrum insulam est, praeter-
8 vectos, excepit: alias mersit, alias cepit naves, quae novissimae agminis erant, cursum in Asiam verterunt. Atilius Piraeeum, unde profectus erat, cum

Lov. 6. Tandem *Coronaeum agrum* Lov. 2. et Harl. [*statua* omiss. in Bamb.]

§. 5. *Ad Torontum in sinu Maliaco*] Plinius et Ptolemaeus *Tronium* in Maliaco sinu posuerunt. SABELL. *ad Corinthum* Lov. 3. et 6. *ad Thorum* Voss. *ad Torum tunc* Lov. 1. *ad Toruntum* Lov. 2. ad *Torontum* Lov. 5. *ad Thorontum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *ad Thoruntium* Gaertn. Sed Sabellicus verum vidit. Supra 35, 37, 6. *Processit Herodorus ad Thronium. Inde haud procul in Maliaco sinu* etc. ubi etiam varie corruptum hoc nomen in Mstis exstat. Mox *Alexander Acarnanum nuncius adversae pugnae* omnes scripti, et edd. vett. usque ad Frob. qui anno 1531. substituit recte *Acarnan*, quod tamen jam antea in quarumdam antiquiorum edd. margine comparuerat.

Trepidae inde recenti terrore naves Ceneum Euboeae petierunt] Graeci *Κέναιον*. Itaque diphthongus apponenda est. SIG. *recenti tremore et terrore* Voss. et Lov. 1. ac 3. *recenti terrore et tremore* Lov. 6. et Gaertn. Mox *mortuus et sepultus est* Lov. 3. [*trepide*, mox *Leneum*, post *Caeneo* Bamb.]

§. 6. *Eumdem portum tenuerant naves*] Ita Aldus ex cod. Mog. Antea edebatur *tenuerunt*, quod est in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. [Bamb.]

§. 7. *Jam fretum, quod ad Andrum insulam est*] *ideo fretum* Lov. 1. *in fretum* Lov. 6. Deinde *quod in agrum insulam est* Lov. 1. *quod magnum insulam est* Voss. *quod ad Angrum insulam est* in margine pro varia lectione; quod vidi etiam in Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. utroque, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Paullo ante Atilii praenomen *A.* deest in Lov. 1. *M. Accilius* vocatur in Lov. 6.

§. 8. *Quae novissimae agminis erant*] Vet. lib. *novissimi*. Perspicue verum. SIG. Ita et Lov. 1. 6. et Harl. [Bamb.] In edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *novissime* vel *novissimae* vulgatur; sed reliquae deinde *novissimi* substituerunt usque ad Aldum, qui *novissimae* revocavit. Sed *novissimi* iterum Crevierio fide Victor. placuit. Ego pluribus adhaereo. De ea voce v. ad 10, 29, 5. Mox *et Accilius* Lov. 6.

Digitized by Google

agmine captivarum navium revectus, magnam vim frumenti et Atheniensibus et aliis ejusdem regionis sociis divisit.

XXI. Antiochus, sub adventum consulis a Chalcide profectus, Tenum primo tenuit: inde Ephesum transmisit. Consuli Chalcidem venienti portae patuerunt, quum, adpropinquante eo, Aristoteles, praefectus regis, urbe excessisset. et ceterae urbes in Euboea sine certamine traditae, post paucosque dies, omnibus perpacatis, sine ullius noxa urbis exerci- 1 2 3

§. 1. *Sub adventum consulis a Chalcide profectus Tenedum primum tenuit: inde Ephesum*] Mirum hoc iter, si quidem non errat codex. Tu vide, num *Tenum* potius pro *Tenedo* sit legendum. Est enim inter Cycladas *Tenus* in eo itinere, quod ab Euboea Ephesum ducit. Carmine Virgiliano notior Tenedus inattentos decepit. GLAR. *Tenendum* Lov. 4. *Tenedum* Voss. Lov. 1. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] *Tenedon* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. *Teneum* Hearnii N. proxime verum. Recte enim Glareanum *Tenum* legendum docuisse, itineris ratio manifeste docet. Praeterea *sub adventu* Lov. 2. 5. Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. V. ad 2, 55, 1. *adventu* sine praepositione Lov. 1. *Chalcide* etiam, omissa praepositione, Lov. 3. Hinc *venit*, pro *tenuit*, Lov. 5.

§. 2. *Cristoteles, praefectus regis, urbe excessisset*] In vetustis codd. legitur *Aristoteles*, pro *Cristoteles*. GELEN. Scriptum habent Pall. *Tristoteles*. Vet. ed. *Christoteles*. GEBH. *Tristotiles* Voss. *Tristoteles* Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. *Tristotellus* Lov. 3. *Cristoteles* Lov. 5. et Mead. 1. *Christoteles* Harl. Gaertn. et edd. vett. Tum *urbe exisset* Voss. et Lov. 1. Eadem varietas infra obcurrit 39, 5, 6. Similiter *prodire* et *procedere* commutantur supra 1, 41, 6.

§. 3. *Paucosque per dies omnibus perpacatis*] MS. *post paucosque dies*. MOD. *paucosque dies*, omissa praepositione, Lov. 4. a m. 1. et Harl. [*paucosque per dies* Bamb.] Non displicet Mog. cod. lectio *post paucosque dies*. Livius enim encliticam *que* indifferenter nunc in initio orationis ipsi praepositioni, nunc voci proximae, quae praepositionem sequitur, subjunxit. Supra 21, 46, 3. *Profectus ad castra hostium, exque propinquo copias speculandas*. 30, 18, 2. *Proque duobus cornibus praetor ac proconsul milites hortabantur*. 31, 5, 4. *Quam rem senatus populusque Romanus de republica, deque ineundo novo bello in animo haberet*. (* 40, 57, 5.) Et contra 31, 42, 2. *Turmatim equites, in vicemque manipulos levis armaturae aquatum ire et prandere jubet*. 34, 3, 1. *Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam ea-*

Digitized by Google

tus Thermopylas reductus, multo modeſtia poſt vi-
4 ctoriam, quam ipsa victoria, laudabilior. Inde con-
ſul M. Catonem, per quem, quae geſta eſſent, sena-
tus populusque Romanus haud dubio auctore sciret,
5 Romam misit. Is a Creusa (Thespiensium emporium
eſt, in intimo sinu Corinthiaco retractum) Patras
Achajae petit: a Patris Corcyram usque Aetoliae at-
que Acarnaniae litora legit, atque ita ad Hydruntum
6 Italiae trajecit. quinto die inde pedeſtri itinere Ro-
mam ingenti cursu pervenit. ante lucem ingreſſus ur-
bem, a porta ad praetorem M. Junium iter intendit.

rum adligaverint majores nostri, per quaeque subjecerint viris. 37, 31, 7. *Rhodii inpigre praevertere, ad trajiciendasque copias consulis iere.* Haec tamen, quam altera, in Livio minus frequens. Tum *omnibus praeparatis* Lov. 5. et edd. vett. usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. *perpacatis* praetulit. Concinunt reliqui noſtri. De verbo *perpacare* v. ad 40, 34, 13. Mox *multa modestia per victoriam* Lov. 3. *multa modestia post victoriam* Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. [Mead.] 2. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Sed v. ad 1, 48, 3. Paullo ante *ceterae Euboeae urbes* Gaertn.

§. 4. *Haud dubio auctore sciret*] Malim *per quem, quae gesta essent, senatus populusque Romanus, haud dubium auctorem sciret.* J. FR. GRON. Hanc conjecturam probavit Crevier. *scirent* legit Lov. 3.

§. 5. *Atque ita ad Hydruntum Italiae trajecit*] Plutarch. Brundusium et Tarentum aït transmisisse in Cat. [pag. 344.] *Καὶ διέπλευσε μὲν ἐς Βρεντέσιον ἐυτυχῶς, μιᾷ δ' ἡμέρᾳ ἐκεῖθεν διελάσας ἐς Τάραντα, καὶ τέσσαρας ἄλλας ὁδεύσας, πεμπταῖος ἐς Ῥώμην ἀπὸ θαλάσσης ἀφίκετο.* Strabo autem l. 6, [282.] transmissiones in Italiam e Graecia tres fuiſſe tradit, Tarentum, Brundusium, et Rhegium. Plinius vero l. 3, [11.] ab Hydrunte in Graeciam transitum breviorem aït eſſe, a Brundusio vero longiorem illum quidem, sed certiorem. SIG. *Ydruntum* Lov. 6. *Idruntem* Harl. *Hydrontem* Lov. 1. et 3. *Hydruntem* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Utroque nomine vel *Hydruntum* vel *Hydrus* more Graecorum urbem a Latinis adpellatam esse, poſterioribus temporibus adspirationem etiam abjectam fuisse, docet Cluver. 4. Ital. ant. 13, 1242. Praepositionem *ad* omittit Lov. 3. Paullo ante etiam *Creusa*, omissa praepositione *a*, Lov. 5. et edd. ante Aldum. *Patris* quoque, eadem praepositione neglecta, Lov. 6. et Harl.

§. 6. *Quinto die inde pedestri itinere*] *quinta die* Lov. 6, reliquis omnibus invitis. V. ad 8, 11, 15. *pedestri itinere*, id eſt,

Digitized by Google

Is prima luce senatum vocavit. quo L. Cornelius Scipio, aliquot diebus ante a consule dimissus, quum adveniens audisset, praegressum Catonem in senatu esse, supervenit exponenti, quae gesta essent. Duo inde legati jussu senatus in concionem sunt producti: atque ibi eadem, quae in senatu, de rebus in Aetolia gestis exposuerunt. Supplicatio in triduum decreta est; et ut quadraginta hostiis majoribus praetor, quibus Diis ei videretur, sacrificaret. Per eosdem dies et M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante praetor in Hispaniam erat profectus, ovans urbem est

7 8 9 10

terrestri, ut opponatur navigationi. V. ad 37, 53, 13. Mox *ante lucem inde ingressus* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Sed vocula *inde* modo praecessit; hic vero *inde* vel *iñ* repetitum est ex initio vocis sequentis. V. ad 37, 52, 2. Inde Junii praenomen *M.* deest in Gaertn. Sed illud intercepit praecedentis vocis litera finalis. V. ad 39, 5, 11.

§. 7. *Is prima luce senatum vocavit*] Corrige ex Vossiano: *Is prima luce in senatum vocavit.* Et vide, si lubet, quae ad l. 2, 55. notamus. J. FR. GRON. *in senatum vocavit* etiam Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] Ita optimus Harl. supra legebat 2, 23, 11. *Postulare multo minaciter magis, quam suppliciter, in senatum vocarent.* V. etiam Gron. ad 23, 32, 3. Similiter *ad consilium vocare* 44, 37, 13. *Tertia demum hora, sacrificio rite perpetrato, ad consilium vocavit.* Potest tamen et vulgata lectio servari. Passim enim apud Livium obcurrit *vocare Patres, senatum.* Ita 1, 48, 1. *Qua tu audacia me vivo ausus es vocare Patres?* 5, 27, 10. *A magistratibus de re nova vocato senatu.* 26, 13, 1. *Coëgit Lesium senatum vocare.* Et ita Silius, Livii imitator, 1, 609.

Concilium vocat augustum, castaque beatos
Paupertate Patres.

Mox §. seq. *Duo deiñ legati* Lov. 3. V. ad c. 24, 10.

§. 10. *M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante praetor*] De eodem hoc Fulvio in hoc adeo libro [c. 39.] eadem dicturus est, ut non sit dubium, hic lapsum memoria Livium. GLAR.

In ulteriorem Hispaniam erat profectus] *To ulteriorem* non agnoscunt membranae [Mogunt.] MOD. Pall. et vet. ed. *praetor in Hispaniam profectus est.* GEBH. Vocem *ulteriorem* ignorant etiam omnes mei, Hearnii L. 1. et editi ante Frob. qui anno 1531. eam forte ex c. 39. infra adscivit: quam propterea expunxi. Deinde *erat profectus* Aldus ex Mog. probavit, quum antea ederetur *profectus est*, quod est in omnibus meis, et Hearnii L. 1. [Bamb.]

Digitized by Google

11 ingressus: argenti bigati prae se tulit centum triginta millia: et extra numeratum duodecim millia pondo argenti: auri pondo centum viginti septem.

1 XXII. Acilius consul ab Thermopylis Heracleam ad Aetolos praemisit, *ut tunc saltem, experti regiam vanitatem, resipiscerent; traditaque Heraclea, cogitarent de petenda ab senatu seu furoris sui, seu erroris*
2 *venia. et ceteras Graeciae civitates defecisse eo bello ab optime de se meritis Romanis: sed, quia post fugam regis, cujus fiducia officio decessissent, non addidissent pertinaciam culpae, in fidem receptas esse.*

§. 11. *Extra numeratum duodecim millia pondo argenti: auri pondo centum viginti septem*] *decem millia pondo* Lov. 5. et edd. principes. *X ducentum pondo* Lov. 6. a manu 1. *XL et ducentum pondo* a manu 2. *XCX pondo* Gaertn. *decem viginti millia pondo* Harl. et Lov. 2. *decem ducenta pondo* Lov. 3. *X et CC pondo* Lov. 1. *X̄CC pondo* Voss. Lov. 4. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. qui *extra numeratum millia pondo* in N. invenit. [X ↂ Bamb.] Pleraeque hae lectiones ex non intellecta numeri millenarii nota ↂ ortae sunt; pro qua saepe *CC* datum esse, vidimus ad 35, 35 4. Lectionem, quae nunc exstat, Aldus ex Mog. cod. adscivit. Deinde *auri centum viginti septem* Mead. 1. *auri pondo centum XVII* Voss. Male. V. ad c. 39, 2. Paullo ante *centum triginta*, vel *CXXX millia* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. omnesque edd. usque ad Gruter. cujus ultima ed. dedit *centum et triginta millia*, addita copula, quam iterum exegi.

§. 1. *Acilius consul ab Thermopylis*] *P. Acilius* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *M. Acilius* Harl. An voluit librarius *M.ᵒ Acilius*? Tum *ex Thermopylis* Gaertn. Mox *respicerent* Lov. 1. 3. et 6. a manu 1.

§. 2. *Et ceterae Graeciae civitates defecisse eo bello ab optime de se meritis Romanis*] Libri nostri *ab optime meritis Romanis*. GEBH. Ita et omnes nostri Msti, [Bamb.] et edd. usque ad Ascens. qui, incertum qua auctoritate, anno 1510. *de se* interposuit. Praeterea *et ceteras*, quoscumque vidi, scripti et typis excusi usque ad J. Fr. Gronov. qui anno 1665. sed forte operarum culpa, *et ceterae* vulgavit, quod Jac. Gronov. et Cleric. servarunt. Contra Hearnius *et ceteras* revocavit, addens in Gronoviorum edd. *ceterae* legi contra fidem Mstorum aliorumque codd. Verum Gronovianam lectionem servans Crevier. judicavit, parum interesse, utrum *ceterae Graeciae* legas, an vero malis *ceteras* cum Victor. cod. et quibusdam editis. Parum, quod ad sensum adtinet, interesse, consentio. Sed simul ratio docet, ubi sensus permittit, con-

Digitized by Google

Aetolos quoque, quamquam non secuti sint regem, 3
sed arcessierint, et duces belli, non socii, fuerint, si poenitere possint, posse et incolumes esse. Ad ea 4
quum pacati nihil responderetur, adpareretque, armis rem gerendam, et, rege superato, bellum Aetolicum integrum restare; castra ab Thermopylis ad Heracleam movit: eoque ipso die, ut situm nosceret urbis, ab omni parte equo moenia est circumvectus. Sita est Heraclea in radicibus Oetae montis: ipsa in 5
campo, arcem inminentem loco alto et undique praecipiti habet. Contemplatus omnia, quae noscenda 6

sentientibus scriptis omnibus et edd. antt. adhaerendum esse. *et ceteras civitates Graeciae defecisse* Harl. *et ceteras defecisse Graeciae civitates* Gaertn.

Cujus fiducia ab officio decessissent] Pall. uterque *cujus fiducia officio decessissent.* GEBHARD. Lege *discessissent.* De quo superius [ad 27, 10, 1.] J. FR. GRON. Scripsit ibid. Gronov. veteres dicere *decedere re*, et *de re; discedere ab re.* Si hoc sine exceptione verum est, non recte in Cic. pro Flacco cap. 12. legitur: *Cognosce, quid me consule senatus decreverit, quum quidem nihil a superioribus continuorum annorum decretis decesserit,* pro *discesserit.* Nec in Justin. 6, 3, 8. *Contendebatque, ne a rebus gestis ejus et gloriae splendore decederet,* pro *discederet;* quod et ibi e MS. adnotavit Clar. Burmann. Et in Virg. 2. Aen. 109. non *longo fessi discedere bello*, sed ex sententia Germani et Cerdae *decedere* legendum est. Quum de loco sermo est, recte dicitur *discedere de.* Cic. 4. Verr. 65. *Tum de foro, quum jam advesperasceret, discessimus.* Sed de re quoque sic Livius 32, 40. *De colloquio discessum:* nisi quis hoc quoque, tamquam de loco, dictum velit. DUK. Praepositionem *ab* non agnoscunt. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Si itaque perpetua sunt, quae Gronov. d. l. notavit, non cum ipso *ab officio discessissent*, sed potius cum tanta Mstorum turba *officio decessissent* legendum putavi.

§. 3. *Quamquam non secuti sint regem, sed arcessierint*] Vet. ed. *sed arcessissent.* GEBH. *arcessissent* Lov. 5. et edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *arcessierint* substituit, concinentibus reliquis meis, nisi quod *sunt* et *arcessierunt*, ac mox *fuerunt* sit in Lov. 3. et Gaertn. V. ad 2, 4. 7. Mox *duces belli, et non socii* Lov. 2. et Harl. [*accersierint duces* Bamb.]

Si poenitere possint, posse et incolumes esse] *si poenitere possit* Lov. 2. et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, Venetae variae, ac reliquae usque ad Moguntinos, qui *possint*, quod fuerat in edd. principibus, revocarunt. Et

Digitized by Google

erant, quatuor simul locis adgredi urbem constituit.
7 a flumine Asopo, qua et gymnasium est, L. Valerium operibus atque obpugnationi praeposuit: arcem extra

ita reliqui? quos consului, codd. De hoc genere loquendi, in quo insolentior constructio illis, qui mutarunt, displicuisse videtur, agunt Sanctius 3. Minerv. 1. p. 263. ubi vide etiam Perizon. et Vossius 5. Gramm. 42. Deinde quatuor posteriores voces perperam desunt in Lov. 1. 6. et Voss. *posse et in coloniis esse* ridiculo errore Mead. 2.

§. 4. *Quum pacati nihil responderetur, adpareretque, armis rem gerendam*] *quum pacate nihil responderetur* Lov. 1. *quum pacati animi nihil resp.* Gaertn. Tum *adpareretque rem gerendam* Voss. *adpareretque armis rem gerendam esse* Gaertner. Mox *restare* exsulat a Voss. qui etiam *notaret* legit, pro *nosceret*. Similiter librarii variarunt supra ad 30, 24, 4. Hino *equo* non adparet in Lov. 3. [*bello Aetolicum* Bamb.]

§. 7. *A flumine Asoro*] Ita fere habent libri. Sed ex Herodoti lib. 7, [CXCIX.] ubi de Thermopylis, *Asopus* dicitur, non *Asorus*. Meminit et Strabo lib. 9, [428.] GLAR. Ex Strabone, Herodoto, Sequestre *Asopo* legendum est. SIG. *A flumine Asero* Gaertn. *a flumine Asorro* Lov. 3. *a flumine Asore* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. *a flumine Asoro* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii N. [Bamb.] cujus ejusdem L. 1. proxime verum *Asupo* legit. Recte viri docti *Asopo* restituerunt. Saepe librarios literas *P.* et *R.* confudisse, vidimus ad 23, 1, 6.

Arcem extra muros, quae frequentius prope, quam urbs, habitabatur, T. Sempronio] T. Sempronius in hujus urbis oppugnatione jussus a consule intentos tenere milites, dum aliae tres pugnarent acies, signumque exspectare: quo dato ab sua parte primus oppidum cepit. Si igitur ab arce oppugnabat, eam haud dubie cepit. Quo igitur pacto Aetoli postea in arcem confugere poterant? nisi quis dicat, aut locos inter ea mutatos, aut duas ejus oppidi fuisse arces, aut aliud quippe pro *arce* legendum, ut *suburbium* etc. quod equidem puto. Et in hac descriptione mentio est Asopi fluminis, et duorum amnium; quorum alterum in *sinum Maliacum* mutarunt quidam, cum haec urbs longe ab eo sinu distet. Quare diligentius hic locus inspiciendus in vetustis exemplaribus. GLAR. Haec ita concepta sunt in Pall. *praeposuit. Frequentius prope, quam in urbe, habitabatur. T. Sempronio Longo obpugnandam dedit et regionem Mellea quoque aditum haud facilem pars habet.* GEBH. Recte censet Glareanus, haec pugnare cum iis, quae traduntur cap. 24. Sciendum haec quatuor verba [*arcem extra muros quae*] uni codici Mog. deberi: nam nec in scriptis, quibus usi sumus, nec in antiquitus editis leguntur: est autem in iisdem *in urbe*. Levi ergo mutatione sic restituenda videntur: *partem, qua extra muros frequentius prope, quam in urbe, habitabatur*. J. FR. GRON. In hac emendatione ille scrupulus re-

Digitized by Google

tra muros, quae frequentius prope, quam urbs, habitabatur, Ti. Sempronio Longo obpugnandam dedit: a sinu Maliaco, quae aditum haud facilem pars 8
habebat, M. Baebium; ab altero amniculo, quem

linquitur, quod in ea pars, quae Sempronio oppugnanda data fuit, *extra muros* fuisse dicitur, quam et ipsam tamen muros habuisse e cap. 24. liquet; quae inter se videntur pugnare. Sed fortassis, quemadmodum Syracusae, sic etiam Heraclea, e pluribus partibus, quae singulae instar urbium, et suo quaeque muro cinctae erant, constabat: ut adeo pars illa, quam Sempronius oppugnabat, *extra muros* aliarum partium fuerit. DUK. Quatuor illa vocabula *arcem extra muros*, *quae* desunt etiam in omnibus membranis nostris, [Bamb.] quae etiam legunt *in urbe*, pro *urbs*. [Bamb.] Eamdem utrobique scripturae diversitatem in suis invenit Hearnius. Gronovii conjecturam laudat Crevier. et ulterius firmat ex verbis Livii c. 24. *Pars una, in qua aedificia extra urbem erant* etc. Clericus certissimam hanc Gronovii, ut vocat, emendationem *partem*, *quae extra muros*, pro *arcem extra muros*, *quae*, non tantum laudat, verum et in contextum recepit. Sed recte *partem*, pro *arcem*, Gronovium reposuisse existimo: solent autem et alibi hae voces commutari a scribis. V. ad 38, 48, 5. In reliquis scriptura Moguntini servari, ac legi posset *partem extra muros, quae frequentius prope, quam urbs, habitabatur*, si verum est, quod Cl. Dukerus conjecit. Malim tamen et hic Gronov. sequi, et intelligere, Ti. Sempronium obpugnare jussum esse non partem, quae erat extra muros, sed potius ipsam urbem ea parte, qua frequentius prope, quam in urbe, habitabatur, sive ea parte, qua erat frequentissimum suburbium. Conjecturam tamen in contextum recipi, temerarium putavi.

§. 8. *Ad regionem a Malea, quae aditum haud facilem*] Moguntinus et Spirensis codices aliter habent, hoc modo: *a sinu Maliaco, quae aditum* etc. GELEN. *et regionem Mella quoque aditum* Lov. 1. cui consentiunt Voss. et Gaertn. [Bamb.] praeterquam quod ille *regione*, hic *Mellaque* legant. *et regionem Malea quoque* Lov. 3. et Harl. nec aliter Lov. 2. nisi quod *quaeque* praeferat. In eo tantum ab illis dissentiunt Lov. 4. et Harl. ambo, quod ostentent *Mellea. regionem Meleram quae* Lov. 6. *regionem a Malea quaeque* Lov. 5. et ed. Camp. Neque aliter ferme reliquae aetate proximae, nisi quod quaedam *et regionem*. Frob. demum 1531. *ad regionem*. dedit; qui contra anno 1535. Gelenii emendationem in contextum recepit. Eamdem servarunt reliqui editores usque ad Gronov. qui anno 1665. praepositionem *a* omisit: ea etiam omissa locum laudat Cellar. 2. Geogr. ant. 13. p. 684. inde efficere conatus, Heracleam prope sinum Maliacum sitam fuisse. Sed recte praepositionem restituit Hearnius. Glareanus, cui Gelenii emendatio ideo displicuit, quia Heraclea longius a sinu Maliaco distabat, ut testatur ad verba praecedentia, cogitare debuisset, *a sinu Maliaco* idem notare, atque ab ea parte, qua urbs sinum Maliacum respicit, ei obvertitur.

Digitized by Google

Melana vocant, adversus Dianae templum, Ap. Clau-
9 dium obposuit. Horum magno certamine intra pau-
cos dies turres, arietesque, et alius omnis ad-
10 paratus obpugnandarum urbium perficitur. Et
quum ager Heracleensis, palufter omnis frequens-
que proceris arboribus, benigne ad omne genus
11 operum materiam suppeditabat: tum, quia refu-
gerant intra moenia Aetoli, deserta, quae in vesti-
bulo urbis erant, tecta in varios usus non tigna mo-

Ab altero amnis latere, quem Melana vocant] Codd. habent *ab altero amniculo*, non *amnis latere*. GELEN. Ante haec verba distinguendum est, ut Appium Claudium, non M. Baebium, ab hoc latere pugnasse intelligamus. Caeterum, quod quidam pro *amniculo* emendarunt *amnis latere*, non placet. Nam Melana flumen ab vetere Trachine quinque distat stadiis, ipsa ab Heraclea sex, authore Strabone lib. 9, [428.] GLAR. *ab altero amnis latere* Aldus ex Mog. cod. ediderat; quod ante Glareanum Frob. anno 1535. sprevit, revocata veteri lectione. *ab altero angulo* est in Lov. 6. et Gaertn. [Bamb.] Deinde *quem Maleria vocant* Voss. *quod Melia vocant* Lov. 6. *quem Malena vocant* Lov. 1. *quem Melena vocant* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. usque ad Moguntinos, qui *Melana* recte ex cod. suo ediderunt. Graecis enim dicitur *Μέλας*. [*M. Baebio* Bamb.]

§. 9. *Turres, arietesque, et alius omnis adparatus obpugnandarum urbium perficitur*] Pall. *et alius omnis apparatus oppugnendarum urbium perficitur*. GEBH. *arietes, et alii omnes apparatus* etc. *perficiantur* Harl. *et alii omnes apparatus* etiam Mead. 1. *arietes et alius omnes apparatus* Lov. 2. *et omnis alius apparatus* Lov. 6. *et alius apparatus omnis* Gaertn. Tum *opprimendarum urbium* Lov. 4.

§. 10. *Et quum ager Heracleensis*] Pal. prior *Tum quia ager*. alter *Ut cum ager*. GEBH. *Tum quia ager* Mead. 2. *Cumque ager* Harl. *Ut cum ager* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Gaertn. [Bamb.] *Ut tum ager* Lov. 6. et edd. Rom. 1472. Parm. aliaeque posteriores usque ad Moguntinos, qui dederunt *Et tum ager*. Aldus demum ex cod. Mog. *Et quum ager*. V. ad 6, 23, 3.

§. 11. *Desertaque in vestibulo urbis erant tecta*] Verbum substantivum cum particula deleo, scriboque: *tum, quia refugerant intra moenia Aetoli, deserta in vestibulo urbis tecta in varios usus non tigna modo et tabulas, sed laterem quoque et caementa et saxa variae magnitudinis praebebant*. Aut mitius: *deserta, quae in vestibulo urbis erant, tecta in varios*. J. FR. GRON. Recte Crevier. posteriorem Gronovii emendationem, quae tantum *desertaque* mutat in *deserta quae*, recepit, addens scriptos, nisi vetustiores, quales paucos hujus Livii partis habemus, non uti diphthongis,

Digitized by Google

do et tabulas, sed laterem quoque, et caementa, et saxa variae magnitudinis, praebebant.

XXIII. Et Romani quidem operibus magis, quam 1
armis, urbem obpugnabant: Aetoli contra armis se
tuebantur. nam, quum ariete quaterentur muri, non 2
laqueis, ut solet, exceptos declinabant ictus; sed
armati frequentes, quidam ignes etiam, quos agge-
ribus injicerent, ferebant. fornices quoque in muro 3
erant apti ad excurrendum: et ipsi, quum pro di-

ut in iis *quae* et *que* prorsus idem sit. [*q; in v.* Bamb.] Paullo ante *fugerant*, pro *refugerant*, Voss. Lov. 1. et 6. *nunc quia refugerant* cod. Mog. Hinc in sequentibus *magnitudinis variae* Voss. Lov. 3. et Gaertn.

§. 1. *Aetoli contra armis se tuebantur*] Ex illis, quae l. 22, 60. notavimus, suspicor Livio fuisse: *Aetoli contra armis magis, quam moenibus, se tuebantur. nam quum ariete quaterentur muri, non laqueis, ut solet, exceptos declinabant ictus, sed armati frequentes erumpebant; quidam ignes etiam, quos aggeribus injicerent, ferebant.* Sic libro seq. in oppugnatione Amphissae, c. 5. J. FR. GRON.

§. 2. *Non jaculis solum, ut solet, exceptos*] Codd. habent, *non laqueis, ut solent.* GELEN. Pro *laqueis*, quidam emendarunt *jaculis*, ex quibus verbis nullus est sensus, quare mutandum non erat. Considerandum etiam lectori, quomodo intelligendi *fornices in muro ad excurrendum apti:* nam ea res difficultatem adfert legenti. GLAR. Vitruvius lib. 4, 23. *Alii laqueis captos arietes per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, et cum ipsis testudinibus evertunt.* SIG. Voss. *ut solent.* J. FR. GRON. V. Lipsium 5. Poliorc. 8. et Casaub. ad Aeneam Tactic. c. 32. De ignibus in aggeres conjectis Lipsium ibid. dial. 6. DUK. Prisca edd. lectio est *non laqueis, ut solet.* Ascens. deinde anno 1513. *non laqueis solum, ut solet* substituit. Quum deinde Moguntini se in cod. suo invenisse *non, ut solent, jaculis* notassent, Aldus deinde *non jaculis solum, ut solet* edidit; quod obtinuit usque ad Frob. qui anno 1535. Gelenii lectionem recepit, nisi quod *solet* servarit. *non laqueis, ut solent*, legunt ex meis Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *non laqueis, ut solet* pauci reliqui. *Jaculorum* mentionem hic inportunam esse, recte viri docti monuerunt, et optime alterum *laqueis* vindicarunt, quod firmat locus Vegetii, quem perperam sub Vitruvii nomine hic laudat Sigonius, ubi videndus est Stewech. Si quis *ut solent*, quod etiam Crev. in cod. Vict. invenit, et exponit, ii nempe, qui obpugnantur, malit, non adversabor: est tamen et alterum haud temere spernendum. V. ad 6, 34, 5. Similiter *ut adsolet* 34, 44, 2. *Ludosque magnos tanta pecunia, quanta adsoleret, faciendos.* 37, 14, 5.

Digitized by Google

rûtis reficerent muros, crebriores eos, ut pluribus
4 erumperetur in hostem locis, faciebant. Hoc primis
diebus, dum integrae vires erant, et frequentes et
inpigre fecerunt: in dies deinde, pauciores et se-
5 gnius. Etenim, quum multis urguerentur rebus, nul-
la eos res aeque, ac vigiliae conficiebant; Roma-
nis in magna copia militum succedentibus aliis in

Sacrificio, ut adsolet, rite facto, Aemilius concilium advocavit. Forte tamen ordo vocum, qui est in cod. Mog. *non, ut solet*, vel *solent, laqueis* probandus est. Mox *frequentes erumpebant, quidam* etc. ut Gronov. ad §. praecedentem conjecit, etiam Crevier. legendum censuit.

§. 3. *Fornices quoque in muro erant apti ad excurrendum*] *aperti* Harl. V. ad 31, 22, 8. An vero per *fornices in muro* intelligendi sunt arcuati exitus per murum, per quos in hostem erumperetur? fornices in muro Cassandreae memorantur infra 44, 11. Paullo post *diruptis*, pro *dirutis*, Lov. 1. 3. et 6. V. ad 9, 45, 17. Hinc *in hostis*, vel *in hostes*, Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *in hostem* ex cod. Mog. admisit, consentientibus reliquis, quos adhibui, codicibus. V. ad 5, 50, 2.

§. 4. *Et frequentes et vim inpigre fecerunt*] Duae voculae *et vim* absunt a libris omnibus nostris. GEBH. Lectio haec, vel potius *et impigre vim fecerunt*, in quibusdam prioribus Gruteri edd. obcurrit, sed, ut videtur, operarum errore. Vox enim *vim* in nullo meorum codd. obvia est, eamdemque Gruterus in ed. postrema omisit. Verum insuper *et frequentes inpigre fecerunt* praeferunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. at *frequentes et inpigre fecerunt*, copula priori loco omissa, Harl. Sed vide ad 2, 44, 3. Praeterea solet Livius alibi adjectivum et adverbium hoc modo jungere. Supra 21, 8, 9. *Quo acrius et conferti magis utrimque pugnabant.* 27, 12, 15. *Dum alii trepidi cedunt, alii segniter subeunt.* ubi perperam Rhenanus malebat *trepide.* Mox. hoc cap. *In dies deinde pauciores et segnius.* V. ad 8, 19, 2. Mox *in dies inde* Lov. 2. et Harl. Verum vel aurium judicio vulgatum praeferendum.

§. 5. *Eosdem dies noctesque assiduo labore urente*] Vet. lib. *urgente.* SIG. Pall. uterque, et vet. ed. *assiduo labore urente.* quod praetulerim vulgato a Sigonio inserto. Caeterum et τὸ *noctesque* non comparet in Pal. posteriore. GEBH. Ita [*urgente*] ab Sigonii libro. sed nostri cum editis olim: *assiduo labore urente.* Quod quidem facile fero et retineo. Noster 27, [29, 9.] *Quos et Machanidas tyrannus Lacedaemoniorum finitimo bello urebat.* Eodem libro [c. 39, 9.] *Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur.* 32, [21, 27.] *Tanquam non intestino et haerente in ipsis visceribus uramur bello.* J. FR. GRON. *urere* et *urgere* saepe permutari, multi observarunt. Hic sine dubio sequendi sunt

Digitized by Google

stationem aliorum, Aetolos propter paucitatem eosdem dies noctesque assiduo labore urente. Per 6
quatuor et viginti dies, ita ut nullum tempus vacuum dimicatione esset, adversus quatuor e partibus simul obpugnantem hostem nocturnus diurno continuatus labor est. Quum fatigatos jam Aetolos sci- 7
ret consul et ex ratione temporis, et quod ita trans-

MSS. Nec tamen minus Latine dicas *urgente*. 6, 3, 3. *Confectaque paucitas oppidanorum opere, vigiliis, vulneribus, quae semper eosdem urgebant*. Ovid. 4. Met. 35.

Aut haerent telae, famulasque laboribus urgent.

DUK. Veteri libro Sigonii adsentiuntur Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Contra cum Mstis Gronovii, antt. editionum lectionem *urente* tuentibus, faciunt reliqui octo mei, et Hearnii N. ac D. at ejusdem L. 1. pro eo exhibet *vincente*. Ego Gronovio adhaereo, partim quia id volunt tot numero plures codd. partim quia *urguere* modo praecessit; licet tamen exempla, quibus Gronov. sententiam probare conatus est, non satis commoda videantur, quia locutio *urere bello* in illis obvia proprie de incendiis tempore belli excitatis accipi potest; quum hic talia adferenda forent, unde evincebatur, *urere* sensu translato de illis usurpari, quae molesta accidebant; de qua locutione vide Cl. Duker. ad Flori 2, 6, 2. Solent autem verba *urere* et *urguere*, vel *urgere* a librariis confundi. Praeter Duker. d. l. vide etiam, quae notantur ad 27, 29, 9. Praeterea *dies, noctes*, omissa copula, Voss. et Lov. Ita 42, 54, 3. *Oppidanos diem, noctem eosdem tuentes moenia, non vulnera modo, sed etiam vigiliae et continens labor conficiebat*. V. etiam Cort. ad Sall. Jug. 23, 1. Plerique tamen codd. vulgatum defendentes efficiunt, ut id praeferendum ducam. Paullo ante *atque vigiliae* Voss. et Gaertn. Tum *in stationes* Lov. 6.

§. 6. *Adversus quatuor e Patribus simul obpugnantem hostem*] Legendum *quatuor e partibus*. GERH. Per errorem operarum *Patribus*, pro *partibus*, legebatur in ultima ed. Gruteri; quod perperam servavit ed. Blavii. *quatuor partibus simul* sine praepositione Voss. *quatuor simul partibus* Lov. 6. *e quatuor partibus simul* Lov. 3. *quatuor ex partibus obpugnantem* Lov. 2.

§. 7. *Quum fatigatos jam Aetolos sciret*] MS. *Et cum fatigatos jam Aetolos sciret*. MOD. Copula *Et*, quam in cod. Mog. esse Modius monuit, in nullo meorum exstat. Insuper praecedens *est* non agnoscit Harl.

Sciret consul et exspectatione temporis et quod ita transfugae] *ex ratione temporis* depravatum erat in *exspectatione temporis*. GELEN. Non minus temere hoc loco iidem *ex ratione* fecerunt *exspectatione*. GLAR. Haec Glareani nota subjungitur illi, qua in initio hujus cap. §. 2. reprehendit eos, qui *jaculis*, pro *laqueis*, in contextum Livii

Digitized by Google

8 fugae adfirmabant, tale consilium iniit. media nocte receptui signum dedit, et ab obpugnatione simul omnes milites deductos usque ad tertiam diei ho-
9 ram quietos in castris tenuit. inde coepta obpugnatio ad mediam rursus noctem perducta est: inter-
10 missa deinde usque ad tertiam diei horam. Fatigationem rati caussam esse Aetoli non continuandae obpugnationis, quae et ipsos adfecerat, ubi Romanis datum receptui signum esset, velut ipsi quoque hoc revocati, pro se quisque ex stationibus decedebant: nec ante tertiam diei horam armati in muris adparebant.

receperunt. Quod quum Aldum fecisse ibidem dictum sit, hic nunc per vocem *iidem* ipsum ejus etiam erroris reum agit, quod *exspectatione* pro *ex ratione* dederit. Verum ita non modo praeferunt omnes, quos vidi, edd. priores, sed etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. corruptius adhuc *sciret consul exspectationem temporis* Lov. 3. [*sciret et exspectatio* Bamb.] Gelenius verum revocavit. Tum τὸ *quod* etiam perperam exsulat a Voss. Mox *consilium init* Lov. sex, Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. V. ad 23, 2, 4.

§. 8. *Quietos in castris tenuit*] *equites in castris tenuit* Voss. et Lov. 4. Ultima vox abest a Mead. 2. Mox §. seq. *producta est* Lov. 3. et 6. V. ad 38, 50, 1. [*perductae sunt* Bamb.]

§. 10. *Velut ipsi quoque hoc revocati, pro se quisque ex stationibus decedebant*] Pall. *velut ipsi hoc revocati.* GEBH. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. et Mead. 2. *velut ipsi hujus revocati* Lov. 3. *velut ipsi haec revocati* Lov. 4. *velut ipsi revocati* Gaertn. [*spe hac* pro *ipsi quoque hoc* Bamb.] Tum *ex statione quisque decedebat* Gaertn. *quisque ex statione decedebant* codd. reliqui, et omnes edd. usque ad Aldum, qui fide cod. Mog. *ex stationibus* adoptavit. Paullo ante *caussam esse rati* Lov. 3. *rati esse caussam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Tum *quae inter ipsos defecerat* nullo sensu Voss. et Gaertn. *quae in ipsos defecerat* Lov. 1. et 6. *quae et ipsos addeffecerat* Lov. 4. Tandem *signum receptui datum esset* Lov. 6. *datum est signum receptui* Gaertn.

§. 2. *Ab una Ti. Sempronium tenere intentos milites, signumque exspectare jussit*] Pall. *signumque exspectantes jussit.* Quibus secundas fert antiqua ed. GEBH. *una Sempronium*, praepositione et praenomine omissis, omnes Msti nostri, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. principes. *ab una Sempronium* vul-

Digitized by Google

XXIV. Consul, quum nocte media intermisisset 1
obpugnationem, quarta vigilia rursus ab tribus par-
tibus summa vi adgressus, ab una Ti. Sempronium 2
tenere intentos milites signumque exspectantes jus-
sit, ad ea in nocturno tumultu, unde clamor exaudi-
retur, haud dubie ratus hostes concursuros. Aetoli 3
pars sopiti adfecta labore ac vigiliis corpora ex som-
no moliebantur: pars vigilantes adhuc ad strepi-
tum pugnantium in tenebris currunt. Hostes par- 4
tim per ruinas jacentis muri transcendere conan-
tur: partim scalis adscensus tentant. adversus quos
undique ad opem ferendam obcurrunt Aetoli.

garunt Moguntini, quum in cod. suo reperissent *ab una Ti. Sempronius*, quod Aldus recepit, et proximi servarunt usque ad Sigonium, qui *Ti. Sempronius* recte substituit. Deinde *signumque exspectantes* omnes iterum codd. et editi usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo emendarunt *exspectare*. Sed alteram lectionem *exspectantes* se ex scriptis et edd. Andreanis revocasse Gronov. in pr. ed. notarum testatur. Paullo ante §. 1. *aggressurus* edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et nonnullae aliae. Sed et scripti, et edd. principes in vulgatum *aggressus* conspirant, quod iterum Ven. 1498. restituit.

Ratus hostes concursuros] *occursuros* Gaertn. V. mox ad §. 4. Paullo ante *ad eam nocturno tumultu* Lov. 2. 3. et 6. *ad eam in nocturno tumultu* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 3. *Pars vigilantes ad hunc strepitum pugnantium in tenebris currunt*] Vetus lectio aliquanto melior, nempe haec: *pars vigilantes adhuc ad strepitum pugnantium in tenebris currunt*. GELEN. *vigilantes ad hunc strepitum* Hearnii L. 1. omnesque nostri, [Bamb.] nisi quod Harl. nonnihil Gelenii emendationi favens, *vigilantes adhuc strepitum* legat.

§. 4. *Partim per ruinas jacentis muri transcendere conantur*] Edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et hinc plures aliae dederunt *partim per ruinas jacentis muri transcendere muros conantur*, invitis omnibus Mstis; cujus lectionis auctor ferre non potuisse videtur, *transcendere* absolute sine casu poni, quod tamen in Livio saepius obcurrit. V. ad 3, 8, 4. et 5, 34, 8. Mox *adscensus tentabant* Harl.

Ad opem ferendam concurrunt Aetoli] Libri omnes nostri *occurrunt Aetoli*. GEBH. Libri calamo exarati editique ante Mog. *occurrunt*. Placet utique. 21, [61, 1.] *Asdrubal cum octo millibus peditum, mille equitum, tanquam ad primum adventum Romanorum occursurus*. 37, [32,

Digitized by Google

5 Pars una, in qua aedificia extra urbem erant, neque defenditur, neque obpugnatur: sed, qui obpugnarent, intenti signum exspectabant; defensor ne-
6 mo aderat. Jam dilucescebat, quum signum consul

2.] *Quatere muros turresque coepit, deinde quum eo multitudo occurreret ad defendendum.* 38, [8, 2.] *Nec Aetolos simul ad tria diversa bella occursantes sufficere.* Auctor de Bello Afric. [68.] *Animadvertit copias hostium iis legionibus occurrere suppetias.* Et iterum [cap. 78.] *Caesar alteram alam mittit, quae satagentibus celeriter occurrerent.* J. FR. GRON. *accurrunt* etiam omnes Hearnii Oxonn. et mei, nisi quod *occurrerunt* sit in Voss. et Lov. 1. *occurrere* autem eo sensu inlustrarunt Gronov. ad 23, 24, 3. (ubi etiam alia notavi) Cel. Burm. ad Vell. Pat. 2, 61. Torren. ad Val. Max. 1, 7. ext. 10. et idem ac Vorst. ad Val. Max. 4, 4, 7. Forte etiam hoc verbum ex fide cod. Put. restituendum est Silio 14, 404. *Dumque ad opem occurrit, ceu capta, navita, puppe.* ubi vulgo *accurrit* circumfertur. Similiter autem *occurrere* et *concurrere*, *occursus* et *concursus* saepissime in Mstis commutantur. V. ad 4, 50, 4. 5, 37, 7. 8, 18, 15. 21, 57, 12. c. 61, 1. 22, 19, 4. c. 47, 2. cap. 49, 2. 24, 15, 7. 32, 30, 11. hoc ipso c. §. 2. 37, 50, 6. 38, 3, 5. c. 25, 15. Pari modo *occursatio* et *concursatio.* V. ad 35, 49, 9. *omittere* et *committere.* V. ad 10, 19, 11. *occidere* et *concidere.* V. ad 23, 24, 7. Utra tamen lectio verior sit, incertus ferme haereo. Pro illa, quam Gronovius probavit, praeter elegantiorem et minus notum vocis *obcurrere* usum, ac plurium codd. turbam in praecedentibus memoratam, id etiam facere videtur, quod *concursuros* modo praecesserit. Contra pro altera adferri potest primo integerrimi cod. auctoritas, unde fit, ut, si duae in Mstis lectiones extent, quae utraeque commode ferri queant, eam praeferendam existimem, pro qua stat Mogunt. codex. Deinde origo, unde varians haec lectio nata sit. Nimirum caussa ejus est similitudo ductuum inter *occurrunt* vel *ocurrunt*, ut saepe exaratur, et *ocurrunt*, id est *concurrunt*. Jam vero si exaratum fuisset *occurrunt* vel *ocurrunt*, non facile inde librarii formassent *ocurrunt*; contra vero, quod librarii compendiariae scripturae notam non adsequerentur, sponte ex *ocurrunt* dedissent *occurrunt*. Id certe multo frequentius, quam contra, accidisse, variantis scripturae exempla modo laudata respicienti patebit. Mihi itaque *concurrunt* magis placeret; rem tamen arbitrio lectoris relinquo.

§. 5. *Pars una, qua progressi erant, neque defenditur, neque obpugnatur*] Longe aliter in nostris exemplaribus legitur, hoc modo: *pars una, in qua aedificia extra urbem erant*, etc. GELEN. Non obscurum est, qua de parte loquatur, nempe de ea, ubi Sempronius erat. Caeterum illud *qua progressi* vexat lectorem. Quidam pro eo legunt, *in qua aedificia extra urbem*: cum antea de *arce* loqueretur, nunc de *semirutis*, nullo adjecto substantivo. Et *neque defenditur, neque obpugnatur* dixisse videtur, pro ubi quies erat, quanquam non diu duratura. Mihi

Digitized by Google

dedit: et sine ullo certamine partim per semiruta, partim scalis integros muros transcendere. Simul clamor, index capti oppidi, est exauditus, undique Aetoli, desertis stationibus, in arcem fugiunt.

locus suspectus est. lector ex verborum contextu judicet. GLAREAN. Quamvis omnes nostri priscam, quae olim obtinuit, lectionem tueantur, nisi quod una voce auctior Lov. 6. *qua progressi erant Romani* legat, [*in qua progressi erant* Bamb.] recte tamen Gelenius Mog. cod. lectionem probavit, et Frobenio auctor fuit, ut eam anno 1535. adoptaret. Evanescit autem difficultas, quam ei movere conatus est Glareanus, si antea cap. 22, 7. et hoc c. §. 6. Gronovii emendationes admittamus. Si quid tamen mutandum, legam *Pars una, qua aedificia extra urbem erant:* quod et Crevierio placuisse, haud invitus video.

§. 6. *Partim per erutos, partim scalis per integros muros transcendere*] Est in nostris *partim per semiruta, partim scalis integros muros transcendere.* GELEN. Longobardicus codex *partim per erutos, partim scalis per integros muros transcendere.* Male quidem, sed de quo cuicuimodi esset, silendum non putavi. MOD. Ab Gelenio est. Nam quum tria priora verba vulgo abessent, Moguntiaci, teste quoque Modio, repertum: *partim per erutos, partim:* ut exinde ipsi, Aldus, Juntas, Frobenius ediderunt. Saveterius: *partim per erutos scalis, partim scalis per integros.* Scribe: *et sine ullo certamine partim prorutos, partim scalis integros muros transcendere.* Qui proruti erant, ad eos scalis nullis erat opus. J. FR. GRON. Quemadmodum tria priora vocabula non adparent in prioribus edd. ita etiam desunt in omnibus scriptis, quibus vel Hearnius, vel ego usi sumus, [et in Bamb.] librariorum neglegentia omissa propter repetitionem *τοῦ partim.* V. ad 10, 11, 11. Videntur igitur deberi uni Msto Mog. ex quo primum editores Moguntini, postea Gelenius, sed emendatius, protulerunt. Quamvis autem *prorutos*, quod Gronov. conjicit, haud alienum videri possit, de quo vide, quae notantur ad 4, 29, 3. malo tamen per omnia cod. Mog. scripturam, a Gelenio propositam, probare. Duae adversus eam lectionem difficultates moveri possunt; alteram jam movit etiam Glareanus ad verba praecedentia; Livium nempe, qui cap. 22. *arcis* meminit, nunc memorare *semiruta*, nullo adjecto substantivo. Verum partim pro *arcem* cap. 22. legendum esse *partem* eo loco vidimus: partim *semiruta* non ad *arcem* vel *partem* referendum, sed per eam vocem intelligendus murus semirutus, sive, ut supra hoc cap. vocat, *ruinae jacentis muri*; priori enim oppugnatione murum aeque illa parte, qua Ti. Sempronius urbem adgrediebatur, quam tribus reliquis, labefactatum ac disjectum fuisse verisimile est. Neque hoc Glareanum morari potuisset, nisi nodum in scirpo quaesisset. Altera difficultas est, quod *transcendere* in una hac periodo dupliciter construatur, *transcendere per semiruta*, et *transcendere muros*; quo permotus fuisse videtur Gronov. ut pro *per semiruta* legat *prorutos*. Ve-

Digitized by Google

7 Oppidum victores permissu consulis diripunt; non tam ab ira, nec ab odio, quam ut miles, coërcitus in tot receptis ex potestate hostium urbibus, aliquo 8 tandem locò fructum victoriae sentiret. Revocatos inde a medio ferme die milites quum in duas divisisset partes, unam radicibus montium circumduci ad rupem jussit, quae, fastigio altitudinis par, media 9 valle velut abrupta ab arce erat; sed adeo prope geminata cacumina eorum montium sunt, ut ex vertice altero conjici tela in arcem possint: cum dimidia parte militum consul, ab urbe escensurus in arcem,

rum, id Livio familiare fuisse, infra videbimus ad 38, 39, 10. Est autem Livio familiaris vox *semirutus*. Ita *semiruta urbs* 5, 49, 4. et 31, 24, 3. *semiruta tecta* 10, 4, 7. *semiruta patria* 26, 32, 4. *semirutus murus* 31, 26, 8. *et* 32, 17, 10.

Simul clamor, index capti oppidi, est exauditus] *Simul clamor inde ex capto oppido est exauditus* libri Pall. MSS. et vet. ed. praeferunt. GEBH. Pariter legunt Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Corruptius *clamor inde exspectato oppido* Voss. et Lov. 1. Vulgata est sanissima. Eleganter *clamor* per adpositionem *index capti oppidi* vocatur. Ita supra 1, 19, 2. *Janum ad infimum Argiletum, indicem pacis bellique, fecit.* 7, 37, 3. *Omniaque ex ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur.* 38, 7, 7. *Cumulus repente terrae eminens, index operis oppidanis fuit.* Praeterea *Simul ut clamor* Lov. 2. *Postquam clamor* Harl. Sed v. ad 6, 1, 6. Mox *in arcem profugiunt* Lov. 6. *in arcem refugiunt* edd. Basil. anni 1554. et Sigonianae, reliquis omnibus invitis.

§. 7. *In tot receptis ex potestate hostium urbibus*] Voces *ex potestate* primus Aldus ex cod. Mog. in contextum admisit. Exsulant non modo a prioribus editis, sed etiam ab omnibus Mstis meis, [Bamb.] Hearnii Oxonn. et Victor. Crevierii, qui ut inelegans additamentum iterum resecuit. Quid? si legas *ereptis ex potestate hostium urbibus.* Certe simili fere modo *eripere* et *accipere* commutantur 5, 50, 6.

§. 8. *Media valle velut abrupta ab arce erat*] Libri omnes nostri *velut obruta.* Vitiose. GEBH. Similiter Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, et edd. antt. usque ad Ascens. qui anno 1513. vulgatum recepit. *velut abrupta arce erat* Voss. *velut abrupta erat ab arce* cod. Mog. Insuper *media vallis* Voss. Paullo ante *quae fastigio altitudinis pars* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. frequentissimo scribarum lapsu. V. ad 8, 5, 7. 22, 35, 4. Nic. Heins. ad Ovid. 20. Her.

Digitized by Google

signum ab iis, qui ab tergo in rupem evasuri erant, exspectabat. Non tulere, qui in arce erant, Aetoli 10
primum eorum, qui rupem ceperant, clamorem, deinde inpetum ab urbe Romanorum, et fractis jam animis, et nulla ibi praeparata re ad obsidionem diutius tolerandam: utpote congregatis feminis, pue- 11
risque, et inbelli alia turba in arcem, quae vix capere, nedum tueri, multitudinem tantam posset. itaque, ad primum inpetum abjectis armis, dediderunt sese. Traditus inter ceteros princeps Aetolo- 12
rum Damocritus est: qui principio belli decretum

62. et viros doctos ad Suet. Caes. 10. *parsque fastigio altitudinis* Harl. Sed forte librarius ejus dare voluit *par quae fastigio altitudinis.*

§. 9. *Cum dimidia militum parte consul ab urbe escensurus in arcem*] *cum dimidia parte militum* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod quum se quoque in cod. suo reperisse Moguntini testati sint, admittendum censui. Praeterea *excessurus consul ab urbe* iterum cod. Mog. quod ansam J. Fr. Gronovio dedisse videtur, ut anno 1665. *escensurus* ederet; quod Cl. Jac. Gronovius, et Hearnius servarunt. Contra Doujatius, Clericus, et Crevierius substituerunt *ascensurus*, ut antea edebatur, et in omnibus meis constanter superest. [*descensurus* Bamb.] De verbo *escendere* vide ad 2, 26, 8. In praecedentibus *possent* [quod et in Bamb.] Moguntini fide cod. sui ediderunt: quam lectionem reliqui editores servarunt usque ad Gronov. qui priorum excusorum scripturam *possint* revocavit, ut superest etiam in omnibus Mstis meis, nisi quod Voss. perperam legat *possunt.*

§. 10. *Clamorem, deinde inpetum ab urbe Romanorum*] *inde inpetum* Lov. 1. 3. 6. et Voss. quod, si plures accederent, probari posset. *inde* enim pro deinde poni, videbimus ad 42, 55, 6. Sed solent passim hae voculae a librariis confundi. Exempla v. ad 1, 54, 10. 2, 10, 3. c. 39, 2. c. 42, 8. c. 52, 6. 3, 5, 15. c. 30, 8. 4, 23, 5. c. 49, 4. 5, 6, 7. c. 31, 7. c. 35, 3. c. 36, 8. c. 37, 6. c. 47, 6. et innumeris aliis locis. [*deinde impetu* Bamb.]

Et fractis jam animis, et nulla ibi praeparata re] Pall. *exfractis.* Vet. ed. *effractis.* GEBH. *exfractis* Lov. 2. 3. 4. 6. et Voss. [Bamb.] *effractis* Lov. 5. Harl. Mead. 2. et edd. ante Ascens. anni 1513. quae recte *et fractis* substituit. Alia similium errorum exempla v. ad 1, 37, 2. et 38, 49, 4. Vocula *jam* deest in Voss.

§. 11. *Feminis, puerisque, et inbelli alia turba*] *feminis servisque* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *feminis virisque* Lov. 4. et Mead. 2. V. ad 39, 49, 8. Mox *ita ad*

Digitized by Google

Aetolorum, quo arcessendum Antiochum censuerant, T. Quinctio poscenti responderat: *In Italia daturum, quum castra ibi Aetoli posuissent.* ob eam ferociam majus victoribus gaudium traditus fuit.

1 XXV. Eodem tempore, quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex composito obpugnabat, circa Thermopylas cum consule, redeunte ex Boeotia, ut

primum inpetum, pro *itaque*, Voss. et Gaertn. V. ad 21, 53, 7.

§. 12. *Traditus inter ceteros principes Aetolorum et Damocritus, qui* etc. *posuissent*] Idem Appianus [Syriac. pag. 99.] ita: *Δαμόκριτόν τε τὸν στρατηγὸν τῶν Αἰτωλῶν ἐνταῦθα ὁ Μάνιος ἔλαβε κρυπτόμενον, ὃς Φλαμινίνῳ παρὰ Τίβεριν ἠπείλει στρατοπεδεύειν.* SIG. Libri omnes, copula *et* extrita, *Traditus inter ceteros principes Aetolorum Damocritus est.* GEBH. *Traditus inter ceteros principes Aetolorum Damocritus est*, vel *Democrates est* Voss. Lov. 3. 4. et edd. Mog. et proximae, donec Frob. anno 1535. inserta insuper copula vulgaret *et Damocritus est:* quod obtinuit usque ad Gronov. qui adscivit *Traditus inter ceteros principes Aetolorum Damocritus est*, ut praeferunt edd. principes, (nisi quod *Democritus* dederint) et reliqui codd. mei; quorum tamen Lov. 5. et Harl. etiam *princeps Aetolorum Democritus est* legunt, Lov. 6. *Aetolorum princeps Democritus est.* Recte *Damocritus* editur. V. ad 31, 32, 1. *inter ceteros principes Aetolorum* probare videtur locus infra 37, 3, 8. *Per eosdem dies principes Aetolorum tres et quadraginta, inter quos Damocritus et frater ejus erant, Romam deducti et in Lautumias conjecti sunt.* Nisi forte Damocritus solus ex principibus Aetolorum Heracleae traditus, reliqui alibi sint. Mox *censuerat* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes. *censuerat et T. Quinctio* Mead. 1. Vulgatum Moguntini ex cod. suo receperunt; a quo non longe abit Lov. 1. *censuerunt* praeferens. Id etiam Mog. cod. debetur, quod Aldus ediderit *T. Quintio*, pro *L. Quintio.* Ei autem consentiunt omnes mei, praeter solum Lov. 5.

Majus victoribus gaudium traditum fuit] Sic Modiana. nescio, an et aliae. Nam Veneta vetus *traditus.* Abjici poterat tota vox. GRUT. Recte Freinshemius [ad Curtii 7, 7, 5. et Flori 4, 2, 81.] *traditus.* Nam ad Damocritum ea vox referenda. J. FR. GRON. *traditum* primum inveni in edd. Mediol. anni 1480. 1505. Ven. anni 1498. Mog. atque inde in omnibus usque ad Gronov. Neque aliter erat in Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. utroque. [Bamb.] Tota illa vox deerat in Gaertn. *traditus*, quod Gronovius restituit, in nullo cod. sed tantum in reliquis edd. veterrimis obvium fuit.

§. 1. *Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex composito obpugnabat, circa Thermopylas*] Ita primus Ascens. annis 1513. 1516. mox Aldus, et reliqui ediderunt, Lov. 3. et Harl. ad-

Digitized by Google

victoriam ipsi populoque Romano gratularetur, excusaretque, quod morbo inpeditus bello non interfuisset, congressus. inde diversi ad duas simul obpugnandas urbes profecti. Intersunt septem millia ferme passuum. et quia Lamia quum posita est in tumulo, tum regionem ea maxime despectat oppidum, qua breve intervallum videtur, et omnia in conspe- 2 3

stipulantibus: priores cum codd. nostris Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. utroque et Gaertn. *obpugnabant*. codex vero Mog. *ex composito circa Thermopylas oppugnabant*. Mox *redeunte in Boeotiam* Harl. Deinde *victoria ipsi populoque Romano gratularetur* Lov. 1. 3. 6. Harl. et Mead. 2. *victori ipsi populoque* Voss. et Gaertn. *victori populoque* Lov. 2.

§. 2. *Profecti sunt, iter septem millium ferme passuum*] Antiquior lectio melior: *profecti. Intersunt septem millia ferme passuum*. GELEN. Quidam emendarunt *iter septem millium ferme passuum*. Videtur autem loqui de distantia Heracleae atque Lamiae, quae nobis non constat. Quanquam libro sequente [cap. 5.] ubi Attilius Lamiam ceperat, dicitur iviisse ex Heraclea ad oppugnandam Amphissam, cum dicere debebat ex Lamia. Videntur igitur propinquae fuisse urbes. GLAR. Sunt, inquit Glareanus, qui emendent *iter septem millium ferme passuum*. Quos ut omnes homines intelligant non frustra fuisse, sive ex libris, sive de conjectura ita emendarint, scire licet, manuscriptum nostrum habere *ad duas urbes simul oppugnandas profecti sunt iter septem millium ferme passuum*. MOD. Lectionem, quam Gelenius rejecit, Aldus ex fide Mog. cod. receperat. Quam autem vocat antiquiorem lectionem, eam exhibent edd. principes, nec non codd. nostri, nisi quod *ferme septem millia* legant Voss. Lov. 2. et Gaertn. Principibus proximae edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, Venetae variae, omnesque ad Aldum *Intersunt XVI. millia ferme passuum*. Sed hunc numerum nullus codicum firmat.

§. 3. *Et quia Lamia posita in tumulo est, tum regionem maxime eo despectat oppido, qua breve* etc.] Restituimus ex fide archetyporum hoc modo: *et quia Lamia cum posita est in tumulo, tum regionem ea maxime despectat oppidum, qua* etc. GELEN. Et hoc loco quidam *oppido* adverbium existimarunt. Alii emendarunt: *tum regionem ea maxime despectat oppidum, qua breve intervallum videtur*. Sed ex utraque lectione non video, quid sensus elici queat. GLAR. Vet. lib. *posita est*. Ceterum sensus, quem ex his verbis elicere Glareanus non potest, hic est. Et quia Lamia posita est in tumulo, et oppidum despectat regionem maxime ea parte, qua breve intervallum est ad eam oppugnandam, et omnia ab illa parte in conspectu sunt, iccirco cum Romani Heracleam, Philippus Lamiam oppugnaret, non pari labore afficiebantur.

Digitized by Google

4 ctu sunt; quum enise, velut proposito certamine, Romani Macedonesque diem ac noctem aut in operibus, aut in proeliis essent, hoc major difficultas Macedonibus erat, quod Romani aggere et vineis, et omnibus supra terram operibus, subtus Macedo-
5 nes cuniculis obpugnabant: et in asperis locis silex saepe inpenetrabilis ferro obcurrebat. et, quum pa-

Romani enim supra terram opera agebant, Macedones subtus cuniculis oppugnabant. SIGON. Sigonius advocat *Lamia composita*, et ex vet. lib. corrigit *posita*. Scire autem debuit, quum esset in editis *Lamia*, *posita*, ex Mog. unde et reliqua hujus loci saniora sunt, emendasse Gelenium *cum posita*: ex quo sicubi coaluit *composita*, id esse operarum mendum. Sensum autem, quem elicere se negat Glareanus, eruit forsan Sigonius: sed ita obscure, ut Livium facilius, quam ipsum, intelligas. Quid est enim, *qua breve intervallum videtur ad eam oppugnandam*? Livius ait, hoc difficultatem attulisse Macedonibus, quod, unde maxime tentari urbs poterat, nempe qua brevissimum erat spatium inter collem, cui erat imposita, et plana, in quibus tendebat Philippus, ea regio omnis oppidanis erat sub certissimo oculorum ictu, ut nihil movere posset, quin animadverterent occurrerentque obsessi, atque eo compelleretur dolis subterraneis agere, non supra terram moliri. Forte autem scripsit auctor: *ut omnia in conspectu sint*. J. FR. GRON. Mihi nondum aperta est sententia hujus loci. Primum, quod, si *quum* et, quod ei respondet, *tum* hic usitata significatione pro *partim* ponuntur, non intelligo, quis sensus aut nexus in his sit, *quia Lamia partim posita est in tumulo, partim oppidum ea maxime despectat regionem* etc. Deinde, quod, si verborum, *qua breve intervallum videtur, et omnia in conspectu sunt*, ea sententia est, quae hic explicatur, merito quaeri potest, cur Livius maluerit dicere *videtur* et *sunt*, quam *videbatur*, et *erant*, ut in hac explicatione accipiuntur. Postremo, quia non adsequor, quomodo haec, *qua breve intervallum videtur, et omnia in conspectu sunt*, ita suppleri et exponi possint; quia Philippus castra posuerat, qua brevissimum spatium erat inter collem, cui imposita est Lamia, eo fiebat, ut omnis illa regio obsessis in conspectu, et major difficultas Macedonibus in oppugnanda Lamia, quam Romanis in Heraclea esset. Probabile quidem est, Philippum, videntem urbem tantum cuniculis oppugnari posse, quam brevissimo intervallo ab ea locum castris cepisse, ut, quo propius ab urbe abesset, eo breviore tempore et minore labore militum cuniculi peragerentur; sed hic sensus mihi ex verbis Livii non nisi longe arcessitis supplementis extorqueri posse videtur. Livius Macedonibus non ideo majorem difficultatem in oppugnanda Lamia, quam Romanis in Heraclea, fuisse dicit, quia hi longius ab Heraclea tendebant, quam illi a

Digitized by Google

rum procederet inceptum, per conloquia principum oppidanos tentabat rex, ut urbem dederent; haud 6
dubius, quin, si prius Heraclea capta foret, Romanis se potius, quam sibi, dedituri essent, suamque gratiam consul in obsidione liberanda facturus esset. Nec eum opinio est frustrata: confestim enim 7
ab Heraclea capta nuncius venit, ut obpugnatione

Lamia; sed quia Romani illam operibus supra terram, Macedones hanc non nisi cuniculis per silicem agendis oppugnare poterant. Ob has caussas non possum adquiescere iis, quae viri docti hic commentati sunt. Livius fortassis aliquid de loco, in quo castra posuerat Philippus, dixerat; sed, quae nunc hic leguntur, mutila et corrupta esse credo. DUK. Illud *composito*, a Sigonio rejectum, errore operarum in sola exstat ed. Basil. anni 1554. *et quia Lamia posita in tumulo est* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. Deinde *regionem maxime eo spectat oppido, quam brevi* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Similiter Harl. Mead. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. nisi quod duo codd. *eo despectat*, duae edd. *eodem spectat* legant. *regionem maxime eo despectat oppido, qua brevi* Lov. 5. Mead. 1. et ed. Camp. a quibus in eo differt Lov. 2. quod *eo spectat*; et Lov. 3. quod cum reliquis edd. *eodem spectat*; Lov. 4. denique, quod *ea despectat* praeferant. Ascensius anno 1513. edidit *regionem maxime eandem spectat, oppido quam breve*, et *oppido quam breve* exponit valde, per quam breve; eodemque sensu accipit *oppido quam parva* infra 39, 47, 2. Crevier. legit *regionem eam maxime despectat, oppido quam breve*, et ultimam verborum partem eodem modo interpretatur, praeter locum Livii adducto etiam alio Gellii 15, 30. Verum cum Dukero pronuncio, nondum mihi liquere. [*regionem maxime Oetae spectat, oppido, quam breve* Bamb.]

§. 4. *Aut in operibus, aut in proeliis essent, hoc major difficultas*] *aut in operibus essent*, reliquis omissis, Voss. *aut operibus essent* Lov. 1. *aut operibus, aut in proelio essent* Harl. Deinde *haec major* Voss. Lov. 2. 3. Mead. 1. et Gaertn. *hic major* Harl. Mox *subter Macedones* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 5. *Silex saepe inpenetrabilis ferro obcurrebat*] MS. *silex poene impenetrabilis ferro.* nugae merae. MOD. Pall. *silex saepe in penetralibus occurrebat.* GEBH. *in penetralibus ferro occurrebat* Mead. 2. *impenetrabilibus ferro occurrebat* Lov. 4.

§. 7. *Nuncius venit, ut obpugnatione abstineret*] MS. *ut oppugnatione absisteret.* quod malo. MOD. *ut oppugnare abstineret* Lov. 5. et edd. principes. *oppugnatione abstinerent*, omissa etiam vocula *ut*, Lov. 2. *ut oppugnatione abstinerent* Lov. 1. 3. 4. et 6. quod Aldus recepit, et reliqui usque ad Gronov. servarunt. *ut ab oppugnatione abstineret* Voss. *abstineret* etiam Hearnius in L. 1. invenit. [ita Bamb.] *ut ab oppugnatione de-*

Digitized by Google

absisteret: *aequius esse, Romanos milites, qui acie*
8 *dimicassent cum Aetolis, praemia victoriae habere.* Ita
recessum ab Lamia est, et propinquae clade urbis
ipsi, ne quid simile paterentur, effugerunt.

1 XXVI. Paucis, priusquam Heraclea caperetur,
diebus, Aetoli, concilio Hypatam coacto, legatos
2 ad Antiochum miserunt: inter quos et Thoas idem,
qui antea, missus est. mandata erant, ut ab rege pe-
terent, primum, ut ipse, coactis rursus terrestribus
3 navalibusque copiis, in Graeciam trajiceret: dein-
de, si qua ipsum teneret res, ut pecuniam et auxilia
mitteret. *id quum ad dignitatem ejus fidemque per-*
tinere,

sisteret Gaertn. *ut oppugnatione absisteret* cod. Mog. quod et in Mead. utroque fuisse videtur, ex quibus in excerptis nihil notatur. Infra 37, 17, 7. *Perviceruut, ut obpugnatione absisteretur.* Supra 9, 15, 3. *Legatos misere ad consulem Romanum, ut absisteret obsidione.* ubi vide, quae notantur. Adde ad 24, 20, 15. Solitos autem fuisse librarios verba *abstinere* et *absistere* commutare, vidimus ad 31, 17, 10. Mox *aequius esse Romanis, milites qui acie* Gaertn. *aequius esse, Romanos etiam milites, qui acie* Lov. 3. *aequius esse, Romanos milites, qui acie dimicasset, quam Aetolos, praemia habere victoriae* male cod. Mog. Paullo ante *confestim enim Heraclea* Lov. 2. et Harl.

§. 8. *Ita recessum ab Lamia est, et propinquae clade urbis*] Considera haec verba diligentius: nam, quid sibi velint, non plane intelligo. Neque enim dedita est hoc loco Lamia, quae primum posteriore capitur libro. GLAR. Lamia a Philippo oppugnata jussu consulis liberatur, ut ipsa paulo post a consule et ab exercitu Romano capiatur, et praeda Romanorum sit, non Macedonum. Quem sensum non percepisse Glareanum, valde miror. SIG. MS. *Itaque recessum ab Lamia est.* MOD. *Itaque recessum est ab Lamia* cod. Mog. *Itaque* servat etiam Harl. Passim haec vocabula commutantur. V. ad 21, 53, 7. Ceterum sensus verborum, quem se non intelligere Glareanus professus est, et obscure Sigonius exposuit, facillimus est. *Ipsi*, incolae Lamiae, *propinquae clade urbis*, sive quoniam expugnata est Heraclea, priusquam ipsi ad deditionem adigerentur, *ne quid simile paterentur, effugerunt*, evaserunt simile excidium, nempe hoc anno. Lamia enim anno demum sequenti a Romanis obpugnata et capta est. Vide 37, 4, 5.

Digitized by Google

tinere, non prodi socios, tum etiam ad incolumitatem regni, non sinere, Romanos, omni cura vacuos, 4
quum Aetolorum gentem sustulissent, omnibus copiis in Asiam trajicere. Vera erant, quae dicebantur: 5
eo magis regem moverunt. Itaque in praesentia pecuniam, quae ad usus belli necessaria erat, legatis dedit: auxilia terrestria navaliaque adfirmavit missurum. Thoantem unum ex legatis retinuit, et ipsum 6
haud invitum morantem, ut exactor praesens promissorum adesset.

XXVII. Ceterum Heraclea capta fregit tandem 1
animos Aetolorum: et post paucos dies, quam ad 2
bellum renovandum adciendumque regem in Asiam

§. 2. *Inter quos et Thoas idem, qui et antea, missus est*] MS. posterius *et* ignorat. MOD. *inter quos Thoas idem, qui* Voss. Lovel. 1. 2. 6. et Harlej. *inter quos Thoas, qui* Gaertn. Tum *qui et ante* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et reliquae usque ad Aldum, qui, quum in cod. Mog. esse *qui antea* didicisset, substituit *qui et antea*, ut non tantum erat in edd. vetustissimis, sed etiam in omnibus Mstis nostris. [Bamb.]

Mandata erant, ut ab rege peterent, primum, ut ipse] Prius *ut*, hunc locum laudans, omittit Gronov. ad cap. seq. §. 2. Verum, si ita scribendum censet, quum nihil mutent codd. vel edd. quibus usus sum, vulgatum etiam servandum existimo. Adde, non infrequens Livio esse, ut voculam hanc repetat. V. ad 1, 17, 11.

§. 3. *Id quum ad dignitatem ejus fidemque pertinere*] *id tum ad dignitatem* Voss. Lov. 1. et Gaertn. V. ad 6, 23, 3. Tum *pertineret* Lovel. sex, Mead. uterque, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Aldum. Male. V. ad 1, 50, 5. Paullo ante *ipsum si qua teneret res* Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

§. 4. *Non sinere, Romanos, omni cura vacuos*] *non sineret Romanos* Lov. 2. *ne sineret Romanos* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Tum *vacuos omni cura* Lov. 2. 3. 4 6. Harl. et Mead. uterque. [Bamb.]

§. 1. *Ceterum Heraclea capta* etc.] Haec usque ad cap. 30. descripta sunt e Polybio. Vide Excerpt. Legat. 13. Utriusque narrationem inter se confert, et multis verbis, pro more suo, examinat Henr. Stephan. 4. Schediasm. 10 11. 12. DUK.

Fregit tandem animos Aetolorum] *tandem* non comparet in Pal. poster. GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod *animum* sit in Harl.

Digitized by Google

miserant legatos, abjectis belli consiliis, pacis pe-
3 tendae oratores ad consulem miserunt. Quos dicere exorsos consul interfatus, quum alia sibi praevertenda esse dixisset, redire Hypatam eos, datis dierum decem induciis, et L. Valerio Flacco cum iis misso, jussit. ei, quae secum acturi fuissent, exponere, et
4 si qua vellent alia. Hypatam ut est ventum, principes Aetolorum apud Flaccum concilium habuerunt;

§. 2. *Et ad paucos post dies*] Lege *et post paucos dies*. GELEN. *et ad paucos post dies* servant omnes nostri. [Bamb.] An, τῷ *ad* ejecto, legendum *et paucos post dies*? V. ad 37, 45, 20. Verum *post paucos dies*, ut Gelenius voluit, vel *post dies paucos* infra 37, 13, 7. *Eodem et Rhodia classis post dies paucos venit.* 42, 14, 2. *Legatis post paucos dies senatus est datus.*

Ad bellum renovandum accipiendumque regem in Asiam miserant legatos] Manuscriptus *in Asiam dimiserant legatos.* MOD. Libri nostri omnes *acciendumque regem.* Quam lectionem praecedentia confirmant c. 26. *Ut ipse, coactis rursus terrestribus navalibusque copiis, trajiceret in Graeciam.* GEBH. Vetustiores, ne Curione quidem excepto, *ad bellum renovandum acciendumque regem, in Asiam miserant legatos.* Paullo superius [cap. 26.] *Mandata erant, ab rege peterent primum, ut ipse, coactis rursus terrestribus navalibusque copiis, in Graeciam trajiceret.* J. FR. GRON. *accipiendum* operarum errore prima dedit ed. Modiana, quod per recentiores perperam est propagatum. Interdum librarios similiter in Mstis erraſſe, vidimus ad 10, 19, 1. *miserunt* Lov. 3. Harl. et Gaertn. Moguntini Msti *dimiserant* ideo minus placet, quia *dimittere* est quaque versus, in varias partes mittere, ut vidimus ad 4, 52, 5. hic vero tantum ad unum Antiochum missi legati indicantur.

§. 3. *Quum alia sibi praevertenda esse dixisset, redire Hypatam eos*] *pervertenda* Lov. 3. et a manu 1. Lov. 6. qui *providenda* habet a m. 2. Sed de verbo *praevertere* vide ad 9, 17, 9. Deinde *redire Hypacenicos* Voss. An voluit librarius *redire Hypaten eos*? Graecis enim haec urbs non modo Ὕπατα, sed etiam Ὑπάτη dicta est, teste Steph. Byz. ea voce. Verum *Hypatam* Livius supra dixit cap. 16. et mox cap. 27. Polyb. etiam, quem Livius descripsit, in Exc. legat. num. 13. εἰς τὴν Ὑπάταν. Mox *decem dierum* Harl. Deinde §. seq. *consilium habuerunt* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn.

§. 5. *Parantibus iis antiqua jura foederum ordiri*] MS. *His parantibus antiqua* etc. MOD. Pall. uterque: *Parantibus his antiqua foederum ordiri meritaque, absistere Flaccus jussit.* Vet. ed. *Parantibus iis antiqua foederum ordiri merita, quin absistere iis Flaccus jussit.* GEBHARD. Scripti consensu ablegant τὸ *jura* additum e Mog. re-

Digitized by Google

consultantes, quonam agendum modo apud consulem foret. His parantibus antiqua foederum ordiri, 5
meritaque in populum Romanum, *Absistere iis*, Flaccus jussit, *quae ipsi violassent ac rupissent. confessionem iis culpae magis profuturam, et totam in preces orationem versam. nec enim in caussa ipsorum, sed in populi Romani clementia spem salutis positam esse. et se suppliciter agentibus iis adfutu-* 6 7

feruntque tantum *antiqua foederum ordiri*. J. FR. GRON. Vocem *jura* ignorant etiam omnes nostri, et Oxonn. Hearnii, quod, dissentiente licet Mog. codice, verum puto. Tales locutiones Livium amare, vidimus ad 7, 21, 8. Deinde *antiqua foederum ordiri merita ostendi*, *absistere his* Lov. 6. *antiqua foederum ordiri merita absistere his* Lov. 3. *antiqua foederum ordiri meritaque absistere iis*, vel *his*, Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *antiqua foederum ordiri merita*, *quoniam abstinere iis* Voss. *antiqua foederum ordiri merita*, *quin abstinere his* Gaertn. *antiqua foederum ordiri merita*, *quin absistere iis* Lov. 1. 5. et edd. vett. Moguntini deinde ex cod. suo dederunt *ordiri*, *meritaque in populum Romanum*, *absistere iis*.

Quae ipsi violassent. confessionem iis] MS. auctius duabus vocibus non ineleganter *quae ipsi violassent ac rupissent. confessionem* etc. MOD. Voces *ac rupissent*, quae exsulant ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. prioribus, Gronovius anno 1665. ex cod. Mog. primus adscivit.

§. 6. *Nec enim in caussa ipsorum*, *sed in populi Romani clementia*] Libri nostri omnes: *nec enim in caussam ipsorum*, *sed in populi Romani clementiam*. GEBH. Stephanus dicit loc. laud. non dubium esse, quin *causa* hic sit *causatio*, sive *causificatio*, et respondeat Graeco δικαιολογεῖσθαι apud Polyb. Mihi vero non dubium est, quin *causa* hic sit *bonitas*, *aequitas*, et *justitia causae*. cap. 35, 11. *Iis responsum datum est*, *quo veniam impetrasse*, *non caussam probasse*, *videri possent*. 37, 1, 2. *Aetoli*, *ut quibus plus in misericordia senatus*, *quam in causa*, *spei esset*, *suppliciter egerunt*. *Dura* erat, ut 26, 23. loquitur, Aetolorum *causa*. DUR *in caussam* et *clementiam* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. principes. Praeterea *et enim nec in caussa* Lov. 3.

§. 7. *Et suppliciter agentibus iis profuturum*] Scribo *et se suppliciter agentibus iis adfuturum*. GELEN Omnes libri nostri *et suppliciter agentibus iis profuturum*. GEBH. Omnes nostri Hearnii L. 1. et Doujatii duo Regii, ac Colbert. [Bamb.] lectionem a Gelenio damnatam servant. Contra Gelenii emendationem anno 1535. Frob. recepit, et postea omnes servarunt usque ad Gronov. qui 1665. edi-

Digitized by Google

rum, et apud consulem, et Romae in senatu. eo quo-
8 *que enim mittendos fore legatos.* Haec una via omnibus ad salutem visa est, *ut in fidem se permitterent Romanorum. Ita enim et illis violandi supplices verecundiam se inpositurus: et ipsos nihilominus suae potestatis fore, si quid melius fortuna ostendisset.*

1 XXVIII. Postquam ad consulem ventum est, Phaeneas legationis princeps longam orationem, et varie ad mitigandam iram victoris compositam, ita ad extremum finivit, ut diceret; *Aetolos se suaque omnia*

dit *et suppliciter agentibus iis se adfuturum:* qua vero auctoritate, nescio. Id igitur, quod Gelenio placuit, revocavi.

§. 8. *Visa est, ut in fidem se permitterent Romanorum*] Libri omnes *visa, et ut se in fidem perm. Rom.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. vett. *visa, ut se in fidem perm. Rom.* Lov. 3. Quod nunc editur, auctoritate cod. Mog. Aldus probavit. Mox *et illic violandi supplices* Harl. *et belli violandi supplices* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *et illi violandi supplices* Lov. 3. 4. 5. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. antt. Vulgatum primum obcurrit in ed. Mediol. 1505. hinc in Ascens. 1513. et postea in omnibus.

§. 1. *Phaneas legationis princeps longam orationem, et varie ad mitigandam iram victoris*] Graeci *Φανέας.* SIG. Statim Pal. pr. *ita ad extremum finivit, ut daret.* GEBH. *Phaneas* tantum Lov. 3. 5. et Gaertn. [Bamb.] Reliqui *Pheneas*; quum autem in plerisque Mstis diphthongus *ae* et simplex *e* sine discrimine usurpentur, hinc etiam confirmatur Sigonii emendatio *Phaeneas*, de qua male dubitat Stephan. 4. Sched. 11. V. supra ad 32, 32, 11. Deinde *ut varie* Lov. 3. *et valde* Harl. Sed duae illae voces desunt in Gaertn. Hinc *ad mitigandam victoris iram* Voss. Paullo ante *adventum est* Gaertn. *ventum*, sine *τῷ est*, Lov. 1. [*compositam* omittit Bamb.]

§. 2. *In id quod diserte scriptum erat*] Scribo *in quo id diserte.* GELEN. *in id quo* Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. ambo. *id quod*, omissa praepositione *in*, Gaertn. Mox §. seq *inquit* deest in Lov. 2. et 4. sequens *ita* in Lov. 1. [*in id quod* Bamb.]

§. 3. *Postulo, ut mihi Dicaearchum civem vestrum, et Menetam Epirotam*] *Menestam* habet vetus codex Polybius in Fragm. 13. *Menestratum* corrupte. *Δικαίαρχον*, inquit, *ἔκδοτον δοῦναι, καὶ Μενέστατον τὸν Ἠπειρώτην*, cum in Fragm. 28. habeat *Μενέσαν.* URSINUS. *Menetas* rursus 38, 10. ubi quidam apud Hearnium *Menestes.* Stephanus putat 4. Sched. 11. in

Digitized by Google

fidei populi Romani permittere. Id consul ubi audi- 2
vit: *Etiam atque etiam videte,* inquit, *Aetoli, ut ita permittatis.* Tum decretum Phaeneas, in quo id diserte scriptum erat, ostendit. *Quando ergo,* inquit, 3
ita permittitis, postulo, ut mihi Dicaearchum civem vestrum, et Menestam Epirotam, (Naupactum is cum praesidio ingressus ad defectionem compulerat) *et Amynandrum cum principibus Athamanum, quorum consilio ab nobis defecistis, sine mora dedatis.* Prope dicentem interfatus Romanum Phaeneas, *Non* 4
in servitutem, inquit, *sed in fidem tuam nos tradi-*

Polybio retineri posse *Μενέσραrov*, quia ejusdem formae sit, cujus Polystratus, Callistratus, Pisistratus. Sane nomen *Menestratus* etiam ex Plinio 36. H. Nat. 5. Tatian. orat. ad Graec. cap. 52. et Anthol. Graec. 2, 19. adnotavit Junius in Catalogo Architector. Adde Clement. Alex. 5. Strom. in extr. unde liquet, hoc usitatius fuisse inter Graecos, quam *Menetas*, sive *Menestas*; quod haud scio, an nusquam alibi, quam apud Livium et Polybium, inveniatur. Observat porro idem Stephanus, Polybium non tradere, Menestam Naupactum ad defectionem compulisse, sed tantum, urbem illam cum praesidio ingressum fuisse. Livius quidem supra cap. 11. scribit, Antiochum Chalcide egressum Naupactum processisse, ibique concilium Aetolorum habuisse. Sed neque ex hoc, neque ex aliis, quae de Naupacto memorat, colligi potest, eam umquam ad Romanorum partes accessisse, aut accedere voluisse, et a Menesta ad defectionem, aut mutandum consilium compulsam fuisse. DUK. *Meneta* Voss. et Lov. 1. *Minetam* Harl. *Menecham* Lov. 3. *Monetam* Gaertn. Vide ad 38. 10, 6. et Ursin. ad Polyb. Exc. legat. num. 13. Deinde *postulo mihi Dicaearchum* Lov. 3. *postulo mihi id, Dicaearchum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *postulo id, mihi Dicaearchum* Lov. 2. 4. 6. Harl. [Bamb.] et edd. antt. pro quo Moguntini id, quod nunc exstat, ex cod. suo receperunt.

§. 4. *Prope dicentem interfatus Romanum, non in servitutem*] Vet. lib. satis docent, vocem huic orationi deesse, sine qua vix ipsa consistere potest. Ibi enim ita est: *prope dicentem interfatus Romanum Phaeneas, non in servitutem, inquit.* SIG. Illud *Phaeneas* intrusum a Sigonio abest ab omnibus nostris libris, et citra sententiae detrimentum expungi potest. Paullo ante *sine mora traditis* Pal. alter. GEBH. *interfatus legatus Romanorum, non in servitutem* Lov. 2. *interfatus Romanorum, non in servitutem* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *interfatus Phaneas Romanorum non in servitutem* Voss. An legendum *interfatus*

Digitized by Google

dimus. et certum habeo, te inprudentia labi, qui
5 *nobis imperes, quae moris Graecorum non sint.* Ad haec consul, *Nec, Hercle*, inquit, *magnopere nunc curo, quid Aetoli satis ex more Graecorum factum esse censeant: dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos modo decreto suo, ante armis vi-*

Phaeneas Romanum, non in servitutem?

In fidem tuam nos tradimus] MS. *in fidem tuam nos tradidimus.* MOD. *In fidem populi Romani venire* non semper eadem significatione dicitur. Vide ad 8, 1, 10. Ex Acilii sententia, ut ex Polybio et hoc loco Livii apparet, formularum *in fidem*, et *fidei populi Romani se permittere, se suaque omnia fidei populi Romani permittere, in fidem populi Romani tradere*, ea vis erat, ut populus Romanus de vita ac fortunis eorum, qui se fidei illius permiserant, pro arbitrio statuere posset; quod non intellectum fraudi fuit Aetolis. Idem tamen, quod Aetoli, sentiebant Galli apud Liv. 39, 54, 7. *Dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem populi Romani.* Et senatus ipse 42, 8. gravissime tulit, Ligures, qui se *in fidem populi Romani* dediderant, a Popilio consule ipsos bonaque eorum venditos, et omni ultimae crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse. Pariter populus Romanus, adversus Faliscos saevire cupiens, postquam a Papirio, cujus manu, jubente consule, verba deditionis scripta erant, doctus est. *Faliscos non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse*, omnem iram placida mente deposuit, apud Val. Max. 6, 5, 1. (* Quid Romanis dediderint, qui se in illorum ἐπιτροπὴν dedebant, docet Polyb. Legat. 142.) DUK. *tradimus* Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. [Bamb.] *tradidimus*, quod est in Mog. cod. Gronovius anno 1665. recepit. Consentiunt ex meis Voss. et Mead. 1. V. ad 34, 29, 13. Mox *et certum habeo inprudentia labi*, omisso pronomine, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *et certum te habeo impr. labi* Lov. 5. et edd. vett. Ordinem tandem, qui nunc obtinet, composuit Froben. anno 1535. Supra 28, 40, 6. *Certum habeo, dissentienti mihi duarum rerum subeundam opinionem esse.* 44, 39, 7. *Ego autem, neque mansurum eum, neque in aciem copias educturum fuisse, certum habeo.* Insuper *quae more Graecorum non sunt* Voss. *sunt* etiam Lov. 3. 6. et Gaertn. An legendum *quae more Graecorum non fiant?* Sequitur enim mox, *Quid Aetoli satis ex more Graecorum factum esse censeant.*

§. 5. *Ad haec consul, Nec, Hercle, inquit, magnopere nunc curo*] MS. [et Bamb.] *Ad ea consul.* MOD. *Nec, Hercule, inquit* Lov. 2. 5. 6. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. vett. V. ad 7, 11, 1. Tum *magno opere nunc curo* Lov. 1. 2. et Mead. pr. V. ad 28, 18, 4.

Dum ego more Romano imperium id habeam in deditos] Diximus [ad 3, 59, 1.] scribendum esse *imperium inhibeam.*

Digitized by Google

ctos. Itaque, ni propere fit, quod impero, vinciri 6
vos jam jubeo: adferrique catenas, et circumsistere lictores jussit. Tum fracta Phaeneae ferocia, Aetolisque aliis est: et tandem, cujus conditionis essent, sensere. et, *se quidem,* Phaeneas, *et qui ad-* 7
sint Aetolorum, scire facienda esse, quae imperen-

Quod quidem certum, non arbitrarium est. Inprimis autem illustratur hic locus iis, quae exstant apud nostrum lib. 28, 34, 7. *Mos vetustus erat Romanis, cum quo nec foedere nec aequis legibus jungeretur amicitia, non prius imperio in eum tamquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidisset.* Ita scribendum omnino, non *jungerentur:* est enim nominandi casu *amicitia*, non auferendi positum. Et rem et phrasin haec illustrant: nam *imperium inhibere in deditos* est *imperio uti in deditos.* Vel exercere, ut 34, [18, 4.] *Nec in quemquam omnium gravius severiusque, quam in semet ipsum, imperium exerceret.* Magnus Turnebus [25. Adv. 16.] non intellexit vim hujus locutionis, quam interpretatur, imperium in aliquem habere. Rectius Festus *inhibere* explicat *injungere:* est enim exercitii, non facultatis. Quod haud difficulter cognoscas ex omnibus Livii locis, ubi exstat Lib. 3, [38, 1.] *Privati pro decemviris, neque animis ad imperium inhibendum imminutis, neque ad speciem honoris insignibus, prodeunt.* Iterumque: *Tentationemque eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent, imperioque inhibendo acriter in paucos praeferocis animi conatus aliorum comprimerent.* hoc est, quod alias dicunt, animadvertendo, vindicando in paucos. Et rursus [c. 50, 12.] *Imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se esse, respondetur.* Lib. 37, [51, 3.] *Et in senatu, et ad populum magnis contentionibus certatum est, et imperia inhibita ultro citroque, et pignora capta.* hoc est, pro imperio et potestate actum, et lictores invicem missi, et animadvertere jussi. Reliqua jam supra citavimus. Neque aliter apud Plautum. Ex quo colligere est, falli Turnebum a falsis libris, quum *spem inhibere* sic vult dictum ab Cicerone in 3. Agrar. [2.] *Nam Valeria lege Corneliisque legibus eripitur, cum datur: conjungitur impudens gratificatio cum acerba injuria: sed habet in illis legibus spem nonnullam ille, cui ademtus est; aliquem scrupulum, cui datus est.* Refingit ille: *inhibet legibus illis spem nonnullam*, et *inhibere spem* ait esse, spem in aliqua re habere. Verum, ut dixi, cum *inhibere imperium* non sit potiri imperio, idque habere, sed uti eo cum maxime animadvertendo, aut pro jure et potestate quid gerendo, non potest ad ejus imitationem fingi *spem inhibere*, ut *vim inhibere*, *modum inhibere.* Aeque absurdum est *inhibere scrupulum.* Sententia vulgatae simplicissima est, per legem Valeriam Corneliasque relinqui aliquam spem possessoribus, relinqui aliquem scrupulum novis colonis, utrisque neutrum

Digitized by Google

tur, dixit: *sed ad decernenda ea concilio Aetolorum opus esse. ad id peterè, ut decem dierum inducias*
8 *daret.* Petente Flacco pro Aetolis, induciae datae; et Hypatam reditum est. Ubi quum in consilio delectorum, quos Apocletos vocant, Phaeneas, et quae imperarentur, et quae ipsis prope accidissent, ex-
9 posuisset; ingemuerunt quidem principes conditioni suae, parendum tamen victori censebant, et ex omnibus oppidis convocandos Aetolos ad concilium.

1 XXIX. Postquam vero omnis coacta multitudo eadem illa audivit, adeo saevitia imperii atque indi-

omnino eripi. J. FR. GRON. Gronovius ad 3, 59, 1. testatur, se hoc loco *adhibeam* in membranis invenisse, quod apud Hearnium etiam erat in Oxon. N. At ejus L. 1. vulgatae lectioni adhaeret, quod et faciunt omnes nostri.

§. 6. *Itaque ni propere fit, quod impero, vinciri vos jam jubeo*] *Atque ni prope sit* Lov. 3. Deinde *vinciri jam vos jubeo* idem cod. *vinciri vos jubeo* Lov. 6. et Gaertn. Mox *Aetolis atque aliis* Lov. 3. Hinc *tandem cujus conditionis*, omissa vocula *et*, Voss. et Lov. 1. Insuper *senserunt* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [*jam jubebo afferri* Bamb.]

§. 7. *Et, se quidem, Phaeneas, et qui adsint Aetolorum, scire, facienda esse, quae imperentur*] MS. *facienda esse, quae imperarentur.* MOD. Prius *et* omittitur in Lov. 3. Tum *Phaeneas, se quidem et qui* omnes nostri, et edd. antt. [*Pheneas quidem se . . . scire Aetolorum . . . consilio . . . indutiae* Bamberg.] Vocabula vero in eum ordinem, qui nunc vulgo exstat, digessit Frob. 1535. Mox *consilio Aetolorum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. V. mox ad §. seq. Hinc τὸ *esse* exsulat a Mead. 2. Insuper *decem dierum daret inducias* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 8. *In concilio delectorum, quos Apocletos vocant*] *in consilio* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. quod verum esse dixi ad 35, 34, 2. caussam vide supra hoc lib. ad cap. 11, 7. Certe hic etiam Apocleti vocantur *consilium* Aetolorum, et distinguuntur ab eorum *concilio*, id est, universae gentis conventu. Si autem Phaeneas §. praec. dicendo *ad decernenda ea concilio Aetolorum opus esse* similiter intellexit conventum eorum principum, qui *Apocleti* apud Aetolos vocantur, ibidem etiam *consilio* legendum puto. at, si legati ex omnibus Aetolorum oppidis, quorum §. seq. mentio fit, et ita comitia gentis Aetolorum intelliguntur, vulgatum ibi servandum. Praeterea *Apoclytos* Harl. *Apoclestos* Lov. 1. et 3. [Bamb.] *Apoclestus* Lovel. 4. et Mead. ambo. *Apocletus* Lovel. 2. et multae ex edd.

Digitized by Google

gnitate exasperati animi sunt, ut, si in pace fuissent, illo inpetu irae concitari potuerint ad bellum. Ad 2
iram accedebat et difficultas eorum, quae imperarentur: *quonam modo enim utique regem Amynandrum se tradere posse?* Et spes forte oblata, quod 3
Nicander, eo ipso tempore ab rege Antiocho veniens, implevit exspectatione vana multitudinem, terra marique ingens parari bellum. Is duodecimo die, 4
quam conscenderat navem, in Aetoliam, perfecta legatione, rediens Phalara in sinu Maliaco tenuit. inde Lamiam pecuniam quum devexisset, ipse cum 5

antt. quod accipi posset, esse casum quartum Graeca forma ἀποκλίτους. V. ad 44, 28, 7.

§. 9. *Ingemuerunt quidem principes conditionis suae* Scribo *ingemuerunt conditioni*, quemadmodum et *illacrymari conditioni* dicimus. GELEN. Libri nostri omnes *conditionis suae*. GEBH. Licet omnes nostri [Bamb.] cum editis ante Gelenium *conditionis* praeferant, *conditioni* tamen, ut ille restituit, verius puto. Ultimam literam *τοῦ conditionis* perperam librarius repetiit ex principio vocis seq. Vide ad 28, 25, 2. Vox *principes* non comparet in Harl. Male. V. ad cap. 11, 7.

§. 1. *Postquam vero omnis coacta multitudo*] *Τὸ vero* deest in Lovel. 2. *coacta* in Mead. 1. *coacta omnis multitudo* legunt Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. 1. Mox *illo inpetu vere concitari potuerint ad bellum* cod. Mog.

§. 2. *Ad iram accedebat et difficultas*] *accendebat* Voss. et Lov. 3. Hinc conjici posset *Iram accendebat*. Simili modo *accendentibus ardorem pugnae*, pro *accedentibus ad ardorem*, Gronov. ex optimis emendat supra 23, 46, 2. ubi *accedere* et *accendere* saepissime in Mstis commutari docui. 38, 33, 6. *Altercatione orta*, *quum accenderentur irae*. Sed reliqui rectius vulgatum tuentur. Mox *quomodo enim* Lov. 6. Celeberr. Jac. Periz. ad marginem Livii adscripserat, verba haec, *quonam modo enim regem Amynandrum se tradere posse*, parenthesi includenda sibi videri, ut, quae praecedunt, et sequuntur, eo melius cohaereant. Insuper §. 3. *eo tempore*, pro *eo ipso tempore*, Lovel. 3.

§. 4. *Is duodecimo die, quam conscenderat navem*] Prima vox non adparet in Voss. *Duodecimo is die* legunt Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Froben. anni 1535. qui ordinem vocum mutavit. Si ex codd. non adversabor: sin, caussam mutandi non video. Tum *ascenderat navem* Gaertn. invitis reliquis. Insuper, *conscendere* proprium in hac re verbum esse, vidimus ad 29, 25, 5. Unde

Digitized by Google

expeditis vespera prima inter Macedonum Romanaque castra medio agro, dum Hypatam notis callibus petit, in stationem incidit Macedonum, deductus-
6 que ad regem est, nondum convivio dimisso. Quod ubi nunciatum est, velut hospitis, non hostis, ad-
7 ventu motus Philippus, adcumbere eum epularique jussum, atque inde, dimissis aliis, solum retentum,
8 ipsum quidem de se timere quidquam vetuit. Aetolorum prava consilia, atque in ipsorum caput semper recidentia, accusavit. qui primum Romanos,
9 deinde Antiochum in Graeciam adduxissent. *Sed praeteritorum, quae magis reprehendi, quam corrigi, possint, oblitum se, non facturum, ut insultet ad-*

etiam simpliciter *conscendere*, pro conscendere navem, in usu fuit. Vide Hadrian. Cardin. pag. 100.

Rediens Phalera in sinu Maliaco tenuit] Verior, credo, lectio *Phalarna*. Sic Plinius [4. Hist. Nat. 7.] SABELL. Andreas *Phalara*. et sic scribe. Diximus supra. J. FR. GRON. Livius tamen rursus 35, 43. *Phaleram in sinum Maliacum processit*. De ea v. Sigonium ad 27, 30, 3. DUKER. *Phalara* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et edd. antt. quibus proximae Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque dederunt *Phalera*, quod est quoque in Lov. 2. 3. et Gaertn. Aliae edd. vel *Phalarna*, vel *Phalarnam*, sed primus Aldus *Phaleram* maluit, quod ad Gronov. usque obtinuit. Sed, Gronovium veram lectionem Livio vindicasse, docet Polyb. qui, eamdem historiam referens, bis *Phalara* memorat in Excerpt. Leg. num 13. pag. 1117. *Τοῦ Νικάνδρου κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον καταπλεύσαντος ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὰ Φάλαρα.* et pag. 1118. *Παρεγενήθη μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἐφέσου δωδεκαταῖος εἰς τὰ Φάλαρα πάλιν ἀφ' ἧς ὡρμίσθη ἡμέρας.* quo tamen utroque loco Casaub. vitiosas Livii editiones secutus, vocem illam *Phalaram*, quam *Phalara*, reddere maluit. V. Gronov. ad Liv. 27, 30, 3. et 32, 15, 1. Idem nomen et supra nostro restitui 35, 43, 8. Ceterum, Clariss. Hearne admodum neglegenter Cellarium consuluit, monens eum in Geogr. ant. 2, 13. pag. 686. cum Sigonio *Phalaram* legere maluisse, quum contra doceat *Phalara* legendum, ac mendum in libris Livianis esse, in quibus *Phalera* secunda vocali legitur. Credidit forsitan Graecis dici ἡ *Φάλαρα*, quum sit τὰ *Φάλαρα* neutro plurali.

§. 5. *Vespera prima inter Macedonum Romanaque castra*] MS. *inter Macedonum Roma-*

Digitized by Google

versis rebus eorum. Aetolos quoque finire tandem 10
adversus se odia debere; et Nicandrum privatim
ejus diei, quo servatus a se foret, meminisse. Ita 11
datis, qui in tutum eum prosequerentur, Hypatam
Nicander consultantibus de pace Romana superve-
nit.

XXX. M.' Acilius, vendita, aut concessa militi 1
circa Heracleam praeda, postquam nec Hypatae pa-
cata esse consilia, et Naupactum concurrisse Aeto-
los, ut inde totum inpetum belli sustinerent, audi-
vit; praemisso Ap. Claudio cum quatuor millibus mi- 2
litum ad occupanda juga, qua difficiles transitus
montium erant, ipse Oetam adscendit, Herculique 3

norumque castra. MOD. Cum omnibus meis codd. *Romanaque*, quam cum cod. Mog. *Romanorumque* malo, quia Livius ita saepe loqui, et haec variare solet. Supra 25, 26, 12. *Multo tamen major vis pestis Poenorum castra, quam Romana, adfecerat.* 33, 15, 2. *Equites discurrere ad depopulandos simul Pellenensium Sicyoniumque agros et Phliasium jubet.* Ubi male viri docti *Pellenensem* scribendum conjiciunt. V. ad 25, 15, 11. Praeterea *prima vespera* omnes codd. nostri cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Ita contra cap. 19, 8. ubi nunc *prima luce* editur, omnes, uno excepto, codices nostri *luce prima* praeferunt. Paullo ante *inde Lamiam Patinam quum deduxisset* Lovel. 6. V. ad 32, 2, 1.

§. 6. *Adcumbere eum epularique jussit*] MS. [Mogunt.] *accumbere eum epularique jussum.* quod cum sequentibus satis congruit. MOD. Hinc in contextum, bonitate codicis permotus, recepi. Mox *τὸ inde* non comparet in Lovel. 3. [*jussit* Bamb.]

§. 8. *Atque in ipsorum caput semper recidentia*] *atque ipsorum caput* Voss. et Lov. 1. Unde legi posset *inque ipsorum caput.* Sed reliqui stant pro vulgato. *Τὸ semper* exsulat ab Harl. Mox *inde Antiochum* Gaertn. Etiam §. seq. *oblitum non facturum*, omisso pronomine *se*, Voss.

§. 10. *Et Nicandrum privatim ejus diei*] *privatum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb. mox idem *qui* pro *quo.*] Postea §. seq. *in tutum eum persequerentur.* Sed vide ad Epit. Liv. 99.

§. 1. *Postquam nec Hypatae pacata esse consilia*] *pacata consilia esse* omnes, quibus utor, Mssi cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [*concilia* Bamb.]

§. 2. *Ipse Oetam adscendit*]

Digitized by Google

sacrificium fecit in eo loco, quem Pyram, quod ibi mortale corpus ejus Dei sit crematum, adpellant. inde toto exercitu profectus reliquum iter satis ex-
4 pedito agmine fecit. Ut ad Coracem est ventum, (mons est altissimus inter Callipolin et Naupactum) ibi et jumenta multa ex agmine praecipitata cum ipsis

descendit Voss. Lov. 1. 4. 6. et Gaertn. Quam lectionem quum Clariss. Jac. Gronov. etiam se in cod. Thuan. invenisse monuisset supra ad 35, 13, 6. inde *escendit* legendum conjecit. V. ad 2, 28, 6.

§. 3. *Quem Pyram, quod ibi mortale corpus ejus Dei sit crematum, adpellant*] Pall. *mortale corpus ejusdem sit crematum.* Nam praecessit, *Herculique sacrificium fecit.* ubi tamen Pal. prior, *sacrificium infecit.* GEBH. Thuan. *pyram, ibi mortale*, extincto *τῷ quod.* Et sic Vossian. adposito in margine, *al. ubi.* Itaque vel hoc videtur admittendum, vel, si mavis, corriges: *pyram (ibi mortale corpus ejus Dei fuit crematum) appellant;* ut fidem magis suam, quam rumorem Graecorum, pa tefaciat. JAC. GRON. Illustrat haec Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 159 DUK. *eo quod ibi mortale corpus sit crematum* Lov. 3. *Τὸ quod* deest etiam in Lov. 1. 6. Gaertner. et Hearnii L. 1. Praeterea *ubi mortale corpus ejusdem sit crematum* Lov. 6. et Gaertn. *ejusdem*, pro *ejus Dei*, etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. Hart. et Mead. ambo. Sed vulgatum praefero.

§. 4. *Ut ad Coracem est ventum, (mons est altissimus inter Callipolin et Naupactum)*] *Callipolin* hoc tractu nusquam memini me legere, sed e regione Lampsaci ad Hellespontum: verum nihil ad hunc locum. *Coracis* meminit et Ptolemaeus [3, 15.] Vide, si forte legendum, *inter Chalcidem*, aut *Callidromum, et Naupactum.* sunt enim haec item Aetoliae loca. GLAR. *Callipolin* in hoc tractu se legisse non meminit Glareanus. Itaque aut *Callidromum*, aut *Chalcidem* pro ea reponendam putat. Quam autem recte putet, ostendit Appian. [Syriac. pag. 99.] qui ita inquit: *ὁ μὲν δὴ Μάνιος ἐπὶ Καλλιπόλεως διώδευε τὸ ὄρος, ὃ καλοῦσι Κόρακα.* SIGON. Callipolin urbem, inter quam et Naupactum situs est mons Corax, eodem modo, ut Livius hoc loco, memoravit etiam Polyb. 20. teste Steph. Byz. v. *Κόραξ. Κόραξ ὄρος μεταξὺ Καλλιπόλεως καὶ Ναυπάκτου. Πολύβιος ἐικοσῳ.* Verum quum Stephan. voc. *Καλλίπολις*, quatuor ejusdem nominis urbes recensens, attamen Aetolicae hujus non meminerit, eum ex Livio nostro, vel corrupto, vel in nomine illo aberrante, similiter corruptum, et *Καλλίου πόλεως* scribendum esse, existimat Palmer. Graec. Ant. 4, 22. *Κάλλιον* quidem oppidum Aetoliae esse, docet, memoratum Pausaniae in Phocic. 22. nihilominus tamen neque in Livio, neque in Stephano aliquid mutandum esse, monuit Cellar. Geogr. ant. 2, 13, 713. Cujus sententiam locus Appiani a Sigonio laudatus firmat. Ceterum *Coracen* Lov. 5. et edd. Camp.

Digitized by Google

oneribus sunt, et homines vexati. Et facile adpare- 5
bat, quam cum inerti hoste res esset, qui tam inpe-
ditum saltum nullo praesidio, ut clauderet transitum,
insedisset. Tum quoque vexato exercitu, ad Naupa- 6
ctum descendit: et, uno castello adversus arcem
posito, ceteras partes urbis, divisis copiis pro situ

ac Rom. anni 1472. Tum *Callipolim* Lov. 1. 3. 4. Mox *ibi jumenta multa* Lov. 2. 6. et Harl.

§. 5. *Et homines vexati, et facile adparebat*] MS. addita vocula unica, *et homines vexati, et id facile apparebat.* MOD. Mog. *et id facile.* Vitiosum utrumque censeo, et scribendum: *et homines vexati. Facile apparebat.* V. ad lib. 4, 6 J. FR. GRON. Quum ita conjiciat Gronovius, nescio, unde factum sit, ut tamen anno 1665. *Id facile apparebat* ediderit, quod in uno Lov. 3. inveni. *et facile apparebat* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Similiter edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Proximae, quales sunt Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque „ et reliquae usque ad Aldum, *Facile apparebat.* Aldus priorem lectionem *et facile* revocavit. Gronovio adsensus, deletis quibusvis particulis, *Facile adparebat* probassem, si vel unus cod. conjecturam ejus exhiberet. Livium enim ita interdum locutum esse, exempla loco, quem Indicavit, adlata evincunt: librarios vero orationem Livii, quam minus apte cohaerere putabant, his similibusque particulis connectere solitos fuisse, saepe dictum est. Nunc contra existimo, Livium nobis reliquisse *Et facile adparebat*; pro quo quum alii dedissent *Id facile adparebat*, Moguntini deinde cod. librarium, utraque lectione juncta, scripsisse *Et id facile adparebat.* Similiter *Et adparebat* supra 33, 1, 7. *Tum* etc. *obstupuerunt omnes. Et adparebat, nihil liberae consultationis concilio* etc. *relictum.* Infra 37, 25, 1. seq. *Magnam laetitiam Romanis* etc. *adventus adtulit Rhodiorum. Et adparebat, si ea cura Rhodiis demta esset*, etc. Hanc igitur lectionem iterum restitui. Mox *quam tum incerta hosti esset res* Voss. *quantum cum inerti hoste esset res* Lov. 3. *quantum inerti hoste res esset* Gaertn.

§. 6. *Tum ergo vexato exercitu*] Scribo *Tum quoque vexato.* GELEN. *Tum quoque vexato* Mog. Prius edebatur: *Tum ergo.* Illa lectio leviter juvanda: *Tam quoque vexato.* J. FR. GRON *Tum quoque* etiam omnes nostri praeter Lov. 5. qui, ut solet, editis antiquis adhaeret. Illam codicum lectionem Gronovianae praeferendam esse conjecturae, ad marginem Livii sui monuit Clariss. Periz. et verba *Tum quoque vexato exercitu* exponit, exercitu, licet nullus obstaret hostis, vexato. Adscripsit insuper locum ex Livii 37, 16, 11. *Ita non milites solum, sed etiam navales socios, remigum turbam, quibus quisque poterat, telis armatos in proelium eduxit. Tum quoque anceps pugna fuit.* Mox *Nau-*

Digitized by Google

moenium, circumsedit. nec minus operis laborisque ea obpugnatio, quam Heracleae, habuit.

1 XXXI. Eodem tempore et Messene in Peloponneso ab Achaeis, quod concilii eorum recusaret esse,
2 obpugnari coepta est. Etenim duae civitates, Messene et Elis, extra concilium Achaïcum erant: cum
3 Aetolis sentiebant. Elei tamen, post fugatum ex Graecia Antiochum, legatis Achaeorum lenius responderant; *dimisso praesidio regio, cogitaturos se,*

pactum descendit, omissa praepositione, Lovel. 3. et Hearnii L. 1.

Et, uno castello adversus arcem posito] *et castello* Harl. *et in castello* reliqui mei Msti, Hearnii L. 1. et edd. principes. *et uno castello* Aldus ex cod. Mog. Tum *versus arcem* Lov. 6. Mox *urbis* decst in Lovel. 1. Hinc *positu*, pro *pro situ*, et *oneris*, pro *operis*, legit Gaertn. [*et* ante *uno* omittit Bamb.]

Quam Heracleae, habuit] MS. *quam Heraclea h.* MOD. Similiter etiam Gaertn. Sed vulgatum verum est.

§. 2. *Etenim duae civitates, Messene et Elis, extra concilium*] Pall. uterque *Et duae civitates.* Sicut mox *et cum Aetolis sentiebant.* GEBH. Consentiunt per omnia Lov. 4. et Mead. 2. *Et duae civitates* legunt etiam Voss. Lovel. 1. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertner. [Bamb.] *Duae civitates*, voce praecedente omissa, Lov. 2. Ceterum *Etenim duae civitates, Messene et Elis, quae extra concilium Achaïcum erant, cum Aetolis sentiebant* edd. vett. *Τὸ quae* primus delevit Frob. anno 1535. quod in nullo etiam cod. inveni.

§. 3. *Elei tamen post fugatum*] Ita Moguntini ex cod. suo ediderunt. Primae edd. praeferunt *Et alii tamen*; quod servat unus Lov. 5. Reliqui Msti *alii*, vel *Elii*, vel *Helii*. Mox *quid faciendum esset* Voss. Lovel. 2. et Harl.

§. 5. *Trepidique rerum suarum, quum jam ager effuso exercitu passim ureretur*] Excluso vocabulo *passim*, libri nostri omnes *quum jam ager effuso exercitu ureretur.* GEBH. Vocabulum *passim*, quod etiam exsulat ab omnibus codd. meis, Hearnii L. 1. et edd. antiquioribus, Aldus, praeeuntibus membranis Mog. inseruit. *Trepidi rerum suarum*, ut supra 5, 11, 4. *Trepidi rerum suarum in Sergium Virginiumque incurrunt.* Servius ad Virg. 12. Aen. 589. *trepidae rerum* exponit, *Nescientes quid agant, ignarae auxilii, hoc est, trepidae de suis rebus.* Mox *castraque circa urbem poni* Gaertner. *castraque prope urbem viderent* Lov. 3.

Legatos Chalcidem ad T. Quinctium] Hic in Chalcide est T. Quinctius, ad quem Messenii legati mittuntur: continuo autem post, auditis legatis, a Megalopoli ad Diaphanem praeto-

Digitized by Google

quid sibi faciendum esset. Messenii, sine responso 4
dimissis legatis, moverant bellum; trepidique rerum 5
suarum, quum jam ager effuso exercitu passim ureretur, castraque prope urbem poni viderent, legatos Chalcidem ad T. Quinctium, auctorem libertatis, miserunt, qui nunciarent, Messenios Romanis, non Achaeis, et aperire portas, et dedere urbem paratos esse. Auditis legatis, extemplo profectus 6
Quinctius, a Megalopoli ad Diophanem praetorem

rem Achaeorum misit. Quod utique judicandum lectori relinquimus. GLAR.

§. 6. *Profectus Quinctius a Megalopoli*] Merito videndum esse admonet Glareanus, quid sit, quod eodem versu Livius Quintium Chalcide fuisse, et a Megalopoli ad praetorem misisse dicat. Est enim intelligendum, Chalcidem hanc non Euboeae aut Aetoliae, sed Corinthi oppidum fuisse. Quintium autem Megalopolim profectum ad praetorem Achaeorum Messenem oppugnantem misisse. Itaque *Megalopolim* legendum est, non *a Megalopoli*. Siquidem subdit Livius: *Praetor circa Andaniam, parvum oppidum, inter Megalopolim Messenemque positum, Quintio occurrit.* De Chalcide Corinthia scribit Stephanus: itaque paulo post ait Quintius: *Corinthum ad se venirent.* SIG. Libri omnes *a Megalopoli*. GEBHARD. Scripti et editi *a Megalopoli*. Glareanus judicandum relinquit, quid sit, quod eodem versu Livius Quintium Chalcide fuisse, et a Megalopoli ad praetorem misisse dicat. Sigonius ait intelligendum, *Chalcidem* hanc non Euboeae aut Aetoliae, sed Corinthi, Stephano commemoratam, fuisse: Quintium autem Megalopolim profectum ad praetorem Achaeorum Messenen oppugnantem misisse: itaque *Megalopolim* legendum, non *a Megalopoli*. Sensum deprehendit: sed quid opus cruciari verba veteris scripturae, quibus iste sensus optime exprimatur? *Auditis legatis, extemplo profectus* (puta Chalcide) *Quintius, a Megalopoli* (quum eo pervenisset ex itinere, in castra prope Messenen) *ad Diophanem praetorem Achaeorum misit.* Non video, cur exspectandum fuerit Livio, fore, ut haec parum ab hominibus etiam doctis intelligerentur. J. FR. GRON. Omnes etiam nostri *a Megalopoli*, nisi quod solus Voss. praepositionem ignoret.

Ad Diaphanem praetorem Achaeorum] *Diophanem* Plutarchus in Quintio (pag. 378) *Διοφάνη στρατηγοῦντα τῶν Ἀχαιῶν.* SIG. Libri omnes *ad Diaphanem*. Et semper sic indigetant, non *Diophanem*. GEBH. Nostri hic et cap. seq. constanter *Diaphanem*, *Diaphenem*, vel *Dyaphanem* scribunt; nisi quod *Dyophanem*, vel *Diophanem* sit in Gaerta. Veram tamen puto Sigonii emendationem. Certe *ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀχαιῶν Διοφάνης* memoratur Plutarch. in

Digitized by Google

Achaeorum misit, qui extemplo reducere eum a
7 Messene exercitum, et venire ad se juberet. Dicto
paruit Diophanes: et, soluta obsidione, expeditus
ipse, praegressus agmen, circa Andaniam, parvum
oppidum, inter Megalopolim Messenenque positum,
Quinctio obcurrit; et, quum caussas obpugnationis
8 exponeret, castigatum leniter, quod tantam rem si-
ne

Philop. pag. 364. *Διοφάνης* dux copiarum, quas Achaei Eumeni auxilio miserunt, Appian. in Syriac. 102. qui *Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης* vocatur Polyb. in Exc. legat. num. 20. Apud Livium vero, eamdem historiam narrantem 37, 20. eadem in Mstis lectionis varietas obcurrit. Aliis etiam locis *Diophanis* meminit Polyb. Etiam Liv. 38, 32. Sed ibi similiter quoque variant scribae.

Reducere eum a Messene exercitum] Non moveo quidem, sed tamen frequentius de hac re puto dici *deducere*. 8, 2, 4. *Extemplo inde exercitus Romanus deductus est.* cap. 36, 12. *Ita deductus ex Samnio exercitus.* 10, 46, 1. *Consul exercitum de Samnio deduxit.* *D* et *R* in multis, atque etiam in his ipsis, facile permutantur. DUK. V. ad 6, 26, 8. *a Messena* Harl. Sed saepissime Livius hoc nomen more Graecorum *Messene* formavit, ut supra hoc cap. tum 39, 48. 49. 50.

§. 7. *Circa Eudamiam, parvum oppidum*] Ita plerique habent codices, sed errant. *Andaniam* enim legendum ex Stephano ac Strabone. Et ille quidem Messeniae facit oppidum. Strabo autem lib. 8, [339.] Arcadiae tenuem ait civitatem, ac olim Euryti Oechaliam esse dictam. Pausanias vero ab initio lib. 4. ait, regiam Messenes olim fuisse. Non me fugit, duos Lacedaemoniorum fuisse reges Eudamidas, de Proclis progenie, si quis forte locus ab iis nominatus sit, quod lector studiosus judicet. GLAR. *Endaniam* Lov. 1. 6. et Mead. 2. *Eridaniam* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. 1. *Eudaniam* Voss. Lov. 3. 5. Gaertn. et edd. antt. *Eudamiam* vero, quod Glareanus capiti notae suae adposuit, in nullo vel cod. vel typis descripto obvium fuit, ut, locum ex nomine Eudamidae regis Lacedaemoniorum dictum esse, cogitari nequeat. *Andaniam* ante Glareanum jam edidit Froben. anno 1531. Paullo ante *cum expeditis ipse praegressus agmen* Harl. *expedito ipse praegressus agmen* Lov. 6. *expedito ipse praegressus agmine* a manu 2. *expeditus ipse praegressus agmine* Lov. 5. et edd. antt. usque ad Frob. qui anno 1531. vulgatum exhibuit.

Inter Megalopolim Messenemque] Non scio, cur ita potius dicendum sit, quam *Messenen*, ut 34, 32. et *Messanen*, 28, 28. vel Latinorum forma *Messenam*, 29, 8. DUK. *Megapolim* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. uterque. Ex edd. antt. non paucae partim *Megalopoli*, partim *Megalopolin* exhibent, ut *Callipolin* cap. praec. Sed *Megalopo-*

Digitized by Google

ne auctoritate sua conatus esset, dimittere exercitum jussit, nec pacem omnium bono partam turbare. Messeniis imperavit, ut exsules reducerent, et A- 9
chaeorum concilii essent. si qua haberent, de quibus aut recusare, aut in posterum caveri sibi vellent, Corinthum ad se venirent. Diophanem concilium 10
Achaeorum extemplo sibi praebere jussit. Ibi, de Zacyntho intercepta per fraudem insula questus,

lim editur supra 32, 5. V. notata ad 40, 41, 2. Similiter eaedem vel *Messenēque*, vel *Messenenque* legunt, ed. Camp. etiam *Messenemque*, quod et olim infra obcurrebat 39, 49. Sed Dukero adsentior. *Messenenque* edidit etiam Crevier.

Quinctio obcurrit; et etc. *dimittere exercitum jussit*] Haec non satis apte videntur connecti copula *et*, pro *Quintio occurrit*, *qui* etc. *jussit*. Sed Livius etiam alibi copulativis ad jungendam diversae structurae orationem utitur. 33, 41, 5. *Oram Asiae legens pervenit in Lyciam, Patarisque cognito, vivere Ptolemaeum, navigandi quidem in Aegyptum omissum consilium est*. V. ad 3, 38, 2. DUK. Mox cap. seq. *Quidam Achaeorum pertinaciam increpitabant praetoris, auctoribusque iis decretum est*. V. etiam Cl. Duker. ad 28, 12, 13. (* et quae noto ad 45, 6, 2.)

§. 8. *Castigatum leniter*] *leviter* Lovel. 2. 4. et Harl. Male. Supra 30, 15, 10. *Nunc, quod tristiorem rem, quam necesse fuerit, fecerit, leniter castigat*. Solent passim hae voces a librariis commutari. Vide ad 1, 34, 8. 2, 7, 10. c. 50, 10. c. 60, 1. c. 65, 3. 3, 31, 7. c. 35, 4. c. 41, 6. c. 50, 12. c. 61, 12. 4, 51, 3. 5, 23, 10. 6, 19, 3. 10, 2, 8. 21, 10, 7. c. 18, 4. 25, 24, 15. c. 36, 6. 28, 17, 12. 29, 9, 9. c. 33, 3. 30, 19, 5. 35, 21, 6. 38, 21, 3. 39, 25, 2. Adde Nic. Heins. ad Nas. 3. Her. 80. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 39. et 65. ad Calig. 26. Bentl. ad Horat. 2. od. 19, 15. Corte ad Plinii 5. ep. 6, 14. et viros doctos ad Val. Max. 1, 8, 2. Pofica *turbaret* Lov. 3. *perturbare* Gaertn.

§. 9. *De quibus aut recusare, aut in posterum cavere sibi vellent*] Hic quoque nihil tento. 7, 41. *Sibi se privatim nihil cavere*. Cic. 1. Phil. 2. *Veterani, quibus hic ordo diligentissima caverat*. Mallem tamen, si quid libri scripti juvarent, *caveri*. 3, 55, 2. *Quidquid libertati plebis caveretur, id suis decedere opibus*. 24, 2, 5. *Optimum visum est, ad Annibalem mitti legatos, caverique ab eo, ut receptus Croto Bruttiorum esset*. Si *cavere* retinetur, *recusare* supervacuum videri potest: nam utique etiam de iis sibi *cavere* volebant, quae recusaturi erant. DUK. Hunc ordinem verborum Aldus ex Mog. cod. recepit. Priores *aut recusare in posterum, aut*. quod etiam superest in omnibus codd. nostris. Praeterea *caveri*, ut sagaciter Clariss. Duker. scribendum conjecit, Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Livius 3, 52, 11. *Id modo simul orant*

Digitized by Google

11 postulavit, ut restitueretur Romanis. Philippi Macedonum regis Zacynthus fuerat: eam mercedem Amynandro dederat, ut per Athamaniam ducere exercitum in superiorem partem Aetoliae liceret. qua expeditione fractis animis, Aetolos compulit ad pe-
12 tendam pacem. Amynander Philippum Megalopolitanum insulae praefecit: postea per bellum, quo se Antiocho adversus Romanos conjunxit, Philippo ad munia belli revocato, Hieroclem Agrigentinum successorem misit.

1 XXXII. Is, post fugam ab Thermopylis Antiochi,

ac monent, ut ipsis ab invidia caveatur. Paullo ante *Achaeorum consilio essent* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *Achaeorum conciliis essent* Mead. 1. *Achaeorum consilio interessent* Lov. 6. *Achaeorum concilio interessent* Lov. 3. Male. Supra hoc cap. *Quod concilii eorum recusaret esse.*

§. 11. *Eam mercedem Amynandro dederat*] Libri omnes *et eam mercedem.* GEBH. Similiter Lovel. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1535. *et tantam mercedem* Gaertn. *et eum mercedem* Lovel. 1. *et cum mercedem* Voss. a manu 1. *eam mercedem* a manu 2. Addita est particula ab illis, qui putarunt, sine ea orationem Livii non recte cohaerere. Vide ad 9, 37, 5. 26, 13, 11. aliisque locis. Mox *exercitum in superiorem partem Aetoliae ducere* Harl. Deinde *fractos animo Aetolos* Lov. 6. Sed pro vulgato stant reliqui.

§. 12. *Philippo ad munia belli revocato*] Pall. *ad munera.* GEBH. Ita etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et Hearnii L. 1. [Bamb.] Saepissime ita variant librarii. V. ad 2, 8, 4. 6, 23, 11. 7, 33, 1. Utrumque ferri potest. *Munia*, ut 1, 42, 5. *Belli pacisque munia non viritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent.* 44, 41, 1. *Juvenum munia in parte praecipua laboris periculique capessebat.* V. Cel. Burm. ad Nas. 1. Art. 691. *Munera*, ut 9, 3, 5. *Non militaribus solum, sed civilibus quoque abscesserat muneribus.* 27, 9, 9. *Non enim detrectationem eam munerum militiae esse.* 32, 16, 15. *Segnius munera belli obeunt.* 44, 4, 10. *Omnia militaria munera ipse inpigre obiret.* V. Cel. Burm. ad Seren. Samon. vers. 610. Quamvis autem vulgato praetendi posset, facilius librarios *munia* in *munera*, quam contra, mutaturos; tot tamen codd. consensus efficit, ut *munera* verius credam. Mox *Hierocleam Grigentinum* Voss. et Lovel. 1. *Heracleam Agregentinum* Gaertn. *Hieroclidem Agrigentinum* Harl. *Hyeroden Agrigentinum* Mead. 2. *Hierodem Agrigentinum* Lov. 2. 3. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472.

§. 1. *Post fugam ab Thermo-*

Digitized by Google

Amynandrumque a Philippo Athamania pulsum, missis ultro ad Diophanem praetorem Achaeorum nunciis, pecuniam pactus, insulam Achaeis tradidit. Id 2
praemium belli suum esse, aequum censebant Romani. *non enim M.' Acilium consulem legionesque Romanas Diophani et Achaeis ad Thermopylas pugnasse.* Diophanes adversus haec purgare interdum se- 3
se gentemque; interdum de jure facti differere. Qui- 4
dam Achaeorum et initio eam se rem adspernatos testabantur, et tunc pertinaciam increpitabant praetoris: auctoribusque iis decretum est, ut T. Quin-

pylis Antiochi, Amynandrumque a Philippo Athamania pulsum] *postquam fugam* etc. *Athamania pulsum audivit* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Neque aliter Voss. Lov. 1. et Harl. nisi quod primus pro *audivit* legat *anditum*, secundus *scivit*; tertius omittat vocem *Antiochi*.

Pecunia pactus, insulam Achaeis tradidit] Vet. lib. *pecuniam pactus*. perspicue verum. SIG. Pariter Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo., et Gaertn. *pecuniam pactis* Lov. 2. [Bamb.] *pecunia pactis* Parm. et quaedam aliae edd. Lectio, quae ante Sigonium exstitit, in uno tantum meorum Lov. 5. supererat. Ex suo tamen nihil Moguntini adtulerunt. Utrumque dici *paciscì pecunia*, et *pecuniam*, vidimus ad 24, 49, 7. Tum *tradit* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. ante Aldum. V. ad 34, 29, 13.

§. 2. *Id praemium belli suum esse, aequum censebant*] *Id praemium suum esse* Lov. 1. *Id praemium belli sui esse* Harl. Tum *secum censebant* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed margo Mead. 1. servat *aequum*.

§. 3. *Diophanes adversus haec pugnare interdum sese*] Libri nostri omnes, qua Msti, qua cusi, *Diaphanes adversus haec purgare interdum sese*. Nam illud *pugnare* locum hic habere non potest. GEBH. *pugnare* operarum errore datum est in ed. Modii, et servatum in prioribus Gruteri. Tum *adversus hoc* Harl. Insuper *interdum purgare sese* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *interdum purgare se* Lov. 8. [*interdum* ante *sese* omittit Bamb.]

§. 4. *Pertinaciam increpabant praetoris*] Scribo *pertinaciam increpitabant*, pro *increpabant*. GELEN. Gelenii emendationem, quam Frob. anno 1535. recepit, firmat cod. Mogunt. Supra 1, 7, 2. *Quum verbis quoque increpitans adjecisset*. 5, 11, 6. *Sergius proditionem increpitans Virginii*. Ita quidam codd. Praeterea *imperatoris*, pro *praetoris*, cod. Mog. Mox *decretum est*, *T. Quinctio ea res* Voss. et Gaertn. Voces *ea res* desunt in Lov. 2. [*increpabant* Bamb.]

Digitized by Google

5 ctio ea res permitteretur. Erat Quinctius, sicut adversantibus asper, ita, si cederes, idem placabilis. Omissa igitur contentione vocis vultusque, *Si utilem*, inquit, *possessionem ejus insulae censerem Achaeis esse, auctor essem senatui populoque Romano, ut*
6 *eam vos habere sinerent. ceterum sicut testudinem,*

§. 5. *Sicut adversantibus asper, ita, si cederes, idem placabilis*] Libri nostri omnes *adversantibus asper ira.* GEBH. A Mogunt. est. Prius editi et scripti *asper ira, ita si.* Forte: *Erat Quinctius, sicut adversantibus asperior, ita, si cederes, idem placabilis.* J. FR. GRON. Omnes etiam nostri, et Victorin. Crevierii alteram lectionem *asper ira, ita, si* servant; nisi quod *asper iratus*, pro *ira*, praeferat Lov. 6. *aspere iratus* Lov. 6. ? [*asperae irae* Bamb.] Si quis cum Crevierio Gronovii conjecturam probare velit, non adversabor. Certe ita comparativum et positivum jungit Livius supra 1, 43, 2. *Seniores, ad urbis custodiam ut praesto essent; juvenes, ut forte bella gererent.* Interim tamen, quum voces *ira* et *ita* saepe in membranis antiquis commutentur, ut vidimus ad 24, 16, 1. suspicio orta est, librarios in quodam cod. *ira*, pro *ita*, scriptum invenisse; et hinc, quod utramque lectionem servare voluerint, natum esse id, quod in plerisque exstat Mstis: solum itaque Mog. codicem veram Livii manum exhibuisse. Praeterea *ut cederes* Lov. 1. *si diceres* Lov. 3. *si crederes* Gaertner. V. ad 3, 21, 3. Hinc *ipse placabilis* Voss. et Gaertn. Vox *idem* non adparet in Lov. 6.

Omissa igitur contentione vocis vultusque] Libri nostri omnes respuunt *tò igitur.* GEBH. Respuunt etiam omnes nostri scripti, [Bamb.] et editi usque ad Moguntinos, qui vocem illam ex cod. suo addiderunt. Pessime *Dimissa contione vocis vultusque* Harl.

Ut eam vos habere sinerent] *Tò eam* omittit Lov. 3. Tum *sineret* Lov. 4. 5. Mead. sec. Gaertner. et edd. Aldina antiquiores. Male. Livium conlectivis singularibus, inter quae sunt etiam *senatus* et *populus*, junxisse verbum plurale, vidimus ad 35, 26, 9. Id igitur multo magis ferri debet, si conjungantur duo conlectiva *senatus populusque*, quum et duabus aliis singularibus addatur verbum plurale. V. ad 1, 31, 7. Infra 37, 45, 14. *Quum senatus populusque Romanus pacem comprobaverint.*

§. 6. *Ceterum sicut testudinem*] Apologus hic narratur item a Plutarcho et in Quint. [378.] et in Apophthegmatis Quintii [197.] SIG. In nummis antiquis, uti annotat Jac. de Wilde pag. 79. Peloponnesus testudini assimulatur, forte ob prominentiarum, sive promontoriorum, maxime insignem Chelonatem, urbemque proximam Chelonem, hoc est, testudinem. HEARNE.

Ubi conlecta in suum tegimen est] Omnes libri *tegumen.* GEBHARD. *tegmen* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. *tegumen* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et edd. antt. *tegimen* primus edidit Fro-

Digitized by Google

ubi conlecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus videò esse; ubi exserit partes aliquas, quodcumque nudavit, obnoxium atque infirmum habere; haud dissimiliter vos, Achaei, clausos undique ma- 7
ri, quae intra Peloponnesi sint terminos, ea et jungere vobis, et juncta tueri facile; simul aviditate plu- 8

ben. anno 1535. quod in nullo vidi eod. Proxime tamen accedit Lovel. 1. qui *regimen* praefert sollemni errore. V. ad 37, 11, 3. Gronovius *tegumen* revocavit. Passim in Mstis *tegmen*, *tegimen*, *tegumen* varie scriptum obeurrit. V. ad 4, 39, 3. 9, 19, 7. c. 40, 3. 22, 1, 3. 37, 42, 2. Sed, *tegumentum* antiquitatem sapere, observat Pierius ad Maron. 3. Aen. 594. et 7. Aen. 666. Mox *constitutam*, pro *tutam*, Voss. et Lov. 1. ac 6. Deinde *ubi exiret* Voss. Lovel. 1. 3. Mead. 2. et Gaertn. cum plerisque veterum editorum, literis perperam transpositis. *ubi exuerit* Harl. Hinc *quod nudabit* Lov. 1. *quodcumque nudarit* Lovel. 2. *quodcumque nudabit* Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et typis descripti usque ad Frob. anni 1535. ubi primum *nudavit* obvium fuit.

§. 7. *Clausos undique mari, quae intra Peloponnesi sint terminos, ea et jungere*] Pall. uterque *clausos undique marique quod intra Peloponnesium sinum est termino.* Vet. ed. *clausis undique mari, quod intra Peloponnesi est termino, ea et jungere.* GEBH. Locus in Mstis mire corruptus. *undique mari, quae nunc intra Peloponnessum sunt termino ea* Harl. *undique mare, quod intra Peloponnensium sunt est termino ea* Lov. 1. a quo non aliter differt Voss. quam quod voces *sunt est* omittat. *undique mari, quod non intra Peloponnēsum est termino ea* Mead. 1. *undique mari, quod intra Peloponnensium sinum est termino ea* Lov. 2. Nec aliter Lov. 6. nisi quod *superest*, pro *est*, praeferat. *undique mari, quod intra Peloponnessum termino, ea* Gaertn. *undique mari, quod intra Peloponnesi situm est termino* Lov. 3. *undique marique, quod intra Peloponnensium situm est termino ea* Lov. 4. *undique terra marique, quod intra Peloponnensium sinum est termino ea* Mead. 2. *undique mari, quod intra Peloponnesum est termino ea* Lov. 5. et edd. antt. *undique maris, quod intra Peloponnesum est termino ea* ed. Ascensii anni 1513. et proximae. *undique mari, quae intra Peloponnesi sunt terminos, ea* ed. Froben. anni 1531. *sint* vero pro *sunt* substituit Frobenius anno 1535. Ea vero lectio deinde ab omnibus servata est. Consensus tot codicum in τὸ *quod* persuadere posset, Livium dedisse *clausos undique mari, quod intra Peloponnesi est terminos, ea et jungere vobis.* Ut *ea jungere, quod* simili modo dictum sit, quo *id facturum, quaecumque* 33, 24, 6. ubi plura vide. Potius tamen est, ut vulgatum probemus, et credamus, non animadvertisse librarios, Livium, pronomine relativo pronomini demonstrativo praeposito, *quae intra Peloponnesi sint terminos,*

Digitized by Google

ra amplectendi hinc excedatis, nuda vobis omnia, quae extra sint, et exposita ad omnes ictus esse.
9 Adsentiente omni concilio, nec Diophane ultra tendere auso, Zacynthus Romanis traditur.

1 XXXIII. Per idem tempus Philippus rex, proficiscentem consulem ad Naupactum percunctatus, si se interim, quae defecissent ab societate Romana,
2 urbes recipere vellet, permittente eo, ad Demetriadem copias admovit, haud ignarus, quanta ibi tum
3 perturbatio esset. Destituti enim ab omni spe, quum

ea jungere dixisse, *pro ea jungere*, *quae* etc. et hinc, *quae intra* etc. referenda ad praecedens *mari* existimantes, pro *quae* margini adscripsisse *quod*; alios, utraque lectione juncta, dedisse *marique quod*; alios deinde, *τὸ que* incommodum videntes, altera voce addita, scripsisse *terra marique quod*. Verum ita saepe relativum *qui* praemittitur, sequente demonstrativo *is*, quod debebat naturaliter praecedere. Supra 3, 71, 8. *Quem agrum miles pro parte virili manu cepisset, eum senex quoque voce vindicaret.* ubi alia v. 5, 21, 8. *Qui ejus hostiae exta prosecuisset, ei victoriam dari.*

§. 8. *Simul aviditate plura amplectendi hinc excedatis, nuda vobis omnia, quae*] *simul ut aviditate* Lov. 2. Sed v. ad 6, 1, 6. *amplectendi* satis commodum sensum praebet. Supra 30, 5, 7. *Ut proximis casis injectus ignis haesit, extemplo proxima quaeque, deinceps continua amplexus totis se passim dissipavit castris.* 37, 54, 25. *Graeci domesticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur.* 45, 9, 4. de Macedonia: *Europae se tamen finibus continuit, Graeciam omnem, ac partem Thraciae atque Illyrici amplexa.* Attamen cod. optimus Mogunt. praefert *simul aviditate adpetendi plura hinc excedatis, nuda vobis ea omnia, quae.* Supra 30, 14, 5. *Nulla earum virtus est, propter quas adpetendus tibi visus sum.* cap. 30, 8. *Ita aliena adpetivimus, ut de nostris dimicaremus.* Mox voces *et exposita* desunt in Voss. et Lov. 1. Dein §. seq. *adsentienti* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§. 2. *Quanta ibi tum perturbatio esset*] *quanta ibi caussa perturbationis esset* Lovel. 1. *quanta ibi tum turbatio esset* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. uterque. [Bamb.] *quanta ibi turbatio esset* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *quanta ibi tum conturbatio esset* Voss. et Gaertn. *quanta ibi conturbatio esset* Lov. 5. et edd. vett. *quanta ibi tum conturbatio esset* Aldus. *quanta ibi tum perturbatio esset* Frob. anni 1535.

§. 3. *Destituti enim ab omni spe*] Vox postrema in vitio haeret. Adscripsit pater: forte *ab omnibus*. Sed credo degenerasse, quum prius legeretur *ab om-*

Digitized by Google

desertos se ab Antiocho, spem nullam in Aetolis esse cernerent, dies noctesque aut Philippi hostis adventum, aut infestiorem etiam, quo justius irati erant, Romanorum exspectabant. Turba erat ibi in- 4
condita regiorum: qui, primo pauci in praesidio relicti, postea plures, plerique inermes, ex proelio adverso fuga delati, nec virium, nec animi satis ad obsidionem tolerandam habebant. itaque praemissis 5
a Philippo, qui spem impetrabilis veniae ostendebant, responderunt, patere portas regi. Ad primum 6

ni ope. JAC. GRON. *spem* et *opem* variant scribae etiam supra 5, 32, 7. Gronovio consentit Crevierius ob injucundam repetitionem vocis *spem*. Verum, id argumentum quam infirmum sit, vide ad 1, 3, 9. Scripti nostri constanter *ab omni spe*. De locutione *destitutus a spe* v. ad 1, 51, 5.

Aut infestiorem etiam, quo justius irati erant] Livii videtur *infestiorum*. JAC. GRON. *quod justius* Voss. sollemni scribarum lapsu. V. ad 1, 25, 13. 2, 1, 10. c. 19, 10. c. 27, 6. 3, 18, 6. c. 26, 9. c. 40, 11. c. 48, 5. c. 50, 9. c. 56, 9. 4, 15, 5. c. 36, 3. 6, 1, 11. c. 33, 6. c. 35, 3. et innumeris aliis locis. Adde Corte ad Sall. Jug. 22. Ratio erroris fuisse videtur, quia nihil erat, quo vocula *quo* referretur. At, saepe *eo*, subsequente *quo*, subintelligi, vidimus ad 26, 20, 5. Mox *exspectarent* omnes nostri et scripti, et editi usque ad Frob. qui anno 1531. *exspectabant* restituit.

§. 4. *Turba erat ibi incondita regiorum*] Contusus locus in Pall. quorum prior *Turba era essent ibi condite*. Alter cum hiatu *Turba ..... essent ibi condite*. Vet. ed. *Turba erat incondita regiorum*. GEBH. *Turba era essent ibi condite regiorum* Voss. Lov. 4. et Mead. 2. *Turba enim essent ibi condite regnorum* Lov. 1. *Turbe etiam essent ibi condite regiorum* Mead. 1. *Turbe etiam essent ibi condite erant regiorum* Gaertn. *Turbe etiam erant ibi addite regiorum* Lov. 4. *Turbae etiam ibi conditae regiorum* Lov. 2. et Harl. *Turbae erant ibi inconditae regiorum* Lov. 5. et edd. vett. Vulgatum ex Frobeniana anni 1535. in edd. posteriores promanavit. Id autem verum videtur. [*Turbae erant ibi conditae* Bamb.]

Inermes, ex proelio adverso fuga delati] Apertum est, supplendum esse *eo*, vel aliud rei conveniens. Sed non habeo exemplum. DUK. Praepositio *ex* non adparet in Harl. quam elisisse videtur ultima pars voces praecedentis. Praeterea *adversa fuga* Lov. sex, Harl. Mead. uterque, et edd. antt. Aldus demum *adverso* ex cod. Mog. recepit.

§. 5. *Itaque praemissis a Philippo, qui spem*] *jamque* Lov. 1. 6. et Voss. V. ad 7, 40, 2. Tum *quia spem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4.

Digitized by Google

ejus ingressum principum quidam urbe excesserunt: Eurylochus mortem sibi conscivit. Antiochi milites (sic enim pacti erant) per Macedoniam Thraciamque, prosequentibus Macedonibus, ne quis eos vio-
7 laret, Lysimachiam deducti sunt. Erant et paucae naves Demetriade, quibus praeerat Isidorus: eae quoque cum praefecto suo dimissae sunt. Inde Dolopiam, et Aperantiam, et Perrhaebiae quasdam civitates recepit.

6. Hark. Mead. 1. et Gaertn. admodum frequenti scribarum lapsu. V. ad 2, 12, 13. c. 41, 8. 3, 5, 15. c. 33, 4. 4, 25, 6. c. 33, 12. 5, 8, 7. c. 16, 2. c. 24, 5. c. 30, 7. et plurimis aliis locis, quae enumerare longum foret. Adde Cel. Burm. ad Seren. Samon. vers. 725. ad Suet. Aug. 13. Corte ad Sall. Jug. 10, 7. et 16, 2. et Cl. Oudend. ad Front. Strat. 1, 2, 5. Similiter *qui* et *quod* commutantur. V. ad 37, 35, 4.

§. 6. *Principum quidam urbe excesserunt*] Ita Aldus dedit ex membranis Mog. neque aliter fuisse videtur in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque: certe nihil ex illis notari video. Antea edebatur *principes quidam*, consentientibus Lov. 1. 5. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *principes quidem* Voss. et Lov. 3. V. ad 39, 17, 5. Mox *per Macedoniam, Thraciam persequentibus* Voss. *persequentibus* etiam Lovel. 3. et Gaertn. Vide ad Epit. Liv. 99. *procedentibus* Lov. 6.

§. 7. *Inde Dolopiam, et Aperantiam, et Perrhaebiae quasdam*] *Aperantia* quae sit regio, mihi non constat. Ejus paulo post [cap. 34.] rursus mentio cum iisdem *Dolopibus* ac *Perrhoebis*. Item lib. 38. non ita longe ab initio [cap. 3.] Quidam *Aperanthiam* scribunt, ut plane suspicer nomen corruptum. GLAR. *Aperantia* quae regio sit, se ignorare fatetur ingenue Glareanus, suspicari autem corruptum nomen esse. Videtur autem non legisse Stephanum, scribentem ita: † „Hoc loco ait, videri sibi „Glareanum non legisse, supe„rius autem asseveranter ait, „Glareanum non legisse Stepha„num. Quid? si Glareanus legit „aliquando, non tamen meminit „omnium, quae in eo legit.„ †. Ἀπεραντία, χώρα Θεσσαλίας. Πολύβιος εἰκοσῷ. neque Plutarchum in Quintio [pag. 377.] ubi hujus facti meminit ita: Ἀγομένων δὲ καὶ φερομένων ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος τοῦτο μὲν Δολόπων καὶ Μαγνήτων· τοῦτο δ' Ἀθαμάνων καὶ Ἀπεράντων. Ita paulo post Livius [cap. 34.] *Athamaniam, Perraebiam, Aperantiam, Dolopiam*. Eadem regio memoratur apud Thucydidem etiam, et Strabonem, et alios. SIG. Ejusdem meminit etiam Polyb. Exc. leg. num. 26. Mox *recipit* Lov. 4.

§. 2. *Sed prope excidium erat*] Pall. uterque *sed jam prope excidium erat*. GEBH. *sed jam prope* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Primus Ascensius anno 1510. vocem *jam*, quae modo praecesserat, omisit.

Digitized by Google

XXXIV. Dum haec a Philippo geruntur, T. Quin- 1
ctius, recepta Zacyntho ab Achaïco concilio, Nau-
pactum trajecit; quae jam per duos menses (sed 2
prope excidium erat) obpugnabatur, et, si capta vi
foret, omne ibi nomen Aetolorum ad internecionem
videbatur venturum. Ceterum, quamquam merito 3
iratus erat Aetolis, quod solos obtrectasse gloriae
suae, quum liberaret Graeciam, meminerat, et nihil
auctoritate sua motos esse, quum, quae tum maxi-

Deinde *exscidium* contra omnes scriptos et editos vulgari voluit Clericus, quem inprovide Crevierius secutus est. V. ad 5, 15, 9. Antea §. praec. Quinctii praenomen deerat in Lov. 1.

Ad internecionem videbatur venturum] *ad internitionem* Lovel. 1. 2. 4. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *ad internectionem* Lov. 3. *ad internicionem* Lov. 6. *ad interemptionem* Harl. et Gaertn. ex glossa interpretis. Similiter peccari vidimus 9, 26, 2. et c. 45, 17. (a 40, 25, 10.) Adde Cl. Duker. ad Flori 2, 17, 16. Deinde *videbatur futurum* Lov. 2. et Harl. eaomodo et alibi librarii peccarunt. V. ad 2, 56, 5. ubi quaedam dixi, ad 7, 30, 8. et pluribus locis. Pari modo *ad extremam tabem venire* 2, 32. *malum ad extrema venisse* c. 44. *ad ultimum dimicationis rati rem venturam* cap. 56. *merita ad nihilum esse ventura* apud Cic. 11. ad Fam. 12.

§. 3. *Aetolis, quod solos obtrectasse gloriae suae* etc. *meminerat*] Malim *quos solos*. J. FR. GRON. V. ad 37, 35, 4. Gronovii conjecturam etiam Crevier. probavit. At Ant. Perizon. ad marginem Livii vetustatum quoque probum esse monuit. Deinde *obtrectare* Gaertn. cujus librarius videtur, praecepti a Grammatico sibi traditi memor, credidisse, *memini* non nisi praesentis temporis infinitivum adsciscere; quem errasse, et optimos scriptores aliter etiam locutos esse, docuerunt Sanctius 1. Minerv. 14. et Vossius 7. Gramm. 52. Ovidius 6. Her. 64.

Cetera te memini non potuisse loqui.

Quem ne metri necessitate ita locutum putemus, addo Cic. 13. ad fam. 72. *Peto igitur, ut memineris, te omnia mihi cumulate recepisse.*

Quum, quae tum maxime acciderant, casura praemonens] Supra ad 27, 4, 2. vidimus, male viros doctos quosdam τοῖς *tum maxime* passim controversiam movisse, ejusque loco *cum maxime* legendum contendisse, utrumque enim in usu fuisse, et, quemadmodum *cum maxime* pro hoc maxime tempore, ita *tum maxime*, pro eo maxime tempore adhibitum esse. Eo posito, vulgatum servari nequit. Non enim Quinctius Graeciam liberans Aetolos casura praemonuit, quae *tum maxime*, id est, eo maxime tempore, acciderant, sed quae acciderant *cum maxime*, id est, hoc maxime tempore.

Digitized by Google

me acciderant, casura praemonens, a furioso ince-
4 pto eos deterreret; tamen, sui maxime operis esse credens, nullam gentem liberatae a se Graeciae funditus everti, obambulare muris, ut facile nosceretur
5 ab Aetolis, coepit. Confestim a primis stationibus cognitus est, vulgatumque per omnes ordines, Quinctium esse. itaque, concursu facto undique in mu-

Quamvis igitur dissentiant codd. attamen *cum maxime* legendum censeo. Eadem medicina indigere puto Valer. Max. 1, 7. ext. 10. *Corpus enim suum, a caupone trucidatum, tum maxime plaustro ad portam ferri, stercore coopertum.* ubi ex altero Mſto Traject. legendum videtur *cum maxime*, id est, hoc ipso tempore, quo in somnis adparebat. Similiter etiam Plin. 8. ep. 22. ubi jam Cortius ita ex Mſto Mediceo optimo edi curavit. [*cumque tum maxime* Bamb.] Praeterea *causura praemonens* Voſſ. et Lovel. 1. *casu praemonens* Lov. 6. Male. V. ad 22, 40, 3.. Mox *praemonens*, *ut a furioso* Lov. 6. Verum, *τὸ ut* addi, non est necesse. V. ad 39, 27, 2. quin et hic sensui obficit ob praecedens *quum*. Hinc *deterret* Mead. 1. V. ad 40, 14, 2.

§. 4. *Sui maxime operis esse credens*] *sui operis maxime* Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Mox *libertatae ab se Graeciae* Voſſ. et Gaertn. *libertatae Graeciae* Lov. 1. *liberatae ab se Graeciae* Lov. 4. 5. 6. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [Bamb.] Tum *funditus eunti* Mead. 2.

§. 5. *A primis stationibus cognitus est*] Praepositionem omittunt Lov. 2. et Harl. quorum posterior mox praefert *Lucium Quintium esse.* Verum Quinctius *Titi* praenomen habuit. Tum *concursu undique facto in muros* Lov. 1. *in muris* Voſſ. *ad muros* Harl. Tandem *ferret et conservaret* Voſſ. et Lov. 1. ac 6. *ferret atque servaret* Lov. 3. *ferret ac conservaret* Gaertn.

§. 6. *Manu tamen adnuit, quid opis in se esset*] Ita in plerisque erat codicibus, ut enunciative legatur. Alii *quidnam* legunt, ut intelligatur interrogative, sed non video quid sensus. GLAR. Vet. lib. *abnuit*, id est manu negavit, *quicquam in se opis esse.* Plutarch. [Quinct. pag. 377.] *τότε μὲν οὐδὲν εἰπὼν, ἀλλὰ σραφεὶς καὶ δακρύσας ἀπῆλθεν.* SIG. Libri nostri omnes *annuit.* Sigonius videtur legisse *manu tamen abnuit, quid opis in se esse.* GEBH. Olim *annuit, quidnam opis in se esset.* [Bamb.] Sigonius *abnuit*, caeteris relictis. Gruterus reddidit, quod editur. Sed non solent *τὸ quiddam* ita ponere Latini. Scribe *abnuit quicquam opis in se esse*, ut Sigonius explicat. J. FR. GRON. *annuit*, vel *adnuit*, Voſſ. Lov. 4. 5. 6. Mead. 2. et Gaertn. Dein *quiddam opis in se esset* Voſſ. *quidnam opis in se esset* Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *quidnam opis in se esse* Lov. 2. et 3. *manu tamen annuit, quidnam opis in se esset* omnes, quas vidi, edd. vett. nisi quod Ascens. anni 1513. et 1516. praeferant *quid*

Digitized by Google

ros, manus pro se quisque tendentes, consonante clamore nominatim Quinctium orare, ut opem ferret ac servaret. Et tum quidem, quamquam movere- 6
tur his vocibus, manu tamen abnuit, quidquam opis in se esse. Ceterum, postquam ad consulem venit: 7
Utrum fefellit, inquit, *te, M.' Acili, quid agatur? an, quum satis pervideas, nihil id magnopere ad sum-*

opis. Videat igitur Glarean. qua fide adfirmarit, ita in plerisque codicibus, id est, ut mens ejus est, in plerisque editionibus esse. Sigonius deinde recepit *abnuit*. quod in reliquis codd. meis fuisse videtur, nisi quod *adniti* sit in Lov. 1. Alterum vero *quicquam opis in se esse* non tam ut explicationem Sigonii, quam ut lectionem in vet. lib. ab eo inventam considero, quod recepi. Certe *quiddam opis*, quod nunc exstabat, ex ultima demum Gruteri editione ad reliquas recentiores profluxit. Solent autem *abnuere* et *adnuere* in Mstis commutari. V. ad 3, 38, 10. c. 54, 2. c. 66, 3. 5, 33, 4. 6, 6, 5. 7, 10, 1. 10, 10, 8. c. 15, 9. c. 18, 7. 35, 13, 8. et ad Silii 5, 27. et ita passim alia verba cum praepositionibus *ab* et *ad* composita. Vide ad 40, 55. 5.

§. 7. *Utrum fallit, inquit, te, M. Acili, quid agatur? an, quum satis provideas*] MS. *Utrum fefellit, inquit, te, M. Acili, quid agatur? an, quum satis pervideas*. etc. MOD. Omnes *pervideas*. GEBH. Codicis Mog. *fefellit* recepi. Recepi etiam ex eodem *pervideas*, quod firmant quoque Lovel. 2. 4. et Mead. ambo, neque Cl. Dukero displicuit. *praevideas* erat in Harl. quae voces et alibi commutantur. V. infra c. 41, 6. et Cel. Burm. ad Suet. Aug. cap. 10. [*fallit* Bamb.]

Nihil id magnopere ad summam reipublicae pertinere censes] MS. *ad summam rem pertinere censes*. Forte an legendum *ad summam rei*, id est belli, quod in manibus est. Esset, inquam, ita legendum, nisi satius esset, vulgatam lectionem loco non moveri. MOD. Mog. *ad summam rem pertinere*. Nec spreverim. J. FR. GRON. *ad summam Romani populi* Lov. 2. V. ad 9, 26, 8. *ad summam reip.* Lov. 3. 5. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *ad summam r. p.* Lov. 1. et 4. quod non tantum *reipublicae*, sed et *rempublicam* exponi potest; quod posterius in reliquis codd. fuisse videtur. Modio *ad summam reipublicae*, vel ex vestigiis cod. Mog. *ad summam rei* scribendum conjicienti obponimus auctoritatem Gronovii, censentis ubique dicendum *summa respublica*, vel *summa res*, et, ubi *reipublicae* vel *rei* obcurrit, id errore librariorum invectum esse. Vide, quae notavit ad 26, 10, 2. et 38, 50, 9. Quo posteriori quidem loco hic *ad summam rempublicam* legendum contendit: verum quum illa nota jam in prima notarum editione adparuerit, eam sententiam hic, ubi codicis Mog. scripturam probat, revocasse censendus est, quia haec nota demum in curis secundis vulgata est. Recepi itaque ex cod. Mog. *ad summam rem*, omissa

Digitized by Google

8 *mam rem pertinere censes?* Erexerat exspectatione consulem; et, *Quin expromis,* inquit, *quid rei sit?* Tum Quinctius: *Ecquid vides, te, devicto Antiocho, in duabus urbibus obpugnandis tempus terere, quum*
9 *jam prope annus circumactus sit imperii tui? Philippum autem, qui non aciem, non signa hostium vidit, non solum urbes, sed tot jam gentes, Athamaniam, Perrhaebiam, Aperantiam, Dolopiam sibi adjunxis-*
10 *se? Atqui non tantum interest nostra, Aetolorum opes ac vires minui, quantum, non supra modum Philippum crescere, et victoriae tuae praemium te militesque tuos nondum duas urbes, Philippum tot gentes Graeciae habere.*

voce *publicam.* Praeterea *nihil id magno opere* Lov. 1. V. ad 28, 18, 4. [*ad summam p. r.* Bamb.]

§. 8. *Quin expromis, inquit*] *Quin ex proximis* Harl. *Quin exprimis* Lov. 3. V. ad 34, 61, 8. De verbo *expromere* v. ad 39, 12, 4. *Quin expromas* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Male. V. ad 1, 57, 7. Mox *Quinctius: Quid vides* Lov. 2. *Quinctius inquit: Vides* Lov. 6. *Quinctius: Et quid vides* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertner. et ed. Camp. frequentissimo scribarum errore. V. ad 5, 36, 5. et quae notavi ad Silii 3, 560. *Ecquid* autem hic fungitur vice simplicis interrogationis. V. ad 27, 10, 2.

§. 9. *Sed tot jam gentes, Athamaniam*] *sed tot etiam gentes, Athamaniam* Mead. 2. *sed totam Athamaniam* Lov. 3.

§. 10. *Te militesque tuos nondum tot urbes, quot Philippum gentes*] Vetus lectio *nondum duas urbes, Philippum tot gentes.* GELEN. Et hoc a Mog. non praeferam tamen nostrorum et olim editorum scripturae: *et victoriae tuae praemium te militesque tuos nondum tot urbes, quot Philippum gentes Graeciae habere.* J. FR. GRONOV. Quam suorum et olim editorum scripturam vocat Gronovius, in uno tantum meorum Lov. 5. inveni. Idem quidem et se in L. 1. et N. invenisse, Hearnius profitetur; ut tamen dubitem, et eum non illam, quam debebat, diligentiam hic adhibuisse credam, consensus ceterorum codd. quos consului, efficit; qui, partim primis edd. partim lectioni cod. Mog. adhaerentes, exhibent *nondum tot urbes, Philippum tot gentes:* unde et ipsi in Oxonn. et Gronovio in suis idem obvenisse existimo; quod vero primae editiones praeferunt, ex eorum, qui primi Livium typis describi curarunt, conjectura natum esse: codicem autem Lov. 5. iis adsentientem ex ed. Camp.

Digitized by Google

XXXV. Adsentiebatur his consul: sed pudor, si 1
irrito incepto abscederet obsidione, obcurrebat: tota
inde Quinctio res permissa est. Is rursus ad eam 2
partem muri, qua paullo ante vociferati Aetoli fue-
rant, rediit. ibi quum inpensius orarent, ut mi-
sereretur gentis Aetolorum, exire aliquos ad se jussit.
Phaeneas ipse principesque alii extemplo egressi 3
sunt. quibus provolutis ad pedes, *Fortuna*, inquit,
vestra facit, ut et irae meae et orationi temperem.
Evenerunt, quae praedixi eventura. et ne hoc quidem 4
reliqui vobis est, ut indignis accidisse ea videantur.
Ego tamen, sorte quadam nutriendae Graeciae
datus, ne ingratis quidem benefacere absistam.

descriptum esse, non levibus de cauffis suspicor. His rationibus inductus lectionem Mog. cod. a Froben. anno 1535. receptam, a Gronov. deinde rejectam, revocavi. Per *duas urbes* intelligo Heracleam expugnatam, ac Naupactum obsessam. Paullo ante voces *ac vires* desunt in Lov. 2.

§. 2. *Ad eam partem muri, qua paullo ante vociferati Aetoli fuerant, rediit*] *eam partem muri*, etc. *adiit* Lov. 6. *ad eam partem muri redit* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum. Et id voluit Lov. 1. qui corrupte tamen praefert *addit*. Saepe in *redit* et *rediit* commutandis errarunt scribae. V. ad 1, 27, 10. c. 33, 5. c. 54, 7. 2, 22, 3. c. 47, 11. c. 48, 10. c. 60, 3. 3, 10, 1. c. 68, 4. 4, 10, 7. c. 11, 5. c. 20, 1. c. 50, 8. c. 57, 8. et innumeris aliis locis. V. etiam Corte ad Plinii 4. Ep. 9, 2. et Cl. Oudend. ad Front. 1, 4, 10. Plura similia vide ad hujus libri c. 20, 3. Mox vocabulum *paullo* non adparet in Voss.

§. 3. *Facit, ut et irae meae et orationi tempora evenerint*] Restituimus ad exemplaria saepe jam memorata in hunc modum: *ut et irae meae et orationi temperem. Evenerunt, quae praedixi eventura.* GELEN. Comparet in libris omnibus Pall. et vet. ed. *ut et irae meae et orationi tempora evenerint, quae praedixi eventura.* GEBH. *ut irae meae* Lov. 3. V. ad 2, 44, 3. *et ut irae meae* Lov. 5. Deinde *orationi tempora evenerint, quae praedixi* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *tempora* etiam Lov. 1. 3. et 5. *tempera* Voss. *evenirent* Lov. 3. *ut et irae meae orationem temperem. Evenerunt* Lov. 6. a m. 1. *rationem* a m. 2. Quin Rhenanus verum viderit, non dubito; quod in Lov. 2. superfuisse videtur. Certe ex illo cod. nihil in excerptis adfertur.

§. 4. *Ego, tamen sorte qua-*

Digitized by Google

5 *Mittite oratores ad consulem, qui inducias tantum temporis petant, ut mittere legatos Romam possitis, per quos senatui de vobis permittatis. Ego apud con-*
6 *sulem deprecator defensorque vobis adero.* Ita, ut censuerat Quinctius, fecerunt: nec adspernatus est legationem consul. induciisque in diem certam da-

dam nutriendae Graeciae datus] *Ego vero sorte quadam* Lov. 3. pro varia lectione inter versus praefert. *Ego tamen quadam*, omissa voce *sorte*, Voss. *Ego tamen quondam* Lov. 1. et 6. Male. De locutione *sorte datus* v. Gronov. ad 30, 30, 3. De verbo *nutrire* vide, quae notantur ad 4, 52, 3. et 7, 4, 6. Mox *obsistam*, pro *absistam*, Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. quo modo etiam variatur supra 9, 34, 2. Solitos fuisse librarios verba cum praepositionibus *ab* et *ob* composita permutare, dictum est ad 2, 37, 9. Quae illic notantur, adde *objectus* et *adjectus*. V. ad 6, 1, 12. *obligatus* et *ablegatus*. V. ad 7, 13, 8. *obsolvere* et *absolvere*. V. ad 9, 26, 20. *obrutus et abrutus*. V. ad 34, 5, 9.

§. 5. *Qui inducias tantum temporis petant*] *Tantum* non potest esse adverbium pro *solum*: nam omnes induciae tantum temporis sunt. Sed *tantum* potest esse accusativus, *tantum temporis*, pro *in tantum*. Sed durum est. Mallem *tanti temporis*. 37, 7. *Inducias temporis ejus, quod petebant, a consule impetraverunt*. DUK. *tantum temporis inducias* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Sed *tanti temporis inducias*, ut Cl. Dukerus fere conjecit, Lov. 3. quod verum esse existimo. Certe si *tantum* casu quarto accipiendum foret, Livius potius dixisset *in tantum temporis*. Alibi enim praepositionem addere solitus est. *induciae in centum annos* dixit 1, 15, 5. et 7, 20, 8. *induciae in annos quadraginta* 2, 54, 1. *induciae in viginti annos* 5, 32, 5. *induciae in duos menses* 29, 12, 15. et 32, 36, 8. *induciae in diem certam* mox hoc cap. Contra cum genitivo, ut *tanti temporis inducias* hoc loco, *induciae annorum octo* supra 4, 30, 1. *induciae dierum nonaginta* paullo post hoc cap. *induciae sex mensium* 37, 7, 4. Mox *mittere Romam legatos* Lov. 2. et Harl. Tum *de vobis senatui permittatis* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

Deprecator defensorque vobis adero] Pall. et vet. ed. *defensor deprecatorque vobis adero*. GEBHARD. Ita et Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. *defensor, deprecator vobis adero* Voss. *defensor et deprecator vobis adero* Lov. 6. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. admisit, quemadmodum et mox §. seq. *soluta obsidio est*. Verbum *est* deerat ab omnibus Mstis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiquioribus. Verum id interceptum fuisse videtur a sequenti *et*. V. ad 37, 51, 3.

§. 7. *Consul cum T. Quinctio ad Achaicum concilium Aegium trajecit*] Pall. omiserunt praepositionem *ad*. GEBH. Nihil sane loci in hac historia *L. Quinctio* dari potest, et opinor esse typorum errorem, pro *T. Quinctio*, ut video patrem quoque no-

Digitized by Google

tis, qua legatio renunciari ab Roma posset, soluta obsidio est, et exercitus in Phocidem missus. Consul cum T. Quinctio ad Achaïcum concilium Aegium trajecit. ibi de Eleis et de exsulibus Lacedaemoniorum restituendis actum. et neutra perfecta res, quia suae gratiae reservari eam Achaei, Elei per se ipsi, 7

tasse ex Mog. et Voss. habentque etiam aliae editiones. Propterea *Titum* revocavi. JAC. GRON. Postrema est Gruteri editio, quae perperam dedit *L. Quintio*, invitis omnibus scriptis et prioribus excusis. Praepositio *ad* perperam etiam omittitur in Lov. 4. Ceterum observat Doujatius, a Messenia Aegium terrestre iter esse, nec trajiciendum mare, sed Alpheum aliosque fluvios: quod fateor verum esse. At ipsi exciderat, Acilium consulem et T. Quinctium hoc tempore haesisse in Naupacti obsidione, inde autem Aegium proficiscentibus trajiciendum fuisse sinum Corinthiacum.

Ibi de Eleis et de exsulibus Messeniorum restituendis actum. et neutra perfecta sunt] In exemplaribus est *de exulibus Lacedaemoniorum*, non *Messeniorum*; et *perfecta res*, non *perfecta sunt*. GELEN. MS. *ibi de Eleis et de exulibus* etc. MOD. Pall. *ibi de Helis et de exulibus Lacedaemoniorum restituendis actum. et neutra perfecta*. Omiserunt *τὸ sunt*. Vetus vero ed. *ibi de Etolis et de exsulibus Lacedaemoniorum restituendis actum. et neutra perfecta sunt*. GEBH. *ibi de Etolis* Lov. 5. et edd. antt. pro quo Moguntini ex cod. suo recte *ibi de Eleis* restituerunt, consentientibus reliquis Mstis, vel qui *Heliis*, vel *Elis*, vel *Eliis*, vel *Eleis* etiam praeferunt. Deinde *et de exsulibus* non tantum scripti nostri, et cod. Mog. sed etiam edd. antt. usque ad Basil. anni 1539. quae praepositionem omisit contra morem Livii, qui praepositiones repetere solitus est, ut vidimus ad 6, 28, 6. Deinde *Messeniorum*, pro *Lacedaemoniorum*, Aldus. Forte quia meminerat, Livium supra narrasse c. 31. Messenios et Eleos extra concilium Achaïcum fuisse. Sed recte Gelen. *Lacedaemoniorum* revocavit. Ita enim non tantum omnes codd. verum etiam de restituendis Messeniorum exsulibus Quinctius jam supra statuerat cap. 31. *Messeniis imperavit, ut exsules reducerent, et Achaeorum concilii essent*. Id vero illo tempore perfectum fuisse, inde colligi licet, quia nunc etiam de solis Eleis, non etiam Messeniis, concilio Achaïco contribuendis Acilius et Quinctius egerunt. Denique *et neutra perfecta sunt* in uno inveni Lov. 5. Reliqui codd. ultimam vocem omittunt: cujus loco *τὸ res* reponenti Gelenio adsentior, et insuper forte legendum conjicio *sed neutra*, vel *at neutra perfecta res*. Solent autem *et* atque *sed* a librariis commutari. V. ad 40, 58, 1. Similiter *et* atque *at*. Exempla v. ad 2, 48, 5. 3, 11, 1. 4, 60, 9. 8, 28, 3. c. 38, 10. 21, 4, 1. 42, 10, 3. Adde, quae notantur ad Silii 14, 428.

Suae gratiae reservari ea Achaei per se ipsi] Hic quoque

Digitized by Google

quam per Romanos, maluerunt Achaïco contribui
8 concilio. Epirotarum legati ad consulem venerunt, quos non sincera fide in amicitia fuisse satis constabat: militem tamen nullum Antiocho dederant. pecunia juvisse eum insimulabantur; legatos ad regem
9 ne ipsi quidem misisse inficiabantur. Iis petentibus, ut in amicitia pristina esse liceret, respondit consul, *Se, utrum hostium, an pacatorum, eos numero haberet, nondum scire. Senatum ejus rei judicem fore.*
10 *Integram se caussam eorum Romam rejicere. induciàs*

nostra exemplaria secuti sumus: *quia suae gratiae reservari eam Achaei, Elei per se ipsi, quam per Romanos, maluerunt Achaïco contribui concilio.* GELEN. Pall. et vet. ed. *quia suae gratiae reservari ea Achaei per se ipsi* etc. GEBH. *Eam* respondet posteriori, ut saepe *ille*. V. Gronov. 3. Obs. 16. Sed vix credo, pronomen *is* in hoc genere loquendi locum habere, et pro *eam* legendum puto *hanc*, vel *illam*. Nam quod in Livio 28, 19. est, Gronovius ibi ex MS. Voss. emendavit, cum quo etiam alii apud Hearnium conspirant. DUK. Omnino praeferenda est haec conjectura illi, quam Crevier. proposuit, pro *eam* legendum esse *alteram*. Innumeris locis librarii inter pronomina demonstrativa nihil differentiae esse existimantes *eam* et *hanc* vel *illam* commutarunt. Ceterum lectioni, quae ante Gelenium obtinuit, adhaerent omnes codd. nostri.

§. 8. *Epirotarum legati ad consulem venerunt*] Ita Moguntini ex cod. suo. Antea edebatur *ad concilium*, quod servant Lov. 2. 3. 4. 5. et 6. *ad consilium* legunt reliqui. Adparet, per compendium scriptum fuisse *ad cons.* idque non adsecutos librarios reddidisse *ad consilium*, pro *ad consulem*. Pariter errabatur supra 4, 56, 10. 7, 39, 5. 22, 40, 2. Contra *consulibus*, pro *consiliis*, datum est 8, 17, 8.

Quos non sincera fide in amicitia fuisse constabat] Pall. *quod*. Amplius iidem cum vet. ed. *fuisse satis constabat*. GEBH. Vetus lectio: *fuisse satis constabat*. Cur mutilarunt? Lib. 7, [9, 3.] *Dictatorem T. Quintium Pennum eo anno fuisse, satis constat*. Lib. 21, [25, 10.] *Refecti sunt militum animi, quamquam accisas res satis constabat*. Lib. 26, [18, 3.] *Nec tamen, quem mitterent, satis constabat*. alibique, est enim ex amatis auctori. J. FR. GRONOV. *quod*, pro *quos*, etiam Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 37, 35, 4. Deinde *satis constabat* non tantum omnes codd. sed et typis descripti usque ad ed. Paris. anni 1573. quae prima omisit. Nihil frequentius apud Livium hac locutione *satis con-*

Digitized by Google

cias ad id dierum nonaginta dare. Epirotae Ro- 11
mam missi senatum adierunt. iis, magis, quae non fecissent hostilia, referentibus, quam purgantibus ea, de quibus arguebantur, responsum datum est, quo veniam impetrasse, non caussam probasse, videri possent. Et Philippi regis legati sub idem tem- 12
pus in senatum introducti, gratulantes de victoria. iis petentibus, ut sibi sacrificare in Capitolio, donumque ex auro liceret ponere in aede Jovis Optimi Maximi, permissum ab senatu, centum pondo coronam auream posuerunt. Non responsum solum be- 13

stat. Exempla vide lib. 1, 1. 2, 18. 4, 26. 6, 16. 30, 28. 32, 19. 37, 2. et 34. 40, 41. 41, 21. 42, 15. et 51. 43, 22. aliisque pluribus locis. Similiter *satis creditur.* V. ad 21, 8, 8. Aliis etiam verbis *τὸ satis* a Livio jungi, vidimus ad 26, 51, 2. In his vero *τὸ satis* vim intendendi et augendi habet, quam ei inesse monuit Broekh. ad Tibull. 1, 7, 35.

Antiocho dederant. pecunia juvisse eum insimulabantur] *dederunt* Gaertn. Tum *juvisse eum insinuabant* Lov. 3. Mox verba sequentia *legatos ad regem ne ipsi quidem misisse inficiabantur* desunt in Lov. 1. et Harl. Repetitio earumdem literarum finalium in verbis *insimulabantur* et *inficiabantur* librariis caussa errandi fuit.

§. 9. *Iis petentibus, ut in amicitia pristina esse liceret*] Ita in cod. suo esse, Moguntini professi sunt: neque aliter omnes nostri, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Voculam *ut* omiserant Mediol. anno 1480. et reliqui editores usque ad Ascens. qui eamdem ante Moguntinos jam anno 1513. recepit. Mox *an in pacatorum eos numero habeat* Lov. 1. et 6. *Τὸ eos* deficit in Mead. 2. Insuper §. seq. *nonaginta dierum* Gaertn. *dierum XX* Lov. 6. quod spatium justo brevius fuisset.

§. 11. *Non caussam probasse*] *non tamen probasse* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Similiter errarunt librarii supra 4, 17, 2.

§. 12. *Et Philippi regis legati sub idem tempus in senatum introducti*] Prima vox deest in Lov. 2. intercepta ab ultimis literis praecedentis *posset.* V. ad 37, 59, 1. Tum *inducti* Gaertn. Sed, *introducere* in hac re sollemne esse, nemo nescit. V. ad 10, 45, 4. Mox *ponere in aedem* Lov. 1. 3. et Gaertn. V. ad 41, 28, 7. Voces *optimi maximi* desunt in Lov. 3. et 6. *O. P. M.* dedit Lov. 4.

§. 13. *Non responsum solum benigne legatis est, sed Philippi quoque filius*] Locupletius Pall. *non responsum solum benigne regis legatis est, sed et filius quoque Philippi.* GEBH. *non solum responsum* Voss. Lov.

Digitized by Google

nigne legatis est; sed Philippi quoque filius Demetrius, qui obses Romae erat, ad patrem reducendus
14 legatis datus est. Bellum, quod cum Antiocho rege in Graecia gestum est a M.' Acilio consule, hunc finem habuit.

1 XXXVI. Alter consul P. Cornelius Scipio, Galliam provinciam sortitus, priusquam ad bellum, quod cum Bojis gerendum erat, proficisceretur, postulavit ab senatu, ut pecunia sibi decerneretur ad ludos,

1. 3. 6. et Gaertn. Tum *benigne regis legatis est* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *benigne legatis regis est* Lov. 6. Deinde *sed filius quoque Philippi* Voss. Lov. 3. 6. et Harl. *sed et filius quoque Philippi* Lov. 4. et Mead. 2. *et filius quoque Philippi* Lov. 1. et Mead. 1. An forte, ejecta particula, legendum *legatis est, Philippi quoque?* ut post particulas *non solum* inferatur una *quoque*, quemadmodum post *non modo*, *non solum* una *et*, vel *etiam*. 22, 25, 7. *Non Samnium modo, et Campanum, Calenumque, et Falernum agros pervastatos esse.* Cic. 1. d. Offic. 22. *Haec quidem res non solum ex domestica est ratione, adtingit etiam bellicam.* Ubi etiam codd. quidam, et inter eos Duisburg. *sed adtingit etiam.*

§. 14. *Quod cum Antiocho rege in Graecia gestum est a M.' Acilio consule*] Habent Pall. *Bellum, quod cum Antiocho rege in Graecia gestum est, M. Acilio cons. hunc finem habuit.* GEBH. *quod Antiocho rege* Lov. 5. et edd. antt. *quod cum Antiocho* ediderunt Mog. ex cod. suo, consentientibus nostris ceteris. Deinde vox *consule* non adparet in Lov. 2.

§. 1. *Ad ludos, quos praetor in Hispania*] *propraetor* legendum, ut patet initio libri 35. Praetor enim ulterioris Hispaniae factus erat consulibus P. Cornelio Scipione Africano iterum ac T. Sempronio Longo, septimo anno hujus decados. Sequente deinde anno cum Lusitanis propraetor conflixit. Quamquam haud sum nescius, initio libri 35. variatam esse in plerisque Livii codicibus lectionem *praetoris* et *propraetoris* de eodem Scipione Nasica. GLAR. Sic supra 35, [1, 5.] *P. Scipio propraetor Lusitanos aggressus est. In discrimine pugnae ludos Jovi, si fudisset cecidissetque hostes, propraetor vovit.* SIG. Glareani conjecturam Vascos recepit. Omnes tamen codd. [et Bamb.] quibus utor, servant *praetor:* quod qua ratione defendi possit, vide Cl. Dukerum ad 23, 40, 1.

Novum atque iniquum postulare est visus] Ex Livio constat, imperatores ludos, quos in proeliis aliove discrimine publico voverant, non potuisse facere, nisi ex senatusconsulto, et senatum iis pecuniam ad illos decrevisse. V. 28, 38. 39, 5. et 22. 40, 44. et 52. Sed nusquam alibi ab eo proditum est, senatum cui-

Digitized by Google

quos propraetor in Hispania inter ipsum discrimen pugnae vovisset. Novum atque iniquum postulare 2 est visus. censuerunt ergo, *quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia vovisset, eos uti de manubiis, si quam pecuniam ad id reservasset, vel sua ipse inpensa faceret.* eos ludos per dies decem P. Cornelius fecit. Per idem fere tempus aedes Matris 3 Magnae Idaeae dedicata est: quam Deam is P. Cornelius, advectam ex Asia P. Cornelio Scipione, cui

quam petenti sumtum ad eos faciendos negasse. Causa, cur solus Nasica idem petens *novum atque iniquum postulare* senatui visus fuerit, frivola videtur esse. Nam alii, qui saepe in medio discrimine pugnae ludos voverunt, non magis, quam ille, senatum ante consulere potuerunt, an vovere illos liceret. Suspicor hanc calumniam Catonis et aliorum ejusdem factionis Scipionibus inimicorum fuisse. DUKER.

§. 2. *Eos vel de manubiis*] Perperam Pall. et vet. ed. *eos ut idem manubiis.* GEBH. Scripti et Mog. priores: *eos ut idem manubiis.* Lege *eos uti de manubiis, si quam pecuniam ad id reservasset, vel sua ipse impensa faceret.* J. FR. GRON. De manubiis quaedam disputat Perizonius epist. 32. tom. 4. Syllog. epist. Burmanni. Nic. Heinsius ad Vell. 2, 40. et Graevius ad Cic. 1. Agrar. 4. et 2, 22. probant de iis sententiam Asconii ad Cic. 1. Verr. 59. Nec videtur magna causa esse, cur ab ea discedatur. DUK. [*vel de manubiis* Bamb.]

§. 3. *Per idem fere tempus aedes Matris Magnae Idaeae*] Ernstius c. 12. ad Valer. Prob. de Notis Rom. scribit, se hic ex MS. Livii restituisse *Matris Magnae Deae*, eamque emendationem eo confirmari, quod Valer. Prob. in MS. suo (nam in Veneta, Leidensi, et Dionys. Gothofr. edd. nihil horum legitur) notas *M. M. D.* interpretetur *Matri Magnae Deae.* Debuerat potius utrumque MS. emendare, et pro *Deae* in Liviano *Idaeae*, in Valeriano autem *Deûm* scribere, ut centies in vetustis scriptoribus et inscriptionibus. Livius ipse 29, 10. et infra cap. 40. *Mater Idaea.* et 37, 9. Galli *Matris Deûm.* Benignum est credere, melioris notae esse alia, quae ad Livium adnotavit: nam in eum se aliquid commentatum ad cap. 8. Valerii Probi significat. DUK. *Matris Magnae Deae* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo receperunt *Matris Magnae Ideae*, consentientibus Lov. 2. 3. et Mead. 1. Licet autem haec Dea Sueton. in Tib. 2. *Mater Deûm Idaea*, et, ut Cel. Burm. ad eum locum monuit, *Mater Magna Deûm Idaea* in inscriptionibus vocetur, numquam tamen tot nominibus *Mater Magna Idaea*, vel *Mater Magna Dea*, aut *Deûm* Livio dicta est, sed potius vel *Mater Idaea*, ut 29, 10, 5. et 14, 5. 34, 3, 8. et hoc lib.

Digitized by Google

post Africano fuit cognomen, P. Licinio consulibus,
4 in Palatium a mari detulerat. Locaverant aedem faciendam ex senatusconsulto M. Livius, C. Claudius censores, M. Cornelio, P. Sempronio consulibus:

e. 40, 8. vel *Mater Deûm*, ut 29, 11, 7. 37, 9, 9. vel *Mater Magna* 29, 37, 2. et 38, 18, 9. Conjicere itaque ausus sum, ultimam vocem, sive *Deae*, sive *Idaeae*, margini olim adscriptam, in contextum inrepsisse, iterumque ejiciendam esse; quod postea a Lov. 6. confirmatum vidi, qui vocabulum illud ignorat. An Dea haec aevo Livii *Mater Magna Dea* dicta fuerit, nondum satis constat. V. Cl. Oudend. ad Jul. Obs. cap. 4. *Per idem tempus fere* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *is Cornelius Publius advectam* Voss. *is P. Scipio advectam* Gaertn. Tum voces *a mari* desunt in Lov. 1.

§. 4. *Aedem faciendam M. Livius*] Adde *ex senatusconsulto*. GELEN. Ambae voces, quas Gelenius addidit, desunt in Lov. 2. 3. 5. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. sola earum posterior in Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. In quibusdam igitur utraque, in quibusdam altera excidisse videtur, quia librarii non adsequebantur notam compendiariam, qua vox *senatusconsulto* indicata erat. In uno Lov. 6. ambae superfuisse videntur. Certe ab eo exsulare in var. lect. ejus non adnotatur. Supra quidem 29, 37. ubi aedes a censoribus locata refertur, nulla senatusconsulti ea de re interpositi mentio fit: at saepe viri docti monuerunt, familiare Livio esse, ut rem non tempore, quo gesta est, sed postea data occasione memoret. V. ad 33, 44, 2. Mox *M. Livius et C. Claudius* Harl. et Mead. 1. *et M. Livius et C. Claudius* Gaertn.

M. Cornelio, T. Sempronio consulibus] *P. Sempronio* lege ex ipsomet Livio, et Capitolino consulatu. SIG. Licet ita legendum esse certum sit, in alteram tamen scripturam conspirant Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. et Mead. uterque [Bamb.] V. etiam Jac. Gronov. ad verba seq.

Tredecim annis, postquam locata erat, dedicavit eam] Mutat casum MS. in quo est *tredecim annos postquam* etc. MOD. Pall. et vet. ed. *tertio decimo anno, postquam locata erat.* GEBH. Andreana editio cum Mog. et scriptis Voss. Thuan. *tertiodecimo anno.* Sed et eadem cum aliis editionibus *T. Sempronio*, non *Ti.* ut appareat, eandem rursus hic confusionem esse, qualis occurrit 33, 24, 9. Nam utrumque ineptum est, et necessario restituendum *P. Sempronio*, quod fecimus. V. librum 29. JAC. GRON. *tertiodecimo anno* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. principes. *tertiodecimo annis* Voss. et Harl. *tertiodecimo annos* Mead. 1. *tertiodecem annos* Lov. 2. proxime ad lectionem cod. Mog. *tredecim annos* praeferentis, unde Frob. anno 1535. *tredecim annis* fecisse videtur. Per numerorum notas olim scriptum fuisse existimo *XIII annis*; quod quomodo reddendum foret, dubitarunt librarii. Mihi recepta lectio, sed aliter interpunctis verbis, non displicet *tredecim annis post, quam locata erat.* Cic. 13. ad Att. 30.

Digitized by Google

tredecim annis post, quam locata erat, dedicavit eam M. Junius Brutus, ludique ob dedicationem ejus facti, quos primos scenicos fuisse, Antias Valerius est auctor, Megalesia adpellatos. Item Juven- 5

Quatuordecim annis post praetor est factus Tuditanus, quam consul Mummius. Mox *ludi ob dedicationem*, copulà neglecta, Voss. Lov. 3. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Quos primos scenicos fuisse Antias Valerius est auctor] Non hoc tempore hi ludi primum celebrati sunt, sed bis antea authore hoc nostro Livio. Semel lib. 9. secundi belli Pun. [cap. 14, 14.] Iterum lib. 4. hujus decados [c. 54, 3.] ubi id etiam admonuimus: quamquam hic Valerium Antiatem citet authorem. GLAR. Vocem *primos* non agnoscit Harl. quam librarius omisisse videtur, quia ludos scenicos, Megalesia adpellatos, jam supra memoratos meminerat. Doujatius, quasi auctoritatem Glareani secutus, notat ad hunc locum, non nunc primum celebratos fuisse Romae *scenicos ludos*, teste ipso Livio]. 29. et 34. sed nunc primum *Megalesia* dictos esse, seu *Megalenses*. Quod qua ratione ex verbis Glareani vel ad h. loc. vel ad l. 34. efficere possit, me non videre fateor. Immo *Megalesia ludos scenicos* jam supra adpellavit Liv. 34, 54, 3. Quemadmodum autem tria Livii loca, l. 29. l. 34. et hic, accipienda sint, ne pugnare videantur, docuit Cl. Duker. ad 34, 54, 3. Ceterum *Antias Valerius* omnes scripti nostri, et vett. edd. usque ad Aldum, qui ex auctoritate cod. Mog. dedit *Valerius Antias:* quod adhuc obtinuit. Utroque ordine Livium id nomen extulisse, certum est. Verisimilius tamen videtur, librarios *Antias Valerius* in *Valerius Antias* refinxisse, quam contra: quare priscam lectionem revocavi.

Megalesia adpellatos] Vaillantius in Comment. ad Numism. aerea Imper. in Colon. pag. 36. 37. et 102. ed. Paris. 1688. huc trahit nummos Calaguritanorum in Hispania citeriore sub Augusto et Tiberio percussos, quorum in una parte circum caput est inscriptio *NASSICA*, in altera caput bovis cum nominibus duumvirorum et aedilium, et putat, Calagurim hoc tempore, id est A. V. ıɔlıx. quo P. Scipio Nasica praetor Hispaniae ulteriori praeerat, municipium factam, et Calaguritanos beneficiorum illius in se causa memoriam Megalensium Romae A. V. ıɔlxıı. quo consul fuit Nasica, ob dedicationem aedis Matris Magnae Idaeae factorum, celebratis itidem Megalensibus, renovasse. Vir Cl. in libro de Aedil. Colon. cap. 11. §. 2. haec, ex illo referens, non addit, quid sibi de iis videatur. Ego cum Cl. Wesselingio 1. Obs. 25. sentio, nec quidquam eorum, quae Vaillantius commentus est, ex nummis illis probari posse puto. Certe plane mirifica est haec illius argumentatio: P. Scipio Nasica, quum Hispaniam ulteriorem provinciam haberet, beneficiis adfecit Calaguritanos in citeriore: (quod ipsum tamen nondum ostensum esse, recte monet Cl. Wesselingius) idem consul ludos Jovi fecit, quos pro praetore in Hispania, adversus Lusitanos pugnans, auctore Livio

Digitized by Google

tatis aedem in circo maximo C. Licinius Lucullus
6 duumvir dedicavit. Voverat eam sexdecim annis ante M. Livius consul, quo die Hasdrubalem exercitumque ejus cecidit: idem censor eam faciendam
7 locavit, M. Cornelio, P. Sempronio consulibus. Hujus quoque dedicandae caussa ludi facti: et eo omnia cum majore religione facta, quod novum cum Antiocho instabat bellum.

1 XXXVII. Principio ejus anni, quo haec, jam profecto ad bellum M.? Acilio, manente adhuc Ro-
2 mae P. Cornelio consule, agebantur, bovos duos

35, 1. voverat. Eodem anno M. Junius Brutus dedicavit aedem Matris Magnae Idaeae, et ob dedicationem illius Romae ludi Megalesia facti sunt: ergo nummis Calaguritanorum, sub Augusto ac Tiberio cusis, in quibus *Nassica* legitur, renovata est memoria Megalensium, qui Nasica consule dedicationis aedis Matris Magnae Idaeae causa Romae facti sunt. DUK.

§. 5. *Item Juventutis aedem in circo maximo*] *Juventatis* lego. Sic enim Cicero in Bruto [c. 18.] *Ludis Juventatis, quos Salinator Senensi proelio voverat. Deae* etiam *Juventatis* meminit in primo libro [immo lib. 5, 54.] Livius. SIG. Legendum ex Pall. *Item Juventatis aedem in circo Maximo* etc. ut et apud Ciceronem restitui. GEBH. Sic et Victorius ad Brutum Ciceronis, et Sigonius hic monuerunt legendum: nihilominus omnes recentiores *Juventutis*. Perperam sane. Nos quoque restituendum docuimus lib. 21, 62. Nunc duo miror: unum, Scaligerum docere nos, indifferenter *Juventatem* et *Juventutem* (non, quid analogia aut origo patiatur, quaestio est; sed de usu veterum) dici, nec opus esse, ut corrigatur apud Festum: *Juventatis sacra pro juvenibus sunt instituta.* Alterum nec P. Victorium vidisse, nec tot editores epistolarum ad Atticum credidisse Lambino, scribendum esse lib. 1. ep. 18. *Ejus initium ejusmodi fuit, ut aniversaria sacra Juventatis non committerentur.* Neque enim alia sacra sunt haec, quam ludi Juventatis in Bruto. Etiam in Tusculanis [1, 26.] Heben Graecorum vocat *Juventatem:* quam non ignoro *Grajam Juventam* dici Ovidio de Ponto lib. 2. Ep. 10. vers. 11.

Nectar et ambrosiam laticesque epulasque Deorum
Det mihi formosa Graja Juventa manu.

Sic enim haud dubie ibi scribendum, etsi libri fere *grata* aut *gnava*. Neque tamen ideo poenitet lib. 21, [62, 9.] me scripsisse, *Lectisternium Juventati.* non *Juventae.* J. FR. GRON. *Juventutis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. et Gaertn. Ex reliquis nihil

Digitized by Google

domitos in Carinis per scalas pervenisse in tegulas aedificii, proditum memoriae est. Eos vivos comburi, cineremque eorum dejici in Tiberim, aruspices jusserunt. Tarracinae et Amiterni nunciatum 3
est aliquoties lapidibus pluisse; Minturnis aedem Jovis et tabernas circa forum de coelo tactas esse; Vulturni in ostio fluminis duas naves fulmine ictas conflagrasse. Eorum prodigiorum caussa libros Si- 4
byllinos ex senatusconsulto decemviri quum adissent, renunciarunt, *Jejunium instituendum Cereri esse, et id quinto quoque anno servandum: et ut novemdiale* 5

notatur; quos propterea *Juventatis* habuisse verisimile est. V. Merulam ad Enn. pag. 110. et doctos Interpretes ad Flori 1, 7, 8.

C. Licinius Lucullus] *Gneus Licinius* Lov. 2. *M. Licinius* cod. Mog. et Lov. 6. Utrum verius sit, statuere nequeo. Nam circa haec tempora et *C. Licinius Lucullus* et *M. Licinius Lucullus* memorantur. prior l. 33, 42. posterior 39, 6.

§. 6. *Hasdrubalem exercitumque ejus cecidit*] *occidit* Voss. et Lov. 6. frequentissimo scribarum errore. V. ad 1, 7, 1. 2, 20, 9. 4, 47, 2. 7, 6, 9. c. 30, 14. 9, 31, 2. 10, 31, 3. c. 40, 13. 22, 6, 3. c. 25, 15. 29, 14, 8. 35, 13, 1. c. 21, 7. 36, 18, 8. c. 38, 6. cap. 40, 4. 38, 47, 6. c. 48, 8. 39, 31, 15. c. 48, 3. 40, 27, 12. Adde, quae notantur ad Epit. Liv. 23. Mox *T. Sempronio* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Sigon. Vide modo ad §. 4. Praenomen deest in Gaertn.

§. 7. *Et omnia cum majore religione*] Lege *et eo omnia*. GELEN. *et eo omnia cum majori religione* cod. Mog. Alterum in omnibus nostris [et Bamb.] constanter supersest.

§. 1. *Principio ejus anni, quo haec, jam profecto*] *Τὸ jam* non comparet in Pall. GEBH. *Principio enim anni* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] Vocula *jam*, quam Aldus ex Mog. cod. recepit, deest in omnibus reliquis scriptis.

§. 2. *Boves duos domitos in Carinis*] *duos boves* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *duo boves* Voss. V. ad 35, 21, 5. Tum *in Carnis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 1. *Nycarius* Gaertn. *Vicariis* Lov. 3.

§. 3. *Duas naves fulmine ictas conflagrasse*] *fulmine tactas* Voss. Lov. 6. et Gaertn. quod ex praecedenti repetitum est. De locutione *fulmine ictus* v. ad 1, 31, 8. Paullo ante *lapidibus pluvisse* Lov. 4. et ed. Ven. anni 1495. cum multis seqq. usque ad Curionem. V. ad 1, 31, 1.

§. 4. *Libros Sibyllinos ex senatusconsulto*] *Sibullinos* cod. Mog. Vide Pier. ad Maron. 6. Aen. 98. Tum *ex senatusconsultu* Lov. 3. V. ad 5, 13, 5. Mox

Digitized by Google

sacrum fieret, et unum diem supplicatio esset. coronati supplicarent: et consul P. Cornelius, quibus Diis, quibusque hostiis edidissent decemviri, sacrifi-
6 *caret.* Placatis Diis, nunc votis rite solvendis, nunc prodigiis expiandis, in provinciam proficiscitur consul, atque inde Cn. Domitium proconsulem, dimisso exercitu, Romam decedere jussit: ipse in agrum Bojorum legiones induxit.

1 XXXVIII. Sub idem fere tempus Ligures, lege sacrata coacto exercitu, nocte inproviso castra Q.
2 Minucii proconsulis adgressi sunt. Minucius usque ad lucem intra vallum militem instructum tenuit; intentus, ne qua transcenderet hostis munimenta.

renunciavérunt Lov. 6. et Gaertner. Vide ad 21, 44, 7.

Jejunium instituendum Cereri] De jejuniis religiosis veterum vide Spanh. ad Callim. H. in Cerer. vers. 6. et 12. et Morin. dissert. 2. Tom. 5. Memor. Academ. Reg. Inscript. edit. Hag. 1724. DUKER. *Cereris* Lov. 2. [Bamb.] Mox *quintio toto anno* Lov. 1. *quinto quoque toto anno* Voss. et Lov. 6. *quinto toto anno* Lov. 3.

§. 5. *Quibusque hostiis edixissent decemviri*] In nostris exemplaribus est *edidissent xviri.* GELEN. *edidissent* etiam cod. Mog. omnesque Msti nostri, praeter Lov. 5. qui vett. edd. lectionem sequitur. V. ad 21, 62, 7. Praeterea *quibus Diis*, *quibus hostiis*, elisa copula, Lov. 1. 3. et 6. Paullo ante *et in unum diem supplicatio* Lov. 2. V. ad 28, 11, 5. Tum *supplicarent: consul*, omissa iterum copula, Lov. 3. et Gaertn. Sed illa intercepta est ab ultimis literis vocis proximae *supplicarēt.* Vide ad 37, 59, 1.

§. 1. *Sub idem fere tempus Ligures, lege sacrata coacto exercitu*] *To fere* non agnoscunt Lov. 2. et Harl. Lege sacrata coactus apud populos Latii exercitus memoratur supra 4, 26, 3. *Lege sacrata, quae maxima apud eos vis cogendae militiae erat, delectu habito, utrimque validi exercitus profecti in Algidum convenere.* Mox Minucii praenomen *Q.* deest in Lov. 6. Praeterea §. seq. *intentum* Voss.

§. 4. *Caesa supra quatuor millia hostium*] MS. *caesa supra quatuor millia nonaginta hostium.* MOD. *supra* Aldus ex cod. Mog. recepit. Omnes enim priores cum scriptis nostris *super.* quod Gruteri ed. ult. reduxit, et recentiores servarunt. Adhaereo cod. Mog. Tum vox *nonaginta*, quam addit cod. Mog. ab omnibus Msti nostris exsulat. Vox etiam *hostium* non adparet in Hearnii N. Paullo ante

Digitized by Google

Prima luce duabus simul portis eruptionem fecit. 3
nec primo inpetu, quod speraverat, Ligures pulsi
sunt: duas amplius horas dubium certamen sustinu-
ere. Postremo, quum alia atque alia agmina erum- 4
perent, et integri fessis succederent ad pugnam, tan-
dem Ligures, inter cetera etiam vigiliis confecti, ter-
ga dederunt. caesa supra quatuor millia hostium; ex
Romanis sociisque minus trecenti perierunt. Duo- 5
bus fere post mensibus P. Cornelius consul cum Bo-
jorum exercitu signis conlatis egregie pugnavit. Duo- 6
detriginta millia hostium caesa, Antias Valerius scri-
bit; capta tria millia et quadringentos; signa mili-
taria centum viginti quatuor; equos mille ducentos

integra fessis succederent, nempe agmina, Lov. 1. Tum *terga dedere* Lov. 3. *terga verterunt* Gaertn. quod ex glossa interpretis esse, aliorum in vulgatam lectionem consensus docet. Supra 22, 29. *Qui plures simul terga dederant.*

Minus trecenti perierunt] In quibusdam Mstis, et fere omnibus ante Gruterum edd. per notas scriptum fuit *minus CCC.* id *minus trecentum* redditur in Lov. 3. et ed. Ven. anni 1498. *minus trecentos* in Lov. 1. *minus trecentis* in Lov. 4. Harl. et Mead. ambobus. *minus trecenti* exposuit Gruter. in ed. ult. quomodo etiam multi codd. scripti. Recte. V. ad 3, 64, 10. et 10, 37, 3. In casu numeralium, per notas scriptorum, librarios saepe errasse, videbimus ad 40, 18, 5. Mox §. seq. vox *consul*, quam Aldus ex cod. Mog. adoptavit, deest in Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1.

§. 6. *Duodetriginta millia hostium caesa*] MS. *duodetriginta millia hostium occisa.* MOD. Pall. *duo et trecenta millia hostium caesa.* GEBH. *duo millia* Voss. *tria millia* Gaertn. *duodetrecenta millia* Lovel. 1. 4. et Mead. ambo. *duo de CCC*tos Hearnii N. *duo et triginta millia* Lov. 2. 3. Harl. Hearnii L. 1. et Mead. 1. in margine. Hinc *occisa* cod. Mog. Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quorum fide, et quia *caesa* praecessit, recepi. Solent ita variare librarii. V. ad c. 36, 6. Mox *capta mille quadringentos* Voss. *capta mille et trecentum* Lov. 3. *capti mille CCCC* Gaertn. *capita mille et CCC* Hearnii L. 1. *capta tria millia et quadringenti* Lov. 2. unde non differt Harl. nisi quod *quadringenta* praeferat. *capta quatuor et quadringentos* Lov. 1. *capta IIII et quadringentos* Lov. 4. *capta IIIIm et CCCC* Lov. 6. [VI. et CCC. Bamb.]

Signa militaria centum viginti quatuor] Ita Aldus ex cod.

Digitized by Google

triginta; carpenta ducenta quadraginta septem: ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor ce-
7 cidiſſe. Ubi ut in numero scriptori parum fidei sit, (quia in augendo eo non alius intemperantior eſt) magnam victoriam fuiſſe adparet, quod et caſtra capta sunt, et Boji poſt eam pugnam extemplo dedi-

Mog. *centum et viginti septem* Lov. 3. *centum viginti septem* reliqui codd. noſtri, Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Mox verba sequentia *equos mille ducentos triginta, carpenta ducenta quadraginta septem* iterum debentur optimis membranis Mog. unde Aldus recepit. Desunt in omnibus noſtris, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. antiquioribus. Sed infra cap. 40. in triumpho P. Cornelii similiter memorantur *Gallica carpenta*, quibus arma signaque et spolia omnis generis transvexit, et *equorum captorum grex*.

Ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidisse] Hanc quoque lectionem Aldus ex cod. Mog. probavit. Antea edebatur *mille et CCCCLXXXVI*. Et ita plerique mei, et Hearnii codd. nisi quod vox *mille* desit in Voſſ. Lov. 1. et Hearnii N. vocula *et* in Lovel. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. utroque, utraque *mille et* in Hearnii L. 1. *mille quatuor centum nonaginta sex* legit Lov. 3. *etiam mille CCCCLXXXVI* Gaertn. Deinde *occidisse* Lov. 3.

§. 7. *Ubi in numero scriptori parum fidei sit*] In noſtris exemplaribus eſt *Ubi ut in numero*. GELEN. Olim edebatur *Ut in numero scriptoris*. Quum autem poſtea Moguntini notaſſent, se in cod. suo vidiſſe *Ubi ut in numero scriptori*, eam lectionem admiſſurus Aldus perperam tamen edidit *Ubi in numero scriptori*. Hinc Gelenio neceſſe fuit monere, particulam *ut* inserendam: cui Froben. anno 1535. et hinc reliqui editores dicto audientes exſtiterunt. Attamen *Ut in numero scriptoris*, primis editt. consentiens, Lovel. 5. [Bamb.] *Ubi in numero scriptoris* Lov. 1. *Ubi in numero scriptori* Voſſ. Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Nisi in numero scriptoris* Lov. 3. *Nisi in numero scriptori* Lovel. 6. Mox *intemperatior*, pro *intemperātior*, vel *intemperantior*, Lov. 4. et 6. Ita variarunt librarii supra 26, 22, 14. Alia similia v. ad 5, 48, 3.

Magnam victoriam fuisse adparet] Ita omnes codd. noſtri. Sed Mſtus Mog. [et Bamb.] *magnam tamen victoriam*; quod Aldus recepit, et reliqui servarunt, usque ad Gronov. qui τὸ *tamen* iterum ejecit. Certum eſt, poſt *ut*, *licet*, *etsi*, *quamvis*, ac similes particulas, vocem *tamen* saepe per ellipsin omitti. Apud Ovid. praesertim poſt vocem *ut* ellipsis illa frequentiſſima eſt. Ita 1. Her. vers. ult.

Protinus ut redeas, facta videbor anus.

3. Her. 134.

Ut taceam, lacrimis comminuere meis.

6. Met. 196.

Digitized by Google

derunt sese, et quod supplicatio ejus victoriae caussa decreta ab senatu, victimaeque majores caesae.

XXXIX. Per eosdem dies M. Fulvius Nobilior ex 1
ulteriore Hispania ovans urbem est ingressus. argenti transtulit duodecim millia pondo: bigati argenti 2
centum triginta; auri centum viginti septem pondo.

Multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet.

Virg. 2. Aen. 12.

Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit,
Incipiam.

Ubi Servius notat: *Deest tamen. quia, quum praeponitur quamquam, necesse est, subjungi tamen.* V. etiam Munker. ad Fulgent. Mythol. lib. 1. in princ. et quae notavi ad 22, 20, 1. unde patet, librarios hanc vocem adjecisse, ubi scriptores subintelligi maluerant; quod fortassis etiam hic a librario cod. Mog. admissum est. Mox *supplicatio ejus victoriae consuli decreta* Voss. cujus librarius perperam *cā*, id est *caussa*, et *cos.* id est *consuli*, confudisse videtur. Utraque lectione juncta *supplicatio ejus victoriae caussa consuli decreta* ostentat Gaertn.

§. 1. *Per eosdem dies M. Fulvius Nobilior*] Haec eadem hoc adeo libro [cap. 21.] de Fulvio prope iisdem verbis dixit, quod supra quoque admonuimus. Alii haec verba ex codicibus Livii hoc loco submoverunt, suane authoritate, an codicum fide, nescio. GLAR. Idem, quod supra cap. 21. narrarat, Livium hic iterum repetere, malo credere cum viris doctis, quibus adnumerandi sunt Pigh. in Ann. ad ann. IDLXII. p. 283. et Perizon. in Animadv. Hist. c. 4. p. 173. idque adscribere erranti Livii memoriae, quam scribis librariis. Certe periodus haec in omnibus nostris codd. superest. Unde probare nequeo temeritatem ejus, qui, editionis Frob. anni 1531. curam habens, eam integram omisit, et proximis persuasit, ut exemplum suum imitarentur, donec tandem iterum loco suo restitueret Curio. Alia similium in Livio repetitionum exempla notarunt Glarean. ad 35, 22, 5. et Perizon. l. laud. [*est* omittit Bamb.]

§. 2. *Argenti transtulit decem millia pondo*] MS. liberalior cusis: *transtulit duodecim millia pondo.* et statim *auri centum viginti septem pondo*, ubi vulgo est *auri centum viginti sex.* MOD. Perizon. in Animad. Hist. cap. 4. pag. 173. putat, scribendum esse *duodecim millia pondo*, et *auri centum viginti septem*, duabus de causis; una, quod ita sit c. 21. altera, quod hic quoque Mogunt. eosdem numeros habeat. Sed si Livius haec e diversis auctoribus, quod ibidem suspicatur, descripsit, non major est ratio hoc loco mutandi numeros, quam cap. 21. Plus momenti est in auctoritate cod. Mog. Sed quum illius scripturam probat, ipse suspicionem suam infirmat. DUK. Omnes nostri [et Bamb.] vulgatum tuentur, nisi quod vocem *millia* omittant Lov. 2. 3. 6. et Harl. ac *millia decem* legat Gaertn. Tu-

Digitized by Google

3 P. Cornelius consul primo, obsidibus a Bojorum gente acceptis, agri parte fere dimidia eos multavit: quo, si vellet, populus Romanus colonias mittere 4 posset. Inde, Romam, ut ad triumphum haud dubium, decedens, exercitum dimisit, et adesse Romae 5 ad diem triumphi jussit. ipse, postero die, quam venit, senatu in aedem Bellonae vocato, quum de rebus ab se gestis disseruisset, postulavit, ut sibi trium- 6 phanti liceret in urbem invehi. P. Sempronius Blaesus tribunus plebis, *non negandum Scipioni, sed differendum honorem triumphi,* censebat. *Bella Ligu-*

tius judicavi, codici Mog. cujus ope tot in Livio vulnera sanata sunt, adhaerere, quam reliquorum auctoritatem sequi. Mox *centum triginta*, omissa media copulativa *et*, codd. nostri. Per notas *CXXX* praeferunt typis descripti usque ad Gruterum, qui in ultima ed. copulam interposuit, quam iterum exegi. V. etiam ad c. 21, 11. Ceterum ad posteriorem hanc summam ex praecedenti sola vox *millia* repetenda est, nisi forte scriptum fuerit $\overline{CXXX}$, id est, centum triginta millia, vel *CXXXM.*

Auri centum viginti quinque. P. Cornelius] Pall. *CXXVII. pondo.* GEBH. *auri centum viginti quinque* manu exaratos tres, quibus utitur, habere, Doujatius testatur. Verum pace ejus dicam, adfirmanti fidem habere nequeo, mihique persuadeo, eum neglegenter codd. quos jactat, consuluisse: nam haec quoque lectio in nullo apud me exstat cod. et demum adparuit in ultima Gruteri ed. Omnes priores, quae periodum hanc servarunt, exhibent *auri CXXVI.* nisi quod Aldus et quidam alii ex cod. Mog. vulgarint *auri CXXVII pondo*; quam lectionem genuinam esse, codicum aliorum haud obscurus consensus indicat. Nam unus Lov. 5. *auri CXXVI.* Lovel. 3. *auri CXXVI pondo.* At *auri centum septem pondo* Hearnii L. 1. N. et ex meis omnes novem reliqui; quorum tamen quidam vocem *pondo* ordinario compendio *P.* scripserunt; quod Cornelii consulis praenomen *P.* elisit. Est autem ea vox necessaria, ne, ut ad proximum membrum, intelligatur *millia*, vel ex primo repetatur *millia pondo.*

§. 3. *Consul primo, obsidibus a Bojorum gente acceptis*] *Tò primo* Pall. omittunt. GEBH. Omittunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *coloniam* Lov. 5. et primae edd. *colonos* Lov. 3. et 6. *colonias* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod Frob. anno 1535. admisit. *colonianos* Voss. et Lov. 1. quorum scribae forte duas lectiones *coloniam* et *colonos* hoc modo junxerunt. Praeterea *velit* et *possit*, pro *vellet* et *posset*, Lov. 3.

Digitized by Google

rum Gallicis semper juncta fuisse: eas inter se gentes mutua ex propinquo ferre auxilia. Si P. Scipio, 7
devictis acie Bojis, aut ipse cum victore exercitu in agrum Ligurum transisset, aut partem copiarum Q. Minucio misisset, qui jam tertium ibi annum dubio detineretur bello, debellari cum Liguribus potuisse. Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse 8
milites, qui egregiam navare operam reipublicae potuissent: possent etiam, si senatus, quod festinatione triumphi praetermissum esset, id restituere differendo triumpho vellet. Juberent, consulem cum le- 9

§. 4. *Et adesse Romae ad diem triumphi jussit*] Pal. alter *et esse Romae.* GEBH. Paullo ante *ad triumphum*, omissa vocula *ut*, Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 5. *Sibi triumphanti liceret in urbem invehi*] *liceret urbem invehi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. ut 9, 40, 20. *Dictator triumphans urbem est invectus.* 44, 1, 4. *Superato Leucata Corinthium sinum invectus.* (c. 7, 10.) 38, 44, 10. *Sibique triumphanti urbem invehi liceret.* V. ad 4, 29, 4. Sed et vulgatum, quod, praeter omnes edd. servant Lov. 5. et forte cod. Mog. unde nihil notatur, Livio in usu fuit. Supra 31, 47, 7. *Ut triumphanti sibi in urbem invehi liceret, petit.* 34, 52, 10. *Ipse deinde Quinctius in urbem est invectus.* V. ad 2, 31, 3. Paullo ante *illo postero die, quam* Lov. 2. *ille postero, quam* Lov. 1. *ille postero die, quam* Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. uterque Mead. Gaertn. et edd. principes. Moguntini ex cod. suo substituerunt *ipse postero die, quam.*

§. 8. *Eas inter se gentes mutua ex propinquo ferre auxilia*] Quatuor priora vocabula sprevit Lov. 3. tertium Gaertn. Praeterea *ex propinquo mutua ferre* legunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. In praecedentibus *semper injecta fuisse* legit Voss. *semper juncta esse* Gaertn.

§. 7. *Si P. Scipio, devictis acie Bojis*] Pall. *deductis acie Bojis.* GEBH. Concinunt Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo. *devictis* tamen in margine ostentat Mead. 1. Mox *tertium ibi annum dubio retineretur bello* Lov. 5. et edd. principes. Aldus substituit, quod nunc vulgo legitur: cum quo faciunt nostri reliqui. Neque dissentit cod. Mog. nisi quod alio ordine praeferat *tertium annum ibi dubio detineretur bello.* Solent verba *detinere* et *retinere* a librariis confundi. Illis exemplis, quae notavi ad Epit. Liv. 3. adde alia ex 8, 38, 6. et apud Cel. Burm. ad Suet. Claud. 15.

§. 8. *Egregiam navare operam reipublicae*] *navare operam* Voss. et Lov. 1. *dare operam* Lov. 2. quod vel ex §. seq.

Digitized by Google

gionibus redire in provinciam; dare operam, ut Ligures subigantur. Nisi illi cogantur in jus judiciumque populi Romani, ne Bojos quidem quieturos: aut
10 *pacem, aut bellum utrobique habenda. Devictis Liguribus, paucos post menses proconsulem P. Cornelium multorum exemplo, qui in magistratu non triumphaverunt, triumphaturum esse.*

1 XL. Ad ea consul, *Neque se Ligures provinciam*

receptum est, vel certe ex interpretis glossa. V. ad 7, 16, 4.

§. 9. *Juberent consulem cum legionibus redire*] *juberet* Harl. cujus librario displicuisse videtur, conlectivo *senatus* praeecedenti §. verbum singulare *vellet* adjungi, nunc vero plurale *Juberent*. Sed sine caussa. Saepissime enim Livium ita variasse, vidimus ad 30, 42, 16. Ita infra cap. seq. *Quorum militum si* etc. *opera uti senatus velit, utro tandem modo promtiores* etc. *credat. si* etc. *an si spem pro re ferentes dimittant.* 38, 41, 1. *Pars altera medio in saltum ansit. Postero die primis se conjunguntur.* 39, 14, 5. *Censuit autem senatus, gratias consuli agendas: quaestionem deinde de Bacchanalibus consulibus mandant.* c. 33, 5. *Unde prior legatio discesserat incertiore statu rerum, quam si non venissent.*

Nisi illi cogantur in jus ditionemque populi Romani] Perperam Pall. MSS. *in jus judiciumque.* GEBH. Sane perfrequens haec loquendi ratio Livio [*in jus ditionemque.*] Sed, hic variare libitum ei fuisse, constat nobis ver veteres membranas, si per corruptores librorum impressorum licuisset. Scripti consensu: *Nisi illi cogantur in jus judiciumque populi Romani.* Quam formulam non debuisse mutari, clamat ipse 39, [24, 8.] *Athamanes quoque legati venerunt, non partis amissae, non finium jacturam querentes, sed totam Athamaniam sub jus judiciumque regis venisse.* 41, [22, 4.] *Perseus per id tempus, quia quidam Dolopum non parebant, et, de quibus ambigebatur rebus, disceptationem ab rege ad Romanos revocabant, cum exercitu profectus, sub jus judiciumque suum totam coëgit gentem.* J. FR. GRON. Lectionem, quae ante Gronovium vulgo recepta erat, in solis Lov. 5. et Harl. inveni. Reliqui recte *in jus judiciumque* servant. at insuper *in jus judiciumque reip.* Gaertn. V. infra ad 38, 58, 6. Mox *ne Bojos quieturos* Voss. et Lov. 1. ac 3. Sed v. ad 44, 35, 9. Tum *aut bellum, aut pacem utrobique habendam* Lovel. 6. Sed v. ad 23, 12, 5.

§. 10. *Qui in magistratu non triumphaverunt*] *triumpharunt* Lov. 6. Cl. Crevierius observat, indirectae orationi magis convenire *triumphaverint.* Sed vide Cl. Dukerum ad 3, 2, 3.

§. 1. *Neque se Ligures provinciam sortitum esse*] *Neque Ligures provinciam sortitum se esse* Lov. 1. *Neque Ligures provinciam sortitum esse* Gaertn.

Digitized by Google

sortitum esse, ait, *neque cum Liguribus bellum gessisse, neque triumphum de iis postulare. Q. Minu-* 2
cium confidere brevi, subactis iis, meritum triumphum postulaturum atque impetraturum esse. se de 3
Gallis Bojis postulare triumphum, quos acie vicerit, castris exuerit: quorum gentem biduo post pugnam totam acceperit in deditionem: a quibus obsides abduxerit, pacis futurae pignus. Verum enimvero illud 4

Neque Ligurum provinciam sortitum esse Voss. et Lov. 6. *Neque se Ligurum provinciam sortitum esse* Lov. 3. Mead. 2. et Hearnii L. 1. Male. *Ligures provincia*, ut 39, 20, 1. *In Ligures provinciam proficisci parabat.* Similia sunt *Volsci, Sallentini, Bruttii, Tarentum provincia.* 5, 12, 6. *Valerio Potito Volsci provincia evenerat.* ubi alia vide. 27, 22, 2. *Tertius ei traderetur, qui Tarentum et Sallentini provincia evenisset.* 29, 36, 4. *P. Sempronius consul, cui Bruttii provincia erat.* 39, 41, 6. *Cui Tarentum provincia evenerat.*

§. 2. *Meritum triumphum postulaturum atque impetraturum esse*] Libri nostri omnes *merito triumphum postulaturum.* GEBHARD. Similiter omnes nostri, et edd. principes [*meritis* Bamb.] Frob. demum anno 1535. *meritum triumphum* emendavit. Praeterea *postulaturum esse, atque impetraturum* Lov. 5. Mox §. seq. *At se de Gallis Bojis* Lov. 6. *Sed de Gallis Bojis* Harl. litera initiali vocis sequentis in fine praecedentis perperam repetita. V. ad 40, 7, 8. Praeterea *Bojis* male exsulat a Voss. Supra 34, 46, 1. *Cum Gallis Insubribus et Bojis signis conlatis depugnavit.* 37, 57, 8. *Ager captus de Gallis Bojis fuerat.*

§. 3. *A quibus obsides abduxerit, pacis futurae pignus*] Pal. pr. *a quibus obsides adduxerit.* GEBH. Similiter Lov. 3. Quod, si plures codd. firmarent, non displiceret. *a quibus adduxerit*, nempe Romam. Ita 9, 33, 2. *Supplementum ab Roma adduxit.* 34, 25, 3. *Copias adductas ab Elatia ducere Argos pergit.* 38, 11, 3. *Classe per Athenaeum fratrem regis ab Elatia adducta.* Eodem modo *literae adlatae ab urbe* 22, 11, 6. ubi perperam unus *ad urbem.* et contra *avertere ad Antiochum* 35, 31, 1. ubi alia vide. Praeterea *pacis futurum pignus* Lov. 5. et edd. antt. ante Aldum, qui praeeunte cod. Mog. id mutavit in *futurae*, concinentibus reliquis meis.

§. 4. *Quod tantum numerum Gallorum ceciderit in acie*] Omnes libri *occiderit.* GEBH. *ceciderit* primum invenio apud Aldum; qui quo jure ita vulgarit, ignoro. Antea edebatur *occiderit.* Quod quum tueantur Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. neque aliter se in scriptis invenisse Gronov. pr. ed. not. testetur, eamdem lectionem etiam revocavi. Solent autem verba *cecidi* et *occidi* a scribis commutari. V. ad c. 36, 6. In praecedentibus *Enimvero*, pro *Ve-*

Digitized by Google

multo majus esse, quod tantum numerum Gallorum occiderit in acie, quod cum tot millibus certe Bojo-
5 *rum nemo ante se imperator pugnaverit: plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum caesam, multa millia capta: senes puerosque Bojis su-*
6 *peresse. Itaque id quemquam mirari posse, cur victor exercitus, quum hostem in provincia neminem reliquisset, Romam venerit ad celebrandum consulis trium-*

rum enimvero, Voss. Sed v. ad 31, 30, 4.

Quod cum tot millibus certe Bojorum nemo ante se imperator pugnaverit] Buslid. *qui cum millibus.* Lege cum Rubenio: *quot cum millibus.* J. FR. GRONOVIUS. Rubenii conjecturam, quae etiam Crevierio adridebat, firmat Lov. 3. nec longe abit Lov. 1. qui exhibet *quod cum millibus.* Indicat Cornelius, tot se Gallos proelio interfecisse, quot cum Gallis, certe Gallis Bojis, nemo ante pugnarat. Clericus, Gronovii vel Rubenii conjecturam, ut videtur, receptur us, neglegenter edidit *quot cum tot millibus.* Insuper *nemo ante se imperatorum* Voss.

§. 5. *Plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum caesam*] Potest defendi. Suspicor tamen: *plus parte dimidia ex quinquaginta millibus hominum caesum.* J. FR. GRON. Si verum est, consulem ipsum in senatu hunc numerum caesorum hostium retulisse, non video, quomodo Livio cap. 38. suspecta esse potuerit fides Valerii Antiatis, qui *duodetriginta millia* Bojorum cecidisse, scripserat. Sin autem ipse, quo justiorem causam triumphi petendi videretur habuisse Scipio, hoc de suo ei largitus est, ut saepe historici in orationibus, quas aliis tribuunt, multa exaggerare et in majus extollere solent, Valerius Antias non videtur eo nomine notandus fuisse, quasi qui numerum intemperantius auxerit. DUK. *plus parte dimidia ex quinquaginta millibus hominum caesi* Lov. 6. Reliqui omnes vulgatum servant. Si vero *caesam* in *caesum* mutandum videatur, omnino tamen *plus partem dimidiam* servandum existimo. Ipse etiam Gronov. illud loquendi genus ex hoc loco inlustrat ad 31, 34, 7. Mox *senes seu pueros Bojosque superesse* pessime Gaertn.

§. 6. *Quum hostem in provincia neminem reliquisset*] Fuit initio in Pal. priore *in provinciam neminem reliquisset.* Nec secius prisca editio. GEBH. Similiter Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed v. ad 2, 14, 4.

§. 7. *Militum si et in alia provincia opera uti senatus velit*] Sive operarum aberratione, sive aliam ob caussam, ultima Gruteri editio, ejusque exemplo Heinsii Elzevir. dederunt *etsi in alia,* quod se iterum mutasse Gronov. in pr. ed. not. monuit. Mox *ad illud periculum* Voss. Lov. 1. 6.

Digitized by Google

triumphum? Quorum militum si et in alia provincia 7
opera uti senatus velit; utro tandem modo promtio-
res ad aliud periculum novumque laborem ituros cre-
dat, si persoluta iis sine detrectatione prioris periculi
laborisque merces sit, an si spem pro re ferentes
dimittant, jam semel in prima spe deceptos? Nam, 8
quod ad se adtineat, sibi gloriae in omnem vitam
illo die satis quaesitum esse, quo se virum optimum
judicatum ad accipiendam Matrem Idaeam misisset

et Gaertn. Sed v. ad 23, 7, 3. Praeterea *credant* Lov. 6. Referendum ad praecedens *senatus*, cui junxerat *velit*, et mox *dimittant*. Sed reliqui receptam lectionem defendunt. V. ad cap. praec. §. 9. Totam vocem *credat* supervacuam judicavit Crevier. ab illis additam, qui aliquo velut fulcro hoc membrum egere existimabant; non magis tamen, eo expuncto, egere, quam proxime praecedens *id quemquam mirari posse?* Verum, invitis libris, id verbum delere religio mihi est.

Sine detrectatione prioris periculi laborisque merces] Pall. *sine detractione*. GEBH. Similiter Voss. Lov. sex, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [*sine detractatione* Bamb.]

An si spem pro re ferentibus dimittant] In nostris exemplaribus est *spem pro re ferentes*, non *ferentibus*. GELEN. *spem pro re ferentibus* Lov. 1. 4. 5. 6. *spem proferentibus* Voss. Lov. 3. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *spem praeferentes* Lov. 2. Sed verum est *spem pro re ferentes*. Eleganter *spes* et *res* obponuntur. Cic. 12. ad Fam. 25. *Non solum spe, sed certa re jam et possessione deturbatus sum*. Ovid. 18. Her. 178.

Et res non semper, spes mihi semper adest.

ubi vide Cel. Burm.

§. 8. *Sibi gloriae in omnem vitam illo die satis quaesitum esse*] Prima vox deest in Lov. 3. *τὸ die* in Lov. 6. Tum *gloriae in omnem vitam satis illo die* legit Lov. 3. *gloriae nomen in omnem vitam illo die satis* Harl. Verum vox *nomen* nata est ex sequentibus *in omnem*. Mox *ad accipiendum matrem Idaeam* Voss. Lov. 3. et 6. Vide ad 40, 49, 1.

§. 9. *Etsi nec consulatus nec triumphus addatur*] Pal. pr. *nec triumphus addicitur*. alter *adicitur*. Vet. ed. *adjicitur*. GEBH. *si nec consulatus* Lov. 2. et Harl. Deinde *addicitur* Voss. Lov. 6. et Mead. ambo. *adicitur* Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. *adjicitur* Lov. 3. 5. Harl. et edd. antiquae. [*et sine consulatu ne triumphus addatur* Bamb.] *addatur* Frob. demum anno 1535. exhibuit: nescio tamen, qua auctoritate. Interim igitur, donec de integritate hujus lectionis, quae in nullo mihi codice obvia fuit, constet, priscam scripturam *adjicitur* revocavi. Supra 4, 8, 5. *Ipsi honori jus majestatemque adjicerent*. 10, 7, 9. *Cui Deorum ho-*

Digitized by Google

9 *senatus. Hoc titulo, etsi nec consulatus nec triumphus adjicitur, satis honestam honoratamque P. Sci-*
10 *pionis Nasicae imaginem fore.* Universus senatus non ipse modo ad decernendum triumphum consensit, sed etiam tribunum plebis auctoritate sua
11 compulit ad remittendam intercessionem. P. Cor-

minumve indignum videri potest, inquit, eos viros, quos vos sellis curulibus etc. *honoraritis* etc. *pontificalia atque auguralia insignia adjicere?* ubi plura vide. Pro *adjicitur* autem vulgo *adicitur*, et *addicitur* scriptum fuit. V. ad 1, 30, 3. Solent autem *adjicere* et *addere* in Mstis commutari. V. ad 1, 44, 2. Epit. Liv. 6. et 7. et l. 37, 56, 9. Adde, quae notavi ad Silii 17, 529. Particulam autem *etsi* interdum quidem subjunctivum adsciscere, vidimus ad 5, 42, 7. plerumque tamen indicativum adjunctum habere, notum est.

Satis honestam honoratamque P. Scipionis Nasicae imaginem fore] MS. *Nasicae hinc imaginem fore. hinc*, quod puta vir optimus judicatus esset a senatu, dignusque solus ex omnibus habitus, qui matrem Idaeam acciperet. MOD. An *ornatamque?* Voss. *oneratamque.* J. FR. GRON. Attamen *honoratissimam imaginem* dicit Livius 3, 58. Ad vulgatam scripturam tuendam etiam facit hoc Sallustii cap. 35, *Quod non dignos homines honore honestatos videbam.* et quae ibi viri docti adnotarunt. DUKER. Cod. Voss. scriptura *oneratamque*, cui Gronovii conjectura *ornatamque* innititur, errori tribuenda est librariorum, qui perperam voces vel addita adspiratione auxerunt, vel detracta minuerunt, ut vidimus ad 35, 26, 7. Hinc passim confuderunt *honorare* sive, ut etiam scripserunt, *honerare* et *onerare.* V. ad 2, 65, 4. 3, 68, 6. 4, 13, 13. 5, 16, 3. 6, 11, 9. 9, 17, 16. c. 30, 8. et 10, 6, 3. Adde Stewech. ad Arnob. 4. contra Gent. in princ. Acidal. ad Vell. Pat. 2, 124. Burm. ad Suet. Aug. 38. Viros doct. ad Quinctil. 5. Instit. Orat. 10. p. 432. ad Val. Max. 2, 10. in princ. et Corte ad Sallust. Jug. 12. Similiter *honos* et *onus* sive *honus; honores* et *onera* sive *honera.* V. ad 1, 47, 12. 5, 40, 8. et 9, 8, 3. Firmandae quidem ejus conjecturae facere potest, *honoratus* et *ornatus* etiam alibi commutari: v. ad 6, 6, 8. et viros doctos ad Val. Max. 2, 2, 7. insuper ipsum illud *ornatamque* hic praeferre Gaertn. Verum unius aut alterius testis, et quidem ejus auctoritatis, fidem tot aliis consentientibus non praeferendam puto, praesertim quum *honestus* et *honoratus* etiam jungantur Ciceroni in Brut. 81. *Quum honos sit praemium virtutis, judicio studioque civium delatum ad aliquem, qui eum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi et honestus et honoratus videtur.* Praeterea additam a Mog. cod. particulam *hinc* excludit praecedens *hoc titulo.* Nisi quis forte legendum censeat: *Huic titulo etsi nec consulatus nec triumphus adjicitur, satis honestam honoratamque P Scipionis Nasicae hinc imaginem fore.*

Digitized by Google

nelius consul triumphavit de Bojis. in eo triumpho Gallicis carpentis arma signaque et spolia omnis generis transvexit, et vasa aenea Gallica: et cum captivis nobilibus equorum quoque captorum gregem traduxit. Aureos torques transtulit mille quadrin- 12
gentos septuaginta unum. ad hoc auri pondo ducen-

§. 10. *Tribunum plebis auctoritate sua compulit*] *tribunos plebis* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. ambo. Sed unum tantum P. Sempronium Blaesum tribunum plebis triumpho consulis adversatum fuisse, cap. praec. Livius narravit. Per compendium scriptum fuerat *tr. pl.* vel *trib. pl.* quod quomodo efferre deberent, librarii ignorarunt. V. ad 4, 1, 2. et 7, 16, 1. Similium errorum alia exempla vide ad 10, 10, 2. Vox *sua* deficit in Lov. 3.

§. 11. *P. Cornelius consul triumphavit de Bojis. in eo triumpho*] Vocem *consul* ignorat Lov. 3. Ejus loco *Scipio* legit Voss. Utraque juncta *P. Cornelius Scipio consul* Gaertn. Tum tres posteriores voces desunt in Lov. 2. Mox *arma et signa et spolia* legit Gaertn. *arma, signa, et spolia* Lov. 3. et 6. Male. V. ad 2, 30, 1. Deinde *travexit* Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Mead. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [Bamb.] V. ad 24, 21, 7. Insuper particula *quoque* non comparet in Lov. 1. et 6.

§. 12. *Aureos torques transtulit mille quadringentos septuaginta*] Pall. in numero variantes ∞ *CCCC*. GEBH. Vocem *mille* omittunt Lov. 6. et Hearnii N. Caussam v. ad 39, 42, 3. Ultimam vocem non agnoscunt etiam Lov. 4. et Mead. 2. At, una voce auctior, cod. Mog. *mille quadringentos septuaginta unum:* quod recepi. [*unum* non habet Bamb.]

Ad haec auri pondo ducenta quadraginta quinque, argenti infecti factique] Pall. *ad hoc auri CCXLVI*. GEBH. *ad hoc* cod. Mog. Lov. 1. 4. 5. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. quod admisi. V. ad 21, 52, 10, Tum vox *pondo* deest in omnibus nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antt. Moguntini demum illam ex cod. suo addiderunt. Fateor equidem, omitti, et ex sequentibus hic commode satis repeti posse; quod in voce *millia* saepissime factum fuisse, supra notatum est ad 31, 34, 7. Auctoritas tamen optimi Mog. persuasit, ut, viris doctis adsensus, eam servarem: sane Livium eam interdum repetiisse, videbimus ad 45, 43, 4. Deinde in numero admodum variant scripti. *et XLVII*, omissa voce *ducenta*, legit Mead. 1. *centum quadraginta sex* Lov. 5. *centum quadraginta septem* Lov. 2. et Harl. *CCXL* Hearnii L. 1. *CCXLVI* Lov. 3. 4. 6. et Mead. 2. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *CCXLVII* Lov. 1. Gaertn. et Hearnii N. *CCLVII* Voss. Ex his Livii manum indagare anceps est. Interim tamen id verisimiliter colligi potest, vocem *ducenta*, in quam longe major codicum pars consentit, probam esse; contra vero tertiam *quinque*, in nullo vel scripto vel ve-

Digitized by Google

ta quadraginta septem, argenti infecti factique in Gallicis vasis, non infabre more factis, duo millia trecenta quadraginta pondo, bigatorum num-
13 morum ducenta triginta quatuor. militibus, qui currum secuti sunt, trecenos vicenos quinos asses divi-
14 sit; duplex centurioni; triplex equiti. Postero die, concione advocata, de rebus ab se gestis, et de injuria tribuni bello alieno se inligantis, ut suae vi-

teri editione obviam, in menda cubare, pro qua plurium Msto-rum fide reposui *septem*. A reliquis diversam lectionem obfert cod. Mog. hoc modo: *ad hoc auri pondo ducenta sexaginta, quinquaginta septem argenti infecti, factique*. In eo igitur argentum factum distinguitur ab infecto, et cujusque multitudo separatim redditur, ut supra 34, 52, 5. *Infecti argenti fuit decem et octo millia pondo, et ducenta septuaginta facti*. Ne tamen ejus lectionem veram credam, efficit justo minor *quinquaginta septem argenti infecti pondo* numerus. Potius igitur existimo, librarium duplicem lectionem *ducenta sexaginta septem* et *ducenta quinquaginta septem* junxisse. Per hunc itaque cod. ultimus numerus *septem*, ut emendavi, confirmatur, at vicissim medius *quadraginta* dubius redditur, praesertim quum in Voss. etiam *CCLVII* fuisse viderimus. Sed de eo nihil statuo.

Duo millia trecenta quadraginta pondo] Voces *duo millia* desunt in Lov. 3. 5. et a m. 1. in Lov. 6. desunt etiam in Hearnii L. 1. et N. sed in posteriore eorum relicta est lacuna: desunt denique in edd. vett. Eorum loco *CC. CC* praefert Voss. Nimirum notis scriptum fuerat ↂ ↂ. Eas non adsecuti librarii alii omiserunt, vide ad 39, 42, 3. alii pro ↂ dederunt *CC*. V. ad 35, 35, 4. Deinde *CCCLX*, transpositis notis numeralibus, Hearnii N. V. ad 10, 38, 4. et 30, 26, 7. *CCCCXL* Lov. 1. et Gaertn.

Bigatorum nummorum ducenta triginta quatuor] Quatuor priores voces cum praecedenti *pondo* desunt in Harl. librarii neglegentia, cui errandi ansa fuit similitudo ultimarum literarum in vocibus *quadraginta* et *triginta*. Sed *nummorum CXXXIIII* legunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Hearnii L. 1. *nummorum CCXXXIIII* reliqui Msti mei, Mog. Hearnii N. et edd. usque ad Gruterum, cujus postrema perperam *tria* pro *quatuor* dedit. Priscam igitur lectionem revocavi.

§. 13. *Trecentos vicenos quinos asses divisit*] Pall. *centenos vicenos quinos asses*. GEBH. *trecentos* primo perperam in postrema Grut. ed. adparuit. V. ad 32, 28, 11. Froben. anno 1535. edidit *trecenos*. priores *centenos*; quod superest in omnibus meis, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamberg.] Sed ea vox integra exsulat a Mog. cod. Legit autem corrupte *militibus divisit, qui currum secuti sunt, viginti quinque asses divisit*. Verum ea summa minor videtur, quam ut huic

Digitized by Google

ctoriae fructu se defraudaret, quum disseruisset, milites exauctoratos dimisit.

XLI. Dum haec in Italia geruntur, Antiochus 1
Ephesi securus admodum de bello Romano erat, tamquam non transituris in Asiam Romanis. quam securitatem ei magna pars amicorum aut per errorem, aut adsentando faciebat. Hannibal unus, cujus 2
eo tempore vel maxima apud regem auctoritas erat,

tempori conveniat. Supra 34, 52, 11. *duceni quinquageni aeris in pedites divisi* dicuntur a Quinctio de Philippo triumphante. Quum L. Scipio de Antiocho triumpharet, *militibus quini viceni denarii dati* memorantur 37, 59. Quum vero utraque victoria ditissima fuerit, et praedae ab ambobus reportatae illa, quam P. Scipio Nasica in triumpho tulit, comparari nequeat, forte praeferenda erit codd. et primarum edd. lectio *centenos vicenos quinos asses*. Et ita tamen inter milites divisit dimidium ferme ejus, quod Quinctius et Scipio Asiaticus ex tanto majore praeda diviserunt.

§. 14. *Ut suae victoriae fructu se defraudaret*] *fraudaret* Voss. Lov. 1. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Liv. 2, 10, 13. *Unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit.* ubi alia exempla vide. c. 42, 1. *Devictis eo anno Volscis Aequisque, militem praeda fraudavere.* c. 61., 9. *Plebs fraudari sollemni honore supremum diem tanti viri noluit.* 4, 50, 1. *Praedaene interceptorem fraudatoremque etiam malum minitari militibus?* 38, 47, 6. *Non triumpho modo fraudor, sed caussam apud vos dico.* et alibi saepius.

§. 1. *Tamquam non transituris in Asiam Romanis. quam securitatem*] *non transituri sunt Asiam Romani. securitatem* Lov. 1. *tamquam non transituri sint Asiam Romani. quam sec.* Voss. Lov. 2. et 6. *tamquam non transituri sint in Asiam Romani. quam sec.* Harl. et Mead. 1. [*transituri sint Asiam* Bamb.] Paullo ante *in Italia agerentur* Lov. 1. Malc. *dum* enim hoc sensu adsciscit indicativum. V. ad 1, 40, 7. *agere* autem et *gerere* commutantur passim. V. ad 22, 28, 1. Deinde *securus admodum bello*, omissa praepositione, Voss. Lov. 1. et 6.

§. 2. *Cujus eo tempore maxima apud regem auctoritas erat*] Libri omnes *cujus eo tempore vel maxima.* GEBH. Scripti et editi ante Curionem consensu *ut maxima.* Lege *cujus eo tempore vel maxima.* Cicero in Oratore [cap. 9.] *Quod est in oratione vitium vel maximum.* J. FR. GRONOV. Aliter sentiebat Gronov. ad 29, 1, 22. Hic tamen melius puto esse *vel.* In iis, quae ibi adferuntur, aliter dicitur *ut*, quam hoc loco. DUK. *cujus eo tempore maxima*, quod in uno meorum Lov. 1. superest, non Curio primum dedit, sed Froben. anno 1535. *cujus eo tempore ut maxima* legunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et Crevierii

Digitized by Google

Magis mirari se, ajebat, *quod non jam in Asia essent*
3 *Romani, quam venturos dubitare. Propius esse, in Asiam ex Graecia, quam ex Italia in Graeciam trajicere; et multo majorem caussam Antiochum, quam Aetolos, esse. neque enim mari minus, quam terra, pollere Romana arma. jampridem classem circa Ma-*
4 *leam esse. Audire sese, nuper novas naves novumque imperatorem rei gerendae caussa ex Italia venis-*
5 *se. Itaque desineret Antiochum pacem sibi ipse spe vana facere. In Asia, et de ipsa Asia, brevi terra marique dimicandum ei cum Romanis esse: et aut*

Victor. [Bamb.] *cujus eo tempore vel maxima* Lov. 5. Mead. 2. et ed. Camp. quod eorum fide contextui reddendum censui. Usum voculae *vel* aliis Livii exemplis inlustravi ad 24, 22, 7. Inprimis autem eo sensu eleganter jungitur superlativis. Supra 2, 50, 11. *Populi Romani saepe domi bellique vel maximum futurum auxilium.* Cic. 2. de Orat. 27. *Haec sunt omnia ingenii vel mediocris; exercitationis autem vel maximae.* 3. de Orat. 53. *Aptum ad animos conciliandos vel maxime.* Scriptum forte fuerat *vl'*, quod facile in *ut* abire potuit. Exempla vide ad 2, 47, 2. 4, 46, 3. 10, 25, 17. et alibi. Gronov. in pr. ed. not. probabat *ut maxima.* in secundis curis *ut quae maxima.* Tandem post mortem ejus filius patris nomine *vel maxima* proposuit; quomodo se etiam conjecisse Doujat. et Crevier. testantur.

Magis mirari se, ajebat, quod non jam in Asia essent Romani, quam venturos dubitare] Ita Frob. anno 1535. edidit, quum olim excuderetur, *admirari*, quod unus tantum servat Lov. 5. et *dubitabat*, quod retinent omnes scripti mei. [Bamb.] Ceterum *quod jam in Asia non essent* Gaertn. *quod jam non in Asia essent* Lov. 1. 3. 5. 6. et eaedem edd. De locutione *mirari quod* vide ad 38, 10, 1. De verbo *dubitare* cum adjuncto infinitivo ad 22, 54, 2. Adde 33, 31, 6. *Antiochus rex erat; quem transgressurum in Europam, non dubitabant.* 35, 27, 14. *Quem peti locum ab Achaeis, non dubitabat.* 37, 4, 7. *Neque enim dubitabant, ad obpugnationem Naupacti eos redituros esse.* c. 26, 7. *Quos, audita obsidione, non dubitabat, ad opem ferendam sociae urbi classem a Samo moturos.* Cic. de Senect. 7. *nec vero dubitet agricola, quamvis senex, quaerenti, cui serat, respondere: Diis inmortalibus.* et ita *dubius* 36, 16, 4. *Heracleam haud dubius consulem obpugnaturum.*

§. 3. *Propius esse, in Asiam ex Graecia*] Pall. pr. et ant. ed. *ex Graecia in Asiam.* Pal. alter vero *Propius ex Graecia esse in Asiam.* GEBH. Ita et Mead. 2

Digitized by Google

imperium adimendum orbem terrarum adfectantibus, aut ipsi regnum amittendum. Unus vera et providere, et fideliter praedicere visus. itaque ipse rex navibus, quae paratae instructaeque erant, Chersonesum petit: ut ea loca, si forte terra venirent Romani, praesidiis firmaret. ceteram classem Polyxenidam parare et deducere jussit; speculatorias naves ad omnia exploranda circa insulas dimisit. 6 7

XLII. C. Livius, praefectus Romanae classis, cum quinquaginta navibus tectis profectus, ab Roma Neapolim, quo ab sociis ejus orae convenire jusse- 1

Sed *ex Graecia in Asiam* reliqui codd. [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1535. *Plus*, pro *Propius*, Lov. 3. *P'us* inter versus.

Neque enim mari minus, quam terra, pollere Romana arma] Tres deinceps ponit auctor rationes, cur miretur magis, Romanos nondum in Asia esse, quam venturos dubitet. Prima est, ob exiguum trajectum. Secunda, ob causam. Tertia in his verbis est, ob potentiam navalem. Itaque *τὸ enim* primae potius rationi apponendum erat, non huic tertiae, ubi minime convenit. In prima editione legitur, *neque enim minus* absque *τῷ mari*. Valde suspicor scripsisse Livium: *neque etiam mari minus*. JAC. GRON. Voces *et* vel *en*, id est *enim*, et *ei* vel *em*, id est *etiam*, saepe in Mstis commutantur. Exempla v. ad 3, 50, 7. 5, 20, 6. c. 44, 3. c. 52, 10. 7, 41, 3. 10, 30, 1. Adde Corte ad Plinii 2. ep. 10. et 3. ep. 15. *Τὸ enim* deest in Lov. 5. et ed. Camp. Doujatius vulgatum tuetur hoc argumento, ducum sermones non semper ad justam ratiocinationem et dialectorum leges exigendos esse. Tum *arma Romana* Harl. Mox etiam *citra*, pro *circa*, Lov. 1. 4. et 6. V. ad 21, 48, 6. Insuper §. seq. *naves novas, novumque imperatorem* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *naves novas, novum imperatorem* Lov. 1.

§. 6. *Et provide et fideliter praedicere*] Antiqua lectio *et providere, et fideliter praedicere*. GELEN. *provide* in sola inveni ed. Frob. anni 1531. priores omnes *providere*. Neque aliter scripti; nisi quod *praevidere* sit in Lov. 2. et 3. V. ad cap. 34, 7.

Chersonesum petit; ut ea loca, si forte terra venirent] Appianus [in Syriac. 99.] ita: *Ἔστε Χερρόνησον διαπλεύσας πάλιν ἀυτὴν ὠχύρου, καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον ἐκρατύνετο, ὃι ὧν ἔδει τὴν φάλαγγα τὴν Ῥωμαίων ἐς τὴν Ἀσίαν ὁδεύσαι τε καὶ περάσαι.* SIG. Vox *terra* deest in Harl. et Gaertn. Paullo ante *apparatae instructaeque* Gaertn. *aperte et instructae* Voss. *aptae et instructae* Lov. 1. Mox. §. seq. *parare jussit et deducere* Voss. Lov.

Digitized by Google

rat apertas naves, quae ex foedere debebantur, Si-
2 ciliam inde petit: fretoque Messanam praetervectus, quum sex Punicas naves ad auxilium missas accepisset, ab Rheginis Locrisque et ejusdem juris sociis debitas exegisset naves, lustrata classe ad Lacinium,
3 altum petit. Corcyram, quam primam Graeciae civitatium adiit, quum venisset, percunctatus de statu

1. 3. 6. et Gaertn. Tum *inde speculatorias* Lov. 3.

§. 1. *Romanae classis, cum quinquaginta navibus tectis profectus*] Omnia haec vocabula desunt in Hearnii L. 1. idque inertia scribae, cui fraudi fuit similitudo vocum *praefectus* et *profectus*. V. ad 9, 11, 11. Sola vox *navibus* exsulat ab ejusdem N. sequens *tectis* a Lov. 2. Postea §. seq. *Messanam praevectus* Lov. 3. quod pro praetervectus usurpari, vidimus ad 24, 44, 9. Sed reliqui consensu vulgatum tuentur, quod inlustravi ad 22, 20, 7. Solent autem *prae* et *praeter* in compositis commutari, ut dictum est ad 21, 55, 9. Alia exempla vide ad 26, 27, 12. 35, 4, 3. et alibi.

§. 3. *Quam primam Graeciae civitatem adiit*] MS. *quam primam Graeciae civitatium adiit*. qua de re memini alibi dicere. MOD. Pall. *civitatum*. GEBH. Scripti et veteres *civitatum*. Modius ex Mog. *civitatium*. J. FR. GRON. *quam primum Graeciae civitatum ad id* Mead. 1. *quam primum Graeciae civitatum adit* Lovel. 1. 4. Harl. et Mead. 2. *quam primum civitatem Graeciae adit* Gaertn. *quam primum Graeciae civitatem adiit* Lov. 6. *quam primum Graeciae civitatem ad id* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *quam primum Graeciae civitatem adit* Voss. Lov. 2. et edd. proximae. Quum deinde Moguntini monuissent, se in cod. suo reperisse *quam primam Graeciae civitatium adiit*, id mox Aldus recepit, nisi quod tamen *civitatum* dederit, adstipulante Lov. 3. et Hearnii N. quod obtinuit usque ad Frob. qui anno 1535. *civitatem*, Gronov. vicissim *civitatum* revocarunt; ego vero *civitatium*. V. ad 33, 20, 11. Recte etiam receptum est *primam*. Supra 32, 15, 1. *Primam urbium Thessaliae Phaloriam est adgressus*. Et ita 2, 31, 8. *Omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo*. Servavi etiam *adiit*, quod passim cum *adit* commutatur. V. ad 2, 12, 4. c. 48, 8. 4, 58, 2. 6, 3, 2. 25, 40, 6. 37, 20, 6. et alibi. Plura similia vide ad 36, 20, 3. Mox *nondum omnia in Graecia perpacata erant* Lov. 2. *necdum omnia in Graecia perpacata erant* Gaertn. *nec enim omnia in Graecia pacata*, absque *erant*, Lov. 6. Sed de verbo *perpacare* vide ad 40, 34, 13.

§. 4. *Maturandum ratus omnium rerum caussa*] Tria priora vocabula non adparent in scriptis nostris, [Bamb.] et antt. edd. quae Moguntini ex cod. suo addiderunt. Insuper *rei caussa* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. *ejus rei caussa* Lov. 6. inter versus.

Digitized by Google

belli, (necdum enim omnia in Graecia perpacata erant) et ubi classis Romana esset, postquam audi- 4
vit, circa Thermopylarum saltum in statione consulem ac regem esse, classem Piraeei stare, maturandum ratus omnium rerum caussa, pergit protinus navigare Peloponnesum. Samen Zacynthumque, quia 5
partis Aetolorum maluerant esse, protinus depopu-

Pergit protinus navigare Peloponnesum. Samum Zacynthumque, quia etc.] Quidam libri solum *Zacynthum* habebant, sed Cephalleniam omnino Livius putat. Strabo lib. 10, [453.] ex Apollodoro ait, Cephalleniam insulam, quae quondam quatuor habebat urbes, *Samum* dictam, at urbem in ea nunc *Samum*, nunc *Samen* adpellatam. Atqui Zacynthus jam Romanorum erat. Sed vel Livius praefectus classis hoc ignoravit, aut haec ante facta sunt, quam dedita sit Romanis insula: nam permixte multa narrat Livius. GLAR. Vet. lib. *tamen, Zacynthumque.* Ego *Samen.* De Same insula supra copiose dictum est. Sic enim Virgilius etiam [3. Aen. 370.] ex Homero: *Sameque et nemorosa Zacynthos.* Livius autem praefectus classis Zacynthum populatus est, forte quod nesciret, eam ab Achaeis Romano populo, Quintio ipso agente, concessam, quod paulo ante [cap. 32.] factum esse scripsit. SIGON. *navigare. Peloponnenses tamen Saguntumque* Voss. et Gaertn. *navigare. Peloponnesum tamen Zacynthumque* Harl. *navigare. Peloponnesus tamen Saguntumque* Lovel. 1. et Mead. 1. *navigare. Peloponnesum tamen Sagittumque* Lov. 6. *navigare. Peloponnesum tamen Saguntumque* Lovel. 2. 3. 4. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. At proximae edd. *navigare Peloponnesum. tamen Zacynthumque*, vel *navigare Peloponnesum. Tum Zacynthum.* [*Tamen Saguntumque* Bamb.] Aldus tandem ex Mog. cod. adoptavit *navigare Peloponnesum. Samum Zacynthumque.* Quod deinde semper obtinuit, nisi quod Sigonius *Samen*, pro *Samum*, substituerit. Imperiti igitur librarii vocem minus notam *Samum*, vel *Samen*, in notissimam *tamen* mutarunt, ut etiam *Zacynthum* in *Saguntum*; et ambae illae non fere, nisi in Msto Mog. superesse potuerunt. Verum haec lectio Doujatio displicuit; qui, vett. librorum, quibus usus est, vestigia secutus, voce tantum *Saguntumque* in *Zacynthumque* mutata, legebat *navigare. Peloponnesum tamen Zacynthumque* etc. ac per *Peloponnesum* intelligit Laconicam, Peloponnesi partem vel maxime conspicuam. Duas autem vulgatae lectioni difficultates movebat: alteram, dicendum non esse *navigare Peloponnesum*, sed *in* aut *versus Peloponnesum*; nam Livium quidem in praepositionum usu grammaticorum regulas minus scrupulose sequi; nihil tamen opus esse, ad insueta ceteris scriptoribus orationem ejus absque necessitate deflectere: alteram, *Samum* vel *Samen*, insulam maris Jonii,

Digitized by Google

latus, Maleam petit: et, prospera navigatione usus, paucis diebus Piraeeum ad veterem classem pervenit.
6 Ad Scyllaeum Eumenes rex cum tribus navibus obcurrit; quum Aeginae diu incertus consilii fuisset, utrum ad tuendum rediret regnum, (audiebat enim Antiochum Ephesi navales terrestresque parare copias) an nusquam abscederet ab Romanis, ex quo-

Echinadum unam, adeo exiguam fuisse, ut parum aut nihil interesset Romanorum, has an illas partes sequeretur. Quod autem ad primam adtinet, in nominibus regionum et insularum praepositiones, quae secundum grammaticorum regulas requiruntur, et apud Livium, et apud optimos alios, non tantum poëtas, sed etiam scriptores prosaïcos, saepissime deesse, supra docui ad 33, 41, 6. ubi etiam ex Livio laudavi *Peloponnesum proficisci*. Quod ad secundam, idem, quod voci *Samum* vel *Samen*, etiam voci *Zacynthum* objici potest. Nam illa quoque, teste Livio 26, 24, 15. *parva insula est, propinqua Aetoliae: urbem unam eodem, quo ipsa est, nomine habet.* Haud magis igitur Romanorum intererat, cujus partes Zacynthus, quam cujus Samos, sequeretur. Ceterum male Glareanus et Sigonius conjiciunt, Livium praefectum classis Zacynthum depopulatum esse, quod nesciret, eam ab Achaeis populo Romano concessam esse. Quo tempore enim id factum est, non modo nondum tradita erat Romanis, verum ne parebat quidem Achaeis, sed erat adhuc in potestate Amynandri regis Athamanum, cujus nomine ei praerat Hierocles Agrigentinus. Modo enim Livius dixit, C. Livium Peloponnesum navigasse, et in itinere Samum Zacynthumque depopulatum esse, *postquam audivit circa Thermopylarum saltum in statione consulem ac regem esse;* adeoque antequam consul regem ad Thermopylas devicisset. At cap. 32, 1. narravit, Hieroclem Agrigentinum *post fugam ab Thermopylis Antiochi*, *Amynandrumque a Philippo Athamania pulsum*, insulam Achaeis tradidisse. Inde vero non sequitur, ut Glareano visum fuit, Livium in his multa permixte narrasse. Contra enim omnia ordine, sed per partes, narrat. Et quidem primo perpetua serie retulit res hoc anno a consule Acilio in Graecia gestas; nunc vero addit, quid interim Livius, praefectus classis Romanae, egerit. Licet autem ex dictis pateat, Zacynthum, quo tempore Livius eam depopulabatur, ad Amynandrum Athamaniae regem pertinuisse, dicitur tamen hic *partis Aetolorum esse maluisse*, quia ipse Amynander Aetolis adhaerebat, qui concitores hujus belli erant, et in eo praecipuas partes obtinuerunt. Et hinc, quamvis Romani proprie Antiochum ad Thermopylas devicerint, nihilominus bellum hoc *magis Aetolicum*, *quam regium*, fuisse Livius testatur 37, 58, 8. et M? Acilium, a quo debellatum est, non tantum *de rege Antiocho*, sed etiam *de Aetolis* triumphantem urbem invectum

Digitized by Google

rum fortuna sua penderet. A Piraeeo A. Atilius, 7
traditis successori quinque et viginti navibus tectis,
Romam est profectus. Livius una et octoginta ro- 8
stratis navibus, multis praeterea minoribus, quae
aut apertae rostratae, aut sine rostris speculatoriae
erant, Delum trajecit.

XLIII. Eo fere tempore consul Acilius Naupa- 1

esse 37, 46, 2. Mox *maluerunt esse* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Insuper vocula *et*, quae sequitur, abest ab omnibus scriptis nostris, et edd. antiquioribus: primus eam adjecit Frob. anno 1535.

§. 6. *Ad Scyllaeum Eumenes*] Bene hoc habet: naviganti enim a Malea Piraeeum in medio est Hermione, ad quam est Scyllaeum, authore Strabone l. 8, [373.] GLAR. *Syleum* Lov. 2. 3. et Harl. *Sylleum* Lov. 6. *Stileum* Voss. *Scileum* Lov. 1. *Scyleum* Gaertn. Sed vulgatum probum. De promontorio Scyllaeo vide Cellar. 2. Geogr. ant. 13. pag. 779. Mox vox *Ephesi* deest in Gaertn. Hinc *terrestres navalesque copias parare* legunt Voss. et Gaertn. Tum *recederet* Lov. 3. Tandem *a quorum fortuna* idem codex: reliqui *ex quorum* servant. V. ad 44, 27, 7.

§. 7. *A Piraeeo A. Atilius, traditis* etc. *Livius una et octoginta rostratis navibus*] Haec sic Appian. [Syriac. pag. 99.] *Λίβιος δ' ὁ φύλαξ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν αἱρεθεὶς Ἀτιλίῳ διάδοχος, ἀυτίκα ταῖς τε ἰδίαις ναυσὶν, αἷς τὴν Ἰταλίαν περιέπλει, καὶ παρὰ Καρχηδονίων ἀυτῷ τισι δοθείσαις καὶ συμμαχίσιν ἄλλαις, ἐς Πειραιὰ κατήχθη, καὶ τὸν ὑπ' Ἀτιλίῳ στόλον παραλαβὼν, ἔπλει κατα-φράκτοις ὀγδοήκοντα καὶ μιᾷ, ἑπομένου μὲν Ἐυμενοῦς πεντήκοντα ἰδίαις. καὶ ἦν κατάφρακτον καὶ τῶνδε τὸ ἥμισυ.* SIGON. Atqui praeter has unam et octoginta etiam aliae rostratae in classe Livii fuerunt. Apertum est, unam et octoginta has naves opponi minoribus, tamquam majores; verum discrimen inter illas non in eo poni, quod majores rostratae, minores sine rostris, sed quod hae *apertae*, illae non apertae, id est *tectae*, essent. Et hoc verum est. Nam Livius cum quinquaginta tectis navibus ab Italia profectus fuerat, eique Atilius quinque et viginti tectas tradiderat. His si sex Punicas auxiliares addas, quas itidem tectas fuisse probabile est, sunt naves tectae una et octoginta. Hinc mihi suspicio oborta est, pro *una et octoginta rostratis navibus*, scribendum esse *u. et o. constratis navibus*. Tectae naves et constratae eaedem sunt. V. Scheff. 2. de Milit. nav. 2. pag. 100. et 2, 5, 130. quibus, quod majores erant, recte opponuntur *apertae*, et *speculatoriae*, utpote minores. Confirmat conjecturam Appianus, qui sine dubio hoc quoque, ut alia, ex Livio descripsit; nam in classe Livii non *χαλκεμβόλους*, *rostratas*, sed *κατάφρακτους*, *constratas*, *tectas*, *μίαν καὶ ὀγδοήκοντα* naves fuisse dicit. DUKER. *multis minoribus*

Digitized by Google

ctum obpugnabat. Livium Deli per aliquot dies (et
est ventosissima regio inter Cycladas, fretis alias
majoribus, alias minoribus divisas) adversi venti te-
2 nuerunt. Polyxenidas, certior per dispositas spe-
culatorias naves factus, Deli stare Romanam classem,
3 nuncios ad regem misit. qui, omissis, quae in Helles-
ponto agebat, cum rostratis navibus, quantum ad-

Lov. 6. *multis ergo minoribus* Gaertn. Tum in fine cap. *trajicit* Gaertn.

§. 1. *Eo fere tempore*] Pall. et vet. ed. *Eo tempore*, omisso *fere*. GEBH. Eadem vox deest in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. priscis, quam Aldus demum ex cod. Mog. recepit.

Livium deliberantem aliquot dies etc. *adversi venti tenuerunt*] Antiqua lectio, *Livium Deli per aliquot*. GELEN. *Livium deliberantem quot dies* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1. *Livium deliberantem aliquot dies* Lov. 2. 5. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et editi ante Frobenium, qui anno 1535. Gelenii emendationem adoptavit. [*deliberanti quod dies* Bamberg.]

Et est ventosissima regio inter Cycladas, fretis alias majoribus, alias minoribus divisas] Vet. ed. ut et Pall. *Ethen ventosissima regio inter Cicladas fretis alias minoribus divisas*. GEBH. *Ethen ventosissima regio* Mead. 1. *Ethem ventosissima regio* Lov. 4. *etenim est ventosissima regio* Lov. 2. *ut est ventosissima regio* Lov. 5. et edd. antt. usque ad Frob. quae anno 1535. vulgatum adscivit, accinentibus reliquis scriptis. [*et* omittit Bamb.] Tum *fretis alias minoribus divisas* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. duabus vocibus mediis ob repetitionem τοῦ *alias* omissis. V. ad 9, 11, 11. *fretis aliis minoribus divisis* Lov. 5. et edd. vetustae. Aldus vulgatum ex cod. Mog. admisit. [*alias minoribus* omittit Bamb.]

Adversi venti tenuerunt] *retinuerunt* Voss. quod ex interpretis expositione primo margini adscriptum, mox in contextum receptum fuisse videtur. *Tenere* enim hic est continere, retinere. cap. seq. *Aquilones namque per aliquot dies tenuerant*. Ovid. 2. Her. 14.

Nec tenuit cursus ille, vel ille tuos.

5. Her. 49.

— — *quum te vento quereri teneri.*

18. Her. 213.

Me pariter venti teneant, pariterque lacerti.

V. supra ad 32, 9, 1. ubi olim eodem modo peccabatur. Ejusdem erroris alia exempla habuimus 2, 1, 8. et 5, 51, 3. Adde Celeb. Burm. ad Nason. 2. Art. Am. 92.

§. 2. *Polyxenidas, certior*] *Polyxenides* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed Πολυξενίδας vocatur in loco App. quem Sigon. ad §. 8.

Digitized by Google

celerare potuit, Ephesum rediit: et consilium extemplo habuit, faciendumne periculum navalis certaminis foret. Polyxenidas negabat cessandum: *et* 4 *utique prius confligendum, quam classis Eumenis et Rhodiae naves conjungerentur Romanis. ita numero* 5 *non ferme inpares futuros se, ceteris omnibus superiores, et celeritate navium, et varietate auxiliorum.*

laudat. Πολυξενίδας Ῥόδιος, dux Antiochi in bello Parthico, memoratur apud Polyb. 10, 26. Infra hoc et seq. lib. nomen ejus in Mstis varie corrumpitur.

§. 3. *Quantum adcelerare potuit, Ephesum rediit*] Vet. ed. et Pall. *quantum accelerare poterat.* GEBH. *poterat* omnes nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vetustae; pro quo Aldus *potuit* ex cod. Mog. adoptavit. Insuper *quam accelerare* Voss. et Gaertn. V. ad 37, 20, 10. Deinde *Ephesum redit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et typis descripti. Aldus iterum *rediit*, quod est in reliquis apud me Mstis. V. supra hoc lib. ad cap. 35, 2. Mox *concilium habuit* Gaertn. et edd. Tarvis. utraque, Veneta anni 1495. et hinc variae aliae usque ad Frob. qui principum edd. lectionem *consilium* revocavit. Neque aliter praeferunt reliqui codd. et recte. Intelliguntur enim consiliarii, quos Antiochus deliberationibus adhibebat. Eos autem non *concilium*, sed *consilium*, vocari, docet Gronov. ad 44, 2, 5.

§. 4. *Et utique prius confligendum*] *et prius utique* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. *sed prius utique* Gaertn. V. ad 40, 58, 1.

§. 5. *Ita numero ferme pares futuros, ipsum ceteris omnibus superiorem esse, celeritate*] Vetusta scriptura *ita numero non ferme impares futuros se, caeteris omnibus superiores.* GELEN. Alii [pro *numero ferme impares*,] *pares* legunt, ut de utrisque intelligatur. Nam C. Livius, praefectus classis Romanae, naves habuit unam et octoginta rostratas: Polyxenidas autem navibus septuaginta tectis, praeter caeteras, Phocaeam concessit. Quidam legunt, *ita numero non ferme impares:* et idem est sensus. GLAR. Libri nostri omnes: *ita numero ferme impares futuros: ipsum caeteris superiorem esse.* GEBH. Gronovius edidit, *ita numero non ferme impares futuros; ipsum caeteris omnibus superiorem, et celeritate.* Quod alio sensu intelligi nequit, quam ita classes Romanorum et Antiochi numero non ferme impares futuras; Antiochum ceteris omnibus superiorem fore. Verum obscurius id dictum erit, et insuper ea lectio in nullo vel cod. vel typis ante eum excuso obcurrit, neque alibi rationem reddidit, cur ita legendum censuerit. *ita* (*itaque* Lov. 6. et Victor. Sed vide ad 21, 53, 7.) *numero ferme impares* (quinque *impares ferme*) *futuros: ipsum ceteris omnibus superiorem esse* (*etesse* Lov. 5. *esse, scilicet* quatuor alii) *celeritate* codd. nostri, tres Doujatii, Victor. Crevierii, et edd.

Digitized by Google

6 *Nam Romanas naves, quum ipsas inscite factas in-*
mobiles esse, tum etiam, ut quae in terram hostium
7 *veniant, oneratas commeatu venire: suas autem, ut*
pacata omnia circa se relinquentes, nihil praeter mi-
litem atque arma habituras. multum etiam adjutu-

principes. [*numero ferme inpares futuros ipse.* mox *superior esset* Bamb.] Primi Moguntini aliquid in posteriore parte verborum mutarunt. Testati enim, se in cod. suo invenisse *superiorem esse, et celeritate*, id in contextum receperunt. Postea Frob. anno 1531. servata Moguntinorum lectione, insuper in parte prima verborum dedit *ita numero ferme pares.* At idem quadriennio postea lectionem Gelenii admisit, quae ad Gronovium usque obtinuit. Post Gronovium Doujatius trium suorum codd. scripturam, jam supra datam, probavit, atque hunc verborum sensum esse monuit: „ita „Romanos numero navium fere „impares, id est, inferiores potius, quam superiores, futuros: „ipsum vero Antiochum ceteris „omnibus rebus superiorem. Verum id aperte adversatur numero navium, quas in utraque classe fuisse Livius testatur. Supra enim cap. praec. narravit, Romanos contraxisse unam et octoginta naves rostratas, in quibus robur classis consistebat: mox autem hoc cap. dicet, Antiochum tantum septuaginta naves tectas vel rostratas habuisse. Ad hoc in classe Romanorum erant multae minores naves, quae aut apertae rostratae, aut sine rostris speculatoriae erant: at in classe Antiochi triginta naves apertae, minoris omnes formae. Potius itaque visum est, ut lectionem Gelenii, quam vetustam esse testatur, reciperem, quod et Crevier. fecit. Ita fatebitur Polyxenidas, se quidem ac suos multitudine navium a Romanis vinci, parum tamen abesse, quin numero ipsis pares sint: quod vero numero desit, compensari et celeritate navium, et varietate auxiliorum, quibus longe erant superiores.

§. 6. *Nam Romanas naves, quum ipsas inscite factas inmobiles esse, tum etiam*] Pall. *cum ipsas in aestate factas.* GEBH. *Nam et Romanas naves* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. *τὸ et* omisit, consentientibus reliquis codd. *Nam Romanis naves* Lov. 2. et 3. Vox *naves* deest in Gaertn. Deinde *tum ipsas inscite factas* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 6, 23, 3. *quum ipsas in aestate factas* Lov. 4. et Mead. 2. [*quum* omittit Bamb.]

Ut quae in terram hostium veniant] Pall. *ut quae hostium caussa venerant.* GEBH. Voss. *ut quae hosti conveniant.* Forte *ut quae in hosticum veniant.* J. FR. GRON. Vulgatum in uno tantum inveni Lov. 5. qui semper edd. principibus adhaeret. *ut quae hostium caussa veniant* Lov. 4. et Mead. 2. *ut quae hostis caussa veniant* Lov. 1. *ut quae hosti conveniant* Lov. 3. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *ut quae hosticum veniat* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. quae lectiones Gronovii conjecturam firmant; praesertim quum voce *hosticum* Livius saepe utatur. Supra 6, 31, 7. *Romano contra etiam in*

Digitized by Google

ram notitiam maris terrarumque et ventorum: quae omnia ignaros turbatura hostes essent. Movit omnes auctor consilii, qui et re consilium exsecuturus erat. Biduum in adparatu morati: tertio die centum navibus, quarum septuaginta tectae, ceterae aper- 8

hostico morandi erat caussa. 8, 34, 9. *Sine commeatu vagi milites in pacato, in hostico errent.* c. 38, 2. *Castra in hostico incuriose ita posita.* 28, 24, 6. *In hostico laxius rapto suetis vivere artiores in pace res erant.* 29, 2, 2. *Hostico, tamquam pacato, clementer ductis militibus, ad sedem hostium pervenere.* 33, 29, 5. *Timidius, quam in hostico, egredi castris miles.* et alibi. Eamdem vocem etiam supra 29, 6, 3. Livio restituendam Gronov. conjecit, ubi tamen vulgatum praeferri debere videbatur. *ager hosticus* vocatur 44, 13, 1. *Ne segnis sederet tantum in agro hostico.* Similiter *hosticus locus* Ulpiano vindicavit Ampl. Bynkersh. 4. Obs. 20. Id unum maxime me a vulgato mutando revocat, quod nihil ex cod. Mog. notatur: unde eum receptae scripturae adhaesisse verisimile fit.

§. 7. *Suas autem, ut pacata omnia circa se relinquentes*] Gronov. supra ad cap. 14, 12. *τό se* interpretis esse censet. Verum pronomen illud servant omnes, quos adhibui, libri, scripti et editi. Vide igitur, quae ad eum locum dicta sunt. Mox *adjuncturam*, pro *adjuturam*, Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 10, 14, 11. et quae notantur ad Silii 5, 326.

Quae omnia ignaros turbatura hostes essent] *ignotos* Voss. Lov. 1. et Gaertn. quod probari posset, si *ignotus* active capiamus de hostibus, qui mare, terrasque, et ventos non noscebant. Eo sensu autem vocem illam usurpari, docuerunt docti interpretes ad Phaedri 1, 11, 2. Vide etiam, quae notavi ad Silii 2, 98. Tutius tamen est, ut reliquis nihil mutantibus accedamus. Vox *hostes* non adparet in Gaertn.

§. 8. *Biduum in adparatu morati*] *Ibi biduum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Sed, alibi etiam voculam hanc saepe perperam a librariis additam fuisse, constat ex illis, quae supra dicta sunt ad 23, 43, 6. Tum *in apparatum morati* iidem quatuor codd. in quibus *m* prima litera vocis *morati* male in fine vocis praecedentis repetita est. Alia exempla vide ad 2, 44, 9. c. 65, 4. 3, 52, 7. c. 57, 9. 4, 34. 2. c. 49, 8. cap. 50, 3. 5, 19, 3. c. 20, 3. cap. 21, 1. c. 23, 5. c. 31, 9. 7, 2, 9. 8, 22, 8. c. 32, 11. 9, 31, 9. 21, 47, 1. et innumeris aliis locis. Paullo ante *Movit etiam auctor* Voss. et Gaertn. Tum *qui consilium*, duabus mediis vocibus omissis, Lov. 2. *et qui re consilium* Mead. 1. *quia re consilium* Harl.

Tertio die centum navibus, quarum septuaginta] Vereor, ne sit legendum *CC navibus*, quia scribit Appian. [Syriac. p. 99.] *ἀντενήγετο δὲ ἀυτοῖς ὁ ναύαρχος τοῦ Ἀντιόχου Πολυξενίδας διακοσίαις ναυσὶ κουφοτέραις παρὰ πολύ.* SIG. Non semper sua ex Livio App. hausit, sed interdum alios,

Digitized by Google

tae, minoris omnes formae, erant, profecti Phocae-
9 am petierunt. inde, quum audisset, adpropinquare
jam Romanam classem, rex, quia non interfuturus
navali certamini erat, Magnesiam, quae ad Sipylum
10 est, concessit, ad terrestres copias comparandas. clas-
sis ad Cyssuntem portum Erythraeorum, tamquam
11 ibi aptius exspectatura hostem, contendit. Romani,
ubi

qui a narratione Livii differunt, descripsit. Vide ad cap. 44, 7. Potius igitur et hic alios Appianum, alios annales Livium secutos, et utrique scriptori suum numerum integrum servandum arbitror. Certe *centum navibus* omnes Msti Liviani consensu defendunt; at, Sigonii emendatione recepta, Polyxenidas paullo ante §. 5. dicere non potuisset *numero non ferme inpares futuros*, quocumque demum sensu haec verba accipiantur.

Ceterae apertae, minores omnes ferme, erant] Lege *minoris formae*. GELEN. Sic jussit legi Gelenius, non addito, conjecerit id, an scripto invenerit. Nec adnotarunt ex eodem Moguntini. Habet tamen et Vossianus. Priores *minores omnes ferme*. Fortasse: *quarum septuaginta tectae, caeterae apertae, moneres omnes ferme erant*. J. FR. GRON. *monerem* memorat etiam Livius 38, 38, 8. ubi codd. et edd. ante Gelen. similiter ejus loco *minorem* dederunt. Priscam lectionem *minores omnes ferme* tuetur Lov. 5. et partim etiam Lov. 1. *ceterae minoris omnes ferme erant* praeferens. Et ita *minores naves apertae* supra etiam obcurrunt cap. praec. Verum *minoris omnes formae* praeter Voss. vindicant etiam Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ut autem hic naves *minoris formae*, ita naves *majoris formae* 37, 23, 5. *Regia classis septem et triginta majoris formae navium erat*. et cap. 30, 2. *Maximae formae naves tres hexeres habebat*. quae loca firmandae Gelenii lectioni Jac. Perizon. ad marginem Livii adscripserat.

§. 9. *Rex, quia non interfuturus*] *qui non interfuturus* Lov. 2. V. ad c. 33, 5. Tum *iter facturus* Voss. aperto librarii errore. *Iter*, sive *inter*, et *iter* confundi, vidimus ad 5, 37, 4. Similiter *futurus* et *facturus*, ad 32, 8, 15. Paullo ante *audivisset* Lov. 2.

§. 10. *Ad Cyssontem portum*] Lege *Cissuntem*, [ita Bamb.] non *Cissontem*. GELEN. *ad Cissinicem* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *ad Cyssuntem* substituerunt edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae; quod etiam plerique codd. praeferunt. Venetiis deinde errore operarum 1495. *Cyssontem* datum est, quod posteriores servarunt, et obvium fuit in Gaertn. In fine cap. similiter peccant editi plures, at scripti *Cyssuntem*, excepto Lov. 3. *Cysuntem* exhibente. Mox *exspectatura hostis, concedit* Lov. 1. reliquis adversantibus.

§. 11. *Aquilones duo* (*namque*

Digitized by Google

ubi primum aquilones (ii namque per aliquot dies tenuerant) cecidere, ab Delo Phanas, portum Chiorum in Aegaeum mare versum, petunt: inde ad urbem circumegere naves, commeatuque sumto, Phocaeam trajiciunt. Eumenes, Elaeam ad suam classem profectus, paucis post inde diebus, cum quatuor et viginti navibus tectis, apertis pluribus, paullo a Phocaea ad Romanos, parantes instruentesque 12

per aliquot dies ceciderant (*tenuerunt*] Vide, ne *denuo* potius sit legendum, etsi apud Livium non adeo usitatum. SABELL. Pall. *aquilones duo* (*namque per aliquot dies ceciderant*) *tenuerant*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et tantum non omnes edd. antt. [*hi .. aliquod ... ceciderant tenuerant* Bamb.] Neque multum abeunt reliqui scripti, nisi quod *aquilones* (*cori namque* obferat Lov. 2. *namque* desit in Lov. 3. deinde *occiderant*) *tenuerant* legat Lov. 1. *ceciderant*) *tenuerunt* Lov. 3. et Gaertner. *tenuerant*) *ceciderunt* Lov. 5. et ed. Camp. Primi deinde Mediolanenses anno 1505. vulgarunt *aquilones ceciderunt* (*namque per dies aliquot tenuerant*) *ab Delo*, quod Ascens. anno 1513. secutus est; Moguntini etiam, nisi quod *ceciderant* substituerint. Quae nunc exstat lectio, primum adparuit in ed. Frob. anni 1535. ac vera videtur; nisi quis, ut propius Mstorum vestigiis insistat, *ceciderunt* malit, pro *cecidere*. Librarii plerique, pronomen *ii* esse notam numeri dualis existimantes, ejus loco *duo* scripserunt; qua fere ratione alibi saepe lapsi sunt. V. ad 2, 53, 3. 6, 22, 1. 9, 17, 11. 23, 5, 1. 27, 11, 8. 30, 30, 9. 34, 43, 1. et 37, 4, 1. Similiter *ii senos* mutatur in *bis senos*. V. ad 38, 1, 6. Contrario errore *III*, vel *tertio*, abiit in *ui* vel *vi*. V. ad 34, 46, 7. *II*, sive *duo millia*, in pronomen *ii*. V. ad 8, 16. 14.

Phanas, portum Chiorum] Phanas Livius ita in Aegaeum mare versas aït, perinde atque ad occasum insulae eum intelligi voluerit. Subjungit enim, *Inde ad urbem circumegit naves*. Chios autem spectat boream. At Strabo l. 14, 645.] ubi Chium elegantissime describit, Phanas ad insulae orientale latus posuisse videtur. GLAR. Promontorium aït esse Stephanus. *Φάναι, ἀκρωτήριον τῆς Χίου*. SIGON. Etiam Livius 44, 28, 7. *Phanas promontorium Chiorum petebant*. Hinc colligo, et promontorium Chiorum, et in promontorio portum *Phanas* vocatum fuisse. Portus Phanae memoratur etiam apud Strab. 14, 645. *Πρῶτον μὲν ἐστὶ τὸ Ποσείδιον, εἶτα Φάναι, λιμὴν βαθύς*. Non opus itaque ut cum Casaub. ibidem legamus *Φάναι, καὶ λιμὴν βαθύς*.

Phocaeam trajiciunt] *Φωκίδα*, vocat App. Al. in Syriac. p. 99. Sed omnino scribendum est *Φωκαίαν*, vel, ut etiam vocata est, *Φακείαν*. Vide, quae Berkel. ad Stephan. voce *Φωκαία* ex cod. Salmasii edidit: ubi observatur, voces *Φωκὶς* et *Φωκεία* saepe confundi, eoque errore multos

Digitized by Google

13 se ad navale certamen, rediit. Inde centum quinquaginta tectis navibus, apertis ferme quinquaginta, profecti, primo, aquilonibus transversis quum urguerentur in terram, cogebantur tenui agmine prope in ordinem singulae naves ire; deinde, ut lenita paullum vis venti est, ad Corycum portum, qui super Cyssuntem est, conati sunt trajicere.

1 XLIV. Polyxenidas, ut adpropinquare hostes adlatum est, occasione pugnandi laetus, sinistrum ipse

optimosque scriptores infectos esse.

§. 12. *Apertis pluribus paullo, a Phocaea ad Romanos, parantes instruentesque se ad navale certamen, rediit*] Pall. uterque, et vet. ed. *paullo, a Phocaea ad Romanos paratis instructisque se ad navale certamen rediit.* GEBH. Paucis ante verbis Eumenem Elaeam ad suam classem profectum fuisse, hic eum a Phocaea ad Romanos, qui eo e Chiorum portu trajecerant, rediisse scribit. Si a Phocaea ad Romanos rediit, relinquitur intelligendum, eum primum ab Elaea Phocaeam trajecisse, et, quum ibi classem Romanam non invenisset, eam cum suis navibus a Phocaea secutum fuisse. Sed mihi sermo, in quo haec omnia supplenda sunt, nimis quam obscurus et perplexus esse videtur, et a simplicitate ac perspicuitate narrationis historicae plane abhorrere. Si scriptum fuisset, *Phocaeam ad Romanos rediit*, nihil hic esset, quod quemquam morari posset. Nam *rediit* pro *venit*, ut saepe, dictum accipi potest. DUK. Eamdem difficultatem in verbis Livii residere advertens Cl. Crevierius vel *ad Phocaeam* vel *Phocaeam* scribendum conjicit. Quod adtinet ad priorem conjecturam, similiter etiam Jac. Perizon. in margine Livii legebat, idque praefert Lov. 3. et ed. Frob. anni 1531. Verum ter repetita praepositio *ad* haud multum placet, *ad Phocaeam ad Romanos parantes instruentesque se ad navale certamen rediit.* Quod ad alteram, quae etiam Cl. Dukero in mentem venit, eam firmat Lov. 6. a m. 2. Eadem autem mihi quoque verisimillima visa est. Alio modo difficultatem tollere conatus est Ascensius, mutata distinctione legens *apertis pluribus, paullo a Phocaea ad Romanos* etc. *rediit.* Et hanc interpunctionem Frobenius, quam anno 1531. rejecerat, anno 1535. revocavit, et reliqui usque ad Gronov. servarunt. Is autem iterum edidit *apertis pluribus paullo, a Phocaea*; neque aliter recentiores. Ceterum *apertis instructisque se* Lov. 1. 6. et Voss. *paratis instructisque*, omisso pronomine *se*, Lov. 3. 5. et ed. Camp. *apparatis instructisque se* Gaertn. *paratis instructisque se* Lov. 2. 4. Mead. ambo, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. [Bamb.] *parantis instruentisque se* Harl.

§. 13. *Inde centum quinquaginta tectis*] Unde ista numerosa classis? Accurate omnes putavit Livius: nempe Roma se-

Digitized by Google

cornu in altum extendit, dextrum cornu praefectos navium ad terram explicare jubet, et, aequa fronte ad pugnam procedebat. Quod ubi vidit Romanus, 2 vela contrahit, malosque inclinat, et, simul armamenta componens, opperitur insequentes naves. Jam ferme triginta in fronte erant; quibus ut ae- 3 quaret laevum cornu, dolonibus erectis altum petere intendit: jussis, qui sequebantur, adversus dextrum cornu prope terram proras dirigere. Eumenes a- 4

cum duxit praefectus tectas naves L, circa Siciliam Punicas VI, ab A. Atilio decessore XXV. ita factae omnes LXXXI. His adjecit Eumenes naves XXIV, quae simul comprehensae explent numerum CV. Unde dubitare licet, an non Livius scripserit: *Inde centum quinque tectis.* JAC. GRONOV. Similiter Perizon. ad cap. seq. §. 5. Contrario errore *quatuor* pro *quadraginta* in nonnullis codd. erat supra 27, 40, 14.

Deinde, ut lenita paullum vis venti est] Pal. prior, *deinde ut lenita paullulum vis venti est.* GEBH. *paullum* omnes nostri servant. V. ad 36, 9, 8. Contra *dein* praefert Lov. 3. V. ad 3, 3, 6. [*paulolum* Bamb.]

Ad Corycum portum, qui super Cyssontem est] Sequente libro [cap. 12.] Livius ait, Corycum Tejorum esse portum. Strabo loco jam dicto [14, 644.] Corycum montem facit, ac sub eo portum Casysten, pro qua hic Cyssontem legimus. Uter ex altero emendandus author, judicio lectoris committimus. Quidam libri *Cyssuntem* habent. GLAR. Neuter ex altero emendandus videtur. Corycus erat mons in mare procurrens, sive promontorium, ad quod fuit portus eodem nomine dictus, ut modo *Phanas* promontorium et portum vidimus. Verum portus ille aliud proprium nomen habuit, ac *Casyste* secundum Strabonem dictus est. Inde diversus fuit Cyssus portus Erythraeorum, quem forte eodem nomine, quo urbem, Erythras vocavit Strabo l. laud. De Cyssunte v. ad §. 10.

§. 1. *Sinistrum ipse cornu in altum extendit*] Pall. *sinistro ipse cornu impetum ostendit.* GEBH. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. *sinistro ipse cornu impetum extendit* Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] *sinistro ipse cornu praefectos*, reliquis omissis, Voss. et Lov. 1. cui errori caussa exstitit repetitio vocis *cornu.* V. ad 9, 11, 11. Mox vocula *et* deest in Lov. 2. et Harl. quam interceperunt ultimae literae vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7. Hinc *ea qua*, pro *aequa*, Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 2. *Operitur insequentes naves. Jam ferme triginta*] *operitur insequentes. Jam naves* Voss. et Lov. 1. ac 6. Tum *fere* Voss. Lov. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui *ferme* ex cod. Mog. restituit. V. ad 37, 38, 5. *in frontem* Lov. 5. et edd. princ. pro quo jam Venetiis anno 1495. *in fronte* datum vidi.

§. 3. *Dolonibus erectis altum petere intendit*] *ereptis* Lov. 3.

Digitized by Google

gmen cogebat. ceterum, ut demendis armamentis tumultuari primum coeptum est, et ipse, quanta ma-
5 xima celeritate potest, concitat naves. Jam omnibus in conspectu erant: duae Punicae naves antecedebant Romanam classem, quibus obviae tres fue-
6 runt regiae naves. et ut in numero inpari, duae regiae unam circumsistunt: et primum ab utroque latere remos detergunt: deinde transcendunt armati, et, dejectis caesisque propugnatoribus, navem ca-
7 piunt. Una, quae compari Marte concurrerat, post-

V. ad 3, 5, 7. Hinc *saltum petere* Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. litera sibilante ex fine vocis praecedentis in hujus initio repetita. Alia exempla vide ad 2, 55, 9. 4, 15, 8. c. 52, 2. 5, 21, 5. cap. 46, 9. 6, 4, 5. c. 28, 6. 7, 25, 4. 9, 45, 9. et alibi saepe. Mox *jussi* Lov. 2. *jussitque* Lov. 3. Tum *prope terras* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Tandem *derigere* Lov. 4. V. ad 22, 47, 2.

§. 4. *Quanta maxima celeritate potest*] *maxime* Voss. Lov. sex, Harl. [*maximae* Bamb.] et edd. principes, usque ad Ascens. qui 1510. *maxima* recte substituit. V. ad 7, 9, 8. et 9, 10, 10.

§. 5. *Jam omnibus in conspectu erant*] Ita receptum videtur ex codice Moguntino, cum antea legeretur, ut colligi potest ex illa ipsa editione, *omnes*, quod mea sententia multo melius. Noluit enim Romanorum praetor proelium committere, antequam omnes, etiam ultimae naves, in conspectu essent. Nec dubito *omnibus*, pro *omnes* vel *omnis*, a librario exaratum esse vulgari illo errore, de quo monuit Vir Summus ad lib. 21, 60, et 22, 24. ac 30. Sed et paulo ante, quum Romanus dicatur habuisse unam et octoginta rostratas seu potius tectas naves, quibus nullae postea accesserunt, nisi Eumenis XXIV tectae, iisque conjunctis efficiantur solummodo *centum quinque*, quis dubitet, eo loco reponendum esse *quinque* pro *quinquaginta*? sive is error ortus sit ex eo, quod proximo statim versu sequitur *quinquaginta*, sive numero notis scripto *V* in *L* transierit. JAC. PERIZ. Ex scriptis meis unus Lov. 5. cum edd. vett. *omnes* servat; reliqui codicis Mog. lectionem *omnibus*, quam Aldus adoptavit, probarunt. Paullo post *obviae fuerunt tres regiae* Lov. 3. et Gaertn.

§. 6. *Et primum ab utroque latere remos defringunt*] Lege *remos detergunt*, non *defringunt*. GELEN. Omnes *defringunt*. Perperam. lib. 37, 24, 2. *Aut proram lacerabat, aut remos detergebat*. 38, 5, 3. *Asseribus falcatis detergebat pinnas*. GEBH. *destringunt* Lov. 1. *distringunt* Voss. Lov. 3. et 6. *defringunt* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes. Sed recte Frob. anno 1535. Gelenii emendationem *detergunt* recepit: quod in hac re verbum

Digitized by Google

quam captam alteram navem vidit, priusquam a tribus simul circumveniretur, retro ad classem refugit. Livius, indignatione accensus, praetoria nave in hostes tendit. adversus quam eadem spe duae, quae Punicam unam navem circumvenerant, quum inferrentur, demittere in aquam remos ab utroque latere remiges stabiliendae navis caussa jussit, et in advenientes hostium naves ferreas manus injicere, et, ubi pugnam pedestri similem fecisset, meminisse Romanae virtutis, nec pro viris ducere regia mancipia. 8 9

est sollemne. V. quae notavi ad Silii 14, 382. et Cl. Duker. ad Flori 2, 2, 8. Supra 28, 30, 11. *Unius praelata inpetu lateris alterius remos detersit.* 37, 30, 10. *Tractum ancorale et inplicitum remis, latus alterum detersit.* V. etiam ad 37, 24, 2. [*Jam* omittit Bamb.]

§. 7. *Una, quae pari Marte concurrerat*] Lege *compari Marte*, non *pari*. GELEN. Solus Lov. 5. priscarum edd. lectionem *quae pari* retinet. Reliqui scripti eam repudiant: et quidem *una cum pari* legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *Una compari* Lov. 2. An legendum, *Una, quum pari Marte concurreret*? Ita *compari*, pro *cum pari*, nonnulli codd. supra dederunt 30, 2. 4. Si tamen Gelenii lectio codicis Moguntini, aliorumve Mstorum auctoritate niteretur, eam praeferrem: nam *compar* etiam alibi apud Livium obcurrit. 1, 9. 5. *Id enim demum compar connubium fore.* 27, 6, 8. *Nimis compar Latinorum quondam postulatio erat.* Ceterum, non ubique Appianum Livio adsentiri, ex hoc etiam loco patet. In Syriac. enim p. 100. utramque navem Punicam captam refert; quarum alteram evasisse, Livius scribit. V. etiam ad cap. praec. §. 8.

§. 8. *Praetoria nave in hostes tendit*] Pall. *praetoriam navem.* GEBH. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. Mox *adversus quem* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. princ. Ex edd. quae ad manum sunt, prima Veneta anni 1495. *quam* exhibuit. Utrumque ferri potest. Insuper *Punicam navem*, neglecta media voce, Lov. 3. et Gaertn. Tum *dimittere remos in aquam* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. [Bamb.]

§. 9. *Ubi pugnam pedestri similem fecisset*] Sic jam Andreas. Sed legendum *fecissent*, [ita Bamb.] nempe praefecti et propugnatores navium. J. FR. GRONOV. Gronovii conjecturam Crevierius probat. Contra Doujatius vulgatum *fecisset* ad Livium, cujus hoc inventum erat, refert; neque praefectos, sed remiges, Livii jussu, statariam hanc effecisse pugnam putat. Omnes etiam codd. nostri *fecisset*, nisi quod *fecisse* praeferat Mead. 1. Certe Gronov. conjecturam in contextum, quod Clericus, contra fidem datam non monito lo-

Digitized by Google

Haud paullo facilius, quam ante duae unam, tunc
10 una duas naves expugnavit, cepitque. Et jam clas-
ses quoque undique concurrerant, et passim permix-
11 tis navibus pugnabatur. Eumenes, qui extremus com-
misso certamine advenerat, ut animadvertit laevum
cornu hostium ab Livio turbatum, dextrum ipse, ubi
aequa pugna erat, invadit.

1 XLV. Nec ita multo post primum ab laevo cornu

ctore, fecit, minime reciperem. Mox *dicere*, pro *ducere*, Lov. 1. 3. et Voss. V. ad 38, 43, 1. Insuper vocem *unam* abjiciunt perperam Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. [Bamb.]

§. 10. *Et jam classes undequaque concurrerant*] Lege *classes quoque undique*, non *classes undequaque*. GELENIUS. Lectionem a Gelenio damnatam in solo reperi Lov. 5. *classes undique concurrerant* legunt Voss. Lov. 3. et Gaertn. *classes undique quoque concurrerant* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] Paullo post *passim mixtis navibus pugnabatur* Harl. *passim permixtis navibus obpugnabatur* Lov. 3.

§. 11. *Qui extremus commisso certamine advenerat, ut animadvertit*] Vox *extremus*, quam Aldus ex cod. Mog. recepit, exsulat ab omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antiquioribus. Tum *ut advertit* Lov. 5. et edd. principes; pro quo iterum Aldus ejusdem praestantissimi Moguntini fide vulgavit *animadvertit*, concinentibus reliquis nostris, quos sequor. Alibi hae voces commutantur. V. ad 6, 2, 10. Mox *τὸ ipse* deest in Harl. *dextrum ubi ipse aequa* perperam legit Lov. 1. *dextrum ipse, ubique aequa* Lov. 2.

§. 1. *Nec ita multo post primum ab laevo cornu fuga coepit*] Pall. *ab laevo cornu fugam fecit*. GEBH. *Neque ita multo post* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *ab laevo cornu fugam fecit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*Neque ita post multo* Bamb.] V. mox ad §. 4. An Livius dedit *ab laevo cornu fuga incepit*?

Sublatis dolonibus effuse fugere intendit] Varro *dolonem* exponit *ingens contus cum ferro brevissimo*. Beroaldus in comm. ad Sueton. in Claud. c. 13. *Dolones*, inquit, *auctore Donato, sunt tela quaedam bellica a laedendo dicta, nam Graecis δόλος laesio dicitur*. Servius enarrans illud ex 7. Aen. [664.]

Pila manu, saevosque ferunt in bella dolones,

aït, dolonem flagellum esse, inter cujus virgam lateat pugio; dolones autem a fallendo dici, quod decipiant ferro, quum speciem primum referant ligni. Hac dictione usus est Alphenus JCtus [l. 52. §. 1.] D. ad leg. Aquil. cujus haec sunt verba: *Tabernarius eum consecutus lucernam reposcebat, et fugientem retinebat: ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolon ine-*

Digitized by Google

fuga coepit. Polyxenidas enim, ut virtute militum haud dubie superari se vidit, sublatis dolonibus effuse fugere intendit: mox idem et, qui prope terram cum Eumene contraxerant certamen, fecerunt. Romani et Eumenes, quoad subficere remiges potuerunt, et in spe erant extremi agminis vexandi, satis pertinaciter secuti sunt. postquam celeritate navium, utpote levium, suas commeatu onustas elu-

rat, verberare tabernarium coepit. Accursius legit *dolor*, sed peritiores *dolon* legendum statuunt, inter quos Budaeus in Annot. ad eum locum. Suetonius loco citato scribit: *Reperti et equestris ordinis duo cum dolone ac venatorio cultro.* Hesychius *Δόλωνες*, aït, *ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκείμενα.* In hac significatione hoc in loco a Livio *dolones* minime accipi posse, adeo manifestum est, ut nulla indigeat probatione, idque verborum series clarissime demonstrat, quod et Beroaldus confirmat, inquiens, apud Livium *dolones* accipi pro armamentis navalibus. at genus describit, sed non speciem, aut specificam differentiam, sicuti si quis hominem diceret esse animal. Cogitabam ego, *dolones* dictas a Livio antennas illas, quibus minora vela brevioribus funiculis alligantur, trochleisque in altum eriguntur, vel deprimuntur, et inferius relaxantur: appellatas vero *dolones* a verbo *dolo*, quod est dolabro caedere et laevigare: nam antennae hujusmodi in rotundum dolantur, crassiores circa medium, et ad extremitates tenuiores, de quibus Virg. 3. Aen. [549.]

Cornua velatarum obvertimus antennarum.

Nec obstat, quod Ovid. Epist. 5. scripserit: *Rigido pendentia lintea malo.* nam intelligendum est mediis antennis, quibus vela alligantur. Alias autem esse antennas a navis malo palam est, unde Lucanus lib. 2.

Antennas, proram, malos, tonsasque natantes.

Quod si haec interpretatio non arriserit, aliam subjicimus ex Suida desumptam, *δόλωνες* qui interpretatur minuscula navium vela, vulgo *Trinchetto* dicunt, sicut majus velum *ἀκάτιον* vocant, tertium vero, quod retrorsum panditur in puppi, *ἐπίδρομον*, nostrates *mezana* nuncupant. *δόλωνας* autem appellatas puto a verbo *δολάω*, decipio: namque quum Livius, dux Romanae classis, vela contraxisset, malosque inclinasset, armamenta composuisset, opperiens hostilem classem ad pugnam, tamen, ut aequaret laevum cornu, dolonibus erectis altum petere intendit; fefellitque hostes, qui nihil tale facturum eum existimaverant, sed solum in pugna paratum staturum crediderant. ita et Polyxenidas, quum virtute hostium superari se vidisset, sublatis dolonibus effuse fugere intendit, sicque hostiles conatus frustratus est. quia itaque majora vela, quibus praecipue praeter remos naves agantur, ex u-

Digitized by Google

di fruſtra tendentes viderunt, tandem abſtiterunt; tredecim captis navibus cum milite ac remige, de-
4 cem demersis. Romanae classis una Punica navis, in primo certamine ab duabus circumventa, periit. Polyxenidas non prius, quam in portu Ephesi, fu-
5 gae finem fecit. Romani eo die, unde egreſſa regia claſſis erat, manserunt: poſtero die hoſtem persequi intenderunt. medio fere in cursu obviae fuere iis quinque et viginti tectae Rhodiae naves, cum
6 Pausiſtrato praefecto classis. Iis adjunctis, Ephe-

traque parte contracta erant, ut naves ſtabiles in pugna essent, Romanus, ut aequaret cornu laevum, dolonibus erectis in altum tendens decepit hoſtem, hoc eſt, minoribus velis: ita hoſtis, sublatis iisdem, fugam arripuit, fuga fallens hoſtes, a qua fallacia minora vela, in hunc usum parata, *dolones*, dicta verisimile eſt. MARC. DONAT. Pall. *sublatis dolonibus effugere intendit*. GEBH. Eadem lectio obvia fuit in Lov. 4. et Mead. 2. Tum mox *inde* Lov. 4. Voces *ide*, sive *inde*, et *idē*, sive *idem*, saepe commutantur. V. ad 31, 38, 9.

§. 3. *Tandem abstiterunt*] Lege *tandem substiterunt*, non *abstiterunt*. GELEN. Gelenii emendationem Frob. anno 1535. recepit, et editiores servarunt usque ad Gronov. qui priscam lectionem revocavit, et in pr. ed. not. ad 37, 17. Mſtorum et ed. Andreanae auctoritate defendit. *absistere* eſt desiſtere ab insequendo. Supra 22, 18. *Jugis ducebat, nec absistens, nec congrediens*. Silius, qui Livium imitari amavit, 2, 281.

Haud tamen absistam, mortem licet arma propinquent.

Virg. 9. Aen. 354.

Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.

§. 4. *In primo certamine ab duabus circumventa*] *in ipso certamine* Hearnii L. 1. Tum *circumvecta* Lov. 1. et 4. V. ad 10, 2, 4. Mox *fugae* deeſt in Lov. 1. *fugae finem* [*cepit* Lov. 3. Similiter *facta* et *capta* commutantur 2, 65, 5. *fuga coepit* et *fugam fecit* supra hoc cap. §. 1.

§. 5. *Romani eo die, unde egressa regia classis erat, manserunt*] *Romani eadem, unde* Voſſ. et Gaertn. qui indicare videntur, scribendum *ea die*. Sed similiter *eo die* et *eodem* commutabantur supra 22, 13, 8. Tum *classis regia* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Crevierius suspicatur excidisse nomen loci, in quo manserunt Romani; legendum itaque forsan *Gyssunte, unde egressa*: supra enim cap. 43. Livium narrare, ad hunc Erythraeorum portum Polyxenidam contendiſſe. Praeterea *prosequi* Voſſ. et Lov. 1. V. ad Epit. Liv. 99.

Quinque et viginti tectae Rhodiae naves, cum Pausistrato]

Digitized by Google

sum hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa steterunt. Postquam confessionem victis satis expresserunt, Rhodii et Eumenes domos dimissi: Romani, Chium petentes, Phoenicuntem primum 7
portum Erythraeae terrae praetervecti, nocte anchoris jactis, postero die in insulam ad ipsam urbem trajecerunt. ubi paucos dies remige maxime reficiendo morati, Phocaeam transmittunt. Ibi relictis 8
ad praesidium urbis quatuor quinqueremibus, ad Canas classis venit: et, quum jam hiems adpeteret,

Appianus VII et XX fuisse ait [in Syriac. pag. 100.] ἔνθα ἀυτοῖς Ῥοδίων νῆες συμμαχίδες ἦλθον ἑλτὰ καὶ εἴκοσι. Idem *Pausistratum* vocat Παυσίμαχον. SIGON. *Paucisistrato* Voss. Vide ad 37, 9, 5. Vox *tectae* deerat in Lov. 3. [*his qui q. et* XXX Bamb.]

§. 6. *Hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa steterunt*] *hostes persecuti sunt* Harl. V. ad 5, 50, 2. Tum *ante hostium portas* Voss. *ante hostium portus* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. et Gaertn. V. ad 37, 13, 8. *instructa acie* Harl.

§. 7. *Phoenicuntem primum portum Erythraeae terrae praetervecti*] Ita primus Frobenius anno 1535. edidit, quum priores ledissent *Penicunte primum portu Erythreo praetervecti*. et ita vere scripti nostri, atque Hearnii L. 1. nisi quod in apicibus nonnullis dissentiant. Sed verior est lectio Frobenii. *Praetervecti portum*, non *portu*, ut supra c. 12, 2. *Messanam praetervectus*. 12, 20, 7. *Nec continentis modo projectas oras praetervecta*. ubi alia vide. Vox *terrae* intercepta erat ab ultimis vocabuli proximi literis. *terra Erythraea*, ut *Thetidium Pharsaliae terrae* supra 33, 6, 11. Et ita *Triphylia terrae Elymiotidis* Livio vindicare conatus sum 32, 13, 2. Alibi simpliciter *Erythraea* vocatur. V. ad 37, 12, 10. Portum *Phoenicuntem* memorat etiam Thucyd. 8, 34. Ἄλλαι καταφεύγουσιν ἐς τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα, Φοινικοῦντα καλούμενον. Non confundendus est cum hoc *Phoenicus portus* infra memoratus 37, 16. si locus sanus est. Is enim in Lycia erat ad urbem Patara, hic in Jonia in terra Erythraea.

§. 8. *Ad Canas classis venit*] Stephanus: Αἰγάτης, Αἰολίδος ἄκρα, ὡς Στράβων, ἡ νῦν Κανή, Καναὶ λέγεται. SIGON. Ita Moguntini ediderunt; eaque lectio in Lov. 2. et 6. unde nihil excerpta monent, fuisse videtur. Antea edebatur *ad Cannas*, quod superest in reliquis scriptis. V. ad 37, 8, 6.

§. 9. *Comitia Romae habita, quibus creati sunt consules*] Vocem *Romae* omittit Hearnii L. 1. verbum *sunt* omnes codd. nostri, Victor. Crevierii, [Bamb.] et edd. ante Moguntinos, qui ex Mso. suo adsciverunt.

Digitized by Google

9 fossa valloque circumdatis naves subductae. Exitu anni comitia Romae habita, quibus creati sunt consules L. Cornelius Scipio et C. Laelius, intuentibus

Et C. Laelius, intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum] Forte *intentis*. J. FR. GRON. *et ruentibus cunctis* Voss. et Gaertn. *imminentibus cunctis* Lov. 1. *annuentibus cunctis* Lov. 6. Sed vulgatum nondum displicet. *intueri* hic adjunctam habet praepositionem *ad*, quemadmodum alibi saepe verbum *spectare*; de quo v. ad 1, 47, 1. Sibi etiam Gronovii conjecturam non plane satisfacere, Crevierius testatur, sed aliquid gravioris vitii latere existimat, quia codex Victor. legit *et C. Laelius. Africanus legitur annuentibus cunctis*: ad id vero eximendum emendatiore libro opus esse. Vocem *Africanus* agnoscunt etiam plerique meorum codd. et edd. principes. Nam *C. Laelius Africanus* legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et typis excusi ante Moguntinos. *C. Laelius Africanus legatus* Lov. 2. *C. Laelius. Africanum intuentibus* Mead. 2. quae postrema lectio veri speciem habere posset, si aliunde constaret, ideo L. Scipionem consulem creatum esse, ut is ope et consilio fratris Africani bello cum Antiocho finem imponeret. Verum tum demum provincia belli cum Antiocho gerendi, et quidem non a populo, a quo consul creatus est, sed a senatu, data fuit, postquam Africanus promisisset, se, si fratri provinciam Graeciam decrevissent, legatum iturum. Tantum autem abest, senatores antea Africanum intuitos fuisse, ut potius Laelius hoc consilio Scipioni persuaserit, ne, quam quisque provinciam obtineret, sorti, sed arbitrio Patrum, permitteret, quia multum in senatu poterat, et se ita voti compotem fore sperabat. V. 37, 1. Vocem itaque *Africanus*, vel quidquid aliud ejus loco in Mstis et edd. antt. reperitur, non Livio, sed scribis tribuo. Monet quidem Pighius in Annal. ad a. IOLXIII. p. 284. Laelium a Cassiod. et Mariano Scoto *Africanum* cognominari, idque fieri, quia Scipioni Africano bellum in Hispania et Africa gerenti individuus fuit comes; verum, indoctos librarios tantam rerum gestarum notitiam habuisse, mihi persuadere non audeo; et hinc potius insiticias voces ex glossa marginali admissas puto, quibus contra fidem historicam indicabatur, Scipionem consulem fuisse Africanum, vel, quod demum postea factum est, Africanum fratrem ei legatum additum fuisse.

Postero praetores creati] Vet. lib. *Postero die praetores creati*. SIGON. Illud *die*, a Sigonio additum, in sola ed. Bas. anni 1554. sine dubio operarum culpa, omissum erat. Omnes enim et manu et typis exarati servant.

M. Fulvius, L. Aurunculejus, Cn. Fulvius, L. Aemilius, P. Junius, C. Antistius] Duo praetores depravate legebantur, *M. Fulvius*, pro *M. Tuccio*, *C. Antistius*, pro *C. Atinio*. GELEN. Primus praetor *M. Tullius* vocatur in Voss. Lov. 1. 4. Harl. Gaertn. et Mead. utroque. *M. Atilius* in Lov. 3. *M. Brutius* in Lov. 6. *M. Tulius* in Hearnii L. 1. *M. Tutius* in Lov. 2. Primi praetoris nomen, secundi praenomen omittunt Lov. 5.

Digitized by Google

cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum. Postero die praetores creati, M. Tuccius, L. Aurunculejus, Cn. Fulvius, L. Aemilius, P. Junius, C. Atinius Labeo.

et edd. antt. ante Mog. qui ex cod. suo interposuerunt *Fulvius*, *L.* Gelenius deinde *Fulvius* in *Tuccius* mutavit. In hoc nomine passim erratum est. V. ad Epit. Liv. 20. ad Livii 35, 41, 9. 37, 2, 1. cap. 50, 13. 38, 36, 1. et 39, 23, 4. Deinde quidam scripti et edd. vett. *Arunculejus*. Vide Torrent. ad Suet. Caes. 25. Et secundi, et tertii praetoris nomina omiserunt Voss. Lov. 1. Hearnii L. 1. et Lov. 6. a manu 1. errore scribarum, quibus, quum *Fulvius* pro *Tuccius* dedissent, ejusdem nominis *Fulvii* repetitio errori fuit. Quintus praetor alio praenomine *D. Junius* vocatur Pighio in Ann. ad ann. ıɔLXIII. pag. 285. V. ad 34, 1, 4. In ultimi nomine antiquioribus editis solus concinit Lov. 5. *C. Accius* dicitur in Lov. 6. *C. Attilius* in Lov. 2. *C. Atilius* in Lov. 3. 4. et Mead. utroque. *Tatilius*, praenomine et nomine coalescentibus, in Harl. *C. Attinius* in Voss. Gaertn. et cod. Mog. Sed *C. Atinius*, ut Gelenius restituit, in solo Lov. 1. ex quo nihil in excerptis ejus notatum deprehendo, exstitisse videtur. In utraque gente, et *Antistia*, et *Atinia*, nota fuit *Labeonum* familia. Verum, ut Gelenio adsentiar, tot codd. partim aperte postulant, partim vestigiis eo ducentibus suadent; praesertim quum alterius C. Antistii circa haec tempora nulla mentio obcurrat. Nonnihil quidem id moratur, quod quidam *C. Atinius Labeo* paucis ante annis praetor memoretur 33, 42. neque tamen hic eamdem dignitatem iterum obtinuisse dicatur. At vel Livius id addere neglexit, ut saepe in consulibus eum neglexisse vidimus; vel, duos ejusdem nominis C. Atinios Labeones hoc tempore vixisse, dicendum est.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI TRIGESIMI SEPTIMI.

L. Cornelius Scipio consul, legato P. Scipione Africano (qui se legatum fratris futurum dixerat, si ei Graecia provincia decerneretur, quum C. Laelio, qui

L. Cornelius Scipio consul, legato P. Cornelio Scipione Africano] Consulis praenomen *L.* exsulat a Voss. Boend. Norv. et plerisque edd. antt. ante Frob. anni 1535. V. ad Liv. 37, 1, 1. Vox etiam *consul* non adparet in Leid. ut nec Africani praenomen *P.* in Leid. Voss. Berg. et Boend. Contra voce auctiores *Africano fratre* legunt Voss. et Berg. cum ed. Camp.

Qui se legatum fratris futurum dixerat] 38, 58, 8. *Quum legatus fratris esset.* Sed frequentius tertio casu. Epit. Liv. 11. *Iturum se filio legatum pollicitus est.* 38, 58. *Cui legatus in Asiam iret.* Cic. pro Muren. 9. *Legatus L. Lucullo fuit,* Suet. Ner. 3. *Eidem Antonio legatus.* Gell. 4, 18. *Fuerat enim L. Scipioni Asiatico fratri suo imperatori in ea provincia legatus.* Adde Graevium ad Suet. Tib. 12. In Livio cap. 1. est, *se legatum iturum.* Forte *se ei legatum iturum.* DUK. Pronomen *qui* deest in Berg. *qui legatum fratris futurum dixit* legit Voss.

Si ei Graecia et Asia provincia decerneretur] Livius scribit [cap. 1.] *P. Scipio Africanus dixit, si L. Scipioni fratri suo provinciam Graeciam decrevissent, legatum se iturum.* Egregie itaque habetur in membranis *si ei Graecia provincia decerneretur.* Nam consules jussi sunt Graeciam et Italiam sortiri: cuique Graecia sorte obveniret, permissum, cum in provinciam venisset, si e republica judicaret, exercitum in Asiam transportare. DELRIUS. Livius *Graeciam* tantum dicit. Et haec sola ei decreta est, cum eo, ut, si e republica videretur esse, exercitum in Asiam trajiceret. Cap. 1. et 2. DUK. *Τὸ ei* ignorat Leid. Tum *Graecia provincia*, omissis duabus mediis vocibus, Voss. Leid. Berg. Boend. Exc. Pithoei, et ed. Camp. Ita igitur edendum curavi. Mox Laelii praenomen *C.* abest a Voss. et Berg.

Profectus ad bellum adversus Antiochum gerendum, in Asiam] *adversum Antiochum* Boend. V. ad Epit. Liv. 47. *adversus Antiochum regem* Berg. et Exc. Pithoei. *profectus adversus Antiochum regem, in Asiam,* reliquis neglectis, Leid. Mox *primus omnium Romanorum ducum in Asiam trajecit* Berg. et ed. Camp.

Aemilius Regillus adversus

Digitized by Google

multum in senatu poterat, ea provincia dari videretur) profectus ad bellum adversus Antiochum gerendum, in Asiam primus omnium Romanorum ducum trajecit. Aemilius Regillus adversus regiam classem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonnesum, Rhodiis adjuvantibus. Filius Africani, ab Antiocho captus, patri remissus est. M.' Acilius Glabrio de Antiocho, quem Graecia expulerat, et de Aetolis triumphavit. Victo deinde Antiocho a L. Cornelio Scipione, adjuvante Eumene rege Pergami, Attali filio, pax data

regiam classem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonensum] Nihil opus erat voce *Antiochi* in breviſſima epitome. Potuit huc transferri e margine. DUK. Primam vocem expellunt Voſſ. Leid. Berg. Boend. Exc. Pithoei, et ed. Camp. Tum *Regulus* legunt Leid. et Berg. *Regilius* Boend. Hinc *ad Mionesum* Voſſ. *ad Myonesum* Norv. et edd. vett. *ad Mionensum* Berg. *ad Monesum* Leid. *ad Imonensem* Boend. et ed. Camp. Mox *Rhodiis juvantibus* Leid. Voſſ. Berg. et ed. Camp.

M.' Acilius Glabrio etc.] Ultima haec pars epitomes alio ordine in Mſtis et edd. antt. proponitur. Nam in Voſſ. Leid. Berg. Boend. et editis ante Aldum poſt verba praecedentia *patri remissus est* primo loco subjungitur periodus *Victo deinde Antiocho* etc. *montem cederet.* Secundo *L. Cornelius Scipio* etc. *adpellatus est.* Tertio *Colonia deducta est Bononia.* Quarto *Eumeni, quo* etc. *ampliatum.* Quinto *Rhodiis quoque* etc. *civitates concessae.* Sexto *Aemilius Regillus* etc. *triumphum duxit.* Ultimo tandem *M.' Acilius Glabrio* etc. *de Aetolis triumphavit.* Ceterum corrupte hic *M. Acilius* Leid. *M. Accilius* Berg. *M. Attilius* Voſſ. Boend. et edd. antt. qui error in praecedentibus saepe notatus eſt. V. ad 35, 24, 5. Mox voces *et de Aetolis* desunt in Voſſ. Verum Liv. ipse cap. 46, 2. de M.' Acilio inquit: *Triumphans de rege Antiocho et Aetolis urbem est invectus.* Eo minus autem Aetolorum hic mentio omitti poteſt, quia c. 58, 8. teſtatur, *vere aestimanti Aetolicum magis ad Thermopylas bellum, quam regium,* fuisse.

A L. Cornelio Scipione, adjuvante Eumene rege, Attali Pergameni filio, pax data, ea cond.] Vet. lib. *Eumene rege Pergami, Attali filio.* SIGON. *a L. Scipione* Voſſ. *a L. Scipione Cornelio* Boend. Tum *rege Attalo Pergamei filio* Boend. *rege Attali filio* Leid. et Berg. *rege Attali Pergami filio* Voſſ. *rege Pergami, Attali filio* Exc. Pithoei, quod recepi. Deinde *pax data est conditione* Voſſ. *pax data est ea conditione* Leid. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Et hoc quoque probavi. Mox *Eumenis* etc. *regnum ampliatum* Voſſ. Leid. et Boend. Vul-

Digitized by Google

est ea conditione, ut omnibus provinciis citra Taurum montem cederet. Eumeni, quo juvante Antiochus victus erat, regnum ampliatum. Rhodiis quoque, qui et ipsi juverant, quaedam civitates concessae. Colonia deducta est Bononia. Aemilius Regillus, qui praefectos Antiochi navali certamine vicerat, navalem triumphum duxit. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellaverat, cognomine fratri exaequatus, Asiaticus adpellatus est.

gatum elegantius est, si tamen auctor Epitomarum elegantias captarit. Inferius *navali proelio vicerat* Voss. Leid. et Berg. Tum *triumphum reduxit* iidem Msti. *triumphum deduxit* Exc. Pithoei.

Qui cum Antiocho bellaverat] Vet. lib. *debellaverat*. recte. SIGON. *qui Antiochum debellaverat* Voss. et Boend. cum ed. Camp. *qui cum Antiocho debellaverat* Leid. et Berg. de qua locutione vide ad Epit. Liv. 33. Solent autem verba *bellare* et *debellare* a librariis confundi. V. ad 3, 71, 6. 8, 39, 16. 9, 27, 2. 10, 10, 7. Epit. Liv. 28. 29, 14, 1. 30, 28, 8. 38, 13, 11. 40, 50, 5. et alibi.

Cognomine fratri coaequatus] Libri veteres *exaequatus*. SIG. *cognomine fratris exaequatus* Leid. *cognomine fratri aequatus* Boend. *cognomine fratri exaequato* ed. Camp. *cognomine fratri exaequatus* Voss. et Berg. quod admisi.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS SEPTIMUS.

I. L. Cornelio Scipione, C. Laelio consulibus, 1
nulla prius secundum religiones acta in senatu res
est, quam de Aetolis. Et legati eorum institere,
quia brevem induciarum diem habebant; et ab T.
Quinctio, qui tum Romam ex Graecia redierat, ad-
juti sunt. Aetoli, ut quibus plus in misericordia 2

§. 1. *L. Cornelio Scipione et C. Laelio consulibus*] Pall. et vet. ed. *Cornelio Scipione, Cajo Laelio cons.* reliquis amputatis. GEBH. Copula in principe editione non est; propterea erasimus. JAC. GRON. Prioris consulis praenomen *L.* omittunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et omnes ante Moguntinam editiones, sola Campani excepta. Sed excidisse videtur culpa scribarum, qui forte sponte omiserant, ut postea auro vel minio elegantius pingerent; quod deinde neglexerunt. V. etiam ad Epit. Liv. 43. Tum copulativa inter duorum consulum nomina deest in omnibus scriptis nostris, excepto solo Gaertn. deest etiam in Hearnii L. 1. N. omnibusque editis ante Aldum. V. ad 2, 17, 1.

Nulla prius secundum religiones acta in senatu res est] Vox *religiones* exsulat a Mead. 1. *secundum legationes* legunt Lov. 3. 5. 6. Gaertn. et Voss. a m. 1. *secundum legiones* Voss. a m. 2. Lov. 1. et Harl. V. ad 9, 11. 12. *secundum religionem* Lov. 4. et Mead. 2. idque velle videntur edd. vett. *secundum legationem* exhibentes. Vulgatum demum adparuit in ed. Frob. anni 1535. Utrumque *religionem* et *religiones* ferri potest. Prius, ut 22, 1, 14. *Consul de religione Patres consuluit.* Cic. post redit. ad Quirit. 5. *Simulac de sollemni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius* etc. De altero vide ad 5, 55, 1. Voces ultimae *res est* non adparent in Voss. sola ultima *est* deest a Lov. 5. et edd. antt. quam Aldus ex cod. Mog. addidit. Concinunt reliqui mei. Mox *insistere* codd. Mog. Voss. Lov. 6. et Gaertn.

§. 2. *Plus in misericordia senatus, quam in caussa*] Perperam Pal. alter *plus misericordia senatus, quam si caussa spei esset.* GEBH. *plus misericordia senatus* etiam Gaertn. Sed praepositio *in* elisa est a vocis sequentis litera initiali *m.* Alia exempla hujus erroris notantur ad praefat §. 8. 1, 25, 2.

Digitized by Google

senatus, quam in caussa, spei esset, suppliciter egerunt, veteribus benefactis nova pensantes maleficia.
3 Ceterum et praesentes interrogationibus undique senatorum, confessionem magis noxae, quam responsa, exprimentium, fatigati sunt, et, excedere curia
4 jussi, magnum certamen praebuere. Plus ira, quam misericordia, in caussa eorum valebat; quia non ut hostibus modo, sed tamquam indomitae et insocia-
5 bili genti, succensebant. Per aliquot dies quum certatum esset, postremo neque dari, neque negari pa-

c. 31, 1. 3, 63, 6. 5, 31, 7. 6, 6, 18. c. 40, 4. 7, 32, 11. 8, 31, 7. c. 33, 1. 25, 24, 1. 26, 25, 6. 30, 8, 6. 31, 21, 11. 37, 28, 6. cap. 41, 8. c. 53, 6. 39, 33, 2. Adde Barth. ad Gratii Cyneg. 44. et Corte ad Plinii 3. ep. 10, 2. Tum *quam si caussa* Lov. 4. Reliqui recte vulgatum servant. De repetitione praepositionis v. ad 4, 58, 4.

Veteribus benefactis nova pensantes maleficia] *benefactis* obponi *maleficia* librariis nonnullis displicuit. Hinc *malefacta* datum in Harl. *malefatia* in Lov. 1. Contra *beneficiis* in Voss. Lov. 6. et Gaertn. Ita 5, 3, 8. *Pariterque in illis beneficio et maleficio abstineri, aequum censens.* 7, 20, 5. *Ut sua vetera beneficia novis corrumperent maleficiis.* Eodem c. §. 8. *Ut maleficii, quam beneficii, potius inmemores essent.* cap. 30, 17. *Beneficio vestro occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis.* 9, 12, 2. *Beneficii et maleficii occasione omissa.* 37, 49, 3. *Plurium maleficiorum gentis, quam beneficiorum memoria subiret animos.* Verum et alterum apud Livium obvium 25, 31, 4. *Non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum erga populum Romanum esse.* ubi unus etiam codicum variat. Nihil itaque mutandum.

§. 3. *Et, excedere curia jussi*] Pall. *ut excedere curia jussi.* GEBH. Pariter Lov. 4. Harl. et Mead. 2. Sed vide ad 21, 28, 8.

§. 4. *Non ut hostibus modo, sed tamquam indomitae et insociabili genti*] Pal. alter, extrito *tanquam*, exhibet *sed in domitae et insociabili genti.* GEBH. *insaciabili* Lov. 3. et Gaertn. Malc. 27, 39, 8. *Omni generi humano insociabiles erant.*

§. 5. *Liberum arbitrium de se permitterent; vel mille talentûm darent*] *permitteretur* Voss. et Gaertn. [*arbitrium* omittit Bamb.] V. ad 38, 40, 1. Deinde *mille talenta* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et excusi Aldo priores, qui recte *talentûm* dedit ex cod. Mog. Supra 33, 30, 7. *Mille talentûm daret populo Romano.* 37, 7, 1.

Digitized by Google

pacem placuit. duae conditiones eis latae sunt: vel senatui liberum arbitrium de se permitterent; vel mille talentùm darent, eosdemque amicos atque inimicos haberent. Exprimere cupientibus, quarum 6
rerum in se arbitrium senatui permitterent, nihil certi responsum est. ita infecta pace dimissi, urbe eodem die, Italia intra quindecim dies excedere jussi. Tum de consulum provinciis coeptum est agi. 7
Ambo Graeciam cupiebant. Multum Laelius in senatu poterat. is, quum senatus aut sortiri, aut comparare inter se provincias consules jussisset, elegan-

Neque, unde mille talentûm daretur, erat. 38, 8, 10. *Mille talentûm argenti populo Romano dandum.* Ita *mille passuum.* V. ad 5, 26, 5. *mille jugerum* ad 7, 16, 9. *mille equitum* ad 21, 61, 1. *mille hominum* 43, 23, 2.

Eosdemque amicos atque inimicos haberent] Omnes *eosque amicos atque inimicos haberent.* GEBH. Pariter Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes. *eosque amicos haberent* Lov. 1. *eosque amicos vel inimicos haberent* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et nonnullae aliae. *eosdemque amicos vel inimicos haberent* Asc. anni 1513. Id, quod nunc exstat, Frob. anno 1535. fide cod. Mog. recte recepit. Polyb. Exc. Leg. num. 16. Ἔδοξε τῷ συνεδρίῳ δύω προτείνειν γνώμας τοῖς Αἰτωλοῖς· ἢ διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν περὶ πάντων τῶν καθ' αὐτούς· ἢ χίλια τάλαντα παραχρῆμα δοῦναι, καὶ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φιλὸν νομίζειν Ῥωμαίοις.

§. 6. *Ita infecta pace dimissi*] *Liv. Tom. X.* *incerta pace* cod. Mog. Male. Nam domum reversi Aetolorum *legati ab Roma retulerunt, nullam spem pacis esse.* V. infra cap. 4. Quare *incerta pace dimissi* dici nequeunt. Polyb. loc. laud. Τῶν δ' Αἰτωλῶν ἀξιούντων διασαφῆσαι ῥητῶς, ἐπὶ τίσι δεῖ διδόναι τὴν ἐπιτροπήν, οὐ προσδέχεται τὴν διαβολὴν ἡ σύγκλητος. διὸ καὶ τούτοις γέγονε κατάμονος ὁ πόλεμος. *Infecta pax* et alibi hoc sensu apud Livium obcurrit. Supra 32, 37, 5. *Sic infecta pace regii dimissi.* Alia v. ad 9, 23, 11. Mox *eo die* Lov. 6. Sed ultima syllaba *τοῦ eodē* intercepta est a voce sequente *die* ob literarum similitudinem; quamvis tamen et alibi saepe *is* et *idem* commutentur. V. ad 10, 10, 6. Tum *intra XXti dies* Lov. 6. Pari modo *XV* et *XX* in eodem cod. confunduntur supra 35, 14, 1. V. ad 39, 29, 7.

§. 7. *De consulum provinciis coeptum est agi*] *agi coeptum est* Lov. 6. *coeptum agi est* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et edd. principes. *inceptum agi est* edd. Mediol. an-

Digitized by Google

tius facturos dixit, si judicio Patrum, quam si sorti,
8 eam rem permisissent. Scipio, responso ad hoc dato, *cogitaturum, quid sibi faciendum esset,* cum fratre uno locutus, jussusque ab eo permittere audacter senatui, renunciat collegae, *facturum se, quod is*
9 *censeret.* Quum res, aut nova, aut vetustate exemplorum memoriae jam exoletae, relata exspectatione certaminis senatum erexisset, P. Scipio Africanus dixit, *Si L. Scipioni fratri suo provinciam Graeciam*
10 *decrevissent, se legatum iturum.* Haec vox, magno adsensu audita, sustulit certamen. Experiri libebat, utrum plus regi Antiocho in Hannibale victo, an in

ni 1480. Tarvis. utraque, et aliae. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. recepit, cui subscribunt Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Paullo post *sortiri aut computare* Lov. 4. *sortiri aut comparari inter se provincias jussisset* Harl. [*inter se* omittit Bamb.]

Si judicio Patrum, quam si sorti, eam rem permisissent] *quam sorti* Lov. 5. et edd. antiquae, quasi voculam *si* semel poni sufficeret. Sed Aldo eam etiam posteriori loco ex Mog. recipienti consentiunt reliqui scripti. Deinde *commisissent* Harl. Male. *Permittere* in eadem re Scipio Africanus, a fratre consultus, repetit. V. ad 31, 17, 4. Alibi etiam *committere* et *permittere* confunduntur. V. ad 4, 49, 8. [*jussit* pro *dixit* Bamb.]

§. 8. *Cum fratre uno locutus*] Ita quidem sola vet. ed. At Pal. prior excutit omnino *τὸ uno.* Alter vero *cum fratre suo locutus.* GEBH. Omnes nostri vocem *uno* servant, nisi quod Gaertn. ejus loco legat *una.* Nihil mutandum. *cum fratre uno* est cum solo fratre. V. ad 3, 69, 3.

§. 9. *P. Scipio Africanus dixit*] Quatuor haec vocabula deerant in Mead. 1. Scipionis praenomen *P.* in Lov. 2. et Harl. cognomen *Africanus* in Lov. 1. et 6. Tum *ait.* pro *dixit,* praeferunt Lov. sex. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. Neque aliter in Mog. Voss. et Thuan. fuisse, Cl. Jac. Gronov. testatur ad 26, 30, 12. Sed male inter eos cod. Mog. memorari, illius Excerpta docent. Quin insuper, quum antea *ait* editum fuisset, ejus auctoritate postea Aldus *dixit* reposuit. Mox *si Scipioni fratri,* omisso praenomine *L.* Lov. 1. 3. 6. Tum *Graeciam,* quam vocem omnes scripti et editi priores servant, omittitur in ed. Jac. Gronovii; quam operarum errore excidisse, insuper hinc colligo, quoniam ejus ejecti nullam in notis rationem reddidit, eamdemque in minori ed. quae eodem tempore prodiit, servavit. Quoniam tamen hujus erroris in syllabo emendando-

Digitized by Google

victore Africano consuli legionibusque Romanis, auxilii foret: ac prope omnes Scipioni Graeciam, Laelio Italiam decreverunt.

11. Praetores inde provincias sortiti, L. Aurunculejus urbanam, Cn. Fulvius peregrinam, L. Aemilius Regillus classem, P. Junius Brutus Tuscos, M. Tuccius Apuliam et Bruttios, C. Atinius Siciliam. Consuli deinde, cui Graecia provincia decreta erat, ad eum exercitum, quem a M. Acilio (duae autem legiones erant) accepturus esset, in supplementum addita peditum civium Romanorum tria millia, equites centum, et sociûm Latini nominis quinque mil-

rum nulla mentio facta est, eum etiam Clericus fideliter expressit. Neque etiam Crevier. emendavit; at recte Hearnius. Mox *se ei legatum iterum* scribendum conjecit Cl. Duker. ad Epit. Liv. hujus lib.

§. 10. *Experiri libebat, utrum plus*] *Experiri jubeat* Lov. 1. *Nec periri libebat* Voss. *Nec periri jubebat* Lov. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *Nec comparari jubebat* Lov. 2. et Harl. *Nec parvi jubebat* Lov. 6. a m. 1. *Nec parvi videbat* a manu 2.

§. 1. *Praetores inde provincias sortiti, L. Aurunculejus*] *sortiti sunt* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et editiones ante Frobenium, qui anno 1535. *ro sunt* expunxit. Probo, si ex mente Gelenii cod. Moguntinum secutus sit; ceteroquin servandum puto. Deinde Aurunculejo praenomen *M.* tribuunt Lov. 5. et edd. principes, quem errorem etiam supra commiserunt 36, 45, 9. Moguntini ex cod. suo substituerunt *L.* consentientibus reliquis scriptis nostris. Recte. Nam ita etiam infra vocatur cap. 46. Mox voces *Cn. Fulvius peregrinam* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. antt. Moguntini deinde ex cod. suo vulgarunt *M.* [ita Bamb.] *Fulvius peregrinam.* Fulvio vero praenomen *Cn.* reddidit Frob. anno 1535. Saepe praenomen *Cn.* in *M.* abiisse, vidimus ad 7, 12, 1. Insuper Aemilii praenomen *L.* omittitur in iisdem scriptis nostris. De praenomine Bruti *P.* in quod omnes et editi et scripti consentiunt, vide supra ad 34, 1, 4.

M. Tuccius Apuliam et Bruttios, C. Atinius Siciliam] Prior *M. Bruccius* vocatur in Voss. *M. Bructius* in Lov. 1. et 6. *M. Bruttius* in Lov. 4. [Bamb.] *M. Brutius* in Lov. 2. 3. et Mead. utroque. *M. Brutus* in Harl. et Gaertn. Edd. antiquae, quae *Cn. Fulvium* secundo loco antea memoratum vel omiserant, vel *M. Fulvium* vocarant, hic praeferunt *Cn.* vel *Gn. Fulvius*, con-

Digitized by Google

3 lia, equites ducenti: et adjectum, ut, quum in provinciam venisset, si e republica videretur esse, exer-
4 citum in Asiam trajiceret. Alteri consuli totus novus exercitus decretus; duae legiones Romanae, et sociùm Latini nominis quindecim millia peditum,
5 equites sexcenti. Exercitum ex Liguribus Q. Minucius (jam enim confectam provinciam scripserat, et

sentiente Lov. 5. Quum autem Moguntini se in cod. suo *M. Tutius* reperisse monuissent, Frob. tandem anno 1535. recte *M. Tuccius* emendavit ex sententia Gelenii. V. ad 36, 45, 9. et mox ad §. 6. Deinde *C. Atilius* Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo. *C. Attilius* Voss. Lov. 2. et Gaertn. *C. Accilius* Lov. 6. *C. Acilius* Harl. [Bamb.] *C. Antistius* Lov. 5. et edd. antt. Frobenius deinde anno 1535. monente Gelen. loco laud. *C. Atinius* reposuit.

§. 2. *In supplementum addita peditum civium Romanorum tria millia*] *additi peditum civium Romanorum trecenti* cod. Mog. qui error ortus esse videtur ex notis numeralibus *IIIm* et *IIIti*. Nec melius in sequentibus *et sociûm Latini nominis octoginta, equites ducenti* idem cod. Ex nostris *Romanûm*, pro *Romanorum*, legit Mead. 1. totam illam vocem ignorat Lov. 3. [Bamb.] Tum *XXIII millia*, pro *tria millia*, idem Lov. 3. qui in praecedentibus etiam omittit vocem *provincia*.

§. 3. *Et adjectum, ut, quum in provinciam venisset, si e republica videretur esse*] Primam voculam ignorant Lov. 2. et Harl. ultimam Lov. 3.

§. 4. *Quindecim millia peditum, equites sexcenti*] Pall. *equites ducenti*. GEBH. Similiter omnes nostri, et edd. vett. Aldus demum *sexcenti* ex cod. Mog. recepit; qui numerus altero aptior est, habita ratione equitum, qui ex civibus addebantur legionibus. Insuper *XX millia peditum* Lov. 6. et Hearnii L. 1.

§. 5. *Q. Minucius*] *P. Minucius* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*Q* omisso *Minucius* Bamb.] Sed nihil mutandum. Intelligitur enim Q. Minucius Thermus, qui ante triennium consul creatus Ligures provinciam sortitus est, et per proximum biennium prorogato imperio ibidem optime res gessit. Hunc *Q.* praenomine constanter adpellant non tantum Fasti Capitol. sed etiam Livius lib. 34, 54. et 55. 35, 20. 36, 38. et 37, 46. Mox *Ligurum omne genus* Harl. Hinc *deducere in Bojos* cod. Mog. Id verbum huic rei convenire satis constat; potest tamen et alterum convenire, quod est de loco in locum ducere. 25, 26, 15. *Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, traduxerat in urbem suos.*

§. 6. *Quo victos bello multaverat Bojos*] Non Minucius, qui in Liguribus rem gesserat, sed P. Cornelius Nasica, 36, 39. Dubito, an exciderit pronomen, et legendum sit, *quo hic victos b. m. Bojos:* ne quis hoc de Minucio dici putet. DUKER.

Digitized by Google

Ligurum omne nomen in deditionem venisse) traducere in Bojos, et P. Cornelio proconsuli tradere, jussus. Ex agro, quo victos bello multaverat Bojos, 6 deductae urbanae legiones, quae priore anno conscriptae erant, M. Tuccio praetori datae, et sociùm ac Latini nominis peditum quindecim millia, equites sexcenti, ad Apuliam Bruttiosque obtinendos.

Deductae urbanae legiones, quae priore anno conscriptae erant] Pall. *deducendae*. GEBH. Scripti *deducendae*. J. FR. GRONOV. Locus obscurus est; primum eo, quod priore anno, L. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, urbanas legiones scriptas fuisse non dixit. V. 35, 20. Deinde, quod non apparet, quando *urbanae legiones*, quas hic memorat, in Bojos missae fuerint. Lib. 36, 1. ita scribit: *Alter consul, cui Italia provincia evenisset*, (is fuit Cornelius Nasica) *cum Bojis jussus bellum gerere, utro exercitu mallet ex duobus, quos superiores consules* (L. Quinctius et Cn. Domitius) *habuissent: alterum ut mitteret Romam, eaeque urbanae legiones essent, paratae quo senatus censuisset*. P. Nasica exercitum L. Quinctii sumsit: nam quum in provinciam venisset, Cn. Domitium proconsulem, dimisso exercitu, Romam decedere jussit, 36, 37. Sunt ergo urbanae legiones, quas hic dicit Livius, duae illae legiones, quas 35, 20. Cn. Domitium anno priore, non ut *urbanae legiones* essent, sed belli gerendi causa, scripsisse tradit, easque senatus hoc anno *urbanas legiones* esse voluit. Sed si hoc ita est, ut sane videtur, quomodo eaedem *urbanae legiones* hoc anno in Bojis esse potuerunt. Hoc ita expediri potest, ut dicamus, quum P. Nasica victis Bojis exercitum suum dimisisset, et Romae ad diem triumphi adesse jussisset, eoque acto exauctorasset, 36, 39. 40. duas has *urbanas legiones*, quae paratae esse debebant, quo senatus censuisset, in Bojos missas fuisse, quae gentem modo subactam continerent, ne, si nullus ibi exercitus Romanus esset, aliquid rerum novarum moliretur. DUK. Ex omnibus nostris solus Lov. 5. cum edd. sentit, ac *deductae* legit, quod Crevierio magis placebat. Reliqui cum Hearnii L. 1. et N. [Bamb.] *deducendae*, quod Clericus etiam in contextum admisit. Mox *τὸ erant* exsulat a Voss. et Gaertn.

M. Tuccio praetori datae] *Cn. Fulvio* Lov. 5. et edd. princ. *M. Rutilio* Lov. 6. *M. Brutio* inter versus. *M. Tutio* Lovel. 2. Gaertn. et cod. Mog. pro quo Froben. anno 1535. ex sententia Gelenii *M. Tuccio* dedit. Et ita reliqui nostri, nisi quod *M. Tucio* praeferant Lov. 3. Harl. et Mead. 1. Vide ad §. 1. Paullo post *et sociùm ac Latini nominis* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. princ. neque aliter iidem libri scripti et editi infra §. 9. Utrobique copulativam *ac* delerunt Moguntini, et tamen neutro loco Msti sui consensum memorarunt. Utraque formula *socii nominis Latini* et *socii ac*

Digitized by Google

7 A. Cornelio superioris anni praetori, qui Bruttios cum exercitu obtinuerat, imperatum, si ita consuli videretur, ut legiones in Aetoliam trajectas M.' Aci-
8 lio traderet, si is manere ibi vellet. si Acilius redire Romam mallet, ut A. Cornelius cum eo exercitu in Aetolia remaneret. C. Atinium Labeonem provinciam Siciliam exercitumque a M. Aemilio accipere placuit, et in supplementum scribere ex ipsa provincia, si vellet, peditum duo millia, et centum equi-
9 tes. P. Junius Brutus in Tuscos exercitum novum, legionem unam Romanam, et decem millia sociùm ac Latini nominis scribere, et quadringentos equi-

nomen Latinum Livius usus est. V. Sigon. ad 39, 20, 7. Priscam igitur scripturam utroque loco revocavi. Alibi tamen duos pluresve genitivos concurrere, quorum alii ex aliis pendent, supra vidimus ad 25, 15, 11.

Peditum quindecim millia, equites sexcenti] Pall. *equites ducenti*, non *sexcenti*. GEBH. Pariter scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. vett. Aldo priores, qui *sexcenti* adoptans fidem cod. Mog. secutus est. Vide etiam ad §. 4. Praeterea, voce *peditum* omissa, *XX millia* legit Lov. 6.

§. 7. *A. Cornelio superioris anni praetori*] *L. Cornelio* Lov. 2. et Harl. et ita mox §. 8. *L. Cornelius*. et cap. 4, 1. *cum L. Cornelio propraetore* iidem ambo codd. Verum reliqui codd. omnibus illis locis, et omnes, etiam hi duo, scripti eum *A. Cornelium* vocant 35, 24. 36, 2 et 37, 48. [*A. C. Cornelio* Bamb.] In sequentibus *si ita videretur*, voce omissa, Lov. 1. Tum *ut* deest in Lov. 6. *is* in Lov. 1. *ibi manere* legit Gaertn.

§. 8. *Si Acilius redire Romam mallet*] Haec verba desunt in Voss. et Lov. 1. ob praecedentia *si is manere ibi vellet*, ab eadem vocula *si* incipientia, et tantum non eadem voce *vellet* desinentia. Paullo post *in Aetolia maneret* Gaertn. *in Aetoliam remaneret* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. principes. Deinde similes ludos in voce *Atinium* ediderunt librarii, quales supra hoc cap. §. 1. et 36, 45, 9. vidimus. Insuper *a* vel *ab L. Aemilio* Msti nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. pro quo recte Aldus *a M. Aemilio*. Id enim cognomen constanter ei tribuitur 35, 24. et 36, 2.

§. 9. *Brutus in Tuscos exercitum novum, legionem unam*] *Brutus praetor exercitum novum* Mead. 1. *Brutus consul exercitum novum* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. *Brutus consulis exercitum novum* Lov. 2. 5. Harl. et edd. priscae. [*Brutus cos.* Bamb.] Sed recte Aldus *in Tuscos* ex cod. Mog. probavit. Similiter in eadem vo-

Digitized by Google

tes; L. Aemilius, cui provincia maritima erat, vi- 10
ginti naves longas, et socios navales a M. Junio praetore superioris anni accipere jussus, et scribere ipse mille navales socios, duo millia peditum: cum iis navibus militibusque in Asiam proficisci, et classem a C. Livio accipere. Duas Hispanias Sardini- 11
amque obtinentibus prorogatum in annum imperium est, et iidem exercitus decreti. Siciliae Sardiniae- 12
que binae eo anno decumae frumenti imperatae: Siculum omne frumentum in Aetoliam ad exercitum portari jussum: ex Sardinia pars Romam, pars in Aetoliam, eodem quo Siculum.

ee errarunt librarii 3, 13, 8. 9, 32, 9. et alibi. Vox *unam* non adparet in Voss. et Gaertn. Mox *et XX^ti millia* atque *et CCC equites* Lov. 6. Sed numeri in vulgatis sani sunt.

§. 10. *A M. Junio praetore superioris anni accipere jussus*] MS. *accipere est jussus*. MOD. *To est* in nullo meorum adparet. Paullo ante *cui maritima provincia erat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *decem naves longas* Harl.

Scribere ipse mille navales socios, duo millia peditum] *ipse illa navales socios* Voss. Lov. 4. et Mead. ambo. *ipse navales illa socios* Lov. 1. *ipse in illa navales socios* Lov. 2. nec aliter Lov. 6. nisi quod vocem *socios* omittat. *ipse ipsos navales socios* Harl. *ipse ille navales socios* Gaertn. Deinde voces *duo millia* exsulant ab Harl. et Hearnii N. et L. 1. in duobus tamen prioribus relicta erat lacuna. Integer locus in Lov. 3. 5 et edd. vett. ita concipiebatur, *et scribere ipse navales socios mille peditum*. Aldus dedit *et scribere ipse navales socios, duo millia peditum*. Quod nunc vulgo circumfertur, propagatum est ex ed. Frob. anni 1535. quae lectio reliquis praestat. Paullo post *cum his navibus, peditibusque, militibusque* Lov. 6. *cum his navalibus militibusque* Lovel. 5. Tum *et classes* Lov. 2. et Harl.

§. 11. *Prorogatum in annum imperium est, et iidem exercitus decreti*] *Ta in annum* desunt in Lov. 3. Insuper *et* exsulat ab Harl. V. ad 24, 15, 6. Tum *idem exercitus decreti* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 40, 22, 14.

§. 12. *Binae eo anno decimae frumenti imperatae*] MS. *Siciliae Sardiniaeque binae eaeque proximae decimae imperatae*. quod quid sit, videbunt alii. MODIUS. *decimae* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Gruteri ultima *decumae* dedit, ut fuit in ceteris scriptis. De hac orthographia

Digitized by Google

1 III. Priusquam consules in provincias proficiscerentur, prodigia per pontifices procurari placuit.
2 Romae Junonis Lucinae templum de coelo tactum erat, ita ut faſtigium valvaeque deformarentur. Puteolis pluribus locis murus et porta fulmine icta, et
3 duo homines exanimati. Nursiae sereno satis con-

vide ad 2, 59, 11. et 30, 18, 9. Lectio vero, quam Modius ex cod. Mog. adfert, nata videtur ex interpolatione. Forte margini ad verba *eo anno* adscriptum fuit *aeque proxime*, nempe duas decumas Siciliae Sardiniaeque imperatas fuiſſe, ut narrarat Liv. 36, 2. Hinc inperitior scriba pro *eo anno* dedit *eaeque proximae*. Mox verba *in Aetoliam* poſteriori loco Crevierio gloſſema sapiebant; quae tamen in omnibus codd. supersunt.

§. 1. *Consules in provincias proficiscerentur*] *in provinciam* Lov. 5. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. vett. Primus Aldus, codicis Moguntini auctoritatem secutus, recte edidit *in provincias:* neque aliter reliqui scripti.

Prodigia per pontifices procurari placuit] Prodigia ex decreto pontificum procurata scribit Livius 24, 44. 27, 4. 37. 30, 2. 41, 16. et quam plurimis aliis locis. Ea procuratio jussu senatus *per consules* fieri solebat, rebus divinis faciendis, sacrificando, immolandoque, ut alicubi loquitur. 25, 7, 9. *Prodigiorum causa* etc. *per aliquot dies consules rebus divinis operam dederunt.* 28, 11, 5. *Prodigia consules hostiis majoribus procurare jussi.* 33, 26, 6. *Consules procurare, ut assolet, prodigia, quae nunciabantur, jussi.* Sic 31, 12. 32, 1. 36, 37. 41, 9. 43, 13. Aliter accipiendum puto, quod hic dicitur *per pontifices:* nempe, senatum censuiſſe, ut pontifices curarent, omnia illa prodigiorum procurandorum causa fieri, quae consules ex decreto pontificum ea procurantes facere solebant. Nam et decemviri Sibyllini, e quorum decreto itidem prodigia per consules procurabantur, nihilominus ipsi interdum eorum expiandorum causa sacra faciebant. ut hoc cap. *Decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt.* Et 27, 37. 45, 16. DUKER.

§. 2. *Junonis Lucinae templum de coelo tactum erat*] *Licinae* Lov. 6. *Laciniae* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *To erat* exsulat a Lov. 1. Mox *valvaeque deferrentur* Voſſ. *valvaeque deferentur* Lov. 1. Tum *duo homines examinati*, transpositis literis, Lov. 1. 2. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 5, 39, 8. ad Epit. Liv. 8. et ad 8, 7, 20.

§. 3. *Satis constabat nimbum ortum: ibi quoque duos liberos homines*] *satis constat* Mead. 2. invitis reliquis. Liv. 41, 21, 13. *In agro Campano bovem locutum esse, satis constabat.* V. etiam 36, 35, 8. et 42, 15, 4. Tum vocem *liberos* delet Lov. 1. Ea quid hic operetur, liquido dicere nequeo; non enim existimo, ubicumque hominum fulmine exanimatorum mentio obcurrit, non addita hac voce, ser-

Digitized by Google

ſtabat nimbum ortum: ibi quoque duos liberos homines exanimatos. Terra apud se pluiſſe Tusculani nunciabant, et Reatini mulam in agro suo peperiſſe. Ea procurata, Latinaeque inſtauratae; quod Lau- 4
rentibus carnis, quae dari debet, data non fuerat. Supplicatio quoque earum religionum caussa fuit, 5

vos intelligendos esse: non tamen eamdem delere audeo, partim quia id reliqui codd. prohibent; partim quia in referendis prodigiis saepe adnotatum invenio, utrum circa ingenuos, an circa ancilla natos acciderint. V. ad 34, 45, 7. Obseq. tamen de Prodig. cap. 55. tantum non Livii verbis hujus anni prodigia narrans, vocem illam omisit.

Terram apud se pluisse] MS. *Terra apud se pluisse*. Quae scribendi ratio solens est optimae cujusque notae membranis. MOD. Plerumque Pall. scriptum habent *pluvisse*. GEBH. *Terram* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Et ita in libris antt. legi Gronov. supra teſtatur ad 35, 21, 3. ubi plura hujus locutionis exempla laudat. Contra *Terra* primum edidit Aldus ex cod. Mog. quomodo et Lov. 6. legisse inde colligo, quia ex eo nihil in excerptis adfertur. Et ita Jul. Obseq. de Prodig. cap. 55. in prodigiis hujus anni *Tusculi terra pluit*. Utrumque dici poſſe, et Livium etiam dixiſſe, certum eſt. V. ad 3, 10, 6. Non male igitur cod. Mog. lectio servata eſt. Deinde *pluvisse* Lov. 4. Mead. uterque, cod. Mog. [Bamb.] et omnes ferme edd. vett. Primus Curio *pluisse* subſtituit, ex quo ad recentiores dimanavit. V. ad 1, 31, 1.

§. 4. *Quod Laurentibus carnis, quae dari deberet*] Vide, an non *carnis* vetuſtus sit nominativus, pro *caro*. Neque enim *quod carnis* conſtruendum eſt: eſt enim *quod* pro quia. Hoc obiter admonemus, ne quis temere mutet, ut solent nimis facile, qui non intelligunt. GLAR. Dubitat Glareanus, ne quid vitii sit in voce *carnis*. neque enim legit Priscianum, qui libro 6, [684.] citatis his Livii verbis, libro hiſtoriarum ab urbe condita XXXVII, oſtendit, *carnis* in recto casu etiam recte dici. Praeterea idem habet, *quae dari debet*, non *deberet*, quae lectio eſt etiam vetuſtorum librorum. † „Hic rursus aït, Glareanum „non legisse Priscianum, cum „tamen Glareanus admoneat hoc „loco lectores, ne quid mute„tur. Esse antiquum nomina„tivum *carnis*, pro *caro*. Hic „Glareanus juſtam causam inve„hendi haberet, si non majori„bus curis animum dediſſet.“ †. SIGON. Unus tantum Lov. 5. priscis edd. consentiens *deberet* legit; reliqui *debet*, nisi quod in Lov. 6. fuerit *carnis*, *quae dari debet*, *data non erat*. V. ad 39, 52, 6.

§. 5. *Quibus Diis decemviri ex libris fieret, ediderunt*] Haec valde disjecta sunt. Planius 36, 37, 3. *Et consul P. Cornelius, quibus Diis quibusque hostiis edidissent decemviri, sacrificaret*. DUK. Lectio haec primum in ed. poſtrema Gruteri obvia fuit, et inde ad recentiores pro-

Digitized by Google

quibus Diis decemviri ex libris ut fieret, ediderunt.
6 Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique, ad id sacrificium adhibiti: et decemviri
7 nocte lactentibus rem divinam fecerunt. P. Cornelius Scipio Africanus, priusquam proficisceretur, fornicem in Capitolio adversus viam, qua in Capito-

fluxit. Edd. principes habuerunt *ex libris ut fieret:* et ita Voss. Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. *ex libris ut sacra fierent* Harl. quod in edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et inde in aliis usque ad Frob. exstitit, qui iterum dedit *ex libris ut fieret.* Et recte. Vox enim *sacra* in contextum inrepsisse videtur ex margine, ubi adscripta fuerat, ut indicaretur, verbum *fieri* sensu sacrificandi accipiendum esse. Sane eo sensu id usurpari, docuerunt Taubm. ad Virg. Ecl. 3, 77. Bosius de Pontific. max. Rom. vet. cap. 1. et Tennul. ad Front. 4, 7, 44. Qui tamen vocem margini adscripsit, videri potest sensum Livii non adsecutus esse: *fieri* enim referendum ad praecedens *supplicatio*, hoc modo: supplicatio fuit Diis, quibus ut fieret supplicatio, decemviri ex libris ediderunt; sed tum, pro maxima distinctione, minima post *τό fuit* interpungendum est. Quod vero mox sequatur *ad id sacrificium*, eo referendum est, quod nulla esset supplicatio sine sacrificio, unde Polyb. supplicationem habere exponit *σχολάζειν πανδημεὶ καὶ θύειν τοῖς θεοῖς χαριστήρια τῶν εὐτυχημάτων*, in Exc. Legat. num. 16. Ceterum, confusiorem verborum conlocationem a Livio non esse, putabat Crevier. ideoque reponebat, *quibus Diis fieret, decemviri ex libris ediderunt.* Paullo ante *eorum* deest in Lov. 5. et edd. vett. quod ex Mog. Aldus adoptavit. Concinunt omnes mei, nisi quod solus eorum Lov. 2. *Deorum* praeferat. Insuper *Supplicatioque*, pro *Supplicatio quoque*, Harl. V. ad 5, 27, 1.

§. 6. *Decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt*] MS. contra *lactantibus.* MOD. *nocte latentes rem div. fecerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. antt. Sed *lactantibus* praefert cod. Mog. pro quo *lactentibus* edidit Aldus, adstipulantibus reliquis Mstis. Et recte. *lactans* enim est, quae lac praebet; *lactens*, cui lac praebetur. V. ad 27, 4, 11. Hic vero intelligi sacrificia ex animalibus, quae nondum a matre erant abacta, quae adhuc lacte materno alebantur, inde constat, quod *hostiae majores* et *lactentes* obponantur. V. ad 22, 1, 15. In praecedentibus perperam *paterni omnes maternique* Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn.

§. 7. *Cum signis septem auratis, duobus equis, et marmorea duo labra*] *equis duobus* Mead. 1. *et equitibus duobus* Harl. *et duobus equis* Lov. 2. *et equis duobus* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] quod non displicet. Tum *et marmorea dolabra* Voss. Mead. 1. et Lov. 1. 2. 3. ac 6. quorum ultimus *et duo marmorea dolabra* legit a manu 2. *marmorea dola-*

Digitized by Google

lium adscenditur, cum signis septem auratis, et duobus equis, et marmorea duo labra ante fornicem posuit. Per eosdem dies principes Aetolorum tres 8
et quadraginta, inter quos Damocritus et frater ejus erant, ab duabus cohortibus, missis a M.' Acilio, Romam deducti, et in Lautumias conjecti sunt. co-

bra, omisso τοῦ *et*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [*escenditur* Bamb.]

§. 8. *Principes Aetolorum tres et quadraginta, inter quos Damocritus, quadraginta tres* Lov. 2. et Harl. Infra tamen cap. 46. ubi M.' Acilii triumphus describitur, memorat *captivos nobiles, Aetolos et regios duces sex et triginta*. Pighius in Annal. ad ann. ιοΔΧΙΙΙ. pag. 288. (ubi perperam hunc locum laudat, quasi *sex et quadraginta* legeretur) existimat, in numerorum notis altero locorum vitium latere: in quibus tamen neutro loco variant codd. Livius ibid. narrat, Damocritum Aetolorum ducem, quem cum reliquis captivum Romam a M.' Acilio missum fuisse hic refert, paucos ante triumphum dies, quum e carcere nocte effugisset, in ripa Tiberis consecutis custodibus, priusquam comprehenderetur, gladio se transfixisse. Jam vero licet Livius unius tantum Damocriti, tamquam praecipui, meminerit, potuerunt tamen et alii cum eo evasisse, qui vel non retracti sunt, vel pariter se interimerunt. Potuerunt etiam quidam eorum, qui Romam deducti sunt, vel ex vulnere, vel ex morbo ante triumphum obiisse. Potuit etiam Livius, sui oblitus, alios annales hoc loco, alios c. 46. secutus esse; quod ex eo etiam verisimile redditur, quod hic illos tres et quadraginta vocet *principes Aetolorum*; at c. 46. sex et triginta *captivos nobiles, Aetolos et regios duces*. Quia igitur in neutro loco codd. circa numerum variant, ex aliqua harum rationum potius evenisse censeo, alium numerum hic, alium infra edi, quam ut numerorum notas, invitis Mstis, erroris suspectas habeam. Ceterum *Damotricus*, literis trajectis, Voss. *Damoclitus* Mead. 1. *Democritus* Lov. 3. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. V. ad 31, 32, 1. [*per eos dies* Bamb.]

Et in Latomias conjecti sunt] Plerumque Pall. scriptum habent *Lautumias*. GEBH. Scribe *Lautumias*. Sic in Digestis, Plauto, Cicerone optimos habere libros, dudum summi viri observarunt. Sic lib. 26, 27, 3. nos in sanctioribus invenimus. Et confirmat maxime jocus Sabini apud M. Senecam controv. 27. quae fuit lib. 9. quarta. *Idem cum reus rogaret, ut in Lautumias transferretur, Ne, inquit, quemquam vestrum decipiat, nomen ipsum Lautumiae inde, quod minime lauta res est.* Sic enim vexatissimum locum partim ex scriptis, partim ex conjectura restituo. Amolitur invidiam, et occurrit opinioni, quae ignaris et iniquis nasci poterat, quia Lautumias rogat, hunc mitiorem carcerem esse. Sed hunc opportunum tempori suo sensum corrumpit inepto lusu, ex falsa origine et paribus sonis diversiffi-

Digitized by Google

hortes indé ad exercitum redire, L. Cornelius con-
9 sul jussit. Legati ab Ptolemaeo et Cleopatra, regi-
bus Aegypti, gratulantes quod M. Acilius consul
10 Antiochum regem Graecia expulisset, venerunt: ad-
hortantesque, ut in Asiam exercitum trajicerent,
omnia perculsa metu non in Asia modo, sed etiam
in Syria, esse; reges Aegypti ad ea, quae censuis-
11 *set senatus, paratos fore.* Gratiae regibus actae:
legatis munera dari jussa, in singulos quaternûm mil-
lium aeris.

1 IV. L. Cornelius consul, peractis, quae Romae

morum vocabulorum petito. Ne putetis parum squaloris in hoc carcere esse, ne vos decipiat et fallat nomen, quasi aliquid lauti praeferens, scitote illud nomen ita ortum, ut sint *Lautumiae* dictae, quasi *lautae minime*. Ita non potuisset ludere, si Romani *Latomiae* pronunciassent. J. FR. GRON. *Lautumias* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Hearnii L. 1. *Laumias* Harl. *Lautumas* Mead. 2. *Latumias* Lov. 2. 5. 6. Mead. 1. et edd. vett. *Latomias* Gaertn. quod deinde expresserunt Moguntini, licet ex eod. suo nihil moneant. Eamdem scribendi rationem, quam hoc loco, probat etiam Gronov. ad 39, 44, 7. ubi in pr. ed. not. multa habet, quae deinde huc transtulit. Vide etiam Vossii Etymol. ling. Lat. voce *Lautumiae*, et Dausquej. Orthogr. part. sec. in voce *Latomiae*. Praeterea *consecuti sunt* Voss. Lov. 1. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. *consepti sunt* Lov. 2. *constricti sunt* Harlej. Mox Cornelii consulis praenomen *L.* exsulat a Voss. et Gaertn.

§. 9. *Ab Ptolemaeo et Cleopatra, regibus Aegypti*] 35, [13, 4.] atque adeo non longius biennio ante, Antiochus Ptolemaeo Aegypti regi filiam in matrimonium dederat. Hic vero gener adversus socerum gratulatur Romanis. Porro Livius de Ptolemaeis satis obscure loquitur. Libro enim 31, [14, 5.] de Philippo Macedoniae rege ita ait. *Sed animos ei faciebat, praeter ferociam insitam, foedus ictum cum Antiocho Syriae rege, divisaeque jam cum eo Aegypti opes, cui morte audita Ptolemaei regis ambo imminebant.* de Philopatore Ptolemaeo loquens, de eo, inquam, qui Antiochum memorabili pugna ad Rhaphias vicit, ut scribit Polybius lib. 5. tametsi is quadriennio antea fuerat mortuus. Cum haec autem inter Antiochum et Romanos gerebantur, jam Epiphanes regnabat in Aegypto, cum quo Antiochum in amicitiam regressum author est Eusebius, quam postea rupisse non est incredibile, ut saepe fit inter principes. CLAR. Sic quoque 27, 4. et alibi. V. J. Fr. Gronovium ad. 1, 39. ubi regem Romanum et uxorem ejus *reges* vocat. Sed in Aegypto hoc peculiariter receptum fuisse, ut

Digitized by Google

agenda erant, pro concione edixit, ut milites, quos ipse in supplementum scripsisset, quique in Bruttiis cum A. Cornelio propraetore essent, ut hi omnes Idibus Quinctilibus Brundisium convenirent. Item tres 2
legatos nominavit, Sex. Digitium, L. Apustium, C. Fabricium Luscinum, qui ex ora maritima undique naves Brundisium contraherent: et, omnibus jam paratis, paludatus ab urbe est profectus. Ad quin- 3
que millia voluntariorum ex Romanis sociisque, qui emerita stipendia sub imperatore P. Africano habebant, praesto fuere exeunti consuli, et nomina de-

reginae, tamquam consortes supremi fastigii, in publicis sollemnibus, ac monumentis una cum maritis compellarentur et inscriberentur, docet Illustr. Spanhemius differt. 7. et Praestant. et Us. numism. pag. 423. Adde Freinshem. ad Taciti 2. Ann. 3. DUK.

§. 10. *Ut in Asiam exercitum traduceret*] Ita primus edidit Gronov. anno 1665. quod recentiores servarunt; quum Gruterus in postrema ed. vulgasset *traducerent:* omnes autem ea propres exhiberent *trajicerent*; quod firmant etiam, quoscumque consului codd. quare ut indubitatam Livii manum revocavi. *trajicerent* nempe senatus. Vide ad 4, 58, 4. De verbo *trajicere* vide ad 2, 11, 2. Quemadmodum *traduceret* operarum errore in ed. Gronovii inrepsisse credo, ita concipere nequeo, cur Gruterus *traducerent* pro *trajicerent* dandum censuerit. Mox *omnia perculso metu* perperam Lov. 4. et Mead. 2. Deinde *sed in Syria*, omissa vocula *etiam*, Harl. *Sed* pro *sed etiam* haud raro usurpari, non inficior: vide supra 2, 6, 1. et 38, 32, 4. duorum tamen illorum codd. auctoritas levior est, quam ut eorum fide vulgatum mutarem. Tum *ad omnia, quae senatus* Lov. 1. et 6.

§. 1. *Ut hi omnes Idibus Quinctilibus Brundusium*] *ut biduo omnes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 2. et edd. vett. eamdemque lectionem in margine praefert Mead. 1. *ut biduo omnibus* Gaertn. *ut duo homines* Lov. 4. et Mead. 1. in contextu. Sed recte Aldus ex cod. Mog. recepit *ut hi omnes;* nisi quod forte legendum sit *ut ii omnes.* Pronomen *ii* scribarum errore in aliis Mstis in *duo*, in aliis in *biduo* abiisse videtur. V. ad 36, 43, 11. Quum post voces *ut milites*, antequam orationem absolveret, quaedam interjecisset, perspicuitatis caussa eorum loco repetiit *ut ii*, vel *ut hi omnes.* V. ad 25, 27, 1. Tum *Brundisium* hic et mox §. seq. Lov. 4. V. ad 42, 17, 2. Paullo ante *cum L. Cornelio propraetore* Lovel. 2. et Harl. V. ad cap. 2, 7. Etiam *essent* deest in Harl.

§. 2. *C. Fabricium Lusinum*] Emendatius *Luscinum* scripsis-

Digitized by Google

4 derunt. Per eos dies, quibus est profectus ad bellum consul, ludis Apollinaribus, ante diem quintum Idus Quinctiles, coelo sereno interdiu obscurata lux
5 est, quum luna sub orbem solis subisset. Et L. Aemilius Regillus, cui navalis provincia evenerat, eodem tempore profectus est. L. Aurunculejo negotium ab senatu datum est, ut triginta quinqueremes, viginti triremes faceret; quia fama erat, Antiochum post proelium navale majorem classem ali-
6 quanto reparare. Aetoli, postquam legati ab Roma

set. SABELL. Ita scribunt etiam omnes edd. praeterquam quod *Lusinum* praeferat utraque Tarvis. Ex scriptis *Luscinium* est in Lov. 2. et Gaertn. *Luxinium* in Lov. 3. Tota illa vox deest in Harl.

Et, omnibus jam paratis, paludatus ab urbe est profectus] *To et* non adparet in Lov. 3. interceptum ab ultimis literis vocabuli praecedentis *contraherêt*. Vide infra ad cap. 59, 1. *in omnibus* legit Lov. 2. *inde omnibus* Lov. 6. Tum *peractis* Lov. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. principes, cujus loco *paratis* Aldus ex cod. Mog. emendavit: quod firmant reliqui mei. V. ad 34, 28, 1. Hinc *ex urbe profectus* Lov. 3. Mox §. seq. *enumerata stipendia* Lov. 5. et edd. vett. pro quo *emerita* jam vidi in ed. Ven. anni 1498. [*Romani sociique* Bamb.]

§. 4. *Per eos dies, quibus est profectus ad bellum consul*] *Per eosdem dies* Voss. et Gaertn. V. ad 10, 10, 6. Tum *profectus consul ad bellum* Lov. 1. 3. et Voss.

Ludis Apollinaribus, ad quintum Idus Quinctiles] Scribendum *ludis Apollinaribus a. d. II. Idus Quintiles* etc. et ita supra corrigendum, ubi *III* scriptum est, pro *II*. nam in antiquo Kalendario est *PRID. ID.* quod veteres ponebant pro *ante diem secundum*. URSIN. *qui ad quinto Idus* Voss. *qui ad quintum Idus* Gaertn. *ad quinto Idus* Harl. *ad quintum Idus* Lov. sex, et Mead. uterque. [Bamb.] Sed passim voces *ante diem*, per literas singulares *a. d.* scribi solitae, ab indoctis librariis in *ad* mutatae sunt. V. ad 27, 23, 7. Minime tamen cum Ursino *a. d. II. Idus* legendum censeo. Inveni enim apud Livium 27, 23, 7. *P. Licinius Varus praetor urbis ludos Apollinares primus ita vovit, fecitque ante diem tertium Nonas Quinctiles. Is dies deinde sollemnis servatus.* Hi ludi autem hoc tempore per plures dies edebantur, a tertio nempe Nonas Quinctiles in tertium Idus ejusdem mensis. Vide Noris. ad Cenotaph. Pis. diss. 2. c. 6. pag. 137. et Dodwell. de Cycl. Diss. 4. §. 16. Recte ergo ludi Apollinares in *ante diem quintum Idus Quinctiles* incidisse dicuntur. Nescio etiam, num alibi Livius *secundo Idus*, pro *pridie Idus*, dixerit. Alia quaestio est, utrum eclipsis illa solis, quae

Digitized by Google

retulerunt, nullam spem pacis esse, quamquam omnis ora maritima eorum, quae in Peloponnesum versa est, depopulata ab Achaeis erat, periculi magis, 7
quam damni, memores, ut Romanis intercluderent iter, Coracem montem occupaverunt. neque enim dubitabant, ad obpugnationem Naupacti eos principio veris redituros esse. Acilio, qui id exspectari 8
sciebat, satius visum est, inopinatam adgredi rem, et Lamiam obpugnare. Nam et a Philippo prope 9
ad excidium adductos esse; et tunc eo ipso, quod

mox memoratur, in ludos Apollinares, et quidem in quintum Idus Quinctiles hoc anno inciderit, de qua vide Ismaël. Bullialdi differt. a Gronovio Livii ultimo tomo subjectam, quae etiam nostrae huic editioni inseretur, et Dodwell. in App. ad Praelect. Cambd. pag. 757. Mox *sub orbem solis subiisset* Lov. 6. et Gaertn. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad 36, 20, 3. *sub solis orbem subisset* Lov. 2. *sub orbe solis subisset* Lov. 5. *sub orbe solis subiisset* ed. Camp. [*sub urbe solis* Bamb.]

§. 5. *Triginta quinqueremes, viginti triremes*] Duae ultimae voces exsulant ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et primis edd. antequam Aldus ex Msto Mog. adderet. In initio hujus §. prima vocula *Et* deest in Lov. 2. intercepta ab ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7.

§. 6. *Aetoli, priusquam legati*] Editi priores, Voss. Thuan. *Aetoli postquam legati*. Nec video, cur ipsi, in pace et Romanorum benevolentia unicam spem ponentes, primi hostilia inchoare constituerint, nisi postquam a Romanis se rejectos noverunt. JAC. GRON. Illud *priusquam* recentiores ex postrema Gruteri ed. adoptarunt, invitis non tantum omnibus prioribus edd. sed et omnibus Msis nostris, et Oxonn. Hearnii. Recte igitur Clericus et Crevier. priorem lectionem revocarunt. Mox *retulerant* Harl. Deinde vox *maritima* non adparet in Lov. 6. nec verbum *est* in Harl.

§. 7. *Coracem montem occupaverunt*] *Cor. occupavere montem* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *Cor. occupaverunt montem* Msti reliqui, et edd. principes. *Cor. occupaverant montem* ed. Mog. sed verisimiliter operarum errore, quem tamen reliqui servarunt usque ad Frob. is autem anno 1535. *Cor. montem occupaverunt* substituit. Paullo ante *Romanis intercluderetur iter* Lov. 5. et edd. vett. Primus Aldus dedit *intercluderent*, concinentibus ceteris Msis. In fine §. *τὸ esse* non agnoscit Harl.

§. 8. *Qui id exspectari sciebat, satius visum est, inopinatam adgredi rem*] *quia id exspectari* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. Frobeniana anni 1535. priores. Utrumque ferri potest. Saepe autem

Digitized by Google

10 nihil tale timerent, obprimi incautos posse. Profectus ab Elatia primum in hostium terra circa Sperchium amnem posuit castra: inde nocte motis signis, prima luce corona moenia est adgressus.

1 V. Magnus pavor ac tumultus, ut in re inprovisa, fuit. constantius tamen, quam quis facturos crederet, in tam subito periculo, quum viri propugnarent, feminae tela omnis generis saxaque in muros gererent,

eodem modo variarunt codd. V. ad 36, 33, 5. Deinde *satis visum est* Voss. et Lov. 6. Male. *satius esse* est praestare. Supra 5, 53, 8. *In casis ritu pastorum agrestiumque habitare est satius.* ubi etiam quaedam vide. 34, 49, 2. *Satius visum esse, tyrannum debilitatum relinqui.* 37, 26, 13. *Quanto satius esse, socios obsidione eximere.* 39, 10, 2. *Mori et sibi et illi satius esse.* Pro *satius* eodem errore *satis* etiam supra datum erat a librariis 3, 70, 4. Dein *opinatam adgredi rem* Lov. 1. 2. et Voss. [Bamb.]

§. 9. *Nam et a Philippo prope ad exscidium adductos esse, et tunc eo ipso*] Prius *et* non adparet in Lov. 1. et 6. V. ad 2, 44, 3. *exscidium* invitis libris omnibus inductum est a Clerico, quod Crevier servavit. Sed priorem scripturam *excidium* revocavi. V. ad 5, 15, 9. *prope excidium* Lov. 5. quomodo etiam Sigonius edidit. Similiter et se in ed. principe reperisse, auctor est Crevier. Utroque modo Livium locutum esse, vidimus ad 6, 42, 10. Verius itaque est, ut pluribus scriptis et editis adhaereamus. Deinde *ductos esse* Lov. 1. et Harl. *deductos esse* Gaertn. *adductos* nempe Aetolos, intelligit Doujatius; malo incolas Lamiae. V. ad 38, 29, 9. Insuper *et nunc eo ipso* Voss. et Gaertn. quod non displicet. *nunc* nempe illo ipso tempore, quo consilium hoc Acilius capiebat. V. ad 3, 6, 1. Saepe hae voculae in membranis commutantur. V. ad 2, 54, 5. 3, 6, 1. 8, 5, 3. 21, 19, 4. 34, 38, 1. 35, 10, 8. [?] et alibi. Adde Barth. ad Statii 6. Theb. 191. Nic. Heins. ad Nas. 5. Met. 147. et Cel. Burm. ad Ovid. 18. Her. 95. 2. Amor. 5, 23. 1. Met. 321. et 2. Met. 218.

§. 10. *Circa Sperchium amnem*] *Spertheum* Voss. *Sperchenum* Gaertn. Voluisse videntur *Spercheum*, quod praeferunt Lovel. 1. 2. et 4. [Bamb.] Vide ad 36, 14, 15.

§. 1. *Constantius tamen, quam quis facturos crederet*] Pall. *constantius, quam quis fact. cred.* GEBH. Similiter Mead. 2. et Lov. 4. ac 6. Sed reliqui vocem *tamen* servant. *futuros* Lov. 3. V. ad 32, 8, 15. Paullo ante *ut re inprovisa* Lov. 1.

Multifariam scalis adpositis, urbem eo die defenderunt] MS. *in muros gererent, jam multifariam scalis appositis.* MOD. Lectionem, quam ex Mog. cod. profert Modius, recipien-

Digitized by Google

rent, jam multifariam scalis adpositis, urbem eo die defenderunt. Acilius, signo receptui dato, suos in 2 castra medio ferme die reduxit: et tunc cibo et quiete refectis corporibus, priusquam praetorium dimitteret, denunciavit, *ut ante lucem armati paratique essent. nisi expugnata urbe, se eos in castra non reducturum.* Eodem tempore, quo pridie, pluribus 3 locis adgressus, quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficeret, intra paucas horas

dam esse, ad marginem Livii monuit Cl. Perizon. cui morem gessi, licet nullus meorum Mstorum accedat. *defendunt* Lov. 6. V. ad 10, 12, 4. [*nigererent multifariam* Bamb.]

§. 2. *Medio ferme diei reduxit*] Vet. lib. *medio ferme die.* SIGON. Similiter omnes nostri et edd. vett. pro quo *medio ferme diei* Frob. anno 1535. adscivit. Eum autem ita ex mente Gelenii edidisse, et Gelenium lectionem hanc in cod. Mog. invenisse, suspicio est. Est autem locutio Liviana, ut vidimus ad 27, 2, 9.

Et tunc cibo et quiete refectis corporibus] Pall. et vet. ed. *et quidem cibo et quiete refectis.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. *et cibo*, omissa media voce, Lov. 2. Vulgati auctor exstitit Aldus, qui id ex cod. Mog. probavit. Praeterea mox *in castra reducturum*, omissa particula *non*, Lov. 1. et 3. quasi praecedens *nisi* positum esset pro *non nisi*, quo sensu eam interdum usurpari, nonnullis viris doctis visum est. Sed v. ad 34, 16, 1.

§. 3. *Quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficeret*] *oppidanis* Voss. et Lov. 6. Male. V. ad 22, 49, 3. Deinde *deficerent* iterum Voss. quod genus loquendi Livio non inusitatum esse, vidimus ad 3, 30, 1. Verum et alterum eidem non displicuit. Supra 2, 1, 5. *Priusquam pignora conjugum ac liberorum, caritasque ipsius soli animos eorum consociasset.* 3, 7, 1. *Dii praesides ac Fortuna urbis tutata est.* c. 38, 4. *Non nuncii solum, sed per urbem agrestium fuga trepidationem injecit.* c. 66, 2. *Tribunis et plebe incitata in Patres.* 5, 13, 1. *Adeo ut viae clausae, Tiberis innavigabilis fuerit.* 8, 23, 8. *Nostra certamina arma et communis Mars belli decernet.* 9, 11, 2. *Samniti populo omnes, aut pro iis pax debetur.* 25, 26, 9. *Quotidianaque funera et mors ob oculos esset.* 30, 3, 5. *Magis pacis conditiones, quam spes ulla desciturum adferebatur.* 36, 2, 8. *Ita ut in iis duae partes sociûm Latini nominis, tertia civium Romanorum esset.* 37, 9, 3. *Naves quoque et praesidium Romanorum excessit.* 41, 11, 1. *Quo se principes Istrorum et regulus ipse Aepulo receperat.* 42, 54, 3. *Vigiliae et continens labor conficiebat.* Vide Cel. Burm. ad Ne-

Digitized by Google

urbem cepit. Ibi, partim divendita, partim divisa praeda, consilium habitum, quid deinde faceret.
4 Nemini ad Naupactum iri placuit, occupato ad Coracem ab Aetolis saltu. ne tamen segnia aestiva essent, et Aetoli non impetratam pacem ab senatu nihilominus per suam cunctationem haberent, obpugnare Acilius Amphissam statuit. ab Heraclea per
5 Oetam exercitus eo ductus. Quum ad moenia castra posuisset, non corona, sicut Lamiam, sed operibus obpugnare urbem est adortus. Pluribus simul

mes. Cyn. 202. et Corte ad Plinii 1, 3. Quum igitur utraque locutione Livius usus sit, praestare nemo negabit, ut plures codd. quam ut unum sequamur. Paullo ante *multis locis* cod. Moguntinus. Mox vero *inter paucas horas* Lov. 3. Sed v. ad 5, 27, 3.

Partim divendita, partim divisa praeda] *dividendi tā*, pro *divendita*, Mead. 2. *dividendi cā* Lov. 2. *dividendi causa* Harl. et Mead. 1. *dividendi cā tam* Lov. 1. *dividendi caussa tam* Voss. *dividendi cā tū* Lov. 6. et Gaertn. *dividendi capta* Lov. 3. *dividendi eam* Lov. 4. V. ad 1, 53, 3.

§. 4. *Nemini ad Naupactum iri placuit*] MS. *ire placuit* MOD. Codices nostri nihil mutant.

Obpugnare Acilius Amphissam statuit. ab Heraclea per Oetam] Notandum est hoc iter, nam ad locorum hic obscure positorum notitiam conducit. Inter Heracleam atque Naupactum Coraca ait interjectum: inter eandem autem et Amphissam, Oetam. Amphissa sane Locrorum Ozolarum oppidum est, authoribus Strabone ac Stephano. *Ab Heraclea* autem ait, pro *ab Lamia* propter propinquitatem urbium, nisi sit menda in codicibus, ut suspicor. GLAR. *Aphisam* Harl. *Amphixam* Lov. 3. *Amphysā* Mead. 1. *Amphisam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. Sed constanter Latinis *Amphissa* Graecis Ἄμφισσα in optimis libris vocatur. Mox *eo deductus* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. [Bamb.]

§. 5. *Nihil adversus tale machinationis genus parare, aut comminisci oppidani conabantur*] Pall. uterque *eminisci*. vet. ed. *emenisci*. Sic scriptum lib. 40, 8. in omnibus nostris codd. *Dicite palam, quidquid aut veri potestis, aut eminisci libet*. GEBH. Scripti *tale oppugnationis genus*. At mox ibidem: *qui circa opera et machinationes erant*, non *machinas*. Sane neque vulgatum incommodum valde, neque sic mutandi caussam idoneam habuisse videntur. 24, [19, 8.] *Vineae inde omniaque alia operum machinationumque genera quum admoverentur*. 25. [11, 10.] *Quum jam machinationum omni genere et operibus oppugnaretur*. 27, [15,

Digitized by Google

locis aries admovebatur; et quum quaterentur muri, nihil adversus tale machinationis genus parare, aut comminisci oppidani conabantur. omnis spes in 6
armis et audacia erat. eruptionibus crebris et ſtationes hoſtium, et eos ipsos, qui circa opera et machinas erant, turbabant.

VI. Multis tamen locis murus decussus erat, 1
quum adlatum eſt, succeſſorem, Apolloniae exposito exercitu, per Epirum ac Thessaliam venire. Cum 2
tredecim millibus peditum et quingentis equitibus

5. *Naves partim machinationibus onerat apparatuque moenium oppugnandorum, partim tormentis et saxis, omnique missilium telorum genere instruit.* J. FR. GRON. Hoc loco vocem *machinationis* servant omnes, quos vidi, ac consului, codices; et nihilominus mox §. seq. *circa opera et machinationes* praeferunt eorum plerique, nempe Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] Moguntini vero ex cod. suo nihil notarunt; unde verisimile fit, eum ſtetisse pro vulgato, a quo propterea discedere religioni fuit. Crevierius contra, qui de lectione cod. sui hoc loco nihil monet, sed mox etiam in Victor. *circa operas et machinationes* invenit, id, quod in scriptis esse Gronov. teſtatur, recepit. Cur tamen *tale machinationis genus*, etsi tolerari possit, nihilominus minus idoneum huic loco videri dicat, me ignorare profiteor. Dixerat Livius, Acilium pluribus locis arietem admovisse, oppidanos vero nihil parasse adversus tale genus *machinationis*, id eſt machinae. Eo enim sensu vocem illam a Livio usurpari Gronovius docuit. Similiter Sall. Jug. 92. *Turribus et aliis machinationibus locus importunus.* Et ita *machinamenta* utitur Liv. 24, 34, 7. *Turres contabulatas machinamentaque alia quatiendis muris portabant.* Praeterea *eminisci* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *eminisci* Voſſ. Lov. 1. 4. et Mead. uterque. Per compendium scriptum fuerat *cminisci:* id prave intellectum librarii reddiderunt *eminisci.* V. ad 22, 40, 8. Adde ad 33, 4, 5. 34, 37, 7.

§. 6. *Eruptionibusque crebris et stationes hostium, et eos ipsos*] Particulam *que* ignorant omnes noſtri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad eam, quam Curio vulgavit. Quum autem ea omiſſa sensus conſtet, etiam induxi. Praeterea prius *et* male exsulat ab Harl. et Lov. 2. V. ad 2, 44, 3. Paullo ante *omnium spes* Gaertner. V. ad 6, 22, 6. [*turbabantur* Bamb.]

§. 2. *Cum tribus millibus peditum et quingentis equitibus*] in priori numero vitium eſt. Dixit enim paulo ante [cap. 2.] consuli in supplementum data esse civium Romanorum peditum tria millia, equites centum, sociûm nominis Latini quinque

Digitized by Google

consul veniebat. Jam in sinum Maliacum venerat: et praemissis Hypatam, qui tradere urbem juberent, postquam responsum est, nihil, nisi ex communi Aetolorum decreto, facturos; ne teneret se obpugnatio Hypatae, nondum Amphissa recepta, praemisso

millia, equites ducentos. Et post [cap. 4.] *Ad quinque millia voluntariorum ex Romanis sociisque, qui emerita stipendia sub imperatore P. Africano habebant, praesto fuere exeunti consuli, et nomina dederunt.* Quo fit, ut non *tria*, sed *tredecim millia* secum duxerit. Equitum etiam numerus auctus est, quod edixit, ut milites, qui in Bruttiis cum A. Cornelio propraetore essent, adessent [c. 4.] XII. etiam millia secum adduxisse M'. Acilium, qui ante se rem gesserat, scripsit, [36, 14.] SIG. *cum XIII. millibus* est a conjectura Sigonii. Constanter Pall. et vet. ed. *cum tribus millibus*. GEBH. Non aliter etiam omnes nostri. [et Bamb.] Paullo ante §. 1. *per Epirum et Thessaliam* Lov. 6. *per Epirum in Thessaliam* Harl.

Jam in sinum Maliacum venerat] Considerandum etiam atque etiam toto hoc loco, num aliquid omissum sit. Nam si Apolloniae exercitus expositus erat perque Epirum ac Thessaliam veniebat consul novus, oportuit certo prius Hypatam venire, quam in sinum Maliacum. Nisi quis tria haec millia peditum et quingentos equites una cum consule mari venisse contendat, reliquum vero exercitum terra: quod equidem nescio, quam probem. GLAREAN. Si L. Scipio exposito Apolloniae exercitu per Epirum atque Thessaliam in Aetoliam venit, ut et superiore versu ait Livius, et paulo post [cap. 7.] cum inquit *ab Amphissa Thessaliam repetit*, videndum est quemadmodum in Maliacum sinum venerit, atque ante in sinum venerit, quam Hypatam. neque enim, mari venisse in sinum, ex verbis Livii intelligi potest, neque item ex Appiano, qui ita ait [in Syriac. pag. 100.] Πούπλιος δὲ Σκιπίων ἀφικόμενος ἐς Αἰτωλίαν μετὰ τοῦ ὑπάτου καὶ τοῦ Μανίου στρατὸν παραλαβὼν, τὰς μὲν ἐν Αἰτωλίᾳ πολιορκίας ὑπερεῖδεν. Ex his autem locis, quae hoc loco nominatae sunt, sinus Maliacus est supra Euboeam insulam. Hypata est oppidum Thessaliae, siquidem est in Perraebia Thessaliae regione. Amphissa Locrorum Ozolorum non longe a Naupacto. cum ergo Scipio per Epirum et Thessaliam in Aetoliam veniret, nuncios Hypatam, ut se dederet, praemisit, et re infecta ducit Amphissam Aetolorum: inde ab ejus obsidione, inquit, Thessaliam repetit, ut per Macedoniam et Thraciam duceret exercitum in Asiam. Haec cum ita sint, appâret, non *in sinum Maliacum*, qui supra Euboeam est, Scipionem venisse, sed *in finem Maliacum*. Est autem Maloea oppidum in Perraebia Thessaliae, Livio ipso auctore. itaque lib. 42, [40, 6.] ait: *Per Thessaliam et Maliensem agrum cum exercitu contra foedus Delphos isti.* Stephanus illos Μαλιέας, hos Μηλιέας vocat. Sic enim scribit: Μαλιεὺς πόλις ἐπώνυμος τῶν Μαλιέων. ὁ πολίτης Μαλιεύς. ἔστι καὶ Μαλιακὸς κόλπος. λέγεται καὶ Μαλεάτης. Post autem: Μη-

Digitized by Google

fratre Africano, Amphissam ducit. Sub adventum 3
eorum oppidani, relicta urbe, (jam enim magna ex
parte nudata moenibus erat) in arcem, quam inex-
pugnabilem habent, omnes armati atque inermes
concessere. Consul sex millia ferme passuum inde 4

λος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. τὸ ἐθνικὸν οἱ Μήλιοι, οἱ δὲ ἐν Θετταλίᾳ Μηλιεῖς, καὶ διὰ τοῦ ἄλφα Δωρικῶς Μαλιεῖς. γίγνεται καὶ ἀπὸ τοῦ Μῆλος Μηλιεὺς καὶ Μηλιακὸς, καὶ Μῆλις ἡ χώρα. Ut autem hic dixit *finem Maliacum*, pro *fines*, sic 34, [56.] *finem Pisanum*. Fecit autem illustris fama *sinus Maliaci*, ut rudes librarii *sinum Maliacum*, pro *finem*, scripserint. SIGON. Iterum Sigonius conjectaverat *in finem Maliacum*. Omnes nostri libri *Jam in sinu Maliaco venerat*. GEBHARD. A mirante hic Glareano, quomodo ante in *Maliacum sinum* venerit consul, quam Hypatam, abreptus Sigonius corrigit *finem Maliacum*. Idem igitur faciendum illis fuerat libro praecedenti [cap. 14, 12. 15.] ubi Glabrionis iter describitur: *Ducere tum porro in sinum Maliacum coepit. Appropinquante faucibus, super quas siti Thaumaci sunt*, etc. *A Thaumacis altero die consul ad Sperchium amnem pervenit: inde Hypataeorum agros vastavit*. Heliodorus lib. 2, [cap. 34.] *Οἱ μὲν Αἰνιῆνες Θετταλικῆς ἔτι μοίρας τὸ ἐυγενέστατον, τὸ μὲν ἄλλο τῷ Μαλιακῷ κόλπῳ παρατεινόμενον· μητρόπολιν δὲ σεμνυνόμενον Ὑπάτην, ὡς μὲν ἀυτοὶ βούλονται ἀπὸ τοῦ τῶν ἄλλων ὑπατεύειν καὶ ἄρχειν ὠνομασμένην· ὡς δὲ ἑτέροις δοκεῖ, διόπερ ὑπὸ τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει κατῴκισαι.* J. FR. GRON. Idem Gronov. ad 28, 5, 15. docet, *sinum Maliacum* hic poni pro terris circa illum sinum: similiter Cl. Duker. *Lirim* apud Flor. 1, 18, 28. accipit pro regione circa fluvium Lirim. Ceterum *in sinu Maliaeu* Mead. 1. *in sinu Maliaco* Voss. Lov. sex, Mead. 2. et Gaertn. quod se etiam in scriptis suis reperisse, Doujatius testatur. Mox *juberentur* Mead. 2. [*juberet* Bamb.] Sed v. ad 39, 12, 8. [*Jam enim in sinu Maliaco*. mox *postquam nihil responsum est* Bamb.]

Praemisso fratre Africano, Amphissam ducit] Corrupte omnes nostri libri *amplissimum agmen ducit*. GEBH. *amplissimum ducit agmen* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *amplissimum agmen ducit* Lovel. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. [*amplissimam ducit* Bamb.] Primus Frobenius anno 1531. vulgavit *ad Amphissam agmen ducit*; at quadriennio post, duabus vocibus expunctis, *Amphissam ducit*; quod verum est. Displicuit librariis *τὸ ducere* sine casu positum; quod tamen Livio est familiare. V. ad 1, 23, 5. et 23, 18, 13.

§. 3. *Magna ex parte nudata moenibus erat*] *magna parte* Gaertn. V. ad 38, 3, 4. Paullo ante *Sub adventu eorum* Voss. et Gaertn. V. ad 2, 55, 1.

§. 4. *Consul sex millia ferme passuum inde posuit castra*] MS. *Consul ab sex millibus ferme passuum inde posuit castra*. MOD. Pall. *concessere. in sex millia ferme passuum inde p.*

Digitized by Google

posuit castra. eo legati Athenienses primum ad P. Scipionem, praegressum agmen, (sicut ante dictum est) deinde ad consulem venerunt, deprecantes pro
5 Aetolis. Clementius responsum ab Africano tulerunt: qui caussam relinquendi honeste Aetolici belli quaerens, Asiam et regem Antiochum spectabat, jusseratque Athenienses, non Romanis solum, ut pacem bello praeferrent, sed etiam Aetolis persuadere.

c. *eo legati inde Athenienses.* GEBH. Vox *Consul* in nullo extat meorum codd. nec Hearnii L. 1. [Bamb.] et vett. edd. Aldus demum eam ex cod. Mog. addidit. Praeterea *in sex millia ferme passuum inde posuit castra* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *inde sex millia ferme passuum inde posuit castra* Lov. 6. *inde sex millia ferme passuum posuit castra* Harl. *ab sex millibus fere passuum inde* Mog. cod. Sed nihil muto. V. ad 4, 9, 13. Cum his conferenda sunt, quae ex reliquiis Polybianis extant in Exc. Legat. num. 17. ubi consul cum fratre castra posuisse dicuntur ἐν ξ' σταδίοις ἀπὸ τῆς Ἀμφίσσης, sive *sexaginta stadia ab Amphissa:* quod Casaubonus reddidit *octo ferme passuum millia ab Amphissa.* non male. Polybius enim pro mille passibus numerare solet octo stadia et duo jugera, sive tertiam stadii partem, teste Strabone 7, 322. Sexaginta igitur stadia efficiunt septem millia et ducentos passus, ac stadium continet centum viginti passus. Unde constat, Livium potuisse dicere *septem millia ferme passuum*, id est, paullo plus quam septem millia; sed omnes codd. in *sex millia* consentiunt. At sex millia passuum efficiunt quinquaginta stadia: neque tamen dici potest, Livium apud Polyb. suo tempore scriptum invenisse ἐν ν' σταδίοις: ita enim non addidisset vocalem *ferme*, quae tum usurpatur, quum numerus vel paullo minor, vel, ut hic, paullo major sit, quam qui editur. V. ad 1, 40, 3. Mox *eo legati in*, vel *iñ*, id est inde, *Athenienses* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Dein *ad P. Affri. Scipionem* Voss. *ad P. Affricanum Scipionem* Gaertn. Sed mediam vocem a Livio non profectam credo.

Sicut ante dictum est] Vox *ante* non comparet in Harl. quam recte reliqui servant; in hac enim formula Livio amata, et saepissime adhibita est. Supra 22, 28, 8. *missis paucis ad capiendum, quem ante diximus, tumulum.* 26, 39. 5. *Classem viginti navium. sicut ante dictum est, effecit.* 28, 7, 13. *Torone, sicut paullo ante dictum est, recepta profectus.* 37, 8, 6. *Classis Romana, sicut ante dictum est, ad Canas hibernabat.* cap. 41, 8. *Quadrigas in prima acie, ut ante dictum est, locaverat rex.* 38, 6, 1. *Tribus locis, sicut ante dictum est, ad Pyrrheum opera Romana erant.* Mox *ad consulem devenerunt* perperam Gaertn.

§. 5. *Non Romanis solum, ut*

Digitized by Google

Celeriter, auctoribus Atheniensibus, frequens ab Hypata legatio Aetolorum venit: et spem pacis eis sermo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit, commemorantis, *multas gentes populosque in Hispania prius, deinde in Africa, in fidem suam venisse. in omnibus se majora clementiae benignitatisque, quam virtutis bellicae, monumenta reliquisse.* Perfecta videbatur res, quum aditus consul idem illud respon- 6 7

pacem bello praeferrent, sed etiam Aetolis persuadere] *non solum ut praeferrent pacem belli, Romanis, sed etiam persuadere Aetolis* cod. Mog.

§. 6. *Frequens ab Hypata legatio Aetolorum venit*] *ad Hypatam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. [*ab Hypata* omittit Bamb.] Primus Aldus *ab Hypata*, fidem cod. Mog. secutus, probavit; cui consentire videtur Lovel. 6. unde nihil notatum reperio. Verum insuper vox *Aetolorum* exsulat ab codem Mog. Mox *spem pacis sermo etiam* Lov. 6. *spem eis pacis sermo etiam* Lov. 1. *spem eis pacem etiam sermo* Gaertn. *spem eis pacem sermo etiam* Voss. *spem eis pacemque sermo etiam* Lov. 3. Tum *quem priorem audierunt* Lov. 1. 3. 6. Harl. et Mead. 1. sollemni scribarum errore. V. ad 10, 12, 2. et mox hoc cap. §. seq. *quem priorem adjicerant* Gaertn. cujus scriba voluisse videtur *adierant*. sed vulgatum recte superest in reliquis scriptis, omnibusque editis.

Auxit, commemorandis] Verius, quod reperi in Pal. posteriore: *auxit commemorantis*. In Pal. pr. et vet. ed. *commemorantes*. GEBH. *commemorandis* operarum errore inrepsit in solam ed. Gruteri anni 1608. quod aliae sponte emendarunt. *commemorantes* Lov. 3.

Multas gentes populosque in Hispania prius] MS. *multas gentes populosque et in Hispania prius*. MOD. *in Hispania primo* Lov. 5. et edd. principes. *in Hispania prius* primus Aldus recepit ex Msto Mog. Nec aliter reliqui nostri, nisi quod *in Hispanis prius* dederit Gaertn.

§. 7. *Aditus consul idem illud responsum retulit, quo fugati ab senatu fuerant*] Aliud Livio sane est *responsum referre*, ut infra c. 28, 3. *Hoc tam triste responsum quum retulissent legati*. Aliud *reddere responsum*, ut 38, 9, 1. *Adversus quae legati, nullo reddito responso, domum regressi sunt*. Quod huc desiderari apparet. JAC. GRON. Non contemnenda quidem, sed tamen non omnino necessaria esse videtur haec emendatio. *Referre* saepe est repetere, renovare. 3, 55, 6. *Relatis quibusdam ex magno intervallo caerimoniis*. 26, 19, 7. *Hic mos retulit famam in Alexandro magno prius vulgatam*. Sueton. Caes. 20. *Antiquum retulit morem*. V. Serv. ad Virg. 5. Aen. 596. et 8, 342. Unde *re-*

Digitized by Google

sum retulit, quo fugati ab senatu fuerant. Eo tamquam novo quum icti Aetoli essent, (nihil enim nec legatione Atheniensium, nec placido Africani responso profectum videbant) referre ad suos dixerunt velle.

1 VII. Reditum inde Hypatam est, nec consilium expediebatur. nam neque, unde mille talentûm daretur, erat; et, permisso libero arbitrio, ne in cor-
2 pora sua saeviretur, metuebant. Redire itaque eosdem legatos ad consulem et Africanum jusserunt, et petere, ut, si dare vere pacem, non tantum ostendere, frustrantes spem miserorum, vellent, aut ex

ferre aliquid saepe pro meminisse, repetere, recolere mente, dici adnotavit Heinsius ad Ovid. Epist. Oenon. vers. 113. Quin et *referre* dicuntur respondentes. Virg. 4. Aen. 31. *Anna refert.* et vers. 333. *Tandem pauca refert.* Erunt fortasse, quibus haec non placebunt. Sed non libenter moveo terminos veteres, id est, scripturam receptam, quae probabili aliqua ratione defendi potest; praesertim si ipsa quoque libros scriptos auctores habet. Conjecturas in medium proferre liberum est. DUK. Vulgatum etiam defendit Cl. Crevierius, et *referre* hic exponit iterum dare, iterare. Inlustrat autem loco Livii 24, 45, 3. *referre proditionem proditis.* et Cic. pro Caec. c. 29. Nostri etiam constanter omnes *retulit.* Attamen integrae locutionis *referre responsum*, pro idem responsum iterum dare, aliud exemplum me legere non memini. *referre* autem et *reddere* saepius commutarunt librarii. V. Cel. Burm. ad Nas. 3. Met. 387. Tum *auditus consul* Lov. 5. et 6. Vide ad §. praec. *fuerant* autem est ab Aldo. Priores *fugati ab senatu erant*, quod probant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Hearnii L. 1. [*Perfecta virtutis videbatur* Bamb.]

Nihil enim nec leg. Ath. nec pl. Afr. responso profectum videbant] Pall. continent *perfectum.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Frobeniana anni 1535. antiquiores. Lapsus hic scribarum in Mstis frequens est. V. ad 3, 43, 6. 4, 9, 8. c. 43, 3. 5, 49, 1. 6, 36, 4. 34, 40, 4. 37, 51, 7. De origine erroris vide ad 9, 10, 7. Tum *videbatur* Harl. et Gaertn. V. ad 38, 40, 1. Insuper *nec enim nihil legatione* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *etenim nihil legatione* Lov. 6. V. ad 4, 7, 5.

§. 1. *Permisso libero arbitrio, ne in corpora sua saeviretur, metuebant. Redire itaque*] Pall. *Venire itaque.* GEBH. *libero arbitrio, metuebant redire, ne in corpora sua saeviretur. Itaque* cod. Mog. *metuebant venire. Ita-*

Digitized by Google

summa pecuniae demerent, aut permissionem extra civium corpora fieri juberent. Nihil impetratum, ut 3
mutaret consul: et ea quoque irrita legatio dimissa est. Secuti et Athenienses sunt: et princeps lega- 4
tionis eorum Echedemus fatigatos tot repulsis Aetolos, et complorantes inutili lamentatione fortunam gentis, ad spem revocavit; auctor inducias sex mensium petendi, ut legatos Romam mittere possent. *Dilationem nihil ad praesentia mala, quippe quae ul-* 5
tima essent, adjecturam. levari per multos casus, tempore interposito, praesentes clades posse. Auctore 6
Echedemo iidem missi, prius P. Scipione convento,

que eosdem legatos ad consulem et Africanum miserunt petere Voss. Lov. 6. et Gaertn. *metuebant. Venire ita* Lov. 1. *metuebant. Venire itaque* reliqui codd. [Bamb.] et edd. vett. Frobenius postea anno 1535. τῷ *Venire* substituit *Redire*, et quidem, ut videtur, fide cod. Mog. licet tamen in eo vox illa non suo loco posita fuerit. Paullo ante *nec consilium expediebant: nam neque, unde mille talenta darentur, erat* Lov. 1. Sed *mille talentûm daretur* inlustravimus ad 37, 1, 3.

§. 2. *Aut ex summa pecuniae demerent*] *ederent* Voss. literis transpositis, quum forte *dēerent* scriptum fuisset. *ederunt* Lov. 1. *detraherent* Harl. ex glossa interpretis. Verbum *demere* cum praepositione *ex* junctum inlustravimus ad 34, 54, 5. Mox §. seq. *Et nihil impetratum* Voss. et Gaertn. Posses existimare, eos dare voluisse *At nihil*. Saepe enim *et* atque *at* commutantur. V. ad 36, 35, 7. Verius tamen est, illud *Et* natum esse ex ultimis literis praecedentis *juberēt*. V. ad 39, 18, 8.

§. 4. *Princeps legationis eorum Echedemus*] *Euthidemus* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1536. praeeunte cod. Mog. recte dedit *Echedemus*. Nam apud Polyb. Exc. Leg. num. 17. pariter Ἐχέδημος vocatur. Nec multum abeunt reliqui codd. *Achidemus* est in Lov. 3. *Ethidemus* in Voss. *Echidemus* in Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. [Bamb.] V. etiam ad 33, 16, 4. Similiter fere variant codd. §. 6.

§. 5. *Mala, quae ultima essent, adjecturam. levari*] Pall. *quippe quae ultima essent*. GEBHARD. Voss. *Dilationem nihil ad praesentia mala, quippe quae ultima essent, adjecturam. et levari. Tò quippe* habent et veteres omnes ab Andrea ad Frobenium. Primus omisit Curio. J. FR. GRON. Non primus Curio est, qui τὸ *quippe* omisit; id enim ante eum jam ejecerunt Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. Vascos. et Gryph. Deest etiam

Digitized by Google

per eum inducias temporis ejus, quod petebant, a
7 consule impetraverunt: et, soluta obsidione Amphissae, M.? Acilius, tradito consuli exercitu, provincia decessit: et consul ab Amphissa Thessaliam repetit, ut per Macedoniam Thraciamque duceret
8 in Asiam. Tum Africanus fratri, *Iter, quod insistis, L. Scipio, ego quoque adprobo: sed totum id ver-*
9 *titur in voluntate Philippi. Qui, si imperio nostro fidus est, et iter, et commeatus, et omnia, quae in longo itinere exercitus alunt juvantque, nobis suppeditabit. si is destituat, nihil per Thraciam satis tu-*

in Lov. 6. Sed videtur hauftum esse a sequenti *quae*, idque tanto pronius erat, quum vel sine eo sensus constaret: contra enim *quae*, sine quo tamen sensus integer non est, exsulat a Lov. 1. absorptum a praecedenti *quippe*. Verius enim puto, *quippe*, ab uno vel altero scriba male omissum, quam a tot aliis male additum esse. Locutio autem *quippe qui*, juncto vel indicativo vel subjunctivo, apud Livium frequens est. V. ad 2, 37, 5. Adde 1, 9, 1. *Quippe quibus nec domi spes prolis, nec cum finitimis connubia essent.* 7, 5, 6. *Quippe qui ferrum ante oculos micare cerneret.* 8, 26, 5. *Quippe qui inermes domos rediere.* 26, 41, 8. *Quippe cui pater et patruus intra triginta dierum spatium interfecti sunt.* c. 43, 5. *Quippe qui mercenarios exercitus alunt.* Tum *et levari* etiam Gaertn. Mox *tempore inposito* Mead. 1. Sed v. ad 38, 57, 6. Insuper §. seq. *item*, pro *iidem*, Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Hinc *ab consule* Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. 1. et Gaertn. Idem se in Pall. invenisse, Gebhardus monuit.

§. 7. *Et consul ab Amphissa Thessaliam repetit*] Pall. uterque *et consul Amphissa Thessaliam repetit*. GEBH. Vocula *et* deest in Lov. 3. et 6. praepositio vero in Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Mox *exercitum duceret* Lov. 3. Sed vide ad cap. praec. §. 2. *per Thraciam Macedoniamque traduceret* Gaertn.

§. 8. *Tum Africanus fratri, Iter, quod insistis*] Vox *fratri* exsulat a Lov. 3. Tum *quo insistis* Voss. Lov. 6. et Gaertn. ita *insistere vestigiis*, de quo vide ad 25, 33, 9. Sed *viam* servo. Plaut. Cist. (* Ter. Eun. 2, 3. 5.) 4, 2, 11. *Utrum hac an illac iter institerit?* Praeterea *quod jussistis* Lov. 2. et Harl. *quod misistis* Lov. 1. Mox *totum divertitur*, literis trajectis, idem Lov. 1. *totum vertitur* Lov. 6.

§. 9. *Qui, si imperio nostro fidus est*] MS. *si imperio nostro fidelis est*. MOD. Omnes nostri *fidus est*. Solent autem hae voces in Mstis confundi. V. ad 6, 21, 2. 8, 21, 4. et viros doctos ad Val. Max. 3, 3. ext. 2. Si vera

Digitized by Google

tum habebis. Itaque prius regis animum explorari 10
placet. optime explorabitur, si nihil ex praeparato agentem obprimet, qui mittetur. Ti. Sempronius 11
Gracchus, longe tum acerrimus juvenum ad id delectus, per dispositos equos prope incredibili celeritate ab Amphissa (inde enim est dimissus) die tertio Pellam pervenit. In convivio rex erat, et in mul- 12
tum vini processerat: ea ipsa remissio animi suspicionem demsit, novare eum quidquam velle. Et 13
tum quidem comiter acceptus hospes. postero die commeatus exercitui paratos benigne, pontes in flu-

est differentia, quam inter illa vocabula statuunt grammatici, laudati ad 33, 28, 13. *fidus* praeferendum foret. Verum Servius, cujus verba ibidem produxi, utrumque nomen idem significare monuit. Scripturam itaque cod. Mog. *fidelis est* praeferenti non adversabor. Praeterea prima vocula *Qui* non comparet in Voss. et Gaertn. Ejus loco *Quod* legunt Lov. 1. et 6. Sed vide ad 3, 58, 7. Mox *iter, commeatus, et omnia*, bis omissa vocula *et*, Lov. 3. Tum *probe suppeditabit*, pro *nobis*, Lov. 6. [*alaint vivantque* Bamb.]

Si is destituat] Cur non *destituit*? ut paullo ante, *si fidus est*. Sed etiam alibi, et hoc ipso libro, eadem est onallage modorum. DUK. V. ad 30, 44, 10. Attamen *destituit* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 10 *Explorari placet. optime explorabitur*] *explorari placeat. oportune explorabitur* Voss. et Gaertn. *explorari placet. oportune explorabitur* Lov. 1. 5. 6. Harl. et edd. antt. *explorari optime placet. explorabitur* cod. Mog. unde Frob. anno 1535. dedit id, quod nunc vulgo circumfertur. Consentiunt Lov. 2. 3. 4. et Mead. ambo. Alibi etiam voces *optime* et *oportune* commutantur. V. ad 6, 36, 1. 21, 27, 6. 24, 13, 5. et alibi. Similiter *optimus* et *oportunus* 6, 1, 7. Mox *qui mitteretur* cod. Mog. et Lov. 3. V. ad 2, 56, 7.

§. 11. *Ti. Sempronius Gracchus longe tum acerrimus juvenum*] Alii codd. *T. Sempronius*. Unus Lov. 1. *C. Sempronius*. Sed indicatur ille *Ti. Sempronius Gracchus*, cujus in libris seqq. multiplex mentio erit, cujusque tribunatus plebis, praetura, ac consulatus memorabitur. Ejus cognomen deerat in Lov. 3. et Hearnii L. 1. Id scribitur *Gracus* in Lov. 6. *Graccus* in Lov. 1. 2. 4. V. ad Epit. Liv. 41. Deinde *longe tamen acerrimus* Mead. 1. V. ad 22, 17, 5.

Ab Amphissa inde Elim est dimissus, die tertio Pellam] Apud neminem authorem hoc quidem tractu *Elim* invenio: quare videndum, num vel *Lilaeam* vel *Lamiam* legendum. Quidam pro *Elim* legunt *enim*, et in parenthesi haec verba, (*inde enim*

Digitized by Google

minibus factos, vias, ubi transitus difficiles erant,
14 munitas vidit. Haec referens eadem, qua ierat, celeritate Thaumacis obcurrit consuli. Inde certiore et majore spe laetus exercitus ad praeparata om-
15 nia in Macedoniam pervenit. Venientes regio adparatu et accepit, et prosecutus est rex. Multa in eo et dexteritas, et humanitas visa, quae commendabilia apud Africanum erant; virum sicut ad ce-

est dimissus) atque id placet. GLAR. Froben. est, qui anno 1535 primus dedit *inde enim est dimissus:* quod et in Lov. 3. fuisse videtur. Certe ex cod. illo nihil notatum video. priores vulgarant *inde Elim est dimissus*; quod servant Voss. Lov. 5. 6. Mead. 2. et Gaertn. *inde Ellim dimissus* Lov. 6. a manu 2. *inde Elimē dimissus* Lov. 1. *inde Elimē est dimissus* Lov. 4. *indelidem est dimissus* Lov. 2. *inde idem est dimissus* Harl. et Mead. 1. Vox *tertio* abest ab Hearnii L. 1. *die tertia* legit Gaertn. V. ad 8, 11, 15.

§. 13. *Vias, ubi transitu difficiles erant. munitas vidit*] *transitus difficilis erat* Lov. 5. et ed. Camp. *transitus difficiles essent* Lov. 3. et Gaertn. *transitus difficiles erant* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et typis descripti usque ad Sigonium, qui *transitu* dedit. Quum tamen in Scholiis mutatae lectionis nullam reddiderit caussam, immo se aliquid mutasse ne meminerit quidem, ita potius errore operarum, quam ex voluntate Sigonii editum puto. Praeterea *videt* Lov. 5. et edd. antt. cujus loco *vidit* Moguntini ex cod. suo substituerunt, id probantibus reliquis Mstis meis. Paullo ante *commeatus exercitu paratos* Harl. *commeatus exercitū paratos* Gaertn.

§. 14. *Eadem, qua ierat, celeritate Thaumacis obcurrit consuli*] *qua venerat* Harl. quomodo ex conjectura emendabat Doctiss. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Illustr. cap. 48. ubi vide, quae pluribus de differentia τοῦ *ire* et *venire* notavit. Quin et Cel. Barm. ad locum Lucani 5, 487. *venire Te Caesar, non ire, jubet*, verbo *venire* majorem celeritatem inesse monuit: quam etiam ob rationem hic *qua venerat* probandum erit. Deinde *Thamatis* Voss. et Lov. 1. *Teumacis* Lov. 2. *Taumatis* Lov. 3. et Mead. 2. *Thaumatis* Lov. 5. Gaertn. et edd. principes. *Thaumathis* Lovel. 6. *Thaumastis* Harl. et edd. principibus proximae. V. ad 36, 14, 12.

§. 15. *Regio adparatu accepit et prosecutus est*] MS. *regio adparatu et accepit, et prosecutus est rex*. MOD. *accepit et prosecutus* Lov. 5. et edd. principes. Quum autem Moguntini se in cod. suo *et accepit et prosecutus est* invenisse professi essent, mox Aldus *prosecutus est* ex eo probavit, quod et reliqui codd. testimonio suo firmant, nisi quod *profectus est* praeferant Voss. et Lov. 1. *et profatus est* Lov. 3. In priori autem parte ex eodem Mog. recepi *et accepit*,

Digitized by Google

tera egregium, ita a comitate, quae sine luxuria esset, non aversum. Inde non per Macedoniam mo- 16
do, sed etiam Thraciam, prosequente et praeparante omnia Philippo, ad Hellespontum perventum est.

VIII. Antiochus post navalem ad Corycum pugnam, quum totam hiemem liberam in adparatus ter- 1
restres maritimosque habuisset, classi maxime repa-

licet nullus meorum consentiat V. ad 2, 44, 3. *excepit* obfert Lov. 3. V. ad 10, 18, 9.

Virum sicut ad cetera regium] *egregium* habent vetusti codices. GELEN. Praepositionem *ad* a laeva manu huc inrepsisse crediderim, et ipse auctor id demonstrat in illis, quae contuli ad l. 21, 34. 27, 11, 5. *Ut pleraque facilliore ad duplicanda verba Graeco sermone.* JAC. GRONOV. *ad cetera egregium*, antequam Gelenius ita emendarat, receperunt edd. Ven. anni 1498. Mediol. anni 1505. et Ascens. anni 1513. et 1516. At postea *regium* iterum Moguntini ex Msto suo adoptarunt, et proxime sequutis verum esse persuaserunt; unde Gelenio *egregium* revocare necesse fuit, cum quo sentiunt omnes scripti. Quod autem ad Cl. Jac. Gronovii τὸ *ad* delentis conjecturam adtinet, eam veram crederem, si codicum fide niteretur. Ita enim Livium interdum locutum esse, certum est. Similiter, qui eum imitari solet, Silius 9, 436.

— — — *dextra pares, sed cetera ductor*
Anteibat Latius, melior pietate fideque.

Ex aliis scriptoribus hanc formulam inlustrarunt Gronov. ad Senecae Consol. ad Marciam c. 25. Nic. Heins. ad Silii 1, 353. Nason. 9. Met. 99. Periz. ad Sanctii Min. 2, 5, 185. Cort. ad Sall. Jugurt. 19. ad Plinii 2. ep. 11, 10. et Arntzen. ad Aurel. Vict. Caes. 9. Quum tamen omnes omnino Msti *ad cetera* retineant, praepositionem expungere non audeo; quam Livius in similibus locutionibus adhibere non refugit. Ita 27, 15, 8. *in tumulum, a praesenti inpetu tutum, ad cetera inopem, se recepere.* [ubi tamen vide.] 38, 14, 3. *Homine ad omnia infido atque inportuno.* Mela 2, 1. in fin. *Terrae nusquam non ad pabula fertiles: alicubi usque adeo steriles ad cetera, ut ignes ossibus alant.* Quo exempio forte eadem locutio restituenda est eidem 1, 19. circa fin. *Foecundos pabulo, ad alia steriles nudosque campos tenent Budini.* Nunc editur *at alia steriles:* quod non tentarem, si Melam ita alibi locutum constaret.

A comitate, quae sine luxuria esset, non aversum] *sine luxuria est* Lov. 3. Tum *non adversum* Voss. Lov. 1. 4. et Harl. *non adversum sibi* Lov. 3. Sed v. ad 2, 31, 6. [§. 15. *adparatu accepit et ipsos secutus est rex.* Bamb.]

§. 16. *Non per Macedoniam*

Digitized by Google

randae, ne tota maris possessione pelleretur, inten-
2 tus fuerat. Subcurrebat, *Superatum se, quum classis abfuisset Rhodiorum. quod si ea quoque (nec commissuros Rhodios, ut iterum morarentur) certamini adesset, magno sibi navium numero opus fore, ut viribus*
3 *et magnitudine classem hostium aequaret.* Itaque et Hannibalem in Syriam miserat ad Phoenicum arcessendas naves, et Polyxenidam, quo minus prospere ge-

modo, sed etiam Thraciam] *sed etiam per Thraciam* Lovel. 3. quod Livio non indignum probant, quae notavi ad 3, 6, 8. Ita 34, 61. *Non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxae.* 45, 10. *Culpam non penes populum, sed penes paucos concitores vulgi esse.*

§. 1. *Post navalem ad Caricum pugnam*] Sed *Coricum* legendum. Sic supra. SABELL. *ad Corcyram* Gaertn. *ad Coracem* Lov. 6. *ad Coricem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ad Coricen* Hearnii L. 1. et ed. Camp. [*Coryce* Bamb.] Sed recte *ad Corycum* Sabell. Ita enim supra vocatur 36, 43. ubi proelium navale describitur. Mox *classi maxume parandae* cod. Mog. de qua orthographia v. ad 3, 17, 5. Variis locis ita plures praeferunt Livii codd. V. ad 4, 2, 2. 7, 38, 9. 8, 22, 10. 10, 39, 9. 21, 6, 1. c. 32, 12. c. 55, 11.

§. 2. *Ut viribus et magnitudine classem hostium aequaret*] *ut viribus, ut magnitudine* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Gaertn. V. ad 40, 39, 8. Tum *classem hostium superaret* Gaertn. Paullo ante *ut iterum moraretur*, nempe classis, Lov. 3. et 6. At reliqui *morarentur* nempe ipsi Rhodii. [*opus esse* Bamb.]

§. 3. *Itaque et Hannibalem in Syriam miserat ad Phoenicum arcessendas naves, et Polyxenidam*] Appianus ita [in Syr. 100.] *Ἀντίοχος δὲ περὶ τῆς ναυμαχίας πυθόμενος, Ἀννίβαν ἔστελλεν ἐπὶ Συρίας ἐις νεῶν ἄλλων ἕκτε Φοινίκης καὶ Κιλικίας παρασκευήν.* SIGON. Particulam *et* utroque loco omittunt Voss. et Gaertn. solo posteriori Lov. sex, Harl. Mead. 2. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. adscivit. Praeterea *Ita*, pro *Itaque*, Voss. V. ad 21, 53, 7. Mox voces *eo enisius et eas, quae erant* ignorat Lov. 2. ob repetitionem *τῶν erat* et *erant*. Vide ad 9, 11, 11.

§. 4. *Ipse in Phrygia hibernavit*] Cum duae sint Phrygiae, altera in qua Troja, altera supra Pisidiam, conveniebat, ut adjiceret, in utra fuisset Antiochus: nam de utraque intelligi potest. GLAR.

Bellicosiores ea tempestate erant Gallograeci] Non *Gallograeci*, sed *Gallicos*, lege. Nam ea vox cum sequentibus cohaeret, ad hunc modum: *Gallicos, nondum exsoleta stirpe gentis, servantes animos.* GELEN. *Gal-*

Digitized by Google

sta res erat, eo enisius et eas, quae erant, reficere, et 4
alias parare naves jussit. Ipse in Phrygia hibernavit, undique auxilia arcessens: etiam in Gallograeciam miserat. Bellicosiores ea tempestate erant, Gallicos adhuc, nondum exsoleta stirpe gentis, servantes animos. Filium 5
Seleucum in Aeolide reliquerat cum exercitu ad maritimas continendas urbes: quas illinc a Pergamo Eumenes, hinc a Phocaea Erythrisque Romani sollicitabant.

logrаeci adhuc Lov. sex, Harl. et Mead. ambo. *Gallograeci et adhuc* Voss. et Gaertn. quod ita posset distingui: *Bellicosiores ea tempestate erant Gallograeci, et adhuc, nondum exsoleta stirpe, gentis servantes animos.* Potius tamen probo emendationem Gelenii, et puto *Gallograeci* natum esse ex interpolatione cujusdam nasuti, qui post praecedentia *in Gallograeciam misit*, non recte inferri *bellicosiores erant* existimabat. Verum de hac syllepsi vide ad 38, 29, 11. [*accersens*, mox *exoleta* Bamb.]

§. 5. *In Aeolide reliquerat*] Pall. *in Etholia dereliquerat.* GEBH. Praepositio *in*, quam, in Lov. 5. et edd. vett. omissam, Moguntini ex Msto suo addiderunt, superest etiam in reliquis codd. meis. Insuper *in Etholide* [*Hetolide* Bamb.] *reliquerat* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *in Etholia dereliquerat* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Hinc conjici posset, legendum *in Aeolia dereliquerat. Aeolia* enim obcurrit apud Plin. 5. H. N. 29. *derelinquere* autem utitur Liv. infra 39, 30, 5. Vulgatum tamen praefero, et puto lectionem illorum codd. ex junctis duabus lectionibus *Aeolia* et *Aeolide* ortam esse. Apud Livium enim regio non *Aeolia*, sed *Aeolis*, vocatur. V. 33, 38. 37, 11. [18. 25. 35.] 38, 16. et alibi. Mox *qua illinc*, pro *quas*, Lov. 4. et Mead. uterque. *quia illinc* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Harl.

§. 6. *Ad Canas hibernabat.*] *ad Camas* Voss. *ad Charnas* Gaertn. *ad Cannas* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii N. [Bamb.] et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo *Canas* emendarunt. Similiter olim supra erratum fuerat 36, 45, 8. ubi vide Sigon. et hoc lib. cap. 9, 6. Adde Cellar. 3. Geogr. Antiq. 3. pag. 38.

Cum duobus millibus peditum, equitibus centum] *cum X*, vel *cum decem millibus* Voss. et Gaertn. *cum XX*, [Bamb.] vel *cum viginti millibus* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et cod. Mog. Verum numerus, quem servant edd. cum Lov. 5. melius et viribus et consilio Eumenis praedas ex hostium agris, junctis Romanorum copiis, agendi convenit. Eumdem veriorem ostendunt *centum* tantum *equites* illis additi. *equitibus quingentis* tamen est in cod. Mog. [*equitibus* D. Bamb.] Insuper, quum haec *media ferme hieme* gesta dicantur, etiam viae transitu difficiles majorem numerum minus verum indicant. Idem ergo hic error commissus erat, quem supra notavimus ad

Digitized by Google

6 Classis Romana, sicut ante dictum est, ad Canas hiber-
nabat. Eo media ferme hieme rex Eumenes cum duo-
7 bus millibus peditum, equitibus centum, venit. Is,
quum magnam praedam agi posse dixisset ex hostium
agro, qui circa Thyatira esset, hortando perpulit
Livium, ut quinque millia militum secum mitteret.
missi ingentem praedam intra paucos dies averte-
runt.

1 IX. Inter haec Phocaeae seditio orta, quibusdam
2 ad Antiochum multitudinis animos avocantibus. Gra-
via hiberna navium erant; grave tributum, quod
togae quingentae imperatae erant, cum quingentis
3 tunicis; gravis etiam inopia frumenti, propter quam
naves quoque et praesidium Romanum excessit. tum
vero

33, 14, 5. Vox *centum* deerat in Hearnii N.

§. 7. *Ex hostium agro, qui circa Thyatira esset, hortando perpulit*] Pall. *circa Hyratiram*. GEBH. *Biratiram* Lov. 6. *Hyrachyram* Voss. *Hyracyram* Gaertner. *Hieratiram* Lov. 3. *Hiratiram* Lov. 1. 2. 4. *Hyratiram* Mead. ambo. [Bamb.] *Hyratriam* Harl. *Hiatiram* Lov. 5. et edd. vett. *Thyatiram* Moguntini ex cod. suo, pro quo Frob. *Thyatira* anno 1535. substituit. Codd. igitur in id consentiunt, nomen hoc numero singulari, genere sequiori enunciatum esse. Verum de eo vide ad c. 44, 4. Praeterea *ex agro hostium* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Deinde *orando* Gaertn. V. ad 30, 7, 7. Vox *ingentem* deest in Lov. 1. [*Livius* Bamb.]

§. 1. *Phocaeae seditio orta, quibusdam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus*] *seditio orta, quibusdam Phocaeae* Lov. 6. Deinde *advocantibus* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Hearnii L. 1. Male. Supra 4, 61, 3. *Parte tribunorum exercitusque ad Volscum avocata bellum*. ubi vide. Ceterum pars Polybii, qua eadem, quae hic, narrantur, servata est in Exc. Legat. num. 18.

§. 3. *Gravis etiam inopia frumenti*] *gravis et inopia* Lov. 6. et Harl. V. ad 22, 47, 9. [*liberata metum*. mox omissum *ad* Bamb.]

§. 5. *Eumdem Pausistratum classis praefectum*] Duo priora vocabula ignorat Hearnii L. 1. *Passistratum* legunt Lov. 1. 3. 6. et Voss. *Pasistratum* Lov. 4. et Mead. ambo. [Bamb.] Similiter Παϊσίστρατος vocatur apud Polyb. in Exc. de Virt. et Vit.

Digitized by Google

vero liberata metu factio erat, quae plebem in concionibus ad Antiochum trahebat. Senatus et opti- 4
mates in Romana societate perstandum censebant. defectionis auctores plus apud multitudinem valuerunt. Rhodii, quo magis cessatum priore aestate erat, 5
eo maturius aequinoctio verno eumdem Pausistratum classis praefectum cum sex et triginta navibus miserunt. Jam Livius a Canis cum triginta navibus 6
et septem quadriremibus, quas secum Eumenes rex adduxerat, Hellespontum petebat; ut ad transitum exercitus, quem terra venturum opinabatur, praepararet, quae opus essent. In portum, quem vocant 7
Achaeorum, classem primum advertit. inde Ilium adscendit, sacrificioque Minervae facto, legationes finitimas ab Elaeunte, et Dardano, et Rhoeteo, traden-

pag. 1434. Cujus fragmenti partem laudans Suid. voc. *Διάληψις* eum adpellat *Πεισίστρατον*, idem nomen ei etiam tribuens in voce *Πυρφόρος*. At vicissim Vales. posterius illud fragmentum Polybio vindicans, et Exc. de Virt. et Vit. subjiciens pag. 209. edidit *Πασίστρατος*. Verum praeferendam hic puto vulgatam scripturam. Alibi enim apud Livium vel omnes vel plerique codd. in eam consentiunt. V. 35, 45. et hoc lib. capp. 10. 11. 12. Quin etiam vel idem vel alius Pausistratus Rhodiorum praetor supra memoratur l. 33, 18. Et tandem Appianus, huic classis Rhodiae praefecto aliud nomen tribuens, in prima syllaba tamen non dissentit, eum in Syriac. pag. 101. vocans *Παυσίμαχον*. Paullo ante *τό* *erat* omittitur in Harl.

§. 6. *A Canis cum triginta*] *a Carnis* Voss. *a Charnis viginti navibus*, neglecta praepositione, Gaertn. *a Cannis* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et editi ante Moguntinos. Vide ad cap. praec. §. 6. Mox *ut transitum*, omissa praepositione, Voss. et Gaertn. Tum *quem vecturum opinabatur* Lov. 2. V. ad 3, 23, 3. *quem terra venturum arbitrabatur* Gaertn.

§. 7. *In portum, quem vocant Achaeorum*] Sic Appianus [Syr. 101.] *Καὶ Σεστὸς μὲν αὐτῷ, καὶ Ῥοῖτιον, καὶ ὁ Ἀχαιῶν Λιμὴν, καί τινα ἄλλα προσέθετο.* SIG. *Achieorum* Mead. 1. et Gaertn. *Achicorum* Lov. 2. *Achiorum* edd. Mediol. anni 1480. et proximae usque ad Mediol. anni 1505. quae *Achirum* substituit. Aldus denique ex cod. Mog. *Achaeorum* adscivit, quod servant reliqui mei, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Ejus meminit Mela 1, 18. ubi vide Ciaccon. et Cellar. Geogr. Ant. 3, 3, 33.

Digitized by Google

8 tes in fidem civitates suas, benigne audivit. Inde ad Hellesponti fauces navigat; et, decem navibus in ſtatione contra Abydum relictis, cetera classe in 9 Europam ad Seſtum obpugnandam trajecit. Jam subeuntibus armatis muros fanatici Galli primum cum sollemni habitu ante portam obcurrunt. Juſſu se matris Deûm famulos Deae venire memorant, ad precandum Romanum, ut parceret moenibus urbi- 10 que. Nemo eorum violatus eſt: mox universus senatus cum magiſtratibus ad dedendam urbem pro-

Classem primum avertit] Lege *advertit*, non *avertit*. GELEN. *avertere classem* eſt eam a recto cursu deflectere, quod Livius hic non intendit. Recte ergo Gelenius emendat *advertit*, id eſt adpellit, quod praeter Lov. 2. et 5. priscis edd. adsentientes, firmant omnes noſtri. Ovid. 12. Her. 23.

Jussus inexpertam Colchos advertere puppim.

15. Met. 719.

Huc ubi veliferam nautae advertere carinam.

Mox forte *Ilium escendit*. V. ad 35, 43, 3. [*escendit* Bamb.]

Ab Eleunte, et Dardano, et Rhoeteo] Strabo [13, 595.] de his locis, *Dardanus* inquit *prisca res est*. et mox subjicit, *deinde Pteleus lacus et Rhytium*. Caeterum *Eleusam* et *Eleam* in Phrygia reperio. tu boni consule. SABELL. *Elaeunte*. Sic enim Graeci. SIGON. V. ad 31, 16, 5. Pro *Rhoeteo* male *Trochio* Voſſ. *Roetio* Lov. 2. *Roeeio* Lov. 3. *Rhoecio* Harl. et Mead. 1. *Rhoet'o* Lov. 4. *Rohetio* Lov. 6. *Rhoetó* Mead. 2. *Rhoetio* Lov. 1. et 5. [*Aeleunte* .. *Rhetio* Bamb.] V. ad 38, 39, 10.

§. 8. *In Europam ad Sestoo obpugnandum trajecit*] Mog. *oppugnandam*. Recte. Ovidius Epiſt. Leandri [vers. 127.]

Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos.

J. FR. GRON. Similiter Voſſ. et Mead. ambo, nisi fallant excerpta. [*oppugnandum* Bamb.] Ovid. 1. Her. 47.

Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis Ilios?

V. ad 9, 44, 14. Praeterea *ad Sexton* Lov. 5. cum priscis edd. *ad Sextum* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *ad Festum* Lov. 1. 2. et Gaertn. *ad Sestum* Voſſ et Lov. 6. quod recipiendum videtur, quia praecessit forma Latina *Abydum*; ubi tamen etiam variant scripti. Nam *Abydon* eſt in Lov. 3. et 6. *Abyde* in Voſſ. Lov. 1. et Gaertn. [Bamb.] *ab hyde* in Lov. 4. et Mead. 1. *Abydem* in Harl. *Elidum* in Mead. 2. Sed Livius parcissime terminationes Graecas adhibet.

§. 9. *Jam subeuntibus armatis muros fanitici Galli* etc. *ante portam obcurrunt*] Vocem *armatis* ignorant omnes noſtri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et priscae edd. quam Aldus demum, praeeunte cod. Mog. adscivit. *sub-*

Digitized by Google

cessit. Inde Abydum trajecta classis. ubi quum, tentatis per conloquia animis, nihil pacati responderetur, ad obpugnationem sese expediebant. 11

X. Dum haec in Hellesponto geruntur, Polyxenidas regius praefectus, (erat autem exsul Rhodius) quum audisset, profectam ab domo popularium suorum classem, et Pausistratum praefectum superbe quaedam et contemtim in se concionantem dixisse, praecipuo certamine animi adversus eum sumto, nihil aliud dies noctesque agitabat animo, quam ut verba 1 2

eunti etiam Lov. 1. et *murum* Harl. Tum *fatigati Galli* Lov. 3. Malc. L. 38, 18, 9. *Galli Matris magnae obcurrere, vaticinantes fanatico carmine.* 39, 13, 12. *Cum jactatione fanatica corporis vaticinari.* Tum *ante portum* Lov. 2. et Harl. Vide ad 9, 34, 2. Tandem *occurrerunt* Voss. Lov. 4. et Gaertn. Et ita mox sequitur *processit.* Vide ad 10, 12, 4.

Jussu se matris Deûm famulos Deae venire] Pall. *Jussu sanctae matris Deûm Flori Deae venire.* GEBH. *Jussu sanctae matris Deûm* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. ambo, et Harl. *Jussu sanctae matris Domini*, Mariam virginem cogitans, dedit librarius Lov. 4. Deinde *filius Deae evenire* Lov. 3. *filios Deae venire* Mead. 2. *falso se venire* Lov. 6. a m. 2. altera lectione penitus erasa. *flons Deae venire* Lov. 1. *floris Deae venire* Voss. Lov. 4. et Gaertn. *flori Deae venire* Harl. Soli Lov. 5. et Mead. pr. vulgatum servant; quorum posterior tamen in margine *flondeae venire*, consentiente Lov. 2. Sed vulgatum verum est. Galli enim, sacerdotes Matris Deûm, qui ejus *comites* vocantur Ovidio 4. Fast. 185. Festo voc. *Galli*, et aliis, etiam ejus *famuli* dicuntur Ciceroni 2. de LL. 9. *Praeter Idaeae matris famulos. ne quis stipem cogito.* Mox *ad deprecandum Romanorum* Lov. 2. Tum *urbique eorum*, addita voce, Gaertn. qui tamen eamdem vocem in principio §. seq. omisit. Ibidem etiam *ad dedendum urbem* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. V. ad 40, 49, 1.

§. 11. *Nihil pacati responderetur, ad obpugnationem sese expediebant*] *responderet* et *expediebatur* Harl. Tum *ad expugnationem* Lov. 3. V. ad 21, 57, 6. Insuper *se expediebant* Lov. 6. et Gaertn. Paullo ante *ubi contéptatis* Mead. 1. simili erroris genere, quale supra vidimus ad 4, 24, 7. [*tē postatis* Bamb.]

§. 1. *Polyxenidas regius praefectus*] *Polysenda* Lov. 1. *Polyxenda* Lovel. 3. *Polyxenida* Voss. Lov. 6. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 36, 43, 2. Mox *profectum a beldomo* Voss. *proph'am a beldomo* Lov. 1. *profectam ab ejus domo* Lov. 6.

§. 2. *Praecipuo certamine animi adversus eum sumto*] Non

Digitized by Google

3 magnifica ejus rebus confutaret. Mittit ad eum hominem et illi notum, qui diceret, *Et se Pausistrato patriaeque suae magno usui, si liceat, fore; et a Pausistrato se restitui in patriam posse.*
4 Quum, quonam modo ea fieri possent, mirabundus Pausistratus percunctaretur, fidem petenti dedit agendae communiter rei, aut silentio te-
5 gendae. Tum internuncius, *regiam classem aut*

placet τὸ *animi*. Forte *praecipuo certamine unum adversus eum sumpto, nihil aliud dies noctesque agitabat animo.* J. FR. GRON. Vir summus eo videtur offensus, quod paucis interjectis repetitur *animo*. Sed hoc in Livio et aliis non rarum esse, supra ostensum est. *Certamen animi* dicit Liv. 2, 59, 1. *Idem certamen animorum adversus Appium habiturum exercitum.* Et 6, 24, 10. *Nihil neque apud duces, neque apud milites remittitur a summo certamine animi.* Si quid tollendum esset, quod non puto, potius inducerem *animo:* nam *agitare* solum obvium est, pro *agitare animo.* DUK. Posset etiam *animi* hoc loco induci, tamquam natum ex ultimis literis vocis praecedentis *certamine.* Verum neque ego quidquam, invitis libris, qui omnes nunc *animi* et mox *animo* defendunt, mutandum censeo. Earumdem enim vocum repetitionem Livio frequentissimam esse, vidimus ad 1, 3, 3. *Certamen animi*, ut 4, 56, 9. *Magnoque certamine animorum rem actam.* 40, 17, 3. *Haud minore certamine animorum res acta apud Romanos.* Ut autem nunc *certamen animi*, ita contra *certamen pugnae* 36, 19, 13. ubi alia vide. Vulgatum contra Gronov. etiam Doujatius tueri conatur. Paullo ante *concionatum* profluxit ex ultima Gruteri ed. Omnes enim priores confianter *concionantem*, quod suffragio suo firmant Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. quorum fide revocavi. In sequentibus *quam verba magnifica ejus rebus confutare* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. *quam verba magnifica ejus rebus confutaret* Lov. 3. et Mead. 1. *quam quomodo verba magnifica ejus rebus confutaret* Lov. 2. *quam verba magnifica q' ejus rebus confutaret* Gaertn. *quam verba magnifica ejus rebus confutabat animo* Harl.

§. 3. *Magno usui, si liceat, fore*] Lege *si libeat.* TAN. FABER. Saepius haec verba commutantur. V. ad 25, 38, 4. Hic tamen omnes codd. receptam scripturam tuentur. An *si liceat* accipi potest, pro si operam dare velit Pausistratus, ut merces petita concedatur? vel *si liceat*, nempe per Pausistratum, si sinat Pausistratus; ut Crevier. exponebat. Mox §. seq. *aut agendae silentio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *aut agendo silentio* Lov. 6. et Gaertn. [*haec fieri* Bamb.]

§. 5. *Tum internuncius aperit, regiam classem aut totam,*

Digitized by Google

tam, aut majorem ejus partem, Polyxenidam aditurum ei. pretium tanti meriti nullum aliud icisci, quam reditum in patriam. Magnitudo 6
i, nec ut crederet, nec ut adspernaretur dicta, ef-
cit. Panormum Samiae terrae petit: ibique ad
plorandam rem, quae oblata erat, subſtitit. Ultro 7
troque nuncii cursare: nec fides ante Pauſiſtrato
icta eſt, quam coram nuncio ejus Polyxenidas sua

it] Omnes calamo exarati, a-
oto verbo *aperit*, servant: *Tum
ternuncius: regiam classem
ut totam, aut majorem ejus
artem Polyxenidam traditu-
rum.* Et eodem aurigantur An-
reas cum primis editis, in qui-
us: *Tum internuncius, regiam
lassem, ait, totam.* Nulla sit
itur religio, verbum *aperit*, a
emidoctis Mog. adjectum, et
ormatum ex illo sequentis cap.
mnia aperit, delere. Eſt enim
llipsis usitata veteribus, qua-
m reddidimus olim ex MSS. et
eteribus editionibus Statio in
ropemptico Metii Celeris [3.
ilv. 2, 83.]

— — — *quis cuncta paventi
Nuncius, an facili te praeter-
miserit unda
Lucani rabida ora maris.*

Ibi supposuerant ex Aldina: *quis
uncta paventi Nunciet.* Plinius
ib. 1. Ep. 5. *Evigilaveram. Nun-
ius a Spurinna: venio ad te.*
Vide et inferius ad lib. 41, [3.]
ibi similem locum ab Sigonio
nterpolatum vindicamus. J.FR.
GRON. Omnes etiam nostri,
cum Hearnii L. 1. et N. exigunt
τὸ aperit, ita tamen ut Lov. 5.
cum principibus editis faciens
ait, pro *aut* priori loco, prae-
ferat. Eodem conatu supra 2,
47, 5. ubi recte editur, *missis
ad consules nunciis, quo loco
res essent*, unus cod. legit *res
esset, significabant.* Eodem mo-
do *ait*, *inquit*, *dicit* et similia,
quae Livius omittere solet, a li-
brariis addita fuisse, vidimus ad
23, 45, 6. Adde etiam, quae no-
tantur ad 4, 20, 7. Praeterea
classem regiam, trajectis voci-
bus, Voſſ. Lov. sex, Harl. Mead.
2. et Gaertn. cum edd. antiquis.
Ordinem verborum ex cod. Mog.
adscivit, et superiora mutavit
Aldus. In sequentibus *τὸ ejus* de-
eſt in cod. Mog. et *traditurum,
et pretium* Lov. 3. exhibet.

§. 6. *Panormum Samiae ter-
rae petit*] Strabo lib. 14. [pag.
639.] hunc Panormum locat in
litore Ephesiorum, quanquam
Samiorum agro ex permutatio-
ne. Videntur itaque haec in lit-
tore Ephesiorum geſta, sed Sa-
miorum tamen terra: etiamsi Li-
vius poſtea dicat, ad Samum op-
pressam claſſem. GLAR. Vide et-
iam Crevier. *Pannhornum* Lov.
1. *Panhormium* Harl. *Pamphor-
num* Mead. 2. *Panphormum* Lo-
vel. 6. *Panhormum* Lov. 2. 4.
6. [Bamb.] Mox *ibi quum ad ex-
plorandam rem* cod. Mog. *ibi-
que ad aspernandam rem* Lov.
1. Tum *oblata est* Mead. 2. In-
super *substulit* Voſſ. *substitit*
Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et edd.
ante Vascos. qui primus *subsi-*

Digitized by Google

manu scripsit, *se ea, quae pollicitus esset, facturum,*
8 signoque suo inpressas tabellas misit. Eo vero pignore velut auctoratum sibi proditorem ratus est. Neque enim eum, qui sub rege viveret commissurum fuisse, ut adversus semet ipsum indicia manu
9 sua testata daret. inde ratio simulatae proditionis composita, *Omnium se rerum adparatum omissurum,* Polyxenidas dicere; *non remigem, non socios nava-*
10 *les ad classem frequentes habiturum: subducturum per simulationem reficiendi quasdam naves, alias in propinquos portus dimissurum: paucas ante portum Ephesi in salo habiturum; quas, si exire res cogeret,*
11 *objecturus certamini foret.* Quam neglegentiam Polyxenidam in classe sua habiturum Pausistratus audivit, eam ipse extemplo habuit. partem navium ad

stit. Alterum revocavi. Paullo ante *efficit* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et ed. Camp.

§. 7. *Scripsit, se ea, quae pollicitus esset, facturum*] *interea, quae pollicitus esset* cod. Mog. Paullo post *signo suo impressas* Lov. 1. *signoque suo impensas* Mead. 2. Hinc *tabulas* Lov. 6: et Harl. [*facturum esse, signoque* Bamb.]

§. 8. *Eo vero pignore velut auctoratum*] Ita Moguntini ex cod. suo vulgarunt, consentientibus, ut videtur, Harl. et Mead. utroque. Edd. antiquiores [et Bamb.] cum reliquis scriptis *Et vero pignore.* Deinde *authoraturum sibi proditorem* cod. Mog. *auctoritatum sibi proditorem* Gaertn. Mox *enim* non adparet in Lov. 1. et Gaertn. [*eum* omittit Bamb.]

§. 9. *Omnem se rerum adparatum omissurum*] Ita primum editum invenio Francofurti anno 1578. Priores servant *Omnium se rerum:* quod firmant Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quare id revocavi. Praeterea *dimissurum* Lov. 2. et Harl.

§. 10. *Ante portum Ephesi in salo*] *ante prioratus Ephesi salo* Voss. a manu 1. *ante portus* pro varia lectione idem cod. Sane τοὺς λιμένας, sive portus Ephesiorum, quos Lysander mercatoribus frequentavit, memorat Plut. in ejus vit. pag. 434. Contra vero Ephesi λιμένα numero singulari memorat Strabo 14, 641. Similiter *portum* Ephesi Liv. infra cap. 14. et 15.

§. 11. *Partem Samum ad urbem misit: ut paratus esset*] Haec parum cohaerere videntur Cl. Crevierio. Quum enim ex sequentibus constet, Pausistra-

Digitized by Google

commeatus arcessendos Halicarnassum, partem Samum ad urbem misit: ut paratus esset, quum signum adgrediendi a proditore accepisset. Polyxenidas au- 12
gere simulando errorem: subducit quasdam naves, alias velut subducturus esset, navalia reficit: remiges ex hibernis non Ephesum arcessit, sed Magnesiam occulte cogit.

XI. Forte quidam Antiochi miles, quum Samum 1
rei privatae caussa venisset, pro speculatore deprehensus deducitur Panormum ad praefectum. is per- 2
cunctanti, quid Ephesi ageretur, incertum metu, an erga suos haud sincera fide, omnia aperit: classem 3
instructam paratamque in portu stare: remigium omne Magnesiam ad Sipylum missum: perpaucas naves subductas esse, et navalia tegi: numquam in-

tum Panormi mansisse, dici non posse existimat, cum partem navium Samum misisse, ut paratus sit: immo Livium observare, partem classis Pausistratum Halicarnassum, partem Samum ablegare, ut notet ejus neglegentiam. Suspicatur igitur membrum orationis intercidisse, quale esset, *misit: ipse Panormi substitit, ut paratus esset.* [*accersendos Halicarnassum cum partem* Bamb. mox *accersit* idem.]

§. 1. *Pro speculatore comprehensus*] Haec lectio, quam omnes editi praeferunt, in uno tantum Mstorum Lov. 5. inveni. Reliqui omnes cum cod. Mog. *deprehensus.* Supra 2, 4, 6. *Ut literae legatis darentur, quae deprehensae rem coarguere possent, exspectabat.* 22, 33, 1. *Speculator Karthaginiensis Romae deprehensus, praecisisque manibus dimissus.* Ter. Eun. 5, 4, 38.

Quis homo umquam pro moecho vidit in domo meretricia
Deprendi quemquam.

Ubi tamen Faërnus ac Bentl. probant *Prendi. Comprehendere* eodem sensu Terent. scen. seq. v. 22. dixit:

Hunc pro moecho postea comprendere intus et constrinxere.

Codicibus obsecutus sum.

§. 3. *Classem instructam paratamque in portu stare*] *paratam instructamque in portu* [*portum* Bamb.] Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Ita 24, 37. 4. *Parata instructaque omnia custodiis ac vigiliis erant.* 31, 42, 4. *Eques cum levi armatura paratus instructusque stetit.* 42, 43,

Digitized by Google

4 tentius rem navalem administratam esse. Haec ne pro veris audirentur, animus errore et spe vana praeoccupatus fecit. Polyxenidas, satis omnibus comparatis, nocte remige a Magnesia arcessito, deductisque raptim, quae subductae erant, navibus, quum

8. *Quum Perseus omnia praeparata atque instructa haberet.* 43, 3, 7. *Ubi ea* (classis) *parata instructaque esset.* 45, 2, 7. *Naves quae in Tiberi paratae instructaeque stabant.* Sed et altero ordine frequenter haec vocabula junguntur. 3, 14, 4. *Instructi paratique tribunos adorti sunt.* 7, 23, 5. *Omnibus instructis comparatisque.* 24, 40, 5. *Cum classe instructa parataque Oricum pervenit.* 29, 24, 7. *Satis omnibus instructis paratisque.* 34, 28, 8. *Instructos paratosque sub signis habebat mercenarios milites.* 37, 26, 1. *Profectus ad classem, quae per aliquot menses instructa ac parata fuerat, visendam.* 42, 52, 3. *Omnia ut instructa parataque essent, effecerat.* cap. 66. 4. *Adversus instructos paratosque erant adventuri.* Similiter *ordinatus et praeparatus* h. lib. 20, 13.

Remigium omne Magnesiam missum, ad Sipylum perpaucas naves] Quidam, quod adjicitur *Sipylum*, de Magnesia ad Sipylum montem intelligi putarunt: sed illa urbs plus aequo abest. Alii itaque de Magnesia ad Maeandrum intelligunt, et Sipylum oppidum non longe a Smyrna ex Strabone, et Plinio item lib. 5. cap. 29. Quamquam Plinius mediterraneum id facit, Livius maritimum. Haec et similia nobis notantur, ne temere mutentur: neque enim commentarium scribimus. GLAR. *Magnesiam ad Sipylum missum, perpaucas naves*, praeter edd. principes, etiam omnes codd. nostri, nisi quod *paucas naves* legant Voss. et Gaertn. Primas secutae edd. voces *missum perpaucas* omiserunt. Hinc Moguntini se *Magnesiam missum, ad Sipulum perpaucas naves* reperisse testati sunt in cod. suo, quod Aldus recepit: Frobenius deinde anno 1535. priscam lectionem revocavit, quam reliqui editores servarunt. Difficultate, quam Glarean. movit, inductus Doujatius scribendum conjicit, *remigium omne Magnesiam ac Sipylum missum, perpaucas naves*, intelligens Magnesiam ad Maeandrum, et Sipylum Smyrnae vicinum oppidum. Contra Crevier. voces *ad Sipylum* pro glossemate habet, et insuper observat, Livium bis in hac narratione Magnesiae meminisse sine additamento. Si quid mutandum, ei potius adsentirer. *perpaucas* autem cum uno vel altero cod. non mutandum est in *paucas*. Est enim Livio familiare. 4, 52, 4. *Defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus.* 5, 8, 12. *Desertis munitionibus, perpauci in majora castra pertenderunt.* 9, 31, 16. *Perpaucis effugium patuit.* Vide alia exempla 22, 14. 31, 43. 38, 2. 42, 8. 42, 7. 43, 11. et 19. 44, 19. et bis cap. 43, aliisque locis. Quum autem per compendium *ppaucas* scriptum fuisset, prior litera facile neglegi potuit. [*Sypilum* Bamb.]

Et navalia tegi] *regi* Voss. Lov. 1. 4. Harl. 2. et Gaertn.

Digitized by Google

diem non tam in adparatu absumsisset, quam quod conspici proficiscentem classem nolebat; post solis 5 occasum profectus septuaginta navibus tectis, vento adverso, ante lucem Pygela portum tenuit. ubi quum interdiu ob eamdem caussam quiesset, nocte in pro-

Passim hae voces ob similitudinem literarum *t* et *r* commutari solent. V. ad 1, 53, 8. 4, 37, 2. c. 39, 3. 21, 54, 1. 36, 32, 6. 38, 22, 3. Adde, quae notantur ad Silii 2, 382. et Harduin. ad Plin. 2. H. Nat. sect. 12. Eamdem ob caussam commutantur *tectus* et *rectus*. Vide ad 34, 60, 5. *tegimen* et *regimen*. V. ad 36, 32, 6. *tegula* et *regula*. V. ad 5, 55, 3. Locum corruptum judicat Crevierius. An ex cap. praec. legendum *navalia refici*? Mox *nusquam intentius* Lov. 2. Sed v. ad 36, 17, 10. Dein *navalem* non agnoscit Gaertn.

§. 4. *Non tam in adparatu absumsisset*] *Non tam apparatu* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. *in apparatu* demum obcurrit in Mediol. anni 1505. hinc in Ascens. anni 1513. et postea in reliquis. An igitur praepositio nata est ex ultima litera vocis praecedentis, ut saepe alibi factum? V. ad 2, 34, 1. c. 62, 4. 3, 47, 5. c. 57, 10. 4, 28, 3. c. 47, 6. 5, 7, 12. c. 10, 7. c. 16, 8. c. 23, 5. c. 26, 5. c. 32, 3. 6, 16, 4. 7, 6, 11. 10, 34, 9. aliisque locis. Ex eodem fonte ortum, quod perperam interdum vocabulis ab initio additur syllaba *in*. V. ad 5, 52, 2. Insuper *adsumsisset*, vel *assumsisset* Lov. 1. 4. 6. et Voss. [Bamb.] Sed alibi passim ita peccarunt librarii. V. ad 9, 17, 17. De locutione *absumere diem*, *tempus* v. ad 27, 13, 8. Paullo ante *remige Magnesia* sine praepositione Voss. Lov. 1. 3, 6. et Gaertn.

§. 5. *Pygela portum tenuit*] Stephanus *Πύγελα πόλις Ἰωνίας*. SIGON. Similiter vocatur apud Strab. 14, 639. ubi quoque nominis caussam dedit, de qua vide etiam Harpocr. in voc. *Πύγελα*, et quae ibi viri docti notarunt. Alii scribunt *Phygela*, et inde nomen accepisse volunt, quod condita sit a fugitivis. V. Plin. 5. H. Nat. 29. et alios. In Mstis Livii priori modo scribitur, nisi quod duplici liquida *Pygella* sit in Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. [*Pigela* Bamb.]

Ubi quum interdiu ob eamdem caussam quievisset] Pall. *ibi cum interd. ob e. c. qui essent*. lege *quiesset*, ut vet. ed. GEBH. Omnes ante Aldum *quiesset*. Vide ad 26, 22, 8. et 30, 13, 12. J. FR. GRON. *ibi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 27, 6, 2. Deinde *qui essent* Mead. 1. *quiessent* Lov. 4. et Mead. 2. *quiesset* Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. quae in hoc verbo contractio Livio frequens est. Exempla v. apud J. Fr. Gron. ad 26, 22, 8. Adde 44, 36, 13. *Quibus de caussis hodie quiesse melius sit*. Ita *requiesse*, v. ad 26, 22, 8. *conquiesse*, v. ad 30, 13, 12. Aliorum verborum contractiones v. ad 6, 18, 10.

§. 6. *Hinc Nicandro quodam archipirata cum quinque navibus tectis Palinurum jusso petere*] Videndum, quis locus hic: nam mihi plane suspectus, quippe quem apud nullum usquam

Digitized by Google

6 xima Samiae terrae trajecit. Hinc Nicandro quoda
archipirata quinque navibus tectis Palinurum juss
petere, atque inde armatos, qua proximum per a
gros iter esset, Panormum ad tergum hostium d
cere, ipse interim, classe divisa, ut ex utraque pa
7 te fauces portus teneret, Panormum petit. Pa
stratus primo, ut in re necopinata, turbatus paru
per, deinde vetus miles, celeriter conlecto anim
terra melius arceri, quam mari, hostes posse rat
8 armatos duobus agminibus ad promontoria, qu

invenerim authorem, quod equidem sciam. GLAR. Neque mihi ulla ejus mentio alibi obcurrit. *Palamurum* legit Gaertn. *Palimurum* Lov. 1. et 6. *Pallimurum* Lov. 2. *Palimurium* Voss. *Palimium* Lov. 3. Ceterum *Hic Nicandro* cod. Mog. V. ad 26, 13, 13. Tum *quondam archipirata* obvio scribarum lapsu. V. ad 1, 41, 3. 7, 3, 3. 28, 12, 4. Adde viros doctos ad Suet. Caes. 53. Tib. 13. 61. et Cel. Burm. ad Phaedri 1, 24, 2. Deinde praepositio *cum* deest in omnibus scriptis nostris. Ita modo hoc cap. *Profectus septuaginta navibus tectis Pygela portum tenuit.* 28, 1, ? *Decem navibus Romam rediit.* c. 46, 1. *Profectus in Siciliam est triginta navibus longis.* 37, 17, 2. *Proficisci eo tota classe statuit.* V. ad 1, 14, 7. at τὸ *cum* Aldus ex cod. Mog. recepit.

Classe divisa, ut ex utraque parte fauces portus teneret, Panormum petit] Pall. et vet. ed. *classe divisa ex utraque classe fauces portus tenere Panhormum petit.* GEBH. Quod nunc circumfertur, ex cod. Mog. ab Aldo editum est. Priscae edd. praeferunt *classe divisa ex utraque classe fauces portus tenere*, consentientibus Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. ne aliter inde divertunt Voss. Mead. 1. [et Bamb. qui tamen *classe* habet] et Gaertn. quam quoque *utraque parte* exhibeant. Ipse per τὸ *petit* exsulat a Voss. praecedentibus *qua proximum iter esset per agros* legunt Lov. 5. et edd. vett. ante Aldum, quod nunc vulgo exstat, ex cod. Mog. admisit.

§. 7. *Ut in re necopinata*] *re nec inopinata* Voss. duplici lectione *necopinata* et *inopinata* simul juncta, quod in hac eadem voce etiam factum vidimus ad 1, 57, 7. 2, 22, 2. 5, 8, 6. alibi. In aliis vocibus id saepe fieri, dictum est ad 3, 44. 4. In voce *necopinatus* v. ad 4, 27.

§. 8. *Armatos duobus agminibus ad promontoria* etc. *dicit*] *armatis duobus agminibus* Mead. 1. Hinc *ducit* deest in Hm cujus loco *subducit* servant Lov. 5. et edd. ante Prob. anni 153 [*ab alto profundum* Bamb.]

Inde facile telis ancipitibus hostem submoturus] *facile e ancipitibus* omnes codd. nostr [Bamb.] et edd. vett. quod e

Digitized by Google

cornibus objectis ab alto portum faciunt, ducit: inde facile telis ancipitibus hostem submoturus. id inceptum ejus Nicander a terra visus quum turbasset, repente mutato consilio, naves conscendere omnes jubet. Tum vero ingens pariter militum nautarum- 9
que trepidatio orta, et velut fuga in naves fieri, quum se mari terraque simul cernerent circumventos. Pausistratus, unam viam salutis esse ratus, si 10
vim facere per fauces portus, atque erumpere in mare apertum posset, postquam conscendisse suos

sensu defendi posset, ut per *ancipitia* intelligantur fauces portus, in quas ex utroque cornu vel promontorio jacula emitti possunt. eo sensu *ancipites ad ictum* elephantos Livius vocat 30, 33, 15. quos Gronov. exponit ab ambobus lateribus infestatos, anxios, et quo se verterent nescios, quem ibi pluribus vide. Ascensius demum *facile telis ancipitibus* anno 1513. substituit; quod si ex Msto recepit, probandum videtur. Ita 30, 33, 3. *Viam, qua inruerent in ancipitia tela, belluis darent.* V. etiam Gron. ad 26, 46, 2. ubi *ancipites ictus* inlustrat. Insuper *submoturos* Lov. 1.

Inceptum ejus Nicander a terra missus quum turbasset] Pall. et vet. ed. *a terra visus.* GEBH. Unde accepeit Modius, ignoro: nam Curio quoque, non modo omnes priores, *visus.* Omnino rectius. J. FR. GRON. *a terra visus* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victor. Neque multum hinc differt reliquorum codd. lectio. *a terra iussus* est in Lov. 3. et 6. in quorum tamen priore *visus* inter versus adscribitur. V. ad 9, 24, 4. *a terra nisus* Gaertn. V. ad 2, 39, 11. 4, 39, 2. 9, 39, 2. et alibi. *ad terram nisus* Voss. Non tamen primus Modius *a terra missus* substituit. Verum quum operarum errore in ed. Sigonii prima *a terra vissus* editum fuisset, in altera ejus editione, non consulta priori, calide id mutatum est in *missus*; quod ante Modium insuper servarunt Paris. anni 1573. et Francof. anni 1578. Priscam igitur scripturam revocavi. Insuper *inceptum ejus quum Nicander* etc. *conturbasset* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *Conturbatio*, pro *perturbatio*, in quibusdam libris supra erat 35, 33, 2. Verum et ibi vulgatum retinui, et hic reliqui codd. id tuentur.

Naves conscendere omnes jubet] *ascendere naves* Lov. 5. et edd. vett. Ejus loco *naves conscendere* Aldus ex cod. Mog. substituit, cum quo faciunt reliqui codd. nostri, nisi quod *conscenderent* sit in Lov, 1. Et *conscendere* in hac re proprium esse, vidimus ad 29, 25, 5.

§. 9. *Et veluti fuga in naves fieri*] Ita primus Aldus. *velut* est in prioribus excusis, concinentibus Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. utroque. Mox *terra ma-*

Digitized by Google

vidit, sequi ceteris jussis, ipse princeps concitata
11 nave remis ad ostium portus tendit. Superantem jam fauces navem ejus Polyxenidas tribus quinqueremibus circumsistit. Navis rostris icta subprimitur: telis obruuntur propugnatores: inter quos et
12 Pausistratus inpigre pugnans interficitur. Navium

rique simul Lov. 6. et Gaertn. *To simul* exsulat a Lov. 2. et Harl.

§. 10. *Unam viam salutis esse ratus, si viam facere*] Pall. *si vim facere per fauces portus.* GEBH. Et hoc a Modiana. Scripti cum prioribus, *si vim facere per fauces portus:* de quo minime dubitandum. Lib. 3, [5, 5.] *Metu substitit, ne qua, ex parte altera, in castra vis fieret.* 38, [56, 9.] *Repulisse a corpore ejus viatorem, et tribunis retinentibus magis pie, quam civiliter, vim fecisse.* Sed imprimis, ubi eandem phrasin restituimus, 32, [9, 8.] *Utrum recto itinere per castra hostium vim facere conaretur.* 44, [35, 7.] *Placebat quibusdam, et maxime majoribus natu, per Enipei ripam munitionesque vim facere.* At hoc ipso cap. videre est, ubi *viam facere* rectius sit: *terrore flammae micantis via sibi inter confertas naves facta.* Et 38, [7, 7.] *Jam subrutis muris facta in urbem via esset.* Quae ideo addimus, quia non cuivis ita promptum haec distinguere, et, quibus conveniant magis singula locis, dijudicare, nisi exemplis utrorumque non dubiis ob oculos positis. J. FR. GRON. *viam facere* ante Modium edd. Basil. anni 1554. variae Sigonii, et omnes aliae receperunt, quae postea prodiere. De ea locutione vide Cel. Burm. ad Lucani 1, 150. et quae notantur ad 22, 50, 9. Verum illa lectio in nullo mihi cod. obvia fuit. Omnes nostri constanter *vim facere.* Neque aliter Hearnii L. 1. et N. V. ad 32, 9, 8. Insuper *viam saluti esse* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. ac N. et edd. vett. Ita supra 23, 2. 9. *Viam saluti vestrae inveniam.* Et ita forte infra legendum 41. 23, 9. *Viam regiae* societati *quaeri,* pro *societatis.* Alia similia plura v. ad 3, 46, 2. Attamen *viam salutis* cod. Mog. ex quo id Aldus recepit. Et ita fuisse videtur in Mead. 1. nisi me fallant excerpta. Mox iterum *ascendisse* Lov. 6. Sed vide ad §. 8. Tum *sequi ceteris jussit* [Bamb.] *princeps ipse* Voss. Lov. 1. 6. Harl. et Mead. 1. neque aliter Lov. 3. nisi quod vocem *princeps* ignoret. *sequi ceteros jussit. princeps ipse* Lov. 2. 4. Mead 2. et Gaertner. Insuper §. seq. *circumstitit* Harl. *circumsteti* Lov. 2.

§. 12. *Navium reliquarum ante portum aliae, aliae in portu deprehensae*] *Et navium* Voss. et Gaertn. *Navium reliquarum et ante portum* Lov. 3. Tum *reliquarum* deest in Gaertn. Mox vocem *aliae* duplicare neglexerunt Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. uterque. V. ad 33, 27, 1. At eam alii transponunt. *ante portum aliae, in portu aliae* legit Lov. 2. *ante portum aliae in portu deprehensae aliae* Lov. 6. a manu 1. *aliae ante portum*

Digitized by Google

reliquarum ante portum aliae, aliae in portu deprehensae, quaedam a Nicandro, dum moliuntur a terra, captae. quinque tantum Rhodiae naves cum dua- 13
bus Coïs effugerunt, terrore flammae micantis via sibi inter confertas naves facta. contis enim binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conce-

aliae in portu deprehensae, *aliae quaedam* a m. 2. Mox *dum moliuntur ad terram* Lov. 2. et Mead. 2. V. ad 28, 7, 7.

§. 13. *Quinque tantum Rhodiae naves* etc.] *Septem*, non *quinque*, edit Appian. [Syriac. 102.] *Καὶ τῶν ἑπτὰ μὲν, αἱ τὸ πῦρ ἔφερον, οὐδενὸς ἀυτῶν διὰ τὴν φλόγα προσιόντος, ἔφευγον.* SIGON. Idem numerus navium in Appiano est, qui in Livio; nec quicquam interest, nisi quod ille Coas non distinxit a Rhodiis. DUK. Similiter pugnam, quae inter Livium et App. esse videtur, toli posse, monuit Doujatius. Et recte. Si cuiquam id displiceat, addere potest, alios annales Livium, alios Appianum in hac historia secutos esse. Nam secundum Livium classis Rhodiorum, duce Pausistrato hoc anno missa, fuit sex et triginta navium. Vide supra cap. 9. at secundum Appian. loco laudato, septem et viginti, ex quibus septem effugerunt, viginti captae sunt. Ceterum *quinque tamen* Lov. 2. et Harl. V. ad 9, 12, 6.

Cum duabus Cypriis effugerunt] Vetus lectio *cum duabus Coïs*. GELEN. *cum duabus copiis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *cum Coïs duabus* cod. Mog. Mox *sibi* non adparet in Lov. 3.

Junctis enim binis a prora prominentibus] Legitur *contis enim binis*. GELEN. Plures etiam meorum codicum emendationem Gelenii probant. Eamdem etiam probant App. Al. in Syriac. p. 101. et Anonymus, quem Vales. Polybium esse putavit, apud Suid. 5. *Πυρφόρος*. ubi machinam hanc describentes etiam *κοντῶν* meminerunt. [*contis enim bini* Bamb.]

Trullis ferreis multum conceptum ignem prae se portabant] *Trullam* antiquis fuisse vas ad recipiendas alvi dejectiones, seu corporis retrimenta, existimaverunt ex recentioribus nonnulli, inter quos Coelius Rhodig. vir eximiae doctrinae, lib. 21, 35. et lib. 27, 14. Horum sententiae videtur suffragari Martialis lib. 9. scribens epig. 89.

Clinicus Herodes trullam subduxerat aegro.

Pro vase potatorio trullam accipiendam esse, alii acriter contendunt; inter quos Alex. ab Alex. lib. 3. Gen. cap. 10. exponens illud Juvenalis Sat. 3.

— — *Laudare paratus,*
Si bene ructavit, si rectum minxit amicus,
Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo.

Quae mehercle sententia magis veritati consentanea videtur. nam et Horat. 2. sat. 3. in eundem sensum accipit:

— — *qui Vejentanum festis potare diebus*
Campana solitus trulla, vappamque profestis.

Digitized by Google

14 ptum ignem prae se portabant. Erythraeae trire
mes, quum haud procul a Samo Rhodiis navibus
quibus ut essent praesidio, veniebant, obviae fugien
tibus fuissent, in Hellespontum ad Romanos cursus
15 averterunt. Sub idem tempus Seleucus proditas
Phocaeam, porta una per custodes aperta, recepit;

Et Plautus in Amphitr. [in supp. act. 4. sc. 3, 20.]

Interea dum illi certant, in popinam divertendum est mihi:
Lances detergam omnes, omnesque trullas hauriam.

Cic. in Verr. 6. [lib. 4, 27.] *Erat enim vas vinarium ex una gemma praegrandi trulla excavata cum manubrio aureo.* Plinius 37, 2. *T. Petronius consularis moriturus, invidia Neronis principis, ut ejus mensam exhaereduret, trullam myrrhinam trecentis sestertiis emptam fregit.* Et paulo infra: *Alius hic furor, HS. CL millia trullam unam non ante multos annos mercatam a matrefamilias, nec divite.* In eodem sensu *trulla* accipitur apud JCtos. Paulus l. 13. D. de Supell. leg. *Trulla*, inquit, *quae circa coenam solet trajici.* Et Scaevola in l. 36. D. d. Aur. arg. leg. idem confirmat in haec verba. *Sejae dulcissimae poculum aureum, quod elegerit, fidei haeredum committo, ut darent. Quaero, quum in haereditate non sint, nisi trullae, scyphi, modioli, phialae, an Seja de his speciebus eligere possit? Respondi, quum omnia potui parata pocula dicantur, posse.* Antonius Panormitanus lib. 4. de Dict. et fact. Alphonsi regis Hisp. cap. 22. scribit, illi a Genuensibus quotannis pro tributo trullam auream pensitatam; pro trulla autem poculum intelligendum, nulli dubium. Lib. 4. Regum in sacra Biblia cap. postremo legimus. *Mare aereum, quod erat in domo Domini, fregerunt Chaldaei, et transtulerunt aes omne in Babylonem; ollas, quoque aereas, et trullas, et tridentes, et scyphos, et mortariola, et omnia vasa aerea, in quibus ministrabant.* Ex quibus omnibus trullam ex poculorum genere fuisse colligimus, sicque etiam interpretanda Martialis allegata dicta. Turnebus Advers. 7, 22. Varronem citat lib. 4 de Ling. Lat. [30.] scribentem: *Trullae, quae in culinam in lavatrinam aquam fundunt*, ex quibus inquit. *Trullae de situlis aquam hauriunt et de ahenis aut labris.* Lib. tamen 22, 9. et potatorium vas Trullam esse dicit. Sed sive potatorium, sive excrementis alvi recipiendis paratum, vel in alium usum vas Trullam esse dixerimus, illud sane pro comperto habere debemus, vas magnum et multae capacitatis fuisse. Nam Varro loco citato tendit: *Trulla a similitudine Truae: illa magna, haec parvula.* Hoc idem ex praedictis confirmare possumus: nec non et ex Catone de re rust. cap. 10. ubi habet: *Villicum habere oportere urnam quinquagenariam unam, et trullas tres.* et cap. 13. Torcularium usui esse opus *Trullas aereas tres, amphoras oleareas duas.* et paulo post eodem cap. *Urceos fictiles*

Digitized by Google

et Cyme aliaeque ejusdem orae urbes ad eum metu defecerunt.

XII. Dum haec in Aeolide geruntur, Abydus quum 1
per aliquot dies obsidionem toleraſſet, praesidio re- 2
gio tutante moenia, jam omnibus feſſis, Philota quo-
que praefecto praesidii permittente, magiſtratus eo-

urnales duos, *trullas ligneas duas*. Itaque, hoc in loco per *trullas* Livium significare vasa magna, non dubito. nam si multae capacitatis non fuiſſent, haud utique igne, quem continebant, incendii timorem hoſtilibus navibus incussissent. Nec illud reticendum in ſtudiosorum gratiam, quamvis ad praesentis loci explicationem nihili faciat, Trullam a Vitruvio lib. 7. inſtrumentum illud appellari, quo liniendis et laevigandis muris arenato vel gypsato utuntur cementarii; vulgo *cazzolam* vocant. MARC. DONATUS.

§. 14. *Ad Romanos cursum averterunt*] *adverterunt* Voſſ. sollemni scribarum peccato. V. ad 6, 23, 8. De ipsa locutione, verbum *avertere* cum praepositione *ad* conſtrui, v. ad 35, 31, 1. *advertunt* Lov. 3. *avertunt* Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. De hoc etiam errore v. ad 10, 12, 4. Primus Aldus ex cod. Mog. *averterunt* vulgari curavit, quod supereſt in Lov. 1. et Harl. Paullo ante male Mog. Mſtus *quum haud procul ab Rhodiis navibus*.

§. 15. *Et Cymae Elaeaque ejusdem orae urbes*] Legitur *et Cymae aliaeque*, non *Elaeaque*. GELEN. Vet. lib. *Cyma*. Item Appianus [in Syr. 102.] *Καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ Φώκαια ἀνθεῖς, καὶ Σάμος, καὶ Κύμη πρὸς Ἀντίοχον μετέθετο*. SIG. *Κύμη* quoque eſt cum apud alios, tum in marmorea basi colossi Tiberio positi, ad quem Laur. Theod. Gronovius cap. 19. scribit, patrem suum hic emendaſſe *Cyme*. DUK. *Cima* Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo. *Cyma* Voſſ. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. *Cymae* recepit. At J. Fr. Gronov. anno 1665. *Cyme* edidit. Vide, quae notavi ad Silii 8, 533. Tum *Eliamque* Gaertn. *Elyaque* Voſſ. et Lov. 1. *Elliaque* Lov. 3. *Eliaque* Lov. 2. 4. et Mead. uterque. *Heliaque* Lov. 5. 6. Harl. et primae edd. *Eleaque* primus emendavit Ascens. quod proximae servarunt usque ad Gelen. cujus lectionem *aliaque* Frob. anno 1535. admisit. [*cimae liaeque* Bamb.]

§. 1. *Dum haec in Aeolide geruntur*] Male *Quum haec* Harl. V. ad 1, 40, 7. Male etiam *in Aetholia geruntur* Lov. 2. et Harl. *in Aetholide* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. V. ad cap. 8, 5. *in Aetholia degeruntur*, utraque lectione *Aetholia* et *Aetholide* juncta, Mead. 1. V. ad 3, 44, 4. [*regio ut ante* Bamb.]

§. 2. *Praefecto praesidii permittente*, *magistratus eorum cum Livio* etc. *agebant*] *praefecto praesidi permittente* Lov. 4. et Mead. ambo. Sed vide ad 38, 27, 8. Voces *cum Livio* de-

Digitized by Google

rum cum Livio de conditionibus tradendae urbis age-
bant. rem distinebat, quod, utrum armati, an iner-
3 mes, emitterentur regii, parum conveniebat. Haec
agentibus quum intervenisset nuncius Rhodiorum
4 cladis, emissa de manibus res est. metuens enim Li-
vius,

sunt in Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. quas recte omnes reliqui libri agnoscunt. Hinc *agebat* Lov. 4, 6. et Mead. 2. Sed rectius *magistratus agebant*. Vide ad 34, 61, 14. Mox *detinebat* Lov. 1. 6. *destinebat* Lov. 3. 4. *destinabat* Voss. et Gaertn. [Bamb.] Eadem verba etiam alibi a librariis in codd. confunduntur. V. ad 5, 20, 4. 9, 16, 6. aliisque locis.

An inermes emitterentur regii, parum conveniebat] Ita Aldus recte ex cod. Mog. recepit: quod probant plerique meorum codd. quum reliquorum vestigia eodem nos ducant. Neque aliter edd. Rom. anni 1472. ac Parm. pro quo postea *mitterentur* suppositum est. *semitterentur* legunt Lov. 5. et ed. Camp. prima litera ex fine vocis proximae repetita. Vide ad 36, 44, 3. *emitterent* Lov. 3. V. ad 10, 10, 1. *emittentur* Voss. V. ad 2, 56, 7. Vox *regii* deerat in Lov. 6. Tum *parum conveniebant* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. et Gaertner. [Bamb.]

§. 3. *Emissa de manibus res est*] Libri nostri omnes *omissa de manibus*. GEBH. *ōmissa de manibus res est* Harl. *omissa de manibus res est* Lov. sex, Mead. ambo, [Bamb.] et edd. antt. quomodo *omittere e manibus* infra obcurrit 44, 7, 7. At vulgatum *emissa de manibus*, quod in editione Aldina primum adparuit, et, ut videtur, auctoritate Voss. et Gaertn. firmatur, magis obvium est. V. ad 22, 3, 10.

§. 4. *Ne successu tantae rei elatus Polyxenidas*] Non male sic quidem legitur: sed existimo, non deterius conspici in Pall. et vet. ed. *successu tantae rei inflatus*. Infra cap. 26, 4. *Aliquid etiam inflabat animos classis Rhodia*. ubi tamen vet. ed. continet *inflammabat*. GEBH. Tolero jam, quia scio, quo fundo nitatur, codice scilicet Moguntino. Alioqui retinuissem prius editum, quod in multis videram membranis: *ne successu tantae rei inflatus Polyxenidas*. Infra [c. 26, 4.] *Aliquid etiam inflabat animos classis Rhodia*. Cicero ad Atticum [5, 20.] *Me ipse non noram, nec satis sciebam, quid in hoc genere facere possem: recte πεφυσίωμαι. nihil est praeclarius*. Et Philipp. 14, [6.] *Cum hoc triduo tristis a Mutina fama manaret, inflati laetitia atque insolentia impii cives*. Caesar conjungit utrumque lib. 2. de bell. civ. [17.] *Haec ad eum elatius atque inflatius Afranius perscribebat*. Lib. 3, [79.] *De proelio ad Dyrrhachium facto elatius inflatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat*. Cicero pro Domo [36.] *Nihil unquam de me dixi sublatius adipiscendae laudis causa*. Cornelius Nepos [Pausan. 2.] *Elatius se gerere coepit*. J. FR. GRON. Utrumque ferri potest, et *infla-*

Digitized by Google

vius, ne successu tantae rei elatus Polyxenidas classem, quae ad Canas erat, obprimeret, Abydi obsidione custodiaque Hellesponti extemplo relicta, naves, quae subductae Canis erant, deduxit. Et Eumenes Elaeam venit. Livius omni classe, cui adjunxerat triremes duas Mitylenaeas, Phocaeam petit. quam 5

tus, quod etiam omnes codd. nostri, et edd. principes servant, et *elatus*, quod Aldus ex cod. Mog. adoptavit: utraque enim locutio Livio familiaris. *Inflatus* supra 6, 11, 6. *His opinionibus inflato animo.* c. 18, 5. *His simul inflatus exacerbatusque.* 24, 6, 8. *Inflatus adsentationibus eorum* c. 22, 8. *Inflata adhuc regiis animis.* 35, 42, 5. *Regis spem inflabat.* c. 49, 4. *Inflasse vana spe, atque inflatos esse.* 39, 53, 8. *Haud dubie inflatior redierat.* 45, 31, 3. *Inflavit ad intolerabilem superbiam animos.* Contra *elatus* 2, 51, 1. *Tuscos victoria elatos.* 3, 62, 6. *Alterum nuper nova victoria elatum.* 4, 31, 6. *Vejentes re secunda elati.* 5, 31, 5. *Volsinienses superbia elati.* 23, 37, 8. *Elatum secunda re consulem.* 26, 19, 14. *Elato ab ingenti virtutum suarum fiducia animo.* c. 51, 12. *Rei tam parvae praemio elatum insolentem juvenem.* 28, 6, 8. *Tam facili ad Oreum successu elatus.* 31, 24, 13. *Non ira tantum, sed etiam gloria elatus.* 35, 27, 1. *Prospera elatus re.* c. 43, 2. *Demetriadis maxime defectione ab Romanis ad Aetolos elatus.* 39, 26, 9. *Elatus deinde ira adjecit.* 42, 59, 9. *Elatus felicitate.* c. 66, 3. *Hostium adventum, elatus successu, mansit* 45, 31, 5. *Secundis rebus elati.* Ut autem *inflatus* et *pressus* obponuntur apud Auctor. Dial. de causs. corr. eloq. 8. ita *elatus* et *pressus*, ut exemplis docuit Corte ad Plinii 1. Ep. 8. *Elatus* et *inflatus* junxit Cic. 2. Agr. 15. *Quibus illi rebus elati et inflati fortasse non continuo, sed certe, si paullum adsumserint, vetustatis ac roboris, non continebuntur.* Gronovius, quum primum Livium ederet, nondum visa ed. Mog. et codicis Mog. adjectis excerptis, priscam lectionem *inflatus* revocavit. At curis secundis testatur, se *elatum* tolerare, quod auctoritate Msti Mog. nitatur; alioqui fore, ut alterum retinuisset. Et tamen id retinuit. Quare nunc *elatus*, quod se fecisse dixit, iterum recepi. Mox *Canas* et paullo post *Canis* recte, pro *Cannas* et *Cannis*, dedit editio Mog. V. supra ad cap. 8, 6. Tum *extemplo* deest in Lov. 2. ac 3. Hinc *reduxit* dedit Lov. 3. *eduxit* Lov. 5. et ed. Camp. At alterum *deduxit* in hac re proprium est. cap. praec. *Deductisque raptim, quae subductae erant, navibus,* Alia exempla vide ad 8, 26. 21, 17. 24, 11. 26, 41. 36, 41. Adde Passer. ad Prop. 1, 6. pag. 170. Confunduntur autem *deducere* et *reducere.* V. ad 6, 26, 8. Similiter *deducere* et *educere.* V. ad 3, 62, 5.

§. 5. *Et Eumenes Elaeam venit*] Appian. [Syr. pag. 102.] Ὅδεν Εὐμενὴς ἐς Ἐλαίαν τὸ τῆς ἀρχῆς ἐπίνειον διέπλει. SIGON. [*duas triremes Mytilenas* Bamberg.]

Digitized by Google

quum teneri valido regio praesidio audisset, nec pro-
6 cul Seleuci castra esse; depopulatus maritimam oram,
et praeda maxime hominum raptim in naves inposita,
tantum moratus, dum Eumenes cum classe adseque-
7 retur, Samum petere intendit. Rhodiis primo au-
dita clades simul pavorem, simul luctum ingentem
fecit. nam, praeter navium militumque jacturam, quod
floris, quod roboris in juventute fuerat, amiserant;
8 multis nobilibus secutis inter cetera auctoritatem
Pausistrati, quae inter suos merito maxima erat. de-
inde, quod fraude capti, quod a cive potissimum
9 suo forent, in iram luctus vertit. Decem extemplo

Nec procul Seleuci castra esse] *Seleucia castra* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. usque ad Aldum, qui *Seleuci* substituit, ut cap. 18. *Haud procul Seleuci castris.* Paullo ante *duas triremes* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Hinc *valido regis praesidio* Lov. 6. V. ad 31, 35, 6. Vox *regio* deest in Lov. 2. 3.

§. 6. *Dum Eumenes cum classe adsequeretur*] *adsequerentur* Voss. quod eodem modo dictum videri posset, quo *dux cum principibus capiuntur*; de quo v. ad 21, 60, 7. [*in classe* Bamb. §. 7. *Rhodi.* mox *cladē.* tum *fuerat* omittit idem.]

§. 8. *Secutis inter cetera auctoritatem Pausistrati*] Ita recte edidit Ascens. anno 1513. Priores dederunt *auctoritate*, quod et in Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. utroque, et Gaertn. [Bamb.] inveni. Praeterea *Philistrati* Gaertn. Sed vide ad c. 9, 5. Mox *quod fraude capti a cive* perperam Gaertn. V. ad 5, 35, 4.

§. 9. *Decem extemplo naves, et* etc. *decem alias, praefecto omnium Eudamo*] App. Alex. in B. Syr. p. 102. Ῥοδιοίτε Ῥωμαίοις ναῦς ἕτεραι εἰκοσιν ἔπεμπον. Praeterea *Eudemo* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. *Eudamo* substituit. Et ita plerique codd. capp. 15. 22. et 23. exhibent, ac praesertim Moguntini se ibidem in cod. suo invenisse testati sunt. Certe Dores, quorum dialecto Rhodii usi sunt, η mutarunt in *a* longum, et δᾶμος dixerunt pro communi δῆμος. At praefectum hunc Polybius, quem Livius sequi solet, Ἐυδημον, non Ἐυδαμον, vocavit.

§. 10. *In Erythram primum*] *Erythras* legendum puto pluralivo numero. GLAR. Ita primi ediderunt Mediol. anno 1505. mox Ascens. anno 1513. et plures. At *in Erythraea* codd. scripti, [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. proximae *in Erythream*, quod, vel potius *Erythraeam*, Froben. anno 1535.

Digitized by Google

naves, et diebus post paucis decem alias, praefecto omnium Eudamo, miserunt: quem, aliis virtutibus bellicis haudquaquam Pausistrato parem, cautiorem, quo minus animi erat, ducem futurum credebant. Romani et Eumenes rex in Erythraeam primum classem adplicuerunt. ibi noctem unam morati, postero 10
die Corycum Tejorum promontorium tenuerunt. inde quum in proxima Samiae vellent trajicere, non 11
exspectato solis ortu, ex quo statum coeli notare gubernatores possent, in incertam tempestatem miserunt. Medio in cursu, aquilone in septentrionem 12
verso, exasperato fluctibus mari jactari coeperunt.

revocavit. Recte. Infra 44, 28, 12. *Qui propiores continenti litori erant, in Erythraeam enatarunt.* Similiter τὴν Ἐρυθραίαν memorat Strabo 13. p. 644. Intelligitur autem *regio* vel *terra Erythraea.* 36, 45, 7. *Phoeniciuntem primum portum Erythraeae terrae praetervecti.*

Classem adplicaverunt] Mog. Voss. Thuan. *applicuerunt.* JAC. GRON. Ita etiam edidi, quia non tantum omnes Msti nostri, Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. id jubent, sed et edd. quae vidi, usque ad ultimam Gruteri, quae demum *applicaverunt* admisit. V. ad 6, 21, 7.

Corycum Tejorum promontorium] *Corynthum* Lov. 1. *Pelicium* Harl. *Corytium* Voss. *Coryceum* Gaertn. quomodo etiam Plinio vocatur 5. H. Nat. 29. *Promontorium Coryceon, mons Mimas.* quo loco utrum *Corynaeon* legendum sit, dubitat Salmasius in Exerc. Plin. pag. 605. Verum Corycus mons hac regione apud Geographos passim memoratur, qui in mare procurrens inde *Coryceum promontorium* a Plinio, *Corycum promontorium* a Livio vocatur, et infra cap. seq. iterum memoratur: ibidem etiam *portum Corycum* memorat Liv. 36, 43, 13. ubi vide. Non longe hinc aberat mons Mimas, cujus in mare procurrentis promontorium *Corynaeum* apud Plinium dicitur l. laud. *Nunc est Alcon fluvius, Corynaeum, Mimantis promontorium, Clazomenae.* Nihil itaque apud Plinium mutandum. Deinde pro *Tejorum* corrupte *Pellotum* Lov. 6. *Pollorum* Voss. *Pellorum* Lov. 1. et 3. *Pelorium* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Pelorum* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, Gaertn. [Bamb.] et editionibus memoratis proximae, usque ad Mediol. quae anno 1505. *Tejorum* dedit, quod Ascens. anno 1513. et hinc reliquae probarunt.

§. 11. *In incertam tempestatem miserunt*] Ita Mog. ex cod. suo ediderunt, quum antea legeretur *incertam tempestatem*, vel *in certam tempestatem*; quod

Digitized by Google

1 XIII. Polyxenidas, Samum petituros ratus hostes, ut se Rhodiae classi conjungerent, ab Epheso profectus, primo ad Myonnesum stetit: inde ad Macrin (quam vocant) insulam trajecit, ut praetervehentis classis si quas aberrantes ex agmine naves posset,

etiam in codd. nostris est, nisi quod Lov. 4. et Mead. 2. Moguntino Msto consentire videantur. Praepositio itaque partim intercepit primam syllabam proximae vocis, partim ab ea intercepta est. V. ad 21, 54, 5. et 34, 28, 3.

§. 12. *Medio in cursu, aquilone in septentrionem verso*] Lectori considerandum, quid faciat haec ventorum commutatio ad impediendam navigationem in Samum. Neque vero septentrionis ac aquilonis ventorum distinctionem facile invenias, praeter apud unum Ptolemaeum, et ad hunc locum etiam non multum facientem. GLAR. Glareanus, lectori, monet, considerandum, quid faciat haec ventorum commutatio ad impediendam navigationem in Samum. Atqui docere nos potius debebat, quid non faceret ad impediendum cursum, si suspectum inconsiderantiae Livium facere vellet. Hoc certe satis clare Livius, ea commutatione exasperatum fluctibus mare, et inde jactari naves coepisse, ut cursum tenere non possent. Neque vero, pergit Loritus, *septentrionis* atque *aquilonis* ventorum distinctionem facile invenias, praeterquam apud unum Ptolemaeum, et ad hunc locum non multum facientem. Verum et venti *septentriones* communiter, et ventus *κατ' ἐξοχὴν septentrio* distinctus ab *aquilone* satis memorati sunt antiquis. Cicero 9. ad Attic. 6. *Conscendisse dicitur ante diem quartum nonas Martias. ex ea die fuere septentriones venti.* Hi sunt thrascias, aparctias, aquilo. At *septentrio* ventus *κατ' ἐξοχὴν* est aparctias, interjectus inter Thrasciam et aquilonem, Gellio *septentrionarius*. Vitruvius lib. 1. cap. 6. *Itaque sunt collocati inter solanum et africum ab oriente hiberno eurus, inter austrum et favonium ab occidente hiberno africus, inter favonium et septentrionem caurus, quem plures vocant corum, inter septentrionem et solanum aquilo.* Seneca lib. 5. Nat. quaest. 16. *A septentrionali latere summus est aquilo, medius septentrio, imus thrascias.* Meminit et Plinius, etsi aliter collocet. Noster lib. 26, [45, 8.] *Acer etiam septentrio ortus inclinatum stagnum eodem, quo aestus, ferebat.* J. FR. GRON. *exaspera fluctibus mari* Lov. 1. et a m. pr. Lov. 6. *exasperatis fluctibus mari* a manu sec. *exaspera fluctibus maris* Voss. An igitur voluerunt *exasperati fluctibus maris*? Sed nec vulgatum, in quod reliqui conspirant, commodo sensu caret.

§. 1. *Primo ad Myonnesum stetit: inde ad Macrin, quam vocant, insulam*] *Myonnesus* insula est inter Teon ac Lebedum Ioniae maritimas urbes, authore Strabone [14, 643.] quanquam Livius postea inter Teum ac Samum dicit [c. 27.] Plinius *Macrin* insulam lib. 5. cap. 31. primum non longe a Rhodo ponit,

Digitized by Google

aut postremum agmen opportune adoriretur. Post- 2
quam sparsam tempestate classem vidit, occasionem
primo adgrediendi ratus, paullo post increbrescente
vento, et majores jam volvente fluctus, quia pervenire 3
se ad eos videbat non posse, ad Aethaliam insulam

sed nihil ad hunc locum: deinde eodem cap. in Chio ponere videtur, aut ipsam Chium *Macrin* vocatam: quanquam is locus corruptus videtur. Livius postea [cap. 28.] ad Myonnesum ejus insulae rursus facit mentionem, ante memorabilem illam pugnam navalem. GLAR. *Macrin* Euboeam dictam esse, auctores sunt Strabo, Stephanus, Dionysius *τῆς περιηγήσεως*. Esse praeterea alteram insulam *Macrin* inter Cycladas, tradit Eustathius in Dionysium [v. 520.] his verbis: *Ἐλέγετο δὲ Μάκρις καὶ Κυκλάδων μία ἡ Ἴκαρος, ἀφ' ἧς νομίζουσί τινες εἰρῆσθαι καὶ τὸ Ἰκάριον πέλαγος.* SIG. Haec ex Eustathio ad verbum translata sunt in Scholia Aristophanis Nub. vers. 212. A nauticis *Macrin* vocari, scribit Livius infra c. 28. unde intelligitur, etiam aliud ei nomen proprium fuisse: puta *Icariam*, ut Eustath. DUK. *ad Myonnexo* Lov. 2. *ad Nioneso* Mead. 1. Videntur igitur librarii dare voluisse *ad Myonneson*. Infra tamen cap. 27. et 28. *Myonnesus* et *Myonnesum* terminatione Latina constanter est in Mstis. Deinde *ad Matin* Gaertn. *ad Matim* Voss. *ad Macri* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1. [Bamb.]

Ut praetervehens, si quas aberrantes] Lege, *ut praetervehentis classis, si quas aberrantes*] GELEN. *ut praetervenientes quas aberrantes* Voss. et Gaertn. *ut praetervehementes quas aberrantes* Lovel. 1. [*ut praeter vehementis classis, quas* Bamb.] *ut praetervehentes quas aberrantes* Lovel. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. ex quibus Mead. 1. vocem *recipere*, post *τὸ posset* interjiciendam, margini adscriptam praefert. *ut praetervehens quas aberrantes* Harl. et reliquae edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. *ut praetervehens si quas aberrantes* recepit. Froben. demum anno 1535. emendationem Gelenii recte admisit. Ordo verborum intricatior librariis errandi ansam dedisse videtur. Ita vero in ordinem sunt redigenda: ut praetervehentis classis aberrantes ex agmine naves, si quas posset, aut postremum agmen opportune adoriretur. Ceterum *adoreretur* Lov. 4. V. ad 23, 16, 7. Mox §. seq. *audit*, pro *vidit* Voss. V. ad 1, 56, 7. et 8, 5, 7. Tum *volutante*, pro *volvente*, Lov. 6.

§. 3. *Ad Etaliam insulam trajecit*] Plin. in eodem loco ait, Ephorum dicere, Chium olim *Etaliam* dictam. quanquam codices Plinii plerique falso, ut puto, *Italiam* habent. Ego sane de Etalia insula hoc in tractu apud authores nihil invenio. Nam quam Strabo memorat Aethaliam e regione Thusciae l. 5, [223.] nihil huc pertinere certum est. GLAR. Quod in celebri lege *ἀξίωσις* 9. D. de leg. Rhod. de Jact. dicit Eudaemon, se naufragio *ἐν τῇ Ἰταλίᾳ* facto direptum fuisse a publicanis, Cycladas insulas habitantibus, ex

Digitized by Google

trajecit, ut inde postero die Samum ex alto pete
4 tes naves adgrederetur. Romani, pars exigua, p
mis tenebris portum Samiae desertum tenuerun
classis cetera, noctem totam in alto jactata, in eu
5 dem portum decurrit. Ibi ex agrestibus cognito, h
stium naves ad Aethaliam stare, consilium habitu

hoc loco emendandum, et *Αἰθαλίᾳ*, pro *Ἰταλίᾳ*, legendum esse, plus quam probabili conjectura censuerunt summi JCti, Ampliss. Praeses Corn. van Bynkershoek cap. 4. ad d. l. 9. et Clariss. Antecessor Ger. Noodt 1. Obs. 13. Horum observationibus quod addam, non habeo, nisi hoc unum, si *Macris*, auctore Eustathio, eadem est, quae *Icaria*, Eudaemonem a publicanis Cycladas habitantibus facile potuisse diripi. Nam *Icariam* inter Cycladas idem Eustath. et Steph. ponunt, et *Aethaliam* haud procul a *Macri* abfuisse, ex hoc loco Livii constat. Neque tamen praeterire possum, Clar. Noodtium mihi ad hanc conjecturam confirmandam non recte videri adhibuisse verba Plinii 5. Hist. Nat. 31. *Chios libera, quam Aethaliam Ephorus prisco nomine appellat.* Nam, quod hinc consequitur, eamdem esse *Aethaliam* Livii et Ephori, id est *Chium*, nullo modo probari potest. *Chion Αἰθαλίαν* dictam fuisse, etiam Stephanus scribit v. *Αἰθάλη*. Verum, hoc de priscis temporibus accipiendum esse, ex Plinio apertum est: ob quam caussam interpres Latinus Stephani de suo addidisse videtur *olim*, quasi in Graecis esset, *ὄντω γὰρ ἡ Χίος πάλαι ἐλέγετο*. Jam cur vel Livius, vel, qui diu post eum vixit, Eudaemon in libello supplice ad Antoninum imp. uti voluissent prisco, et sua aetate obsoleto, ac sine dubio paucissimis noto nomine hujus in lae? Livius, et, qui ante ac p eum scripserunt, Graeci par Latinique, saepissime Chium morant; nec tamen quis eorum illam vetusto nomi *Aethaliam* appellavit. Nec in hoc loco Antiochi, ut in classis Romanae observan sa trajicere potuerit Polyx das, sed Romanorum partis Vide capp. 14. 27. 31. et 33. Ne dicam, plane verosimile se, *Aethaliam* Icariae propi quam, sive hanc cum Stephan et Eustathio inter Cycladas, cum Mela et aliis inter Spor das ponas, itidem his aut il adnumeratam fuisse; inter tras autem referri *Chium*. D nique, quum Plinius ibidem t dat, *Chion* etiam *Macris* voc tam fuisse, eadem ratione in colligi posset, *Macrin* quoq in quam primum a Myonnes ac deinde ex ea in *Aethali* trajecisse dicitur Polyxenid apud Livium esse *Chion*. S hoc idem foret, ac si dixis eum *a Chio ad Chium* trajec se: quo nihil absurdius dici fingi potest. Harduinus ad P nium recte quidem vidit, vium *Aethaliam*, *Chion*, et *M crin* pro tribus insulis habuis sed sine causa miratur, eum e stimasse, illas ut nomine, ita ipsa dispares fuisse. Quae sup scripta sunt, adversus eum qu que valent. DUK. *ad Eraclea* Lov. 3. *ad Aetholiam* Voss. Lov. 6. *ad Aetoliam* Harl.

Digitized by Google

utrum extemplo decernerent, an Rhodiam exspectarent classem. dilata re, (ita enim placuit) Corycum, unde venerant, trajecerunt. Polyxenidas quoque, 6
quum frustra stetisset, Ephesum rediit. Tum Romanae naves vacuo ab hostibus mari Samum trajecerunt. Eodem et Rhodia classis post dies paucos venit. quam 7

Gaertn. *ad Aethaleam* Mead. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. et Hearnii L. 1. [Bamb.] *ad Ethaleam* edd. principes. *ad Etaleam* aetate proximae. *ad Etaliam* ed. Mog. pro quo Frob. anno 1535. *ad Aethaliam* restituit. Similes lectionum varietates etiam infra hoc cap. in Mstis et edd. obviae sunt. Mox *inde* exsulat ab Harl. Tum *et alto*, pro *ex alto*, legunt Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad 26, 45, 1.

§. 4. *Noctem totam in alto jactata, in eumdem portum decurrit*] Pall. et vet. ed. *nocte tota*. GEBH. *nocte adacta* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. *nocte adducta* Lov. 1. *nocte*, omissa proxima voce, Lov. 2. et Hearnii L. 1. *nocte tota* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. recte *noctem totam* dedit. V. ad 35, 40, 8. Tum *currit* scripti [Bamb.] et typis excusi usque ad Aldum, qui *decurrit* ex cod. Mog. recepit. Paullo ante *portum desertum Samiae* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. usque ad Aldum; nisi quod *Sami*, pro *Samiae*, perperam dederit Moguntina.

§. 5. *Consilium habitum, utrum extemplo decernerent*] Barberinae membranae: *utrum extemplo cernerent, an Rhodiam exspectarent classem*. Nota sunt Plauti: *cernit cum hostibus*, et *certamen cernitur*: apud Lucretium *cernere bellum*, Virgilium *cernere ferro*. Sed ne ab Livio tamen usum verbi alienum putes. Lib. 43, [12.] *Priusquam id sors cerneret*. Et forte pluribus id verbum locis reperiremus, si libros per omnia satis fidos haberemus. J. FR. GRON. De verbo *cernere* hoc sensu adhibito vide ad Silii 16, 532. Nostri tamen omnes stant hoc loco pro vulgata lectione: neque Gronov. *cerneret* in alio, quam in solo, quem laudat, Barberino, invenisse videtur. Potius itaque existimo, librarium ejus hoc loco *cernerent*, pro *decernerent*, scribentem in eumdem errorem incidisse, quem modo committebant plerique omnes, *currit* pro *decurrit* exhibentes. Sane eodem modo *cernere* pro *decernere* unus cod. cum edd. antt. supra exhibebat 35, 3, 5. Exemplum vero, quod ex Livio laudat Gronovius, non per omnia simile esse, cuique patet. De verbo *decernere* hoc sensu vide ad 40, 8, 19. Insuper *concilium habitum* edidit Modius, ac servarunt Gruterus et D. Heinsius: pro quo Gronov. *consilium* revocavit, ac legendum docuit ad 44, 2, 5. Neque aliter reliquae edd. omnesque scripti, nisi quod *conscilium* sit in Lov. 4. *habitum* ignorat Lov. 3.

Corycum, unde venerant, trajecerunt] *ad Corycum* Gaertn. *Corinthum* Voss. et Lov. 1. *Corithum* Lov. 6. *Idcycum* Harl.

Digitized by Google

ut exspectatam esse adpareret, profecti extemplo sun
Ephesum, ut aut decernerent navali certamine, aut
si detrectaret hostis pugnam, (quod plurimum inte-
erat ad animos civitatium) timoris confessionem ex-
8 primerent. Contra fauces portus instructa in fron-
tem navium acie stetere. postquam nemo adversus
ibat, classe divisa, pars in salo ad ostium portus in
9 anchoris stetit; pars in terram milites exposuit. In
eos, jam ingentem praedam late depopulato agro a-
gentes, Andronicus Macedo, qui in praesidio Ephesi
erat, jam moenibus adpropinquantes eruptionem fe-
cit, exutosque magna parte praedae ad mare ac na-
10 ves redegit. Postero die, insidiis medio ferme viae po-
sitis, ad eliciendum extra moenia Macedonem, Romani

et Mead. 1. Tum *unde enim venerant* Lov. 3. An voluit *inde enim venerant?* Sed rectius reliqui stant pro vulgato. Deinde *aractaverunt*, pro *trajecerunt*, Voss.

§. 6. *Quum frustra stetisset; Ephesum rediit*] *structa stetisset* Lov. 1. *frustra fecisset* Lov. 3. Tum *redit* Harl. et Mead. 1. V. ad 36, 35, 2. Mox *ab hostilibus*, scilicet navibus, Lov. 1. Sed reliqui vulgatum tuentur.

§. 7. *Aut decernerent navali certamine, aut, si detrectaret*] Prima vocula non adparet in Voss. et Lov. 6. Tum *detractaret* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 34, 15, 9. Paullo ante *post paucos dies* Lov. 3. 6. et Gaertn. Mox *civitatium* edd. Rom. anni 1472. ac Mediol. anni 1480. Vide ad 33, 20, 11.

§. 8. *Ad ostium portus in anchoris stetit*] *ad hostium portus* Lovel. sex, Harl. Mead. 2. Gaertner. et edd. ante Aldus. Quae lectio ut obtinere posset, constare deberet, Ephesum plures portus habuisse. Livium tamen unius Ephesi portus semper meminisse, vidimus ad cap. 10, 10. Solent ita saepe errare librarii. V. ad 10, 2, 5. 35, 30. 5. 36, 45, 6. cap. seq. §. 7. et alibi. Pari modo alias voces, addita vel detracta adspiratione, confuderunt. V. ad 35, 26, 7. [*fauces portum* Bamb.]

§. 9. *Depopulato agro agentes, Andronicus Macedo, qui in praesidio*] *depopulato agentes agro* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. quorum posterior etiam *qui praesidio*. Sed praepositionem *in* vel *i* intercepit litera finalis vocis praecedentis. Vide ad 35, 8, 9. Ceterum pro *Andronico Nicandrum* memorat Appian. in Syr. 102. Paullo ante *Inde eos jam* Harl. Solent pas-

Digitized by Google

ıd urbem agmine iere: inde, quum ea ipsa suspicio,
ıe quis exiret, deterruisset, redierunt ad naves; et, 11
erra marique fugientibus certamen hostibus, Samum,
ınde venerat, classis repetit. inde duas sociorum
:x Italia, duas Rhodias triremes cum praefecto Epi-
:rate Rhodiorum ad fretum Cephalleniae tuendum
ɔraetor misit. Infestum id latrocinio Lacedaemo- 12
ıius Hybristas cum juventute Cephallenum faciebat:
:lausumque jam mare commeatibus Italicis erat.

XIV. Piraeei L. Aemilio Regillo, succedenti ad 1
ıavale imperium, Epicrates obcurrit. qui, audita 2
:lade Rhodiorum, quum ipse duas tantum quinque-
-emes haberet, Epicratem cum quatuor navibus in
Asiam secum reduxit. prosecutae etiam apertae Athe-

ıim voces *inde* sive *iñ* et *in* con-
ʼundi. Vide ad 10, 20, 6.

*Jam moenibus adpropinquan-
es*] Ita edidit Aldus ex cod. Mog.
Priores ignorant *τὸ jam*, quod
ıeque in Lov. 1. 2. 4. 5. Harl.
Mead. utroque, et Hearnii L.
. [et Bamb.] adparet. *in moe-
ıibus* legunt Voss. Lov. 3. 6. et
Gaertn. Cl. Crevierius voculam
am hic servandam putat, quam
ibentius paullo ante in princi-
ɔio hujus §. delebat. Mox *exu-
osque in magna parte* Gaertn.
xutosque in magnam partem
Voss. *exutosque magnam par-
em* Lov. 1. At similes Graecis-
nos aut numquam, aut quam
ariſſime Livius captare solet.
nsuper *redigit* Harl.

§. 10. *Inde, quum ea ipsa su-
ıpicio, ne quis exiret, deterru-
sset*] *unde* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6.
Harl. Mead. ambo, Gaertner.
Bamb.] et edd. antt. *inde quum
:x ipsa suspicione ne quis* cod.
Mog. ex quo Aldus *τὸ inde* pro-
bavit. Tum *decrevisset* Voss. et
Lov. 1. ac 6. V. ad 37, 51, 6. *de-
tenuisset* Mead. 1. literis *rr* in
n coalescentibus; unde etiam
terrere et *tenere* alibi commu-
tantur. V. ad 22, 42, 7. *detinu-
isset* Lov. 2. et Harl. Paullo an-
te *ad eliciundum* cod. Mog. et
Lov. 2. ac 4. Tum *Macedonum*
Voss. Lov. 1. 4. et Mead. ambo.
[Bamb.] *Macedones* Lovel. 2.
et 6.

§. 11. *Cum praefecto Epicrate
Rhodiorum ad fretum Cephal-
leniae tuendum*] Non iste Rho-
diorum erat praefectus, sed Eu-
damus. V. cap. 12. et 15. Sed
duas Italicas, duasque Rhodias
triremes ad fretum Cephalleniae
cum mitteret praetor, quatuor
illis navibus praefecit hominem
Rhodium. Quapropter legendum
Epicrate Rhodio. Sic enim et
c. 15. *Epicrates Rhodjus:* quo-
modo c. 14. *Timasicrates Rho-
dius.* JAC. PERIZ. *Epitracha*

Digitized by Google

3 niensium naves sunt. Aegeo mari trajecit. Eodem Timasicrates Rhodius cum duabus quadriremibus ad Samo nocte intempesta venit: deductusque ad Aemilium, praesidii caussa se missum, aït, quod eam oram maris infestam onerariis regiae naves excursionibus crebris ab Hellesponto atque Abydo facerent. 4 Trajicienti Aemilio a Chio Samum duae Rhodiae quadriremes missae obviam ab Livio, et rex Eumenes 5 cum duabus quadriremibus obcurrit. Samum postquam ventum est, accepta a Livio classe, et sacrificio, ut adsolet, rite facto, Aemilius consilium advoca-

Voss. *Epytrate* Lov. 1. *Epitrote* Gaertn. Tum *Cephalaniae* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. uterque. [Bamb.] *Cephaloniae* Lov. 6. et Harl. *Cephaleniae* Gaertn. Lov. 5. et edd. antt. Similes varietates mox et passim MSi Livii in hac voce obferunt. Sed *Cephalleniae* legendum esse, monuit Sigonius. V. ad 38, 28, 5. Paullo ante *duas Rhodiorum triremes* Lov. 6. [*et* ante v. *terror* omittit Bamb.]

§. 12. *Clausumque jam mare*] Vet. lib. *id mare*. SIGON. Similiter Lov. 2. et Harl. quorum posterior paullo ante ignorat vocem *latrocinio*. Insuper *Hybristus* Lov. 1. et 6. *Hybistras* Lov. 3. [*Hibristas* Bamb.]

§. 1. *L. Aemilio Regillo*] Ultima vox exsulat ab Hearnii L. 1. quemadmodum etiam mox §. seq. voces *etiam apertae* a Gaertner. [*Phirei* Bamb.]

§. 3. *Aegeo mari trajecit. Eodem Timasicrates Rhodius*] Nihil praecedit, e quo intelligi posset, quo Timasicrates venerit: nam, hoc ad remotius *in Asiam* referre velle, admodum vagum foret. Suspicor excidisse nomen insulae *Chii*, idque praecedentibus verbis addendum, ac legendum esse *Aegeo mari trajecit Chium*. Nam Aemilium Chium venisse ex eo liquet, quod paullo post scribit Livius *trajicienti Aemilio a Chio Samum*. DUK. Simili conjectura Crevierius *Aegeo mari Chium trajecit* legendum opinatur. *Aegeo mare* est in Voss. et Lov. 1. V. ad 28, 6, 2. *Aegeum mare* Lov. 6. Male. V. ad 35, 48, 3. Tum *Deinde Timasicrates* Lov. 6. *Dein Timasicrates* Lovel. 2. [*Dimasicrates* Bamb.] *Dempti Masicrates* Lov. 1. 3. Harl. Mead. uterque, et Gaertner. *Dempti Masistrates* Voss. qui *Deprehensi*, pro *Dempti*, in margine ostentat. *Dein Ptimasicrates* Lov. 4. 5. et edd. vett. usque ad Aldum; qui vulgatum ex cod. Mog. admisit. Mox *nocte in tempestate* Voss. [Bamberg.] et Lov. 1. a m. 1. Male. *Intempestae noctis* meminit Livius etiam infra 38, 5. et 40, 9. De ea vide Varr. 5. Ling. Lat. 45. et 6, 77. Censor. de Die nat. 24. et Macrob. 1. Saturn. 3. Praeterea *onerariae regiae naves* perperam Mead. 1.

§. 4. *Rhodiae quadriremes*

Digitized by Google

vit. Ibi C. Livius, (is enim est primus rogatus sententiam) *Neminem fidelius dare posse consilium, dixit, quam eum, qui id alteri suaderet, quod ipse, si in eodem loco esset, facturus fuerit. Se in animo* 6 *habuisse, tota classe Ephesum petere, et onerarias ducere multa saburra gravatas, atque eas in faucibus portus subprimere. et eo minoris molimenti ea* 7 *claustra esse, quod, in fluminis modum, longum, et angustum, et vadosum ostium portus sit. Ita ademturum se maris usum hostibus fuisse, inutilemque classem facturum.*

missae obviam a Livio] Vet. lib. *ab Livio.* SIG. Pariter plerique mei. [Bamb.] Similiter. mox §. seq. *accepta ab Livio classe* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1. [*misso* Bamb.]

§. 5. *Aemilius concilium advocavit*] Ita primus Vascos. mox reliqui ediderunt, quum priores *consilium* praeferant, adcinentibus Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. et Gaertn. Neque aliter sibi legendum videri monuit Gron. ad 44, 2, 5. cui demum Crevierius recte obtemperavit. Mox *Ibi cum Livius* Lov. 1. V. ad 4, 52, 4. *Ibi tum Livius* Voss. Hinc verbum *est* exsulat ab Harl. cujus loco *ut* ostentant Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *id eum* deest in Lov. 6. Tandem *si eodem loco esset* Lov. 2. Supra 8, 35, 6. *Ne parens quidem, si eodem loco fuisset, quo fuit L. Papirius, veniam dedisset.* Vide ad Liv. 3, 68, 3. et ad Silii 1, 598. Sed nec vulgatum displicet; ut enim *eodem statu* et *in eodem statu esse*, ita etiam *eodem loco* et *in eodem loco esse* in usu fuerunt. V. ad 7, 35, 7. Quin etiam in uno hoc cod. praepositio *in* vel *i* elisa forte fuit ab ultima litera voculae praecedentis *si*. V. ad 37, 41, 8. [*ut* ante v. *adsolet* omittit Bamb.]

§. 6. *Et onerarias ducere multa saburra gravatas*] MS. *et onerarias reducere m. s. g.* MODIUS. Librarius cod. Mog. *reducere* scribens aberravit, et forte *deducere* dare voluit. Innumeris enim locis haec verba commutantur. Vide ad 6, 26, 8. Omnes tamen nostri *ducere* tuentur. Mox *sub faucibus portus* Mead. 2.

§. 7. *Et eo minoris molimenti ea claustra esse, quod, in fluminis modum*] Prima vocula deest in Lov. 1. et 4. quorum prior praecedentem vocem *supprimeret*, pro *supprimere*, legit, unde origo erroris patet. Tum *molumenti* Lov. 3. 4. et Gaertn. *emolumenti* Lov. 6. Infra cap. seq. *Minore molimento aperturi portum, quam obstruatur.* 5, 22, 6. *Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis.* Hinc *quo in fluminis modum* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. antt. pro quo Moguntini ex cod. suo *quod* substituerunt,

Digitized by Google

1 XV. Nulli ea placere sententia. Eumenes re quaesivit, *Quid tandem? ubi demersis navibus fr nassent claustra maris, utrum libera sua classe a scessuri inde forent ad opem ferendam sociis, terr remque hostibus praebendum? an nihilominus tot*
2 *classe portum obsessuri? Sive enim abscedant, ca dubium esse, quin hostes extracturi demersas mole sint, et minore molimento aperturi portum, quam ob struatur? Sin autem manendum ibi nihilominus sit,*
3 *quid adtinere, claudi portum? Quin contra, illos, tu tissimo portu, opulentissima urbe fruentes, omnia Asia praebente, quieta aestiva acturos: Romanos, aperto in mari fluctibus tempestatibusque objectos,*

recte concinentibus reliquis scriptis. Vide ad 36, 33, 3. Deinde *vadosum hostium portus* Lov. sex, Harl. et Gaertn. Vide ad cap. praec. §. 8. Insuper *usum* omittit Voss. *usus* ejus loco legit Harl.

§. 1. *Nulli ea placere sententia*] *Nulli eam placere sententiam* Lov. 1. 5. et Gaertn. Nec aliter Lov. 3. nisi quod vocem *sententiam* omittat. Mox *ibi demersis* Voss. et Gaertn. *si ibi mersis* Lov. 6. Tum *maris* exsulat a Lov. 1.

§. 2. *Sive enim abscedant*] Vet. lib. *Si enim*. Nam sequitur *Sin autem*. SIG. Pal. prior, *ascendant*. GEBH. *Si enim* etiam Hearnii L. 1. Insuper *abscendant* Lov. 1. et Mead. 1. [Bamb.] V. ad 3, 8, 8.

Quin hostes extracturi demersas moles sint] Libri nostri omnes *detracturi*. GEBH. Pariter omnes scripti, Hearnii L. 1. [Bamberg.] et edd. ante Aldum, qui *extracturi* fide cod. Mog. probavit. Mox *minori molimento* Mead. 2. Tum *quam instruatur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et ex ante Asc. anni 1513. nisi quod ed. Camp. concinente Lov. 5. ederit *obstruatur*, ut recte in Ascensii ed. revocavit. Lib. 1, 9. *Frons in Etruriam spectans auxiliis obstruebatur*. Insuper *manendum ibi nihilominus*, omissa sequenti voce in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb. qui etiam *quit* pro *quid*.] Denique *quid adtineret claudi* mal. cod. Mog. Modo enim praecesit *sive enim abscedat, cui dubium esse, quin hostes* etc. V. ad 1, 50, 5.

§. 3. *Quin contra, illos, tutissimo portu, opulentissima urbe fruentes*] Quinque priora vocabula ob similitudinem praecedentis *portum* omittunt Voss. et Lovel. 1. quartum et quintum Gaertn. Tum *Quid contra* Lov.

Digitized by Google

omnium inopes, in assidua statione futuros: ipsos 4
magis adligatos inpeditosque, ne quid eorum, quae agenda sint, possint agere, quam ut hostes clausos habeant. Eudamus, praefectus Rhodiae classis, ma- 5
gis eam sibi displicere sententiam ostendit, quam ipse, quid censeret faciendum, dixit. Epicrates 6
Rhodius, *Omissa in praesentia Epheso, mittendam navium partem in Lyciam*, censuit, *et Patara, caput gentis, in societatem adjungenda. in duas res* 7
magnas id usui fore: et Rhodios, pacatis contra insulam suam terris, totis viribus incumbere in unius belli, quod adversus Antiochum sit, curam posse: et 8
eam classem, quae in Lycia compararetur, interclu-

2. 3. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. et edd. principes. *Quid circa* Mead. 1. Vide mox ad §. 7. Deinde *quieti aestiva acturos* Harl. *quiete aestiva acturos* Lov. 2. et Mead. 1.

§. 4. *Ne quid eorum, quae agenda sint, possint agere*] *quae agenda sunt* Lov. 3. et 6. Deinde *possent agere* codex Mogunt. Mox §. seq. *Eudemus* Lov. 5. Harl. et edd. ante Frob. anni 1535. Vide ad cap. 21, 9.

§. 6. *Mittendam navium partem in Lyciam, censuit, et Patara* etc. *adjungenda*] Fall. uterque *in Ciliciam censuit, et Pataxam*. GEBH. *mittendum navium partem* Gaertn. Tum *in Ciliciam* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad cap. 17, 1. Deinde *Pyracham adjungendum* Lov. 1. *Piratham adjungendum* Voss. *Pataxam adjungendam* Lov. 4. Harl. et Mead. 2. *Pataram adjungendum* Lov. 6. et Gaertn. *Pataram*, vel *Patharam adjungendam* Lov. 2. 3. 5. Mead. 1. et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. vitiose vulgavit *Patara adjungendam*, quod demum Gron. anno 1665. in *adjungenda* recte mutavit.

§. 7. *In duas res magnas id usui fore*] *in duas magnas res usui fore* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *in duas res magnas usui fore* Lov. 5. et edd. usque ad Frobenianam anni 1535. quae pronomen addidit.

Pacatis contra insulam suam terris] *circa insulam suam* Voss. Lov. 2. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. Recte Frob. anno 1535. substituit *contra insulam*. id est e regione insulae, quomodo reliqui codd. habere videntur. Supra 24, 41, 5. *Contraque castra Romana trans fluvium omnes consedere*. ubi quaedam vide. hoc lib. cap. 13, 8. *Contra fauces portus instructa in frontem navium acie stetere*. 38, 4, 5. *Castellum loco edito contra arcem objecit*. Virg. 1. Aen.

Digitized by Google

9 *di, ne Polyxenidae conjungatur.* Haec maxime movit sententia. placuit tamen, Regillum tota classe evehi ad portum Ephesi, ad inferendum hostibus terrorem.

1 XVI. C. Livius cum duabus quinqueremibus Romanis, et quatuor quadriremibus Rhodiis, et duabus apertis Smyrnaeis, in Lyciam est missus, Rhodum prius jussus adire, et omnia cum iis commu-
2 nicare consilia. Civitates, quas praetervectus est, Miletus, Myndus, Halicarnassus, Cnidus, Cous, im-
3 perata enise fecerunt. Rhodum ut est ventum, si-

13. *Italiam contra Tiberinaque longe ostia.* ubi vide German. Adde viros doctos ad Vell. Pat. 2, 76. unde patebit, passim voces *contra* et *circa* a librariis confundi. Exempla habuimus 2, 56, 2. 9, 4, 7. c. 6, 8. 10, 7, 2. 21, 43, 4. hoc cap. §. 3. et alibi. Vetiam Clariff. Oudend. ad Front. 1, 4, 7.

§. 8. *Quae in Lycia compararetur*] *in Cicilia* Gaertn. *in Cilicia* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *in Ciliciam* Lov. 1. 6. et Voss. *in Lyciam* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Vide ad c. 17, 1. Mox *Polyxenidi* Mead. 2. Deinde *conjungantur* Voss. Harl. Gaertn. et Lov. 1. 3. ac 4. a m. 1.

§. 9. *Haec maxime movit sententia*] Uno consensu pronomen *Haec* ignorant codd. nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes, quod Moguntini ex cod. suo vindicarunt. Tum *sententiam* legunt Voss. et Lov. 1. Mox *classe tota* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 1. *C. Livius cum duabus quinqueremibus Romanis*] Praenomen omittit Lov. 3. *L. Livius* legunt Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Moguntinos. *L. cum duabus quinqueremibus Romanis Livius* Lov. 1. voces perperam transposita. Inde *Quinquagiuta cum duabus quinqueremibus Romanis Livius* corruptius Voss. Mox *cum duabus apertis* Lov. 5. et edd. antt. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *cum duabus*, consentientibus reliquis scriptis.

§. 2. *Civitates, quas praevectus est*] *praetergressus est* Harl. *praeventus est* Voss. Ac voluit librarius *praevectus est*. At reliqui stant pro recepta scriptura. Mox voces *Halicarnassus, Cnidus, Cous*, quae neque in scriptis nostris, neque in Hearnii L. 1. [Bamb.] neque in edd. vetustis adparent, Aldus ex cod. Mog. adjecit. [*imperatae nisi* Bamb.]

§. 3. *Rhodum ut est ventum, simul et, ad quam rem missus est, iis exposuit*] *ut ventum est* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Tum emi-

Digitized by Google

nul et, ad quam rem missus esset, iis exposuit,
t consuluit eos. Adprobantibus cunctis, et ad
ram, quam habebat, classem adsumtis tribus qua-
lriremibus, navigat Patara. Primo secundus ventus 4
ad ipsam urbem ferebat eos; sperabantque, subito
errore aliquid moturos. postquam, circumagente se
vento, fluctibus dubiis volvi coeptum est mare, per-
icerunt quidem remis, ut tenerent terram: sed ne- 5
que circa urbem tuta statio erat, nec ante hostium
portus in salo stare poterant, aspero mari, et nocte
nminente. Praetervecti moenia portum Phoenicun- 6

us esset Lov. 5. et edd. prin-
ipes, pro quo Moguntini dede-
unt *missus esset*, consentienti-
bus reliquis nostris, nisi quod
nissus est sit in Voss. et Gaertn.
Vox *iis* deest in Lov. 1.

*Adsumtis tribus quadriremi-
bus, navigat Patara*] Libri om-
nes nostri *Pataram*. Sic c. 17.
*Tentatam frustra Pataram es-
se*. GEBH. Similiter omnes no-
stri, et edd. ante Frob. anni 1535.
quae *Patara* dedit. Vide ad cap.
5, 6. Praeterea *ademptis tri-
bus* Mead. 1. *adjunctis tribus*
Harl.

§. 4. *Secundus ventus ad ip-
sam urbem ferebat eos*] Voces
ad ipsam urbem desunt in Gaert-
ner. sola *ipsam* in Harl. *ad ur-
bem ipsam* legit Lov. 6. Hinc
offerebat Voss. et Gaertn. *affe-
rebat* Lov. 6. *efferebat* Lov. 1.
et 3. quod non videtur spernen-
dum. Liv. 3, 5, 6. *Furium lega-
tum longius extulit cursus*. c.
51, 9. *Perruptis ordinibus elati
ad novissimam aciem*. 4, 29, 1.
*Messium inpetus extulit ad ca-
stra Volscorum*. 35, 11, 10. *Ve-
lut quos inpotentes regendi e-
qui invitos efferrent*.

Circumagente se vento, fluctibus dubiis volvi] Libri omnes habent *circumagente vento*. Paullo ante Pal. prior, *spectabantque subito terrore*. GEBH. Pronomen *se*, quod nesciunt omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. priores, Moguntini ex cod. suo receperunt. V. ad 4, 28, 2. [v. *pervicerunt .... aspero mari* absunt a Bamb.]

§. 5. *Ante hostium portus in salo stare*] Ante unius urbis Patarorum portum stabat Romana classis, eaque urbs unico tantum portu instructa fuisse videtur: certe Patarorum *portum* numero singulari memorat Liv. cap. seq. quomodo ergo Livius hic numero multitudinis *ante hostium portus* dixit? Codd. manu et typis descripti nihil mutant: suspicor tamen *ante ostium portus* scribendum esse. Voces *ostium* et *hostium* saepius commutari, vidimus ad cap. 13, 8.

§. 6. *Portum Phoenicum, minus duûm millium spatio inde distantem, petiere*] Vide, num *Phoenicunta* legendum; nam Graecos accusativos etiam Livius usurpat. Strabo l. 14, [666.]

Digitized by Google

ta, minus duùm millium spatio inde diſtantem, pe-
7 tiere, navibus ab maritima vi tutum: sed altae rupes
insuper inminebant, quas celeriter oppidani, adsum-
tis regiis militibus, quos in praesidio habebant, ce-
8 perunt. adversus quos Livius, quamquam erant ini-
qua ac difficilia ad exitus loca, Iſſaeos auxiliares et
9 Smyrnaeorum expeditos juvenes misit. Ii, dum mis-
silibus primo et adversus paucos levibus excursioni-
bus

Phoenicunta montem facit ad Olympum Lyciae urbem, *Phoenica* autem, a nominativo *Phoenix*, et montem et oppidum in Rhodiorum regione [pag. 652.] Ita etiam Ptolemaeus. Ad Pataram non memini me legere hujusmodi portum, quanquam hic eleganter descriptus eſt. GLAR. *portum petitum* Lov. 3. *portum Phoenichum* Voſſ. *portum Penicum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. [*Phoeni cuncta* Bamb.] *portum Phoenicum* Lov. 1. 2. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. pro quo demum Aldus *portum Phoenicunta* ex cod. Mog. subſtituit. Cl. Jac. Gronovio in Diſſ. epiſt. ad Livii loc. quaed. geogr. Ep. 5. pag. 39. locus hic de menda suspectus eſt, tum quia Graecissante terminatione *Phoenicunta* editur, quum Livius 36, 45. *portum Phoenicuntem* more Romano dixerit; tum etiam propter dissensum codicum. Credit autem, hujus vocis architectos secutos eſſe Strabonem, qui 14, 666. Olympo Lyciae oppido adjacere scribit montem cognominem, qui et *Φοινικοῦς* vocatur. Verum diſtantiam ab urbe Pataris docere, a portu, in quem nunc classis Romana se recepit, diversum esse. Quae argumenta non omnia ejusdem ponderis sunt. Non enim *Phoenicunta* ex conjectura, sed ex cod. Mog. fide receptum eſt: lib. 36. nullus cod. in vulgatum *Phoenicuntem* consentit: librarii autem in nominibus propriis toties diſſenserunt, ut inde vix argumentum desumi possit. Una locorum diſtantia, quam urguet, persuadet, ne lectionem cod. Mog. probem. Satis itaque placet, quod subſtituendum censet, *portum Phellum*. Strabo quidem teſtatur 14, 666. *ἐν τῇ μεσογαίᾳ Φέλλος καὶ Ἀντίφελλος*. Verum ex Ptolem. 5, 3. conſtat, Phellum mediterraneam, Antiphellum maritimam urbem fuiſſe. Mox *minus dirum spatio inde* Voſſ. *minus duûm spatio inde* Lov. 1. *minus duûm millium inde* Lov. 2. et Harl.

Ad maritima vix tutum] Legendum *a maritima vi tutum*. GELEN. *ad maritima vix tutum* Voſſ. Lov. 3. 5. et Harl. *ab maritima vix tutum* Lov. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Nisi igitur Gelenius cod. Mog. secutus sit, Mſtorum veſtigia docebunt, *ab maritima vi tutum* legendum esse. [*a maritima* Bamb.]

§. 7. *Sed altae rupes insuper inminebant*] Ita Frob. anno 1535. edidit, quum antea vulgaretur *sed aliae insuper inmine-*

Digitized by Google

ous lacessebatur magis, quam conserebatur, pugna,
sustinuerunt certamen: postquam plures ab urbe ad-
fluebant, et jam omnis multitudo effundebatur, ti- 10
nor incessit Livium, ne et auxiliares circumveniren-
tur, et navibus etiam ab terra periculum esset: ita 11
non milites solum, sed etiam navales socios, remi-
gum turbam, quibus quisque poterat telis, armatos
in proelium eduxit. Tum quoque anceps pugna fuit; 12
neque milites solum aliquot, sed L. Apustius tumul-

bant rupes; quod unus retinet Lov. 5. [et Bamb. nisi quod habet *inminebant*] at *imminebant*, pro *eminebant*, probant omnes reliqui: *altae*, pro *aliae*, Mead. ambo. Solent autem hae voces ubique commutari. V. ad 5, 12, 9. 10, 41, 2. 21, 2, 4. c. 36, 5. 22, 14, 11. 24, 24, 2. Adde Barth. ad Statii 5. Theb. 690. Gronov. ad Senec. Octav. 501. Heins. ad Val. Flacc. 8, 281. 360. et Cel. Burm. ad Quinctil. 10. Instit. 1. pag. 890. Ordo vero verborum, qui est in antt. editionibus, superest etiam in omnibus Mstis. Mox *regis militibus* plerique codd. [Bamb.] V. ad 32, 6, 6.

§. 8. *Issaeos auxiliares et Smyrnaeos expeditos*] *is eos auxiliares* Mead. 1. *in eos auxiliares* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. Gaertn. et Mead. 1. in margine. *is in eos auxiliares*, duplici lectione juncta, Harl. Tum *Germineorum expeditos* Voss. *Cermineorum expeditos* Lov. 1.

§. 9. *Ii, dum missilibus primo et adversus paucos et levibus excursionibus lacessebatur magis, quam conserebatur, pugna*] Qui verba quaedam huic loco adjecerunt, uno *et* abundant post verbum *paucos*. Legendum enim est: *Ii, dum missilibus primo et adversus paucos levibus excursionibus*. GLAREAN. *Ii, dum missilibus primo et adversus paucos levibus lacessebatur pugna*, reliquis omissis, Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. [et Bamb. nisi quod *Hi* pro *Ii* legit.] Neque aliter Lovel. 1. 6. Mead. 2. et primae edd. nisi quod insuper omittant voculam *et*. Salutare iterum huic loco sidus adparuit cod. Mog. exhibens: *Ii, dum missilibus primo adversus paucos levibus et excursionibus lacessebatur magis, quam conserebatur, pugna.* Eam lectionem Aldus recepturus edidit, ut in capite adnotationis Glareani exstat, simulque stellulam margini adposuit, ut locum mendosum sibi videri testaretur. Glareanus ei subeurrit, et alterum *et* post *paucos* delendum monuit. Verum ita jam ante eum Frobenius anno 1535. vulgarat. Mox §. seq. perperam *ad urbem adfluebant* Voss. [*ex urbe*, Bamb. *Livium* omittit idem.]

§. 11. *Sed etiam navales socios, remigum turbam*] *sed navales etiam socios* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et editi ante Aldum, qui verbo-

Digitized by Google

tuario proelio cecidit. postremo tamen fusi fugatique sunt Lycii, atque in urbem compulsi: et Romani cum haud incruenta victoria ad naves rediе-
13 runt. Inde in Telmissicum profecti sinum, qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit, omissa Pa-

rum seriem ex fide cod. Mog. inmutavit. Deinde *navium remigum turbam* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. 1. *navalium remigum turbam* Lov. 5. [Bamb.] et edd. eaedem. Aldus deinde recte iterum vocem abundantem ejecit, quae etiam deerat in Voss. et Lov. 1. 3. ac 6.

§. 12. *Non quod milites solum aliquot, sed quod L. Apustius*] Vetus lectio, *neque milites solum aliquot, sed L. Ap.* GELEN. *non quod milites solum aliquot, sed L. Ap.* Voss. et Lov. 1. 3. 4. ac 6. *non quidem milites solum aliquot, sed L. Ap.* Lov. 2. et Harl. *non milites solum aliquot, sed L. Ap.* Mead. ambo. *non quod milites solum aliquot, sed quod L. Ap.* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. antt. ante Frobenium, qui Gelenii emendationem anno 1535. recepit. Gronovius in pr. ed. notarum lectionem priscarum editionum probavit. Sed postea recte sententiam mutavit. [*non quid milites solum aliquod* Bamb.]

Postremo tamen fusi fugatique sunt Lycii, atque in urbem compulsi] Omnes nostri libri *et ad urbem compulsi*. GEBH. *tum*, pro *tamen*, Harl. Vide ad 22, 17, 5. Tum verbum *sunt* omittit idem codex. Hinc *Cilicii ad urbem compulsi* Voss. et Lov. 6. *concilii ad urbem compulsi* Lov. 1. *Lycii ad urbem compulsi* Gaertn. *Cilicii et ad urbem compulsi* Lov. 3. *Lycii et ad urbem compulsi* Lov. 2. 4. 5. Harl. et edd. antt. ante Aldum; qui *atque in urbem* edidit ex fide Mog. cod. Ita 3, 5. 8. *Quum compulsi in castra Romani rursus obsiderentur*. 7, 36, 12. *Paventem primum in castra compellunt*. ubi vide. Mox *incruentata victoria* Voss. V. ad 10, 37, 2. [*ad* pro *in* Bamb.]

§. 13. *Inde in Telmessicum profecti sinum, qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit*] Τελμισσὸς legitur apud Strabo. [14, 665.] per secunda syllaba, pro urbe Lyciae. Caeterum quomodo hic sinus Cariam Lyciamque contingat, etiam atque etiam considerandum est. Quanquam Strabo lib. 14, [666.] nomen Carum ac Lyciorum a poëtis, praecipue tragicis, confusum dicit, quemadmodum Troum, Mysorum ac Lydorum: ab iis enim communiter Phrygas vocari. Et Plinius item lib. 5. cap. 29. ait, Telmessum finem esse Lyciae. GLAR. Vet. lib. *Telmissicum*. et Graeci Τελμισσὸν oppidum vocant. SIG. Quidam tres memorant urbes, quibus *Telmessi* nomen fuisse putant; unam Lyciae, alteram Cariae, tertiam Pisidiae seu Pamphyliae. in earum tamen nomine parvum agnoscunt discrimen, ut prima *Telmissus*, secunda *Telmisus*, tertia *Termessus* diceretur. Alii ex tribus tantum duas faciunt, Cariae et Lyciae urbem eamdem existimantes; sitam enim fuisse in confinio earum regionum, et hinc ab aliis Cariae, ab aliis Lyciae tribui: unde etiam Livius sinum,

Digitized by Google

tara amplius tentandi spe, Rhodii domum dimissi sunt. Livius, praetervectus Asiam, in Graeciam 14
transmisit, ut, conventis Scipionibus, qui tum circa Thessaliam erant, in Italiam trajiceret.

XVII. Aemilius, postquam omissas in Lycia res, 1

ex ejus, nomine dictum, uno latere Cariam, altero Lyciam adtingere hic refert. Pro tribus urbibus, earumque varia orthographia vix aliud argumentum proferri posse confido, quam Suid. in v. *Τελμισσεῖς*, et in v. *Τερμισσεῖς*. At pro duabus illud, quod Strabo, Ptolemaeus, Stephanus Byz. aliique Geographi, alteram Lyciae, alteram Pisidiae memorent. Plinii testimonium ambiguum est. Nam 5, 27. memoratur *Telmessus, quae Lyciam finit:* c. 29. recenset *Cariae* vel *Halicarnasso contributam Telmessum*. Illustriss. Spanh. d. Praest. et usu numism. Diss. 9, 563. semper, ubicumque hoc nomen obcurrit, *Termessus* scribendum contendit. Sane, Pisidiae vel Pamphyliae urbem ita dicendam esse, ex nummo, quem laudat, satis patet. Illam tamen, quae in Caria vel Lycia fuit, potius *Telmissus* dictam fuisse censeo, et ita hic edi jussi, quum contra sententiam Sigonii in recentioribus editionibus *Telmessicum* exstaret, in quibus iisdem infra cap. 56. et 38, 39. *Telmissus* et *Telmissius*, et iterum posteriori loco in principio c. *Telmessus* ederetur: quam inconstantiam imitari nolui. Ceterum *Tessalicum* Lov. 3. *Telleficum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *Telificum* Lov. 2. *Tellesicum* Voss. et Lov. 6. [*Intellessicum* Bamb.] *Telesycum* Lov. 1. *Telesicum* Lov. 5. Gaertn. et edd. principes. *Telmesicum* Mediol. anni 1505. *Thelmessicum* Asc. anni 1516. *Telmessicum* Asc. anni 1513. et Mogunt.

Omissa Patara amplius tentandi spe] Omnes nostri libri *omisso Pataram amplius tentandi. Rhodii domum dimissi sunt.* GEBH. De hoc loco supra egit Gronov. ad 35, 49, 13. ac docuit, omnes Mstos, et edd. antt. *omisso Patara amplius tentandi*, sine voce *spe*, praeferre, quod etiam in omnibus codd. meis inveni: ejus loco *omisso conatu Patara amplius tentandi* dedit Ascens. anno 1513. *omissa Patara amplius tentandi spe*, non primus Gryphius, aut Curio, sed ante eos Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. et Vascos. Si quid mutandum, mallem *omissa spe Patara amplius tentandi*, ut ultima syllaba *τοῦ* omisso et prima *τοῦ Patara* caussae exstiterint, cur vox *spe* media interciderit. (* Nunc servo lectionem Frob. quam Gelen. ex Msto Mog. restituisse videtur.) Codicum lectionem Gronov. supra ad 35, 49. probabat.

§. 14. *Transmisit, ut, conventis Scipionibus, qui tum circa Thessaliam erant*] *tramisit* Lov. 4. *transit* Lov. 3. *transivit* Lov. 6. V. ad 21, 20, 9. Deinde *convectis Scipionibus* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. V. ad 3, 23, 3. Hinc *qui nunc circa* Voss. quod accipi potest pro eò ipso tempore, quo Livius, omissa Lycia, ex Asia in Graeciam trajiciebat.

§. 1. *Omissas in Lycia res, et Livium*] *in Sicilia* Hearnii L. 1. *in Cicilia* Lov. 5. et Gaertn. *in Cilitia*, vel *in Cilicia* Voss.

Digitized by Google

et Livium profectum in Italiam cognovit, quum ipse ab Epheso, repulsus tempestate, irrito incepto Samum revertisset, turpe ratus, tentata frustra Patara
2 esse, proficisci eo tota classe, et summa vi adgredi
3 urbem statuit. Miletum et ceteram oram sociorum praetervecti, in Bargilietico sinu exscensionem ad Jassum fecerunt. Urbem regium tenebat praesidium:

Lov. 1. 3. 6. Harl. Mead. 1. in margine, et edd. ante Mediol. anni 1505. quae *in Licia*, aliae *in Lycia* dederunt; quod se etiam in cod. suo invenisse Moguntini testantur. Alibi voces *Lycia* et *Cilicia* commutantur. V. cap. 15, 6. 8. cap. 45, 2. Vocula *et* non adparet in Lov. 1. et 6. Mox *tempestate repulsus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde §. seq. *tentatam frustra Pateram*, vel *Patharam*, vel *Pataram* Voss. omnesque nostri, cum edd. usque ad Frob. anni 1535. [*eo* ante *tota* omittit Bamb.]

§. 3. *In Bargyllam et Icoson descensionem ad Jassum fecerunt*] Lege *in Bargylletico sinu excensionem*. GELEN. Quidam *Bargyllam*, quidam *Bargyliam* scribunt. Strabo plurativo numero *Βαργυλία* appellat. Porro, qui pro duabus vocibus *Bargylia* et *Icoso*, *in Bargylletico sinu* legunt, placent. GLAR. In vet. lib. est *in Bargyliam et Icoson*. Mendose illud equidem, verum ita tamen, ut appareat *Bargyliaco* esse legendum. Graeci enim *Βαργυλία* et *Βαργυλιακὸν κόλπον* vocant. SIG. Pall. *in Barcilliam et Icosam descensionem ad Yacum fec.* GEBH. Praeclare ab Gelenio sic [*in Bargylletico sinu exscensionem*] restitutum, quum ederetur *in Bargyllam et Icoson descensionem*. Quod quasi ex vet. lib. refert Sigonius, corrigitque *Bargyliaco*. Sed et *Βάργυλα* haec urbs Stephano, et *Βαργυλια*, et *Βαργυλίαι*. Incolae vero Plutarcho et *Βαργυλιῆται* [in Flamin. 375.] *Ἐξέπεμπεν ὁ Τίτος Λέντλον μὲν ἐς Ἀσίαν, Βαργυλιήτας ἐλευθερώσαντα*. Sic igitur *Bargyliacus*, *Bargylieticus*, *Bargylleticus*. J. FR. GRON. Adde Berkelium ad Stephanum; a quo sine causa tentari puto loca Plutarchi et Plinii 5. H. N. 29. Nec majorem rationem habet, quod se in Cic. 13. Fam. 56. pro *Bargylletae* confidenter reponere scribit *Bargyliatae*. Si quid ibi mutandum esset, propius ad vulgatam scripturam accederet *Bargylietae*, a Graeco *Βαργυλιήτης*. DUK. *Bariciliam et Ycosem* Lovel. 1. *Barciliam et Icosem* Voss. et Lov. 6. *Barciliam et Siconsum* Lov. 2. *Barciliam et Icoson* Lov. 5. et Harl. *Barciliam et Icosom* Lov. 3. *Barcylliam et Icosom* Lovel. 4. et Mead. ambo. *Barciliam et Iersem* Gaertn. [*Barcylia et Icosó* Bamb.] Quorum vestigia ostendunt, Gronov. recte edidisse *Bargylietico sinu*. Supersunt nummi, cum inscriptione *ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΩΝ* et *ΒΑΡΓΥΛΙΑΤΩΝ*. Vide Harduin. numm. antiq. Popul. ea voce. Clericus tamen, non monito contra fidem datam lectore, a Gronovio discessit, et lectionem Gelenii adopta-

Digitized by Google

agrum circa Romani hostiliter depopulati sunt. Missis deinde, qui per conloquia principum et magistratuum tentarent animos, postquam nihil in potestate sua responderunt esse, ad urbem obpugnandam ducit. Erant Jassensium exsules cum Romanis: ii frequentes Rhodios orare institerunt, *Ne urbem, et vicinam sibi, et cognatam, innoxiam perire*

vit, quem Cl. Crevier. imitatur. Deinde *descensionem* omnes nostri, [Bamb.] praeter solum Harl. qui *dissensionem* praefert. Sed recte viri docti *exscensionem* substituerunt. V. ad 8, 17, 9. 27, 5, 8. et 31, 29, 6. Praeterea *ad Jacum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. [Bamb.] *ad Hyacum* Harl. *ad Yacum* Lov. 4. et Mead. ambo. *ad Lachum* Lov. 5. *ad Jachum* Hearnii L. 1. et edd. ante Mediol. anni 1505. V. ad 32, 33, 6.

Agrum circa Romani hostiliter depopulati sunt] *et agrum* Lov. 3. Insuper vox *hostiliter* exsulat ab Harl. Male. cap. seq. §. 3. *Agros hostiliter depopulatus ad Pergamum ducit oppugnandam.* Similiter *hostiliter diripere* c. 21, 7. V. etiam ad Epit. 80. Mox §. seq. *respondebant* cod. Mog.

§. 5. *Erant Jassensium exsules*] Perperam habetur in Pall. pr. *Jacentium exules*. alter *Jacensium*. Vet. ed. *Lachensium*. GEBH. *Jacensium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Lachensium* Lov. 5. et ed. Camp. *Jachensium* reliquae edd. principes, quas vidi, cum Hearnii L. 1. *Jassensium* ediderunt Mediolanenses anno 1505. quod etiam Moguntini ex cod. suo probarunt. [*Jasensium* Bamb.] Eadem varietas etiam mox §. seq. in scriptis et editis obvia fuit.

Ii frequentes Rhodios orare institerunt] Vocem *ii* ignorant omnes nostri, Hearnii L. 1. [Bamberg.] et priscae editiones: quod illustrari potest illis, quae notantur ad 1, 1, 11. 4, 26, 11. 7, 21, 6. 8, 3, 5. et aliis locis. Eamdem lectionem probat etiam Gronov. ad 34, 56, 1. et in pr. ed. notarum ad hunc loc. *ibi frequentes* exhibet cod. Mog. quod Aldus recepit, et Frob. anno 1535. in *ii frequentes* mutavit. Tum *rogare* Harl. quod ex glossa natum puto. Similiter variant codd. Sallust. in Jug. 24. ut Cortius ibid. monuit. Eodem modo commutantur *oratio* et *rogatio*. V. ad 34, 8, 2. *Orare* autem hic magis convenire, patet ex illis, quae notat Manut. ad Cic. 5. ad Fam. 18. Praeterea *insisterunt* Lov. 2. *instituerunt* Lov. 1. quod etiam Moguntini ex cod. suo receperunt, sed a Frob. deinde repudiatum est, qui anno 1535. *institerunt* revocavit. Voces illas in Mstis confundi neglegentia scribarum, vidimus ad 28, 46, 11. Hic tamen *institerunt* magis convenire videtur.

Ne urbem etc. *innoxiam perire sinerent*] Pall. et vet. ed. *ne urbem, et vicinam sibi, et cognatam, innoxiam perisse liceret*. GEBH. *perisse liceret* cum Hearnii L. 1. et edd. vetustis omnes Msti mei, [Bamb.] nisi quod *perire* praeferant Lovel. 3. et

Digitized by Google

sinerent. Sibi exsilii nullam aliam caussam esse,
6 *quam fidem erga Romanos. Eadem vi regiorum, qua ipsi pulsi sint, teneri eos, qui in urbe maneant. omnium Jassensium unam mentem esse, ut servitu-*
7 *tem regiam effugerent.* Rhodii, moti precibus, Eumene etiam rege adsumto, simul suas necessitudines commemorando, simul obsessae regio praesidio ur-

Gaertn. Illud *ne perisse liceret* Gronov. pr. ed. notarum probavit, pluribusque inlustravit, docens id poni pro ut liceret, urbem non perisse; *perisse* autem pro perire. At sequor cod. Mog. ex quo Aldus edidit *perire sinerent.*

§. 6. *Ut servitutem regiam effugere vellent*] Omnes libri *effugerent.* GEBH. Vereor, ne hoc mala manu sit objectum codici Moguntino, et melius habeant prius editi cum scriptis nostris *effugerent.* Hujus enim eadem, quae illius, sed doctius expressa sententia. Sic lib. 23, 19, 7. *Pugnandum autem esse, si palam frumentum importaret, videbat.* Ut restituimus ex vett. libris; nam et hic fecerant *importare vellet.* Lib. 25, [33, 5.] *Simul ne metus quidem ab Romanis erat, (quippe tam paucis) si vi retinerent.* id est, retinere vellent, aut conarentur. Ejusdem generis videntur l. 35, 45, 4. *Multa homines, ne bellarent, remittere.* Ubi Mog. *ne bellare necesse sit* 38, 11, 9. *Qui eorum*, etc. *in ditionem populi Romani concesserunt, ne quem eorum Aetoli recepissent.* Idem, *recepisse vellent.* Sed nostri omnes servabant antea vulgatum. Cicero pro Milone [4.] *Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii.* Stuprum inferre conantem dicit Fabius. Noster lib. 4, [35, 10.] *Summa vi expugnatum esse, ut tribuni militum consulari potestate et ex plebe crearentur.* hoc est, creari possent, vel ut eos creari liceret. 24, [24, 8.] de conjuratione Andranodori: *singula deinde quae per quosque agerentur, totamque viris armisque instructam conjurationem ante oculos posuisset.* id est, agi deberent, vel constitutum esset. Adde ad 21, 36, 4. J. FR. GRON. *effugere vellent* ex cod. Mog. primus recepit Aldus: sed alteram lectionem *effugerent* servant etiam omnes nostri, et Hearnii L. 1. et N. Eam vero inlustrare possunt, quae notant Gronov. ad 27, 25, 3. Cl. Duker. ad Flori 1, 18, 12. et, quos ibi plures laudavit, viri docti. Paullo ante *pulsi sint* primum adparuit in Frob. anni 1535. priores ediderunt *pulsi sunt*, quod superest in Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Gaertn. Tum *unam esse mentem* Harl. [*vi religionum* Bamb.]

§. 7. *Eumene etiam rege adsumto*] *et Eumene etiam* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Gaertn. et typis descripti usque ad Frob. qui particulam *et* anno 1535. omisit. Vox *rege* abest a Lov. 3. Mead. 2. et ed. Frob. anni 1531. Sed v. ad 38, 48, 5. Mox *suas necessitudines* Moguntini ex cod.

Digitized by Google

bis casum miserando, pervicerunt, ut obpugnatione 8
absisteretur. Profecti inde, pacatis ceteris, quum
oram Asiae legerent, Loryma (portus adversus Rho-
dum est) pervenerunt. Ibi in principiis sermo pri- 9
mo inter tribunos militum secretus oritur, deinde
ad aures ipsius Aemilii pervenit, abduci classem ab
Epheso, ab suo bello: ut ab tergo liber relictus ho-

suo probarunt. Antea edebatur *duas necessitudines*, concinentibus omnibus scriptis nostris. [et Bamb.]

Obsessae etc. *urbis caussam miserando*] Mog. Voss. Thuan. *casum miserando*. quod debet praeplacere. 39, 11, 7. *Lacrymae mulieri obortae, et miserari casum adolescentis coepit.* Justinus 12, 5. *Innoxii senis filiique casum miserantes.* JAC. GRON. Justin. 27, 1. *Casum tam indignae fortunae miserantes, auxilia ei omnes misere.* Sall. in Jug. 23. *Eos miserando casum suum confirmat.* ubi unus codicum Cortii perperam etiam *caussam* exhibet. Eumdem hanc locutionem inlustrantem vide ad Catil. 40. et Jug. 25. Solent autem voces *casus* et *caussa* saepe commutari. V. ad 4, 27, 6. 8, 31. 3. 38, 53, 10. et 39, 7, 7. Adde Gronov. ad Senec. d. Prov. 4. Hic vero *casum* servant omnes nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. usque ad ultimam Gruteri, quae porperam *causam* substituit.

Ut obpugnatione abstineretur] Omnes libri *absisteretur*. GEBHARD. *abstineretur*. Aldus ex cod. Mog. adsumsit, et reliqui servarunt usque ad Gronov. qui priorum edd. lectionem *absisteretur* revocavit, concinentibus omnibus scriptis nostris, nisi quod *obsisteretur* sit in Lov. 1. 2. *obsisteret* in Gaertn. Cur vero revocarit, in pr. ed. not. caussam reddidit, eamque locutionem multis exemplis inlustravit. Vide, quae notavi ad 36, 25, 6. Similiter *absistere bello*. Vide ad 21, 6, 8. *absistere spe*. V. ad 24, 20, 15. Solent *ea absistere* et *abstinere* a scribis commutari. V. ad 31, 17, 10.

§. 8. *Profecti inde, pacatis ceteris, quum oram Asiae legerent*] Ita Aldus recte ex cod. Mog. Priores typis descripti cum omnibus Mstis praeferebant *Profecti inde pacati. Ceterum.* [*ceterum* etiam Bamb.] Deinde *oram Asiae peterent* Lov. 6. Male. Supra 33, 41, 5. *Oram Asiae legens pervenit in Lyciam.* 44, 10, 8. *Legentes oram Antigoneam perveniunt.* Ita *litora legere* 35, 27. et 36, 21. Vide Emmen. ad Virg. Ecl. 8, 7. Tum *Lorymam* Harl. pluresque edd. Hunc portum describit Liv. 45, 10. Insuper *primo* deest in Harl.

§. 9. *Ab Epheso, ab suo bello: ut a tergo*] MS. *ab suo bello ad classem regiam, ut a tergo.* An scribendum? *ab suo bello, ab classe regia, ut a tergo.* MOD. Verba *ad classem regiam*, quae obfert cod. Mog. addita a librario, non ipsius Livii esse, videntur. Quis enim quater repetitam praepositionem *ab* ferre posset? [*inde* pro *deinde* Bamb.]

§. 10. *Movere ea Aemilium:*

Digitized by Google

ſtis in tot propinquas sociorum urbes omnia inpune
10 conari posset. Movere ea Aemilium: vocatosque Rhodios quum percunctatus esset, utrumnam Patris universa claſſis in portu ſtare poſſet, quum respondissent, non poſſe; caussam nactus omittendae rei, Samum reduxit naves.

1 XVIII. Per idem tempus Seleucus, Antiochi filius,

vocatosque Rhodios] Ita Aldus ex cod. Mog. emendavit. Antea edebatur *Movere Aemilium*. Neque aliter omnes scripti noſtri, [et Bamb.] nisi quod, trajectis dictionibus, *Aemilium movere* sit in Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Pronomen itaque *ea* intercepcerunt ultima praecedentis et prima sequentis vocis literae. Vide ad 39, 6, 2. Praeterea *vocatos Rhodios* Harl.

Possetne Pataris universa classis in portu stare] Libri omnes *utrumnam Pataris universa classis in portu stare posset*? GEBH. Non aliter Gronov. in pr. ed. notarum se in codd. Barber. Flor. Venet. Naudaei, Petav. et edd. Andreanis invenisse teſtatus eſt, eamque lectionem in contextum recepit. Eamdem servant etiam omnes Mſti noſtri, et edd. ante Aldum; qui alteram lectionem ex fide cod. Mog. adscivit. V. etiam Gronov. ad 34, 32, 16. *possetne* potius, quam *utrumnam posset*, ex interpolatione librarii esse videtur. Mox *reduxit naves* Voſſ. Lov. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. et omnes typis descripti usque ad Modium, qui anno 1588. *reducit* subſtituit. Priſtinam igitur scripturam reduxi. [*non posse* omittit Bamb.]

§. 1. *Seleucus Antiochi filius*] Eleganti Hellenismo Pall. et vet. ed. *Seleucus Antiochi, cum per omne* etc. Inferius cap. 43. habetur in Pal. pr. *Praeerat castris M. Aemilius trib. militum, M. Lepidi, qui post annos paucos pontifex maximus factus est.* omiſſo τῷ *filius*. GEBH. Vocem *filius*, quam omiserunt edd. antiquiores, primus fide cod. Mog. addidit Aldus: cui ex noſtris consentiunt Lov. 6. et Harl. Reliqui Mſti eam ignorant. Non Graecos tantum, sed etiam Latinos, et inter illos Livium quoque, interdum eam omisiſſe, vidimus ad 28, 12, 13. Hinc, quum vulgo edatur infra 38, 13. *Seleucus Antiochi filius ad frumentum exercitui dandum venit*, duo vero codd. *Antiochi frater* praeferant, utramque vocem *frater* et *filius* praeter mentem Livii additam censerem, nisi reliqui Mſti τὸ *filius* defenderent. Id certum eſt, librarios saepe ex gloſſa marginali vel aliunde adscivisse, quae scriptores subintelligi malebant. Ex solo Livio quaedam notabo exempla. Ita τοῖς *Sic deinde, quicumque alius transiliet moenia* addiderunt *eat*, 1, 7, 2. τοῖς *satin' salvae* vocem *res*, 1, 58, 7. et 40, 8, 2. τοῖς *pergere recta ad portam* vocem *via*, 3, 46, 5. τοῖς *ex alieno largitos* vocem *aere*, 4, 60, 4. τῷ *qua* voces *ea parte*, 5, 37, 7. τῷ *fuit* vocem *tempus*, 7, 32, 13. τοῖς *rempublicam eo nefario obstrinxeris* vocem *crimine*, 9, 34, 19. τοῖς *semitamque ad Mar-*

Digitized by Google

quum per omne hibernorum tempus exercitum in Aeolide continuisset, partim sociis ferendo opem, partim, quos in societatem perlicere non poterat, a depopulandis, transire in fines regni Eumenis, dum is procul ab domo cum Romanis et Rhodiis Lyciae maritima obpugnaret, statuit. Ad Elaeam primo in- 3 festis signis accessit: deinde, omissa obpugnatione

is straverunt vocem vel *aedem*, vel *templum*, 10, 23, 12. *τοῖς crescit inopia omnium* vocem *rerum*, 21, 11, 12. *τοῖς in Antiati* vocem *agro*, 22, 1, 10. *τοῖς alternis imperitabant* vocem *vicibus*, 22, 41, 3. *τοῖς coronatus laurea* vocem *corona*, 23, 11, 5. Voces *ait, dicit, inquit*, vel similes, 23, 45, 6. *τοῖς onerarias retro in Africam repetere* vocem *naves*, 25, 27, 12. *τοῖς sollemni Nemeorum peracto* vocem *ludo*. 27, 31, 9. *τοῖς in unum se conligeret* vocem *locum*, 28, 3, 9. Vocem *caussâ*, 31, 12, 4. *τοῖς tranquillo pervectus Chalcidem* vocem *mari*, 31, 23, 4. *τοῖς hiberna, aestiva, stativa* vocem *castra*, 34, 13, 2. *τοῖς Latinae inde fuerunt* vocem *feriae*, 38, 44, 7. Credere itaque malo, hic vocem *filius* similiter in paucis Mstis et optimo etiam Mog. a librariis additam, quam in aliis omissam esse: nam ita etiam alibi ab eadem manu profecta est. Vide ad l. laud. 28, 12, 13. Pariter apud Suet. Caes. 21. pro *suamque Juliam*, cod. Cujacii praefert *filiamque Juliam*. Eodem modo et vocem *uxor* a scribis interdum adjectam vidimus ad Epit. Liv. 30. Nihilominus tamen vocem expungere nolui. Mox *ferendo auxilia* praeferre Barber. et Petav. Gronovius in pr. ed. notarum monuit. Nostri nihil mutant. [*socios* Bamb.]

§. 2. *Dum is procul ab domo* etc. *maritima obpugnaret, statuit*] An legendum *dum obpugnat*, vel *quum obpugnaret*? V. ad 1,40,7. Legunt quidem *dum oppugnare statuit* cod. Mog. et Lov. 3. verum, licet *Seleucus transire* accipi posset pro transibat, attamen ea lectio probari nequit. Si enim Seleucus eo tempore in fines regni Eumenis transisset, quo is Lyciae maritima obpugnare statuerat, eum adventu suo ab incepto revocatum domi retinuisset. Vocula *is* exsulat ab Lov. 1. 2. et Harl. [Bamb.] Tum *instituit* Gaertn. [*in* omittit Bamb.]

§. 3. *Ad caput arcemque regni Pergamum ducit obpugnandum*] Vet. lib. *oppugnandam*. SIG. MS. *oppugnandum*. MOD. *oppugnandum* praeter Mog. cod. praeferunt etiam Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Proximae ediderunt *oppugnandam*, [sic Bamb.] donec Aldus ex Mog. alterum revocaret, quod denuo a Sigonio mutatum est. Utraque lectio ferri potest. Vel enim jungendum cum praecedentibus *caput arcemque*, et ita aut ad remotius, aut ad propius referri potest; vel cum proximo *Pergamum*. Jam vero Polyb. quem Livius ubique imitatur, non tantum in Exc. legat. num 21. dixit *εἰς τὴν Πέργαμον ἐμβαλὼν*, sed etiam lib. 4, 48. *Ἄτταλον εἰς αὐτὸ τὸ*

Digitized by Google

urbis, agros hostiliter depopulatus, ad caput arcem-
4 que regni Pergamum ducit obpugnandum. Attalus primo, stationibus ante urbem positis, et excursionibus equitum levisque armaturae, magis lacessebat,
5 quam sustinebat, hostem. postremo, quum, per levia certamina expertus, nulla parte virium se parem esse, intra moenia se recepisset, obsideri urbs coepta
6 est. Eodem ferme tempore et Antiochus, ab Apamea profectus, Sardibus primum, deinde, haud procul Seleuci castris, ad caput Caïci amnis stativa habuit, cum magno exercitu mixto variis ex gentibus.

Πέργαμον συνέκλεισε. Optimum itaque codicem, aliosque, quos memoravi, scriptos et editos secutus *obpugnandum* restitui, quod et Crevier. auctoritate Victor. et ed. principis fecit. Voces *ad caput* desunt in Lov. 2.

§. 4. *Et excursionibus equitum*] Pall. *excursatione.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *excursione* Lov. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. pro quo Aldus ex cod. Mog. *excursionibus.* Voce *excursatio* usus etiam est Val. Max. 2, 3, 3. *Quum equitatui Campanorum crebris excursationibus equites nostri resistere non possent.* Verum ibi ex codicibus Torrenii alii *excursionibus*, alii *excursitationibus* praeferunt, Gronovius vero in pr. ed. notarum ad Liv. 38, 23. in membranis Andinis *excusatibus* invenit; unde *excursatibus* eum voluisse conjicit; quod apud me superest in cod. Traject. altero. Apud Livium vero codicis Mog. lectionem probo, quia *excursatio* alibi apud eum non observavi, quum contra τῷ *excursio* saepe utatur. Vocula *et* deest in Lov. 2. [*et levis armaturae* Bamb.]

§. 5. *Nulla parte virium se parem esse*] *nulla ex parte* Lov. 3. ut *aliqua ex parte*, *magna ex parte*, de quibus vide ad 2, 48, 1. Sed reliqui stant pro vulgato, quos sequor. *Τὸ se* deest in Gaertn. Mox *obsideri est coepta* Lov. 6. *τὸ est* non adparet in Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§. 6. *Eodem ferme tempore et Antiochus, ab Apamea profectus*] *Eodem tempore ferme* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Tum praepositio *ab* non adparet in Lov. 3. Mox *primo* legunt Voss. et Gaertn. Deinde *mixto* exsulat a Lov. 2. et Mead. 1.

§. 7. *Plurimum terroris fecisset Gallis mercede conductis, quatuor millia erant*] Sincera lectio *Plurimum terroris in Gallorum mercede conductis quatuor millibus erat.* GELEN. Pariter Voss. Lov. sex, et Mead. ambo, nisi quod ignorent praepositionem *in*; [ita et Bamb.] Lov. 6. insuper legat *millia*;

Digitized by Google

Plurimum terroris in Gallorum mercede conductis 7
quatuor millibus erat: hos, paucis admixtis, ad per-
vastandum passim Pergamenum agrum misit. Quae post- 8
quam Samum sunt nunciata, primo Eumenes, avo-
catus domestico bello, cum classe Eleam petit: inde,
quum praesto fuissent equites peditumque expediti,
praesidio eorum tutus, priusquam hostes sentirent,
aut moverentur, Pergamum contendit. ibi rursus le- 9
via per excursiones proelia fieri coepta, Eumene sum-
mae rei discrimen haud dubie detrectante. Paucos
post dies Romana Rhodiaque classis, ut regi opem

Lov. 1. 3. 6. et Voss. *erant*. Priorem lectionem servat Harl. ita tamen ut *fecissent*, pro *fecisset*, praeferat.

Hos, paucis admixtis, ad pervastandum passim Pergamenum agrum milites misit] *milites* redundat. GELEN. Pall. *hos, paucis admixtos, ad pervastandum passim Pergamenum* (alter continet *Pergameum*) *agrum milites emisit*. GEBH. *paucis admixtos* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Vox *passim* deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum *Pergameum* Harl. Deinde *milites emisit* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *milites misit* Lov. 3. 5. Hearnii L. 1. [Bamb.] Sed recte vocem *milites* Gelenius expunxit.

§. 8. *Avocatus domestico bello, cum classe Elaeam petit*] *advocatus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo, obvio librariorum errore. Vide ad 1, 6, 1. Dein praepositio *cum* deest in edd. antt. quam Aldus ex cod. Mog. addidit. consentiunt omnes nostri. Eam omitti posse, non diffiteor. V. ad cap. 11, 6. Eamdem etiam recte addi posse, nemo negabit. In his igitur fide codicum standum est.

Inde, quum praesto fuissent equites peditumque expediti] Pall. *cum profectus equitum fuisset*. GEBH. Quae vulgo exstat lectio, debetur cod. Mog. unde eam Aldus recepit. Antea edebatur *inde cum profectus fuisset equitum peditumque expeditis*: [ita Bamb.] quod, paucis apicibus mutatis, mihi obvium fuit in scriptis meis. *profectus expeditis* pro, *cum expeditis*. V. ad 22, 9, 5. *expeditis equitum peditumque*, ut 28, 14, 16. *Cum expeditis peditum equitumque prius pugnam consererent cum hoste*. Sed et lectio ex Mog. codice adscita probari potest. Alibi enim Liv. *equites* ab *expeditis peditum* distinguit. V. ad 22, 16, 2. Optimo itaque codici adhaereo. (* Pro *moverentur* Ampl. Roëllius legendum conjicit *moverent*.)

§. 9. *Eumene summae rei discrimen haud dubie detrectante*] *non dubie* Voss. et Gaertn. Dein *detractante* Mead. 2. *retrectante*

Digitized by Google

10 ferrent, Elaeam ab Samo venerunt. Quos ubi exposuisse copias Elaeae, et tot classes in unum convenisse portum, Antiocho adlatum est; et sub idem tempus audivit, consulem cum exercitu jam in Macedonia esse, pararique, quae ad transitum Helle-
11 sponti opus essent; tempus venisse ratus, prius, quam terra marique simul urgueretur, agendi de pace,
12 tumulum quemdam adversus Elaeam castris cepit. ibi peditum omnibus copiis relictis, cum equitatu (erant

Mead. 1. *retractante* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes. V. ad 3, 49, 2. et Doctiss. Arentzen. ad Aur. Vict. de Caesar. 40, 5. Inter *retrecto* et *retracto* distinguebat Inlustris Bouhier. ad Cic. 1. Tusc. 31. p. 297. et prius tantum sensu detrectandi usurpatum contendit. Quo tamen fundamento haec distinctio nitatur, non intelligo. Paullo ante *is* pro *ibi* Gaertn. [*ubi* Bamb. *summa rei* idem.] *inde* Lovel. 2. Tum *fieri* deest in Harl. neglegentia scribae.

Ut regi opem ferrent, Elaeam ab Samo venerunt] Pall. *Elaeam moverunt*. GEBH. Similiter omnes nostri, [Bamb.] et edd. vett. nisi quod *venerunt* ex principe Andreae laudet Hearnius. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. recepit. Vox *regi* deest in Lov. 1. *rei* legit Gaertn.

§. 10. *Quos ubi exposuisse copias*] Cum his usque ad finem cap. seq. conferendus est Polyb. fin Exc. leg. num. 21.

Consulem cum exercitu jam in Macedonia esse] Pall. quod toties inculco, *in Macedoniam esse*. GEBH. Similiter Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Sed v. ad 2, 14, 4. [*et* ante v. *sub idem* omittit Bamb.]

Pararique, quae ad transitum Hellesponti essent] *opus essent* malim. Sic supra [cap. 9, 6.] *Hellespontum petebat, ut ad transitum exercitus praepararet, quae opus essent*. et infra [c. 22, 1.] *Praeparare, quae ad transitum Hellesponti opus essent*. SIGON. Hoc Sigonii Scholion demum adparuit in ed. quae post mortem ejus prodiit Venet. anno 1592. Eo autem emendatur error operarum in solis prioribus Sigonii edd. commissus. Vocem enim *opus* servant omnes reliquae, omnesque scripti. Ceterum *parari quae ad transitum Hellesponti opus essent* Lov. 1. 3. 6. Voss. et Gaertn. *etiam opus essent* Lov. 2. et Harl.

§. 11. *Tempus venisse ratus* etc. *agendi de pace*] *tunc tempus venisse* Lov. 3. Dein *agendum de pace esse* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. *agendi de pace esse* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, [Bamb.] et edd. usque ad Moguntinos, qui τὸ *esse* ejecerunt. [*castris coepit* Bamb.]

§. 12. *Coëquitaverant autem sex M. equitum*] Quid istuc verbi est *coëquitare*? Legendum *cum equitatu* (*erant autem sex mil-*

Digitized by Google

autem sex millia equitum) in campos sub ipsa Elaeae moenia descendit, misso caduceatore ad Aemilium, velle se de pace agere.

XIX. Aemilius, Eumene a Pergamo adcito, adhibitis et Rhodiis, consilium habuit. Rhodii haud adspernari pacem: Eumenes, *Nec honestum esse*, dicere, *eo tempore de pace agi; nec exitum rei inponi posse. Qui enim*, inquit, *aut honeste, inclusi moenibus et obsessi velut, leges pacis accipiemus? aut*

lia equitum.) GELEN. MS. *septem millia equitum.* MOD. *coëquitaverant autem* Voss. Lov. 4. 5. Mead. uterque, et Gaertn. *coëquitaverunt* Harl. *coëquietaverunt* Lovel. 2. *exequitaverat* Lov. 3. *ac equitaverant* Lov. 1. *adequitaverant* Lov. 6. Deinde *rex millia* Lov. 4. *rex tria millia* Voss. et Mead. ambo. *rex et tria millia* Lov. 2. Harl. et Gaertner. Gelenii emendatio vera est. Utrum vero *sex millia*, an cum Mog. cod. *septem millia* legas, parum interest; siquidem Polyb. Exc. leg. num. 21. memoret *ἱππεῖς πλείους ὄντας ἑξακισχιλίων.* [*copiis* omittit Bamb.]

§. 1. *Adhibitis et Rhodiis, concilium habuit. Rhodii*] MS. *adhibitisque Rhodiis.* MOD. Copula deest in Lov. 1. et edd. vetustis. Aldus deinde ex Msto Mog. dedit *adhibitisque*, pro quo Frob. anno 1535. substituit *adhibitis et Rhodiis*; quod in aliis omnibus meis supersit. Deinde tria ultima vocabula desunt in omnibus scriptis meis, [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui ea ex Msto Mog. adoptavit: ex quo iterum praestantia et bonitas cod. Moguntini patet. Nam, his verbis omissis, Livius dicit, Aemilium haud adspernatum esse pacem ab Antiocho oblatam; iis additis vero Rhodios fuisse, qui pacem non repudiandam censerent. Prius adversatur Polybio, quem Livius sequi solet; alterum pulchre ejus narrationi convenit. In Excerptis enim Legat. quae diu demum post ed. Mog. et Ald. inventa et edita sunt, num. 21. ita inquit: *Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Εὐδημον καὶ Παμφιλίδαν, ὁυκ ἀλλότριοι τῆς διαλύσεως ἦσαν.* In reliquis igitur codd. tria illa vocabula propter *Rhodiis* et *Rhodii* similitudinem culpa scribarum exciderunt. V. ad 9, 11, 11. Eadem autem unici hujus cod. beneficio servata sunt. V. ad 36, 19, 13. Ceterum in cod. Mog. erat *consilium habuit*, et ita Aldus eumque secuti plures ediderunt. Modius demum *concilium* vulgavit. Sed male. Quamvis enim Aemilius Eumenem et Rhodios, sive Rhodiorum duces Eudamum et Pamphilidam, adhibuerit, et conventum legatorum ab diversis populis sociis *concilium* adpellatum Gronov. doceat infra 44, 2, 5. videtur tamen intelligi Aemilii ducis Romani *consilium* militare, quod propter adhibitum unum vel alterum sociorum legatum non existimo *concilium* vocandum esse. Priscam igitur lectionem revocavi; quod etiam Crevierium fecisse video. [*nec honestum, dicere, esse* Bamb.]

Digitized by Google

cui rata ista pax erit, quam sine consule, non ex auctoritate senatus, non jussu populi Romani pepigerimus? Quaero enim, pace per te facta, rediturusne extemplo in Italiam sis, classem exercitumque deducturus? an exspectaturus, quid de ea re consuli placeat, quid senatus censeat, aut populus jubeat? Restat ergo, ut maneas in Asia, et rursus in hiberna copiae reductae, omisso bello, exhauriant commeatibus praebendis socios: deinde, (si ita visum sit iis, pe-

§. 2. *Qui enim, inquit, aut honeste, inclusi moenibus et obsessi, leges pacis accipiemus*] *Quid enim, inquit* Lov. 5. et edd. antt. cujus loco Aldus ex Mog. probavit *Qui enim*, concinentibus reliquis nostris. Et recte. Nam ita etiam Polyb. in Exc. Legat. num. 21. Ἐυσχήμονα γάρ, ἔφη, πῶς οἷόντε γίνεσθαι τὴν σύμβασιν, ἐὰν τειχήρεις ὄντες ποιώμεθα τὰς διαλύσεις; Dein *obsessi velut leges* omnes scripti mei, Hearnii L. 1. et editi usque ad Gronov. qui anno 1665. mediam vocem omisit, recentioribus silentibus, quam restitui. Aemilius enim consilium habuit Eleae, prope quam urbem cum exercitu adveniens Antiochus, *tumulum quemdam adversus Elaeam castris cepit. ibi peditum omnibus copiis relictis, cum equitatu in campos sub ipsa Elaeae moenia descendit*, ut Liv. cap. praec. narrat. Non ergo urbs erat obsessa; sed, Antiocho cum exercitu non procul adsidente, erat quasi obsessa. [*moenibus* omittit Bamb.]

Non ex auctoritate senatus, non jussu populi Romani peregerimus] *Peragere pacem* an satis Latine dici possit, ut nequedum constitui, ita illud scio, elegantissimam et propriam hic esse lectionem scriptam, quae habet: *aut cui rata ista pax erit, quam* etc. *non jussu populi Romani pepigerimus.* Notior res est, quam ut in ea pobanda et negotioso meo hoc otio et lectoris patientia abuti debeam. MOD. Vulgatae adstipulantur libri MS. GEBH. *non jussu populi Romani* a Mog. est: mihi vero perplacet, quod fuit prius, et in membranis ipse vidi: *injussu populi Romani.* J. FR. GRON. Ita et Lov. 4. 5. 6. Harl. et Mead. 2. *jussu populi Romani* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Mead. 1. [Bamb.] in quibus prima syllaba *in* vel *i* evanuisse videri potest ob similitudinem literarum sequentium *jussu. et jussu populi Romani* Gaertn. Fateor, locutionem *injussu populi* apud Livium saepe obcurrere. Exempla vide lib. 9, 5, 1. 8, 5. 9, 4. 22, 10, 1. 26, 33, 10. 28, 18, 3. et alibi. At magis placet, quod Aldus ex Mog. cod. adoptavit *NON ex auctoritate senatus, NON jussu populi.* Saepius enim Livium, nulla media copula, quasvis particulas repetiisse, vidimus ad 5, 35, 4. et ita repetiisse τὸ *non* dictum ad 8, 34, 10. et 40, 15, 5. Codicis Mog. scripturam firmat etiam Livius simili loco 21, 18, 10. *Quod Q. Lutatius consul primo nobiscum foedus icit, quia NEQUE*

Digitized by Google

nes quos potestas fuerit) instauremus novum de integro bellum: quod possumus, si ex hoc inpetu rerum nihil prolatando remittitur, ante hiemem, Diis volentibus, perfecisse. Haec sententia vicit, respon- 6
sumque Antiocho est, ante consulis adventum de pace agi non posse. Antiochus, pace nequidquam 7
tentata, evastatis Elaeensium primum, deinde Pergamenorum agris, relicto ibi Seleuco filio, Adramytteum hostiliter itinere facto, petit agrum opulentum,

auctoritate Patrum, NEQUE POPULI JUSSU ictum erat, negastis vos eo teneri. Praeterea *peragamus* edd. vett. pro quo *pepigerimus* se in cod. suo invenisse testati sunt Moguntini. Ei adsentiuntur Lov. 1. 6. et Crevierii Victor. Aldus demum substituit *peregerimus:* quod licet in reliquis Mstis nostris [Bamberg.] supersit, cod. Mog. lectionem tamen cum Crevierio revocavi. Nam *peragere pacem* alibi nondum notavi. Contra vero *pangere pacem* aliquoties obcurrit. Supra 24, 29, 7. *Ita eos pacem pepigisse cum Romanis.* 38, 48, 10. *Praeter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio.* Similiter *pangere inducias* 27, 30, 14. *pangere amicitiam* 38, 9, 8. *pangere societatem* 42, 40, 6. Solent autem *pangere* et *peragere*, sive *pāgere* et *pagere*, in Mstis confundi. Vide ad 7, 2, 7.

§. 3. *Classem exercitumque deducturus*] Ita Moguntini ex cod. suo, consentientibus omnibus meis, excepto uno Lov. 5. qui cum edd. vett. legit *reducturus.* V. ad 6, 26. 8. Mox §. seq. *omisso ibi bello* Voss. Lov. 1. 5. 6. Harl. et edd. ante Froben. qui anno 1535. mediam vocem omisit, faventibus reliquis scriptis. [*conseantibus* Bamb.]

§. 5. *Si ex hoc inpetu rerum nihil prolatando remittitur*] *si ex inpetu* Voss. Dein *protelando* Lov. 2. et Harl. V. ad 7, 21, 2. *nihil prolatandum remittitur* cod. Mog. Paullo ante *si ita visum iis sit* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *si ita visum est iis* Lov. 6. [*si ita visum his sit* Bamb.]

§. 7. *Vastatis Elaeensium primum, deinde Pergamenorum agris*] MS. *evastandis Elaeensium primum*, etc. Praesto verum esse, *evastatis Elaeensium primum.* Praesto, inquam: nam quod cusus Moguntinus Livius legendum suadet, *Antiochus, pace nequiquam tentata, vastandis Elaeensium primum, deinde Pergamenorum agris, relicto ibi filio Seleuco* etc. tanquam non ipse Antiochus Elaeensium, Pergamenorumque agros depopulatus esset, sed filio Seleuco id negotii mandasset, quaerat, cui persuadeat: nos scimus Seleucum relictum in Pergami obsidione, ut etiam ex praecedentibus Eumenis verbis, quibus negat inclusos moenibus honeste posse de pace transigere, et sequenti narratione historica clarum est. MOD. *vastatis* primum Aldus vulgavit; et ita in Voss. Lov. 6. ac Gaertn. fuisse,

Digitized by Google

quem vocant Thebes campum, carmine Homeri no-
8 bilitatum. neque alio ullo loco Asiae major regiis militibus parta est praeda. Eodem Adramytteum, ut urbi praesidio essent, navibus circumvecti, Aemilius et Eumenes venerunt.

1 XX. Per eosdem forte dies Elaeam ex Achaja mille pe-

eorum excerpta persuadent: antea edebatur *vastandis*; quod superest in Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. *evastandis* Mstum Mog. [Bamb. *Elensium* idem.] unde sequeretur, vastandis Elaeensium et Pergamenorum agris Seleucum a patre relictum esse, quum tamen ipsum Antiochum id fecisse constet. De Elaeensi agro id testatur Polyb. in Exc. Leg. num. 21. *Οἱ περὶ τὸν Ἀντίοχον παραυτίκα μὲν ἐδῄουν τὴν τῶν Ἐλαϊτῶν χώραν.* De Pergameno cap. praec. Antiochus Gallos, *paucis admixtis, ad pervastandum passim Pergamenum agrum misit.* Placet itaque, quod Modius conjecit, *evastatis.* Id enim gravioris est significationis, quam simplex *vastatis*, et animo Antiochi ob pacem frustra petitam admodum irritato magis convenit. Praeterea verbo hoc Livius delectatur. 40, 22, 11. *Villas primum, dein quosdam vicos etiam evastarunt.* 42, 40, 7. *Dolopes a te ipso evastati sunt.* 44, 46, 2. *Simul ut Sinticen evastaret.* Alia exempla v. ad 28, 44, 14. et 32, 33, 14.

Agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum] Homerus Iliados B. [vers. 691.]

Λαρνῆσσόν διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης.

et A. [vers. 366.]

Ἠιθέους τε ἐς Θήβην, ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος.

Multos alios versus afferre possum, quibus Thebes Homerus ita meminit, ut vere Livius nobilitatam ab eo fuisse dixerit. SIG. Scribo *nobilitatae:* ut Thebea respiciat, quam praedicat Homerus, non campum Thebes sic *μετὰ ταῦτα πληθέντα*, ut testatur Strabo lib. 13, [612.] J. FR. GRON. Aliter ac Vales. ad Exc. Peiresc. pag. 13. quem hic laudat Hearnius, de hoc loco sentit, et Livium defendit Is. Vossius ad Melam 1, 18. ubi videtur respicere ad notam Valesii. Sed non satisfecit, ut apparet, Gronovio, cujus conjectura si recipitur, Livius culpa vacat. DUKER. Gronovii conjecturam probat Lov. 1. Alio modo Livio subcurrere conatus est Clariss. Jac. Gronov. in Differt. de voce *ΜΕΓΑΣ*, saepe, praesertim apud Livium, usu venire, ut adjectivum huic substantivo conveniat, quod alteri convenire debuerat. Vide de eo supra ad 4, 8, 6. Sed patris J. Fr. Gronov. conjecturam, codicis nunc auctoritate firmatam, praeferendam censeo. Praeterea vox *campum* deest in Lov. 5. et cdd. vett. quam Aldus ex cod. Mog. sedi suae restituit. Ei vero adstipulantur reliqui scripti nostri. Insuper *Thebes vocant* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et Gaertn. In praecedentibus

Digitized by Google

pedites cum centum equitibus, Diophane omnibus his copiis praeposito, accesserunt. quos egressos navibus obviam missi ab Attalo nocte Pergamum deduxerunt. Veterani omnes et periti belli erant, et ipse dux Philopoemenis, summi tum omnium Graecorum imperatoris, discipulus. qui biduum simul ad quietem hominum equorumque, et ad visendas ho- 2

vulgo ita distinguebatur: *Adramytteum, hostiliter itinere facto, petit: agrum opulentum.* Sed ita, ut edidi, distinguendum docuit Cl. Crevierius. [*ad Dramytheum* Bamb. qui tamen §. seq. *Adramytheum.*]

§. 8. *Eodem Adramytteum, ut urbi praesidio essent*] Hearnius adnotat, Sigonium omisisse *Adramytteum.* Non valde culpandus est, qui omiserit, quod glossam olere sentiebat. Nihil peccasset, si lectorem monuisset, nec a contextu submovisset. DUKER. Vocem illam omittendam esse, judicat etiam Crevierius: et hic, et infra ad 42, 47, 10. in omnibus tamen scriptis constanter superest. Deinde *ut urbi praesidium essent* Harl. Sed v. ad 34, 11, 2. Paullo ante *parata est praeda*, pro *parta*, Voss. et Lov. 1. sollemni scribarum aberratione. V. ad 5, 6, 1.

§. 1. *Elaeam ex Achaja mille pedites cum centum equitibus*] Appian. [in Syriac. 102.] ita Ἦκον δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν Ἐυμενεῖ σύμμαχοι χίλιοι πεζοὶ καὶ ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, ὧν Διοφάνης ὁ στρατηγός. SIGON. Polyb. Exc. Leg. num. 20. Καὶ νεανίσκους ἐξαπέστειλαν, πεζοὺς μὲν χιλίους, ἱππεῖς δὲ ρ, ὧν ἡγεῖτο Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης.

Diaphane omnibus his copiis praeposito, accesserunt] V. C. habet *Diophane.* Et ita Polybius in fragmento 20, in quo est ὧν ἡγεῖτο Διοφάνης Μεγαλοπολίτης. URSIN. Pal. alter *accerserunt.* GEBH. *Diophene* Lov. 4. *Diaphene* Lov. 1. 6. et Voss. *Dyaphane* Harl. *Diaphane* Lov. 2. 3. 5. et Mead. 1. *Diophane* soli Mead. 2. et Gaertn. quomodo apud Livium scribendum esse, monuit etiam Ursin. ad Polyb. Exc. Leg. num. 20. p. 260. Vide ad 36, 31, 6. Ejus laudes vide apud Polyb. in Exc. Peiresc. p. 1434. [*Diapherie omnibus iis* Bamb.]

§. 2. *Veterani omnes et periti belli erant*] Pal. alter exhibet *Veterani omnes reperti belli erant.* GEBH. *Veterani omnes experti belli erant* Lovel. 4. et Harl.

Philopoemenis, summi omnium Graecorum] Lege *summi tum omnium.* GELEN. Voculam *tum* agnoscunt omnes scripti et editi vett. nisi quod *tunc* sit in Lov. 3. Eam omiserat Frob. anno 1531. Vox *Graecorum* deest in Hearnii L. 1. Mox τὸ *et* in Lov. 1. Tum *ad visendum* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *ad visendas* substituit ex cod. Mog. Adsentiuntur reliqui nostri. [*q; vi biduum sim.* mox *aequorumque* Bamb.]

Quibus locis temporibusque accederent] Pall. uterque *quibus locis stationibusque accederent.*

Digitized by Google

ſtium ſtationes, quibus locis temporibusque accet
3 rent reciperentque sese, sumserunt. Ad radices ſ
collis, in quo posita eſt urbs, regii succedebant.
libera ab tergo populatio erat, nullo ab urbe, ne
ſtationes quidem qui procul jacularętur, excurren
4 Poſtquàm semel compulsi metu se moenibus inc
serunt, contemtus eorum, et inde neglegentia, ap
regios oritur; non ſtratos, non infrenatos ma

GEBH. Similiter omnes noſtri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. ante Moguntinos, qui recte *temporibusque* ex cod. suo subſtituerunt. Alterum datum eſt a librariis, quod eorum animo adhuc obversaretur vox *stationes* modo praecedens. Mox *sumserant* cod. Mog. *supersederunt* Lov. 2. et Harl.

§. 3. *Ad radices fere collis, in quo posita est urbs, regii succedebant*] *ad radices cessere collis* male cod. Mog. *Ad radices forte collis* Lov. 3. altera lectione margini adscripta. *Ad radices pene collis* Mead. 2. Similiter *ferme* et *pene* commutantur supra 30, 24, 7. Tum *posita urbs est* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. [Bamb.] Hinc *regiis succedebant* Gaertn. Sed prioris vocis fini sibilus ex initio sequentis perperam adhaesit. V. ad 4, 33, 10. *regiis incedebant* Harl. Mox *ne ut in stationes quidem procul jacularetur* Lov. 2. Pronomen *qui* deeſt etiam in Lov. 1. 3. 4. 6. Voſſ. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Insuper *jaculaventur* Voſſ. et Gaertn.

§. 4. *Postquam semel compulsi metu*] Uterque Pall. *Nequicquam semel compulsi.* Similiter omnes noſtri, scripti et edd. antt. [*quicquam* Bamb.] Veram lectionem Aldus ex Mog. ed. a scivit. Mox *contemtus*, inde *rum negligentia* Lov. 1. *temtus eorum, inde neglegentia* Lov. 6. *neglegentia* Lov. 1. ad 2, 11, 4.

Non stratos, non infrenatos. Supra *infrenatum* posuit pro qui careret freno, cum scr. lib. 21, [44.] *Equites frenatos infrenatos.* at hoc loco infrenatos pro frenatis posuit, ut pro lo poſt *infrenare* pro frenare. *Equos non sternere, non infrenare, aut conscendere facile terant.* SIG. Vide, quae nos ad Silii 4, 315.

§. 5. *In juveniles lusus laviamque versi*] MS. *in juvenales lusus* disertim praefert. DIUS. Pall. *in juvenales lusus* in quibus tamen non *recte versi.* GEBH. Eadem vox in Voſſ. Lov. sex, Harl. Mead. Gaertn. [Bamb.] et edd. pri quam Aldus ex cod. Mog. xit, consentiente Mead. 1. *juvenales*, quod et mihi in 1. 4. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. obvium fuit cepi. [*jubenales* Bamb.] Si ter duo integerrimi codd. et Leid. 1. exhibent supra 11. Nec aliter Mſti 5, 22, 7, 2. et cap. 14, 2. Vide Fanens. ad Nas. 14. Met. 3,

pars habebant equos. paucis ad arma et ordines 5
relictis, dilapsi ceteri sparserant se toto passim campo, pars in juvenales lusus lasciviamque versi, pars vescentes sub umbra, quidam somno etiam strati. Haec Diophanes ex alta urbe Pergamo contemplatus, 6
arma suos capere, et ad jussa praesto esse jubet: ipse Attalum adiit, et in animo sibi esse dixit, hostium stationem tentare. Aegre id permittente Attalo, 7

Heins. ad Virg. 2. Aen. 518. Cel. Burm. ad Ovid. 3. ex Pont. 3, 29. et quae notavi ad Silii 2, 312. *luxus*, pro *lusus*, perperam Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. Vide ad 1, 5, 2. et adde Cel. Burm. ad Suet. Ner. 29. Paullo ante *ad arma et ad ordines* Gaertn. Vide ad 6, 28, 6. Reliqui tamen vulgatum servant. Tum *delapsi ceteri* Lov. 3. V. ad 23, 45, 3. *dilapsi terrori* Voss. *dilapsi terreri* Lov. 1. Mox *somno strati*, omissa media voce, Gaertner. *somno et iam fracti* Lov. 1. Vide ad 35, 46, 3.

§. 6. *Ad portam praesto esse jubet: ipse Attalum adiit*] MS. *ad jussa praesto esse jubet*. Eleganter sane. MOD. Cur lectioni Mog. codicis, quam vulgatae, majorem elegantiam inesse Modius censuerit, non video. Moguntini tamen auctoritas reliquis Mssis praevalet, licet etiam omnes nostri [et Bamb.] editam scripturam defendant. Deinde *Attalum adit* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. Id etiam voluit librarius Lov. 1. qui perperam *ad id* dedit. Moguntini ex cod. suo receperunt *adiit*. V. ad 36, 42, 3. Mox *in animo esse dixit* Lov. 6. *in animo sibi dixit* Harl.

§. 7. *Aegre id permittente Attalo*] Quia ex Mog. receptum est, non omnino improbo. Nec tamen temere repudiandum *aegre id permittere Attalus*, quod prius erat. Frequentissime sic enim Livius. Nec abruptius ideo, quod sequitur, *Porta egressus*. Qui enim licuit Caesari lib. 1. Gall. [18.] *Quaerit ex solo ea, quae in conventu dixerat. Dicit liberius atque audacius. Eadem secreto ab aliis reperit esse vera. Quaerit*, nimirum Caesar: *dicit* Liscus: *reperit* iterum Caesar. Hujusmodi orationes defectae velut ad rei caput properantium, et multum ingenio lectoris confidentium mire decent historicos, et per sunt amatae Livio. Quod qui non caperent, ingentem farraginem particularum, toties item relativa *is, qui*, et similia locis, quibus ista de industria spreverat, auctori nostro adloverunt. Ne Sigonius quidem ab hac culpa immunis est. Sic l. 2, 47, 7. *Sustineri deinde vis nequiit. Consul mortifero vulnere ictus cadit.* Ille *Demum consul*. Lib. 3, 45, 6. *Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset.* Ille *Quum placidum*. Lib. 4, 54, 6. *Quaesturamque eam non honoris ipsius fine aestimabant.* Facit, *quaesturam namque*. eodem, cap. seq. §. 8. *Consules ambo profecti*. Auget, *Caeterum*

Digitized by Google

quippe qui centum equitibus adversus trecentos, mille peditibus cum quatuor millibus pugnaturum cerneret, porta egressus, haud procul statione hostium,
8 occasionem opperiens, consedit. Et qui Pergami erant, amentiam magis, quam audaciam, credere esse: et hostes, paullisper in eos versi, ut nihil moveri viderunt, nec ipsi quidquam ex solita neglegentia, insuper etiam eludentes paucitatem, mutarunt.
9 Diophanes quietos aliquamdiu suos, velut ad spe-

consules ambo profecti. Lib. 5, 25, 12. *Simul extrahi rem viderunt.* Dat nobis, *simul ut extrahi.* Lib. 6, 38, 13. *Et quoad usque ad memoriam nostram tribuniciis consularibusque certatum viribus est.* Exhibet *quoad usque ad mem. nostram, quoties tribuniciis.* Lib. 7, 17, 10. *Quia nec per dictatorem plebejum* etc. Abruptum ei videbatur, ni fieret, *Et quia.* 8, 30, 9. *Seu credere libet.* Non placuit, sed *seu si credere libet.* 10, 6, 4. *Non infimam plebem accenderent, sed ipsa capita plebis.* Necessum fuit facere, *non infimam modo plebem.* Quae omnia sunt παρεμβεβλημένα, et pessimae notae illorum librorum, a quibus vir caetera tam doctus, quum meliorem copiam uberem illi sua Italia praeberet, induci se passus est. Caeterum ad hunc locum magis proprie pertinentia vide ad l. 7, 27. J. FR. GRONOV. Venere sua non carere, quod vulgo edd. ante Aldum praeferunt, *aegre id permittere Attalus* consentio: saepius etiam librarios orationem infinitivam, qua Livius aliique uti amarunt, inmutasse, vidimus ad 1, 50, 5. Hic tamen lectionem, quam Aldus ex Mog. cod. reposuit, praeferendam duco. Vetustis enim edd. consentit solus Lov. 5. perpetuus eorum assecla; at codici Mog. concinunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Doujatii Regius. Idem etiam in suis invenisse videntur Gronov. et Crevier. Hic enim *permittere Attalus* ex sola ed. Andreae, ille vero in pr. ed. notarum ad Liv. 6, 27. ex sola ed. Mediol. profert. In Voss. erat *aegre id permittere Attalo;* quomodo forsan scriptum est, quod olim *permittēte* exaratum fuerat, et inposita τῷ *e* virgula evanuerat, vel non observata erat.

Centum equitibus adversus trecentos] Pall. *adversus sexcentos.* sicut statim *considet.* GEBH. *adversus trecentos* ex ed. Frob. anni 1535. ad recentiores promanavit. *adversus sexcentos* non tantum habent vetustiores, sed etiam omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. ac N. [*sescentos* Bamb.] *adversus ducentos* cod. Mog. *considet* vero iterum scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. [Bamb.]

§. 8. *Ut nihil moveri viderunt, nec ipsi quidquam ex solita neglegentia* etc. *mutarunt*] Prima vocula deest in Voss. et Gaertn. Tum *movere viderunt* non tantum edd. vett. sed etiam

Digitized by Google

ctaculum modo eductos, continuit: postquam dila- 10
psos ab ordinibus hostes vidit, péditibus, quantum
adcelerare possent, sequi jussis, ipse princeps inter
equites cum turma sua, quam posset effusissimis ha-
benis, clamore ab omni simul pedite atque equite
sublato, stationem hostium inproviso invadit. Non 11
homines solum, sed equi etiam territi, quum vincu-
la abrupissent, trepidationem et tumultum inter suos
fecerunt; pauci stabant inpavidi equi: eos ipsos non 12

scripti; nisi quod *viderunt movere* praeferat Lov. 2. *movere crederent* Lov. 6. Tum *nequicquam* Lov. 2. 3. et 6. *nec quicquam* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. vett. Aldus ex cod. Mog. adoptavit *moveri* et *nec ipsi quidquam*. Deinde *ex soluta negligentia* Voss. quod eodem modo dictum videri potest, quo *solutior libido* 2, 3, 2. *soluta disciplina* 40, 1, 4. quo etiam junguntur *solutus et neglectus* 25, 39, 8. et 34, 2, ? *solute ac neglegenter* 23, 37, 6. et 39, 1, 4. Verius tamen est, erranti librario hanc lectionem adscribendam. *solitus* enim et *solutus* etiam alibi commutantur. V. ad 35, 34, 10. *ex solita neglegentia* Lov. 4. Vide ad 2, 11, 4. et mox §. 13. Praeterea *mutaverunt* Harl. et Gaertner. Sed reliqui vulgatum servant, et Livius in perfectis verborum primae conjugationis contractionem hanc plurimum amavit. V. ad 21, 44, 7. Paullo ante *Et Pergami amentiam* Lov. 1. Hinc *credidere esse* Voss. *crediderunt esse* Gaertn. Male. Vide ad 1, 50, 5.

§. 9. *Quietos aliquamdiu suos* etc. *continuit*] *quietus* Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *aliquanto* Lov. 5. et edd. antt. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *aliquamdiu*; quod superest etiam in reliquis scriptis. Dein *socios* Voss. et Gaertn. Saepe ita variant librarii. V. ad 4, 33, 9. 23, 16, 8. 28, 14, 9. 35, 30, 3. c. 50, 7. Adde Gelen. ad 37, 43, 2. et Cortium ad Sall. Jug. 23. Mox *adcelerare possint* Lov. 3. Praeterea *peditibus sequi jussit*, pro *jussis*, Harl. V. ad 27, 24, 3.

§. 10. *Quam posset effusissimis habenis*] Cod. Mogunt. *quantum potuit*. Non est abeundum a recepta lectione. 24, 35, 10. *Quam maxime poterat intentus*. 26, 5, 3. *Cum delectis peditum equitumque quam poterat aptissimis ad maturandum iter*. Adde 23, 5. 24, 23. et Heins. ad Ovid. 3. Art. Am. 262. et Rem. Am. 325. DUK. *quantum posset* ex cod. Mog. admisit Aldus, et post eum omnes usque ad Gron. qui *quam posset* restituit, in prima not. ed. testatus, ita scriptos praeferre; quod mihi etiam in omnibus meis obviam fuit, nisi quod Lov. 5. praeferat simul cum edd. ante Aldum *quam possent*. Supra 10, 14, 14. *Quam posset occultissime circumducere jubet*. 26, 25, 12. *Obtestationem quam sanctissimam potuerunt adversus hospites, com-*

Digitized by Google

ſternere, non infrenare, aut adscendere facile poterant, multo majorem, quam pro numero equitum,
13 terrorem Achacis inferentibus. Pedites vero ordinati et praeparati sparsos per neglegentiam, et semisomnos prope adorti sunt: caedes passim fuga-
14 que per campos facta eſt. Diophanes, secutus effusos, quoad tutum fuit, magno Achaeorum genti decore parto, (spectaverant enim e moenibus Pergami non viri modo, sed feminae etiam) in praesidium urbis rediit.

1 XXI. Poſtero die regiae, magis compositae et ordinatae, ſtationes quingentis paſſibus longius ab urbe posuerunt caſtra: et Achaei eodem ferme tempore,

posuerunt. Salluſt. Cat. 4. *Quam verissime potero*. ubi vide Cort. Solent autem *quam* et *quantum* commutari. Exemplum habuimus ad 36, 43, 3. Paullo ante *ipse praeceps*, pro *princeps*, Voſſ. sollemni scribarum aberratione. V. ad 21, 18, 3.

§. 12. *Aut adscendere facile poterant*] *conscendere* Lov. 2. Harl. et edd. Sigonii. *escendere* Lov. 4. [Bamb.] Mox *pavorem Achaeis inferentibus*, pro *terrorem*, Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§. 13. *Pedites vero ordinati et praeparati*] Pall. *Pedites autem ordinati*. GEBH. *Pedites autem* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *praeparati et ordinati* Harl. Vide ad cap. 11, 2. Mox *per neglegentiam* Lov. 4. Vide ad §. 8.

Et semisomnes prope adorti sunt] Voſſ. Thuan. *semisomnos*. An credimus, hac terminatione nunc uti Livium noluisse, voluiſſe autem lib. 40, 15? *E convivio prope semisomnus raptus sum*. 30, 5. *In ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma*. JAC. GRON. Similiter Lov. 1. et 4. V. ad 25, 39, 3.

§. 14. *Quoad totum fuit*] Legendum *quoad tutum fuit*. Sic paulo poſt [c. 24.] *Insequi, quoad putarent tutum, jussit*. SIG. Scholion hoc demum adparuit in editione Ven. anni 1592. poſt mortem Sigonii procurata, quo emendavit errorem operarum in ed. Ven. anni 1572. commiſſum. Omnes enim reliqui typis inpressi cum scriptis *tutum* praeferunt. Ceterum *quod tutum* Voſſ. V. ad 6, 38, 13.

Magno Achaeorum genti decore parto] Pall. *magno decore genti Achaeorum parto*. GEBH. Similiter Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. nisi quod *pacto* perperam legat hic poſtremus, qui etiam mox *τὰ enim* omittit. Deinde *moenibus*, pro *e moenibus*, Voſſ. et Lov. 1. ac 3. Vox *Pergami* exsulat ab Harl. Hinc *redit* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo,

Digitized by Google

atque in eumdem locum processerunt. Per multas 2
horas intenti utrimque velut jam futurum inpetum
exspectavere: postquam haud procul occasu solis
redeundi in castra tempus erat, regii signis conlatis
abire agmine, ad iter magis, quam ad pugnam, com-
posito, coepere. Quievit Diophanes, dum in con- 3
spectu erant. deinde eodem, quo pridie, inpetu in
postremum agmen incurrit; tantumque rursus pavo-
ris ac tumultus incussit, ut, quum terga caederen-
tur, nemo pugnandi caussa restiterit. trepidantesque,
et vix ordinem agminis servantes, in castra compulsi
sunt. Haec Achaeorum audacia Seleucum ex agro 4
Pergameno movere castra coëgit. Antiochus, post-

Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Moguntinos, qui *rediit* ex cod. suo dederunt. V. ad 36, 35, 2.

§. 1. *Regiae magis compositae et ordinatae stationes*] *regii magis composite et ordinate quingentis passibus* Lov. 1. Vox *magis* non adparet in Voss. Mox *longius* exsulat a Lov. 5. et edd. antt. quod Aldus restituit ex cod. Mog. adsentientibus ceteris scriptis.

§. 2. *Per multas horas intenti utrimque*] Pall. *Permulti intenti utrimque*. GEBH. Similiter Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. antt. *Permultis intenti utrimque* Lov. 3. *Permultum intenti utrique* Lov. 1. *Permulti intenti utrique* Voss. *Permulti intenti utique* Gaertn. *Permulti intentis utrimque* Lov. 6. Quod vulgo exstat, Aldus ex cod. Mog. restituit. Mox *exspectaverant* idem cod. Mog. [*exspectare* Bamberg.]

§. 3. *Dum in conspectu erant*] *quum in conspectu* Gaertn. *cum in conspectu* scripti alii omnes cum edd. vett. pro quo Aldus ex Mog. dedit *dum*. Vide ad 1, 40, 7. [*inde eo* pro *deinde eodem* Bamb.]

Trepidantesque, et vix ordinem agminis servantes, in castra compulsi sunt] *in ea compulsi* Lov. 1. et 6. Ceterum possunt haec verba quasi per se posita considerari, et a praecedentibus majori interpunctione distingui: tum vero *trepidantesque et servantes* dictum erit eodem modo, ac vidimus alia ad 10, 30, 2. At si per particulam *que* cohaereant praecedentibus, legendum videtur *compulsi sint*. Paullo ante *nemo oppugnandi* cod. Mog. Sed perperam vocis proximae litera finalis repetita, et ita *oppugnandi*, pro *pugnandi*, datum est.

§. 4. *Romanos et Eumenem ad tuendum Adramytteum venisse audivit*] Voces *et Eumenem* desunt ab omnibus scriptis meis, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. Andreana, Camp. Rom. anni

Digitized by Google

quam Romanos et Eumenem ad tuendum Adramytteum venisse audivit, ea quidem urbe abstinuit, de-
5 populatus agros. Peraeam inde, coloniam Mitylenaeorum, expugnavit. Cotton, et Corylenus, et Aphrodisias, et Crene, primo inpetu captae sunt. inde
6 per Thyatira Sardes, rediit. Seleucus, in maritima ora permanens, aliis terrori, aliis praesidio erat. Classis Romana cum Eumene Rhodiisque Mitylenen

1472. ac Parm. Additas vero vidi in proximis. Ita supra cap. 19. *Adramytteum, ut urbi praesidio essent, navibus circumvecti Aemilius et Eumenes venerunt.* Neque video, cur Eumenis mentio nunc omitteretur, praesertim in proprii regni defensione. Deinde *advenisse* Lov. 6. [*venisse* omittit Bamb.]

§. 5. *Pheream inde, coloniam Mitylenaeorum, expugnavit. Cotton* etc.] Haec nomina sunt oppidorum in Aeolide inter Adramitium et Thyateira, ut ex his Livii verbis colligitur, quanquam ea non facile reperias apud authores, quod vel corrupta sint nomina, vel oppida concisa, vel denique alioqui obscura. GLAR. *Peraeam* edidit Frob. anno 1535. quod adhuc obtinet. Priores praeferunt *Pheream*, quod inveni etiam in Lov. 5. Harl. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] *Proheream* Lov. 2. *et Proheream* Lov. 3. *Feream* Lov. 4. *et Fereem* Lov. 1. 6. et Gaertn. *et Ferream* Voss. quod parum differt ab cod. Thuan. lectione *et Peream*, unde Jac. Gronov. in Differt. epist. ad Livii loca quaed. Geogr. Epist. 5. pag. 39. *Eupatriam inde* scribendum conjecit. Nummum Vespasiani cum inscriptione *ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ* passim viri docti laudarunt ex Goltzii Thes. pag. 214.

Cotton, et Corylenus, et Aphrodisias, et Priene] Vetus lectio habet *Aphrodisias crene*. GEL. Pro *Priene*, quod Ioniae oppidum est, *Pitane* libentius legerim. quanquam quidam *Aphrodisias crene* legant. Et Plin. lib. 5, 30. ubi Aeolides urbes numerat, *Aphrodisias* regionis nomen facit. GLAR. *Coccon* Voss. et Gaertn. *Coyton* Lov. 2. *Croton* Lov. 3. Deinde *Conelius* Voss. *Cornelius* Lov. 1. *Corlenus* Lov. 3. *Coryleno* Lov. 6. *Corylerius* Gaertn. Hinc *Affidisias* Voss. *Astodisias* Gaertn. *Aphrodisae* Harl. *Aphrodosias* Lov. 3. [*Afrodisias* Bamb.] Tum *Prime* Voss. Lov. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Lov. 3. inter versus. *Prim* Lov. 1. *Prine* Gaertn. *Prinne* Lov. 3. in contextu, Lov. 4. et Mead. 2. [*Priñae* Bamb.] *Prienne* Lov. 5. et edd. principes. Oppida fuerunt ignota, quae, si Livius, ut solet, ordinem itineris, quo Antiochus cum exercitu profectus est, observavit, sita esse debuerunt inter Adramytteum et Thyatira. Quod si verum, inprovide Doujatius *Colonae*, vel *Cotyaeon* legendum conjecit pro *Cotton*, *Dorylaeum* pro *Corylenus*, et *Priene* pro *Crene*; quum, ipso auctore, *Colonae* sit urbs Mysiae minoris, *Cotyaeon* Phrygiae majoris, *Dorylaeum* Phrygiae magnae ad fines Bithyniae, et *Priene* Ioniae.

Digitized by Google

primo, inde retro, unde profecta erat, Elaeam rediit. Inde Phocaeam petentes ad insulam, quam 7
Bachium vocant, (inminet urbi Phocaeensium) adpulerunt, et, quibus ante abstinuerant templis signisque, (egregie autem exornata insula erat) quum hostiliter diripuissent, ad ipsam urbem transmiserunt.
eam divisis inter se partibus quum obpugnarent, et 8
viderent, sine operibus, armis scalisque capi non

Per Thyatira Sardeis rediit] MS. *per Thyatiras Sardeis rediit*. MOD. *per Thyatirnanra* Lov. 1. *per Thyatiram* Voss. et Lov. 2. *per Tiatiram* Harl. et Mead. 1. *per Chiatira* Lov. 3. *per Ciatira* Lov. 4. *Partiatira* Mead. 2. Vide ad c. 44, 4. [*Tyatiras Ardiis* Bamb.]

§. 6. *Inde retro, unde profecta erat, Elaeam rediit*] *retro unde profecta*, omissa prima voce, Lov. 3. in contextu. *retro inde profecta* in margine. Tum *redit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. V. ad 36, 35, 2. Paullo ante *in ora maritima* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. Tum *terrori erat, aliis praesidio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. *terrore erat, aliis praesidio* Harl. *ò erat* non adparet in Mead. 1. [et Bamb.] Ceterum Harduinus ad Plinii 5, 31. p. 287. *Elaeam*, hic memoratam, insulam esse credidisse videtur, quae, Plinio ibid. *Elaeussa* dicta, sita fuit juxta Smyrnam. At omnis narratio praecedens satis evincit, indicari urbem maritimam regni Eumenis, quo Eumenes, Romanaque et Rhodia classis profecti erant, quum Seleucum Antiochi filium in agrum ejus irrupisse audirent. cap. 18. unde postea Adramytteum adnavigarunt, quum Antiochum ei inminere intelligerent. c. 19. et quo nunc rediisse dicuntur. [*Eleam redit* Bamb.]

§. 7. *Inde Phocaeam petentes*] MS. *Inde Phocaeam petens*. MOD. Similiter Lov. 6. et Harl. Reliqui *petentes* tuentur.

Ad insulam, quam Bacchium vocant] Plinius 5, 31. juxta Smyrnam enumerans insulas Bacchinam ponit, de qua et hic loqui puto Livium. GLAR. *Buthyum* Voss. et Gaertn. *Bechium* Lov. 5. et edd. princ. *Bacchium* Lov. 3. 4. Hearnii N. [Bamb.] et edd. Mediol. anni 1505. pluresque postea. *Bachium* reliqui Msti: quod ed. Francofurtana anni 1578. et hinc reliquae recentiores receperunt.

Inminet urbi Phocaeensium) *adpulerunt*] *Phocensium* cod. Mog. cum tantum non omnibus nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. Frobeniana anni 1535. antiquioribus. Sed notum est, Phocaeae incolas *Phocaeenses*, Phocidis in Graecia *Phocenses* adpellari. V. ad 5, 34, 8. et viros doctos ad Justin. 37, 1, 1. et 43, 3, 4. Deinde *adplicuerunt* Harl. Justin. 2, 4. *Quum Hercules ad litus Amazonum adplicuit*. Verum et alterum probum est. V. ad 8, 3, 6. Turba igitur codd. in vulgatum consentientium exigit, ut id praeferendum judicem.

§. 8. *Praesidium mille arma-*

Digitized by Google

posse; missum ab Antiocho praesidium trium millium
9 armatorum quum intrasset urbem; extemplo, obpugnatione omissa, classis ad insulam se recepit, nihil aliud quam depopulato circa urbem hostium agro.

1 XXII. Inde placuit Eumenem domum dimitti, et praeparare consuli atque exercitui, quae ad transitum Hellesponti opus essent: Romanam Rhodiamque classem redire Samum, atque ibi in statione esse, ne Polyxenidas ab Epheso moveret. Rex Elaeam,
2 Romani et Rhodii Samum redierunt. Ibi M. Aemilius, frater praetoris, decessit. Rhodii, celebratis

torum] Vet. lib. *trium millium*. SIGON. Alibi *praesidium mille armatorum*, pro quo *trium millium* Sigonio emendare necesse fuit, editum esse non credo. Basilcenses tamen anno 1554. operarum errore *praesidium millium armatorum* edidisse novi. Paullo ante *sine operibus*, *sine armis scalisque* Lov. 6. pessime. Sensus enim est, arma et scalas ad expugnandam urbem non suffecisse, sed operibus obpugnandam fuisse. [*videretur* pro *viderent* Bamb. qui etiam *non* ante *capi* omittit.]

§. 9. *Depopulato circa urbem hostium agro*] *depopulato circa hostium agro*, omissa voce *urbem*, Harl. quod non displiceret, si plurium codd. consensu firmaretur. Vide ad 9, 2, 8. Sed nec alterum displicet. V. ad 36, 14, 12. Paullo ante *amissa* Harl. Deinde *recipit* Gaertn.

§. 1. *Domum dimitti, et praeparare consuli*] *remitti* Lov. 3. Tum *praeparari* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. pro quo Frob. anno 1535. substituit *praeparare*, quod servant reliqui scripti. Mox *redire statim Samum* Lov. 6.

§. 2. *Una quinqueremi ad terram Nidiarorum, ut ibi in statione*] Hoc quoque advertat lector, ne *Gnidiorum* verior sit lectio: et enim res in medio est. SABELL. Antiqua lectio *una Coa quinqueremi, altera Cnidia Rhodum, ut ibi* etc. Quamquam nec vulgata quidem lectio absurda videtur. Verior habenda, in quam plures manuscripti codices consentiunt. GELEN. Pall. vitiose *ad terram Nidiarhorum*. GEBH. *una Coa*, vel *Choa*, *quinqueremi* Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Vocem *Coa* omittunt reliqui Msti, et memoratis editis proximi usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. loco pristino restituit. Deinde *adteramide in Dyarhorium* Lov. 3. *ad tenrāne indiai h'* Lov. 1. *ad temane indiarchorum* Gaertn. *ad termane india archorum* Voss. *ad terram Hidiarhorum* Harl. et Mead. pr. *ad terram Indiareorum* Lovel. 6. *ad terram Nidiarhorum* Mead. 2. *ad terram Nidiarorum* Lov. 2. 4. 5. et edd. principes. Paullo ante *Romani ac Rhodii*

Digitized by Google

exsequiis, adversus classem, quam fama erat ex Syria venire, tredecim suis navibus, et una Coa quinqueremi, altera Gnidia, Rhodum, ut ibi in statione essent, profecti sunt. Biduo ante, quam Eudamus cum 3
classe a Samo veniret, tredecim a Rhodo naves cum Pamphilida praefecto adversus eamdem Syriacam classem missae, adsumtis navibus quatuor, quae Cariae praesidio erant, obpugnantibus regiis, Daedala et quaedam alia parva castella obsidione exemerunt. Eudamum confestim exire placuit. additae huic quo- 4
que sunt ad eam classem, quam habebat, sex aper-

Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertner. [Bamb.] *Romani Rhodiique* Harl.

§. 3. *A Samo veniret, tredecim a Rhodo naves cum Pamphylida praefecto adversus eamdem Syriacam classem missae*] *ab Samo* et *ab Rhodo* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead uterque, et Gaertn. [Bamb.] *ab Rhodo* etiam Lov. 1. Deinde *cum Phamychida* Voss. *cum Panychida* Gaertn. *cum Panphida* Lovel. 4. *cum Pamphida* Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Mead. ambo. Verum Παμφιλίδας ὁ τῶν Ῥοδίων ναύαρχος memoratur Polyb. in Exc. Peiresc. pag. 1434. ubi ingenium ejus describit. Vox *eamdem* deest in Lov. 2. et 6. Paullo ante *Biduo quam Eudamus*, omissa voce *ante*, Mead. 2.

Daedala et quaedam alia parva castella] *alia per ea castella* Voss. Lovel. 1. 3. 4. Mead. 2. Gaertn. et Crevierii Victorin. [Bamb.] *alia perrea castella* Thuan. unde Cl. Jac. Gronov. in dissert. epist. ad quaed. Livii loca Geogr. epist. 5. pag. 40. scribendum existimat *alia Peraeae castella*. Si quid mutandum, nihil hac conjectura verius videtur. *Peraea* enim erat illa regio, quam Rhodii in continenti insulae suae obposita possidebant. Ἀρχῇ δὲ τὰ Δαίδαλα τῆς Ῥόδίας Χωρίον, teste Strab. 14, 651. quem etiam vide pag. 664. Verum reliqui codd. vulgatum tuentur, quod nec ipsum temere spernendum. *parva castella*, ut 31, 30, 6. *In parvis illis castellis vicisque consecrata*. Ita *parvum tigillum* apud Phaedr. 1, 2, 14. ubi vide viros doctos. *parvulus pusio* apud Arnob. 6, 210. et 7, 237. et *parvulus puerulus* apud eumdem 7, 297.

§. 4. *Sex apertae naves*] MS. dimidio minus *tres apertae naves*. MOD. Nihil frequentius est in Mstis, quam notas numerales *V* et *II* commutari. Exempla v. ad 3, 5, 13. c. 8, 10. c. 31, 6. c. 33, 8. c. 64, 11. 10, 37, 2. c. 47, 1. 23, 49, 13. 25, 9, 3. 36, 14, 1. 37, 30, 1. c. 40, 8. c. 44, 1. c. 45, 15. c. 50, 3. 44, 5, 12. c. 17, 4. ad Epit. Liv. 18. Scalig. ad Fest. v. *Novae curiae*. et Harduin. ad Plin. 2. H. Nat. sect. 16. Codd. nostri nihil mutant. Praeferenda autem est vulgata lectio. Vide ad cap. seq. §. 4.

Digitized by Google

5 tae naves. Profectus quum, quantum adcelerare poterat, maturasset, ad portum, quem Megisten vocant, praegressos consequitur. inde uno agmine Phaselidem quum venissent, optimum visum est, ibi hostem opperiri.

1 XXIII. In confinio Lyciae et Pamphyliae Phaselis est: prominet penitus in altum, conspiciturque prima terrarum Rhodum a Cilicia petentibus, et procul navium praebet prospectum. eo maxime, ut in

§. 5. *Ad portum, quem Megiston vocant*] Archetypa *Megisten* habent. Et geographi *Megistes* insulae in hoc tractu meminerunt, quae fortassis eum portum efficit. GELEN. *Megisten* omnes scriptores insulam faciunt, non portum: quanquam insula haud dubie portum habuit. Ptolemaei interpres Latine hanc *maximam* vocat, quod extulisse non erat necesse. GLAR. *Megiston*, forte errore operarum, primo dederat Frob. anno 1531. Priores *Megisten*, nisi quod paucae cum Lov. 5. *Magisten* praeferant. *Megistem* Lovel. 4. *Megistin* Harl. *Megistim* Mead. 1. [*quem quem Megysten* Bamb.] Paullo ante *accelerare possent* Gaertn.

Consequitur. inde uno agmine Phaselidem quum venissent] Male *sequitur* Voss. *et sequitur* Lov. 3. Tum *Phaseliden* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *Phasilicum* Lov. 2. *Phasalidem* Lov. 3. Insuper *cum venisset* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et edd. antt. *convenisset* Mead. 1. Mox *ibi* deest in Voss. *hostem* in Lov. 2. *hostem ibi opperiri* legit Gaertn. [*sibi hostem* Bamb.]

§. 1. *Prominet penitus in altum, conspiciturque*] *prominens* codd. nostri, et edd. pro quo Frob. anno 1535. *prominet* primus substituit. Praeterea *conspicitur*, omissa copula, Lov. 3. Mox *conspectum* Lov. 1. 3. et 6.

Uti obvii classi hostium essent] Archetypa *ut in obvio classi*, non *ut obvii*. GELEN. Pall. et vet. ed. *uti obvii classi hostium essent*. GEBH. *in obvio esse*, ut *in facili, in tuto esse*; de quibus v. ad 3, 8, 9. Verum omnes nostri, cum Hearnii L. 1. et Regio Doujatii, lectionem a Gelenio ejectam servant, nisi quod vox *obvii* desit in Lov. 1.

§. 2. *Ad hoc insolito odore ingruere morbi*] *ad haec* Lov. 2. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Aldum, qui *ad hoc* praeeunte cod. Mog. adoptavit. Nec aliter ceteri nostri. V. ad 21, 52, 10. Tum *inter remiges* Lov. 3. V. ad 38, 57, 6.

§. 3. *Audiunt ad Aspendum jam hostes esse*] In manu scriptis legitur, *audiunt ab Aspendiis, ad Sidam jam hostes esse*. GELEN. Ita [*ad Aspendum*] quidam hunc locum emendarunt, cum in aliis legatur *ab Aspendiis*. Caeterum cum Aspendus mediterranea sit urbs, authore Ptolem. [5, 5.] et LX stadiis ab ostiis Eurymedontis distet, ut fa-

Digitized by Google

obvio classi hostium essent, electus locus est. Ceterum, quod non providerunt, et loco gravi, et tempore anni, (medium enim aestatis erat) ad hoc insolito odore ingruere morbi vulgo, maxime in remiges, coeperunt. cujus pestilentiae metu profecti, quum praeterveherentur Pamphylium sinum, ad Eurymedontem amnem adpulsa classe, audiunt ab Aspendiis, ad Sidam jam hostes esse. Tardius navigaverant regii, adverso tempore Etesiarum, quod velut sta-

tetur Strabo lib. 14, [pag. 667.] denique classis hostium non flumine, sed mari venisse videatur, quippe Hannibal antea in Phoeniciam a rege Antiocho missus dicitur, non video, quomodo ad Aspendum hostes navali certamine pugnaturi adesse potuerint. Quod ideo admonemus, ut exemplaria diligentius inspiciantur: quanquam excusationem accipit *ad Aspendum*, quasi dicat e regione Aspendi, sed tamen in mari. Quidam *ab Aspendiis ad Sidam* emendarunt, nihilo clariore sensu. GLAR. MS. *ad Sidam hostes esse.* quod manifeste verum est. Natum autem erat illud *jam* ex syllaba posteriore vocis proxime praecedentis *Sidam*. MOD. Pall. *audiunt ad Aspendusiam hostes esse.* GEBH. Manu exarati ignorant *τo jam*, ut apparet ex variis codicis Mog. lectionibus et Modii notis, quamvis Gelenius agnoscere videatur, nisi forte per incuriam retinuerit ex vulgatis editionibus. Ego certe ab editoribus interpositum reor ad sensum horum verborum illustrandum, quam ob caussam majore etiam audacia iidem olim vulgarunt *ad Aspendum jam hostes esse.* Ne dubita, lector, unica modo mutata litera, servare veterem scripturam hoc modo: *ab Aspendiis ad Sidam hostes isse.* Infra c. 31, 7. *Rhodii ad trajiciendas copias consulis iere.* 24, 27, 4. *Legatos isse ad Ap. Claudium.* 28, 38, 3. *Adversus quatuor exercitus in Hispaniam isse.* 34, 48, 1. *Per Bojorum Ligurumque agros populantem isse.* 42, 40, 6. *Cum exercitu Delphos isti.* 42, 55, ? *Quum effuso agmine issent.* JAC. PERIZON. Non satis perspicio, ob quam caussam *esse* in *isse* mutandum sit. Classem regiam haud procul Sida fuisse, quum a Rhodiis conspecta est, ostendunt sequentia. DUK. *audivit ad Spondiis jam hostes esse* Voss. *audivit a Daspendiis hostes jam esse* Gaertn. *audiunt adpendiis jam hostes esse* Lov. 1. *audiunt adstipendiis jam hostes esse* Lov. 6. *audiunt Adaspendiis jam hostes esse* Mead. 1. *audiunt ad Aspendusiam hostes esse* Lov. 4. et Mead. 2. *audiunt ab Aspendiis jam hostes esse* Lov. 3. *audiunt ad Aspendiis jam hostes esse* Lov. 2. 5. Harl. (Bamb.) et edd. vett. Postea *ab Aspendiis* Ascensius, *ad Aspendum* Moguntini emendarunt. Lectio codicis Mog. eaque, quam ex Gelenii emendatione Frobenius anno 1535. et hinc recentiores omnes receperunt, in eo tantum differt, quod in priori desit *τo jam*; quod vel

Digitized by Google

tum Favoniis ventis esset. Rhodiorum duae et t
5 ginta quadriremes, et quatuor triremes fuere. R
gia classis septem et triginta majoris formae navi
erat, in quibus tres hepteres et quatuor hexeres h
bebat. praeter has decem triremes erant, et hi a

cum Perizonio per incuriam a Gelenio servatum credo ex vulgatis edd. vel, si in cod. ejus exstitit, cum Modio ex praecedenti voce *Sidam* natum suspicor. Ceterum, *esse* et *isse* in Mstis saepius commutari, vidimus ad 27, 44, 3. hic tamen omnes codd. in *esse* conspirant, idque praeferendum videtur ob situm urbis Aspendi, qui efficit, ut Aspendii potius audire potuerint, hostes ad Sidam adpulisse, quam eo navigationem instituisse. Nemo certe inceptum Clerici probare poterit, qui, ne monito quidem lectore, Cl. Perizonii conjecturam in contextum recepit.

§. 4. *Quod velut statum Favoniis ventis esset*] *quod velut flatus Favonii venti essent* Harl. *quod velut statum Favonis ventis* Lov. 4. et Mead. 1. [Bamb.] *quod velut statum Favonii venti esset* Mead. 2. *quo velut status Favonii venti essent* Lov. 1. 6. et Gaertn. neque aliter differt Lov. 3. quam quod *esset* servet. *quo velut status Favoniis ventis esset* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *quo velut statum Favonii venti essent* Voss. Similiter Lov. 2. nisi quod ignoret vocem ultimam. Legi posset *quo velut stati Favonii venti essent*. Sed omnino praeferendum vulgatum, quod Aldus fide cod. Moguntini adscivit. *tempus statum Favoniis*, ut 5, 46, 2. *Sacrificium erat statum in Quirinali colle genti Fabiae.* 23, 35, 3. *Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas.* Pl. Hist. Nat. 107. *Exit in Ha nensi agro statis Vulcano di bus.*

Rhodiae duae et triginta [illegible] *driremes, quatuor trirem*[illegible] *re*] Ex cap. praecedenti a[illegible] tur summa duodequadraginta n[illegible] vium. Sed quia hic nu[illegible] queremis in classe Rho[illegible] moratur, credi potest, et [illegible] quinqueremes, quarum [illegible] Coam, alteram Gnidian [illegible] dicit Livius, detractas, [illegible] quo, incertum ob quam cau[illegible] missas fuisse. DUK. Hinc i[illegible] patet, cap. praec. §. 4. *sex* [illegible] *tae naves*, non *tres*, legen[illegible] esse; ut ibi dictum est. Ceter[illegible] *et Rhodiorum* Lov. 4. Harl. [illegible] Mead. 1. Voces *et triginta* [illegible] sunt in Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Ha[illegible] Mead. ambobus, Gaertn. et [illegible] antt. quas Aldus ex cod. M[illegible] addidit. Tum *et quatuor tri[illegible] mes* idem cod. Mog. unde re[illegible] pi. Deinde *fuerunt* Harl. Ve[illegible] *et triginta quadriremes*, [illegible] *tuor triremes fuere. Regia c*[illegible] *sis septem* non adparent in V[illegible] Lov. 1. et Hearnii L. 1. a lib[illegible] riis omissae ob repetitionem [illegible] *et triginta*. V. ad 9, 11, 11.

§. 5. *In quibus tres hepteres* [illegible] *quatuor hexeres habebat. pr*[illegible] *ter has decem triremes era*[illegible] Quae *ἑπτέρα* Graecis, Latinis [illegible] *migatio* est: ideo procul dub[illegible] *hepteris* navis fuit septem re[illegible] rum ordinibus acta; *sicuti* [illegible] *xeris*, quae sex remorum a[illegible] ordinibus impellebatur: nam [illegible] *sex*, *ἑπτὰ septem* significat.

Digitized by Google

esse hostes ex specula quadam cognovere. Utraque 6
classis postero die luce prima, tamquam eo die pugnatura, e portu movit: et, postquam superavere Rhodii promontorium, quod ab Sida prominet in altum, extemplo et conspecti ab hostibus sunt, et

et *biremes*, *triremes*, *quadriremes*, *quinqueremes* eodem modo dicuntur, quod passim apud scriptores legimus. Plinius lib. 7, 56. praenarratas non solum commemorat cum suis institutoribus, sed addit etiam *decemremem*, *duodecim ordinum*, *quindecim*, *triginta*, *quadraginta*, et usque ad *quinquaginta*. Livius l. 45, [35, 3.] scribit: *Paulus ipse post dies paucos regia navi ingentis magnitudinis, quam XXI. versus remorum agebant, ornata Macedonicis spoliis, non insignium tantum armorum, sed et regiorum textilium, adverso Tyberi ad urbem est subvectus.* qua in re semper dubitavi, quales essent hujusmodi remorum ordines adeo multiplices. Nam si hinc inde recta linea, uti nostris temporibus fieri conspicimus, disponebantur, profecto, quae tres, quatuor, quinqueve remorum ordines habebant, magna navigia dici non poterant, et vix ad pugnam capessendam apta fuissent, ut pote quae octo vel decem remis ad summum agerentur, quatuor scilicet vel quinque utrimque sitis. Si vero remorum ordines plures in medio, superiori, et infimo navigii corpore repositos fuisse dixerimus, non utique commode et eodem tempore ad navim impellendam agi potuissent, quin invicem implicarentur, praesertim multiplicatis ordinibus, secundum Plinii dicta. Quamobrem in eam veniebam sententiam, non a numero remorum ordines plures paucioresve dictos, sed potius a numero remigantium, singulis remis appositorum; ita ut *triremes* essent, quarum remos singulos tres homines, *quinqueremis* cujus quinque impellerent. Quod si quis objecerit, ergo in quinquaginta remorum ordinibus constante navi, qualem habuit Tryphon, si Plinio credimus, remi fuissent immensae magnitudinis, quum a quinquaginta hominibus impellendi essent, vel saltem a vigintiquinque, si per ordinem interpretemur binos remos, alterum dextrorsum, sinistrorsum alterum e directo positum; cui objectioni facile responderi posse existimamus, si animo conceperimus, immensam propemodum magnitudinem navium, quibus obelisci ex Aegypto Romam convecti sunt, quarum meminit Plinius lib. 16. c. 40. et 36. c. 9. nec non etiam ingentem proceritatem quarundam arborum, quarum verba facit idem Plinius 16, 40. nempe unius a Tiberio Caesare expositae; fuit autem trabs e larice longa pedes cxx. bipedali crassitudine aequalis, quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad acumen aestimantibus, et alterius a M. Agrippa relictae in porticibus septorum miraculi causa; fuit et abies admirationis praecipuae in navi, quae ex Aegypto Caji principis jussu obeliscum adduxit. MARC. DONAT. Vox *habebat* est earundem manuum, de quibus questi modo sumus, non Livii. Ovidius lib. 13. Met. [164.]

Digitized by Google

7 ipsi eos viderunt. Ab regiis sinistro cornu, quod ab alto objectum erat, Hannibal, dextro Apollonius, purpuratorum unus, praeerat. et jam in fron-
8 tem directas habebant naves. Rhodii longo agmine ve-

— — — *et deceperat omnes,*
In quibus Ajacem, sumtae fallacia vestis.

J. FR. GRON. Plane nihil opus erat adsuto hoc panno. *In quibus* idem est, quod *et inter has.* 1, 56, 7. *Quum primores civitatis, in quibus fratrem suum, ab avunculo interfectum audisset.* 6, 20, 7. et 29, 29, 1. Sueton. Caes. 50. Similiter *inter* et *ex* cum relativo dicuntur. Liv. 23, 83, 12. *In hanc dimicationem* etc. *omnes reges gentesque animos intenderant; inter quos Philippus Macedonum rex.* Suet. Caes. 52. *Dilexit et reginas; inter quas Eunoën Mauram.* Et August. 29. *Publica opera plurima exstruxit; ex quibus vel praecipua Forum.* Nec facile rejecerim conjecturam J. Fr. Gronovii in Liv. 6, 14. DUK. Vide tamen, quae notavi ad 6, 14, 11. Hic etiam vulgatum *habebat* supereſt in omnibus noſtris, nisi quod *habebant* sit in Lov. 1. 5. et 6. Gronovio adsentitur etiam Crevierius. Vocula *et* deeſt in Lov. 1. 2. 3. 6. et Voſſ. Insuper *erant* deeſt in Lov. 3. quae vox, si supra *τὸ habebat* servandum erit, hic omitti poterit. Paullo ante *formae majores navium erant* Lov. 6. *majores ferme navium erant* Voſſ. et Gaertn. *majoris ferme navium erant* Lov. 4. et Mead. ambo. [Bamb.] Ita alibi *ferme* et *formae* commutantur. V. ad 10, 40, 6. et 26, 47, 5. *Ferme*, ut 36, 43. *Ita numero non ferme inpares futuros se.*

Et alii adesse hostes etc.] Nullo sensu ita legitur. Qui enim fuerunt isti *alii*? Rhodii quippe jam ante cognoverant, ubi essent hoſtes. Rectius itaque Mog. ed. *et ii adesse*, nempe regii. praeceſſit enim proximo de regia claſſe, quo hoc, sed cum respectu ad sensum, commode referri poteſt. Quod si *τὸ alii* ex MS. codice hausere, legendum pro eo erit *illi*, quae saepe invicem mutantur. JAC. PERIZ. *alii* et *illi* in Mſtis saepius commutari, vidimus ad 23, 7, 3. Hic tamen *alii* errore, ut videtur, operarum primum adparuit in ed. Paris. anni 1573. Nam *et ii adesse* praeferunt, quas vidi, priores. Omnes etiam codd. *et ii*, vel *et hi*, vel *et hii*, [sic Bamb.] conſtanter praeferunt.

§. 6. *Tamquam eo die pugnatura, e portu movit*] *pugnatura portu movit* Lov. 2. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *pugnatura portum movit* Voſſ. *pugnaturi portu movit* Lov. 3. *pugnature portu vovit* Mead. 1. *pugnature portu motum* Lov. 1. *pugnature portu movit* Lov. 4. 5. Harl. et Mead. 2. Et ita primae edd. nisi quod praeferant *pugnaturae.* [ita Bamb.] Recte dici poteſt *utraque classis pugnaturae.* V. ad 23, 46, 5. Verum ita *sub* jungendum foret verbum plurale. Forte igitur legi poſſet *tamquam eo die pugnaturae, portu morunt;* eo enim ducunt veſtigia Lov. 1. *motum* exhibentis. Ita Silius 14, 141.

Solaque, quod superest, secum certamina morunt.

Digitized by Google

veniebant. prima praetoria navis Eudami erat; cogebat agmen Chariclitus; Pamphilidas mediae classi praeerat. Eudamus, postquam hostium aciem instructam et paratam ad concurrendum vidit, et ipse in altum evehitur, et deinceps, quae sequebantur, ser- 9

Similibus autem contractionibus Livium admodum delectari, vidimus ad 6, 18, 10. Quum tamen alibi hanc contractionem in verbo *moveo* apud Liv. nondum observarim, nisi in uno cod. dicto illo loco, nunc potius praeferendam puto lectionem vulgatam, quam Frob. anno 1535. primus exhibuit: ut tantum librarii vocabula, olim continua literarum serie scribi solita, male distinxerint, jungentes *pugnaturae portu* pro *pugnatura e portu*. Paullo ante *luce prima*, trajectis vocabulis, Lov. 3.

Quod ab Sida prominet in altum] *quod assidua* Voss. *quod ab Sidia* Harl. *quod Abscida* Lov. 3. *quod Absidia* Lov. 1. 2. 6. et Mead. 1. *quod Absida* Mead. 2. vocibus male coalescentibus. Hinc *preminet* Lov. 1. *promitur* Harl. *permittitur* Lov. 2. Male. Supra hoc cap. *In confinio Lyciae et Pamphyliae Phaselis est: prominet penitus in altum*. Mela 1, 3. *Ad fretum nunc haste retracta, nunc prominens, tres maximos sinus efficit*. In praecedentibus copula *et* exsulat a Lov. 2.

§. 7. *Ab regio sinistro cornu* etc. *praeerat*] MS. *ab regiis sinistro cornu*. MOD. Mogunt. [Bamb.] *regis*. Lege *Ab regiis sinistro cornu*. J. FR. GRON. Vulgatum nullo modo servari potest: quid enim est *praeesse ab sinistro cornu*? Conjecceram olim *apud regios sinistro*. Verum id longius a codd. lectione recedit. Recte igitur Gronovius ex cod. Mog. vestigiis emendat *Ab regiis*, quod Crevierii exemplo in contextum admisi. Passim *regis* et *regiis* commutari, vidimus ad 32, 6, 6. *Ab regiis sinistro cornu* accipio pro regiorum sinistro cornu. Ita 22, 37, 1. *Ab Hierone classis Ostiam cum magno commeatu accessit*. 38, 21, 2. *Ante signa modico intervallo velites eunt, et ab Attalo Cretenses sagittarii*. V. ad 27, 5, 6. Posses etiam *Ab regiis* accipere pro a parte regiorum. Infra c. 30, 1. *Ab Romanis octoginta naves pugnabant*. [*decretas* pro *directas* Bamb.]

§. 8. *Rhodii longo agmine veniebant*] *Regii* Voss. et Lov. 1. V. ad c. 30, 2. Mox *Cariclitus* Lov. 3. *Cariditus* Lovel. 2. *Caridatus* Lov. 6. *Caridicus* Voss. *Charidius* Gaertner. *Chandrius* Lov. 1. *Eraclitus* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Vide etiam cap. seq. §. 8. Vulgatum *Chariclitus* restituit Frob. anno 1535.

§. 9. *Et ipse in altum evehitur*] *vehitur* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. restituit *evehitur*, quod probant reliqui. Mox hoc cap. *Nec sic in altum evectus erat*. cap. seq. *In altum celeriter evectae naves*. c. 15, 9. *Placuit tota classe evehi ad portum Ephesi*. 21, 50, 1. *Ubi in altum evecti sunt*. 25, 27, 10. *Duae classes infestae*

Digitized by Google

10 vantes ordinem in frontem dirigere jubet. Ea res primo tumultum praebuit. nam nec sic in altum evectus erat, ut ordo omnium navium ad terram explicari posset: et festinans ipse praepropere cum quinque solis navibus Hannibali obcurrit. ceteri, quia in frontem dirigere jussi erant, non sequeban-
11 tur. Extremo agmini loci nihil ad terram relicti erat; trepidantibusque iis inter se, jam in dextro cornu adversus Hannibalem pugnabatur.

circa promontorium Pachinum stabant, ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset, conveursurae. 28, 30, 3. *Freto in Oceanum evectus.* 29, 14, 11. *In salum nave evectus.* 37, 29, 8. *Tantum laevo evecta cornu, ut amplecti et circumire dexterum Romanorum cornu posset.* Paullo ante vox *postquam* deest in Lov. 1. *hostium* in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

Et deinceps servantes ordinem] Pall. *ferentis ordinis.* vet. ed. *ferentes ordinem.* GEBH. Similes lectionum varietates in plerisque meis, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antiquis exstant. *servantes* demum Ascens. anno 1513. substituit, quod erat in Voss. et Lov. 1. Mox *derigere* Lov. 4. hic et paullo post §. seq. Vide ad 22, 47, 2.

§. 10. *Nam Eudamus in altum evectus erat*] In manuscriptis *Nam nec sic in altum.* GELEN. Pall. *nam Eumenes in alto evectus erat.* vet. ed. *nam Eudemus in alto evectus erat.* GEBH. *nam Eumenes in alto* Voss. Lov. 3. 4. et Mead. ambo. *nam Eumenes in altum* Lov. 2. et Gaertn. et ita Lov. 1. nisi quod vocem *altum* omittat. *nam Eudamus in alto* Harl. *nam Eudemus in alto* Lov. 5. et edd. antt. *nam Eudamus in altum* cod. Mog. consentiente Lov. 6. [*nam nec in alto* Bamb.] Mox *propere* Voss. et Lov. 1. ac 3. Ita peccarunt librarii 2, 45, 3. 22, 3, 5. c. 41, 1. et alibi. corruptius *prope* Lov. 6. V. ad 39, 31, 4. Tum *derigere* Lov. 4. Vide modo ad §. 9. *erigere* Lov. 3. *redigere* Gaertn.

§. 11. *Extremo agmini loci nihil ad terram relicti erat*] *Extremo agmine* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et omnes, quas vidi, edd. usque ad Heinsii Elzevir. quae *agmini* emendavit. Mox *jam dextro cornu* Lovel. 2. et Harl. Sed praepositio *in*, quae in reliquis superest, elisa est ab ultima litera vocis praecedentis *jam.* V. ad 10, 13, 3. Deinde *pugnabant* Lov. 5. et edd. principes. Aldus dedit *pugnabatur*, jubente cod. Mog. cui consentiunt reliqui nostri. [*his* pro *iis* Bamb.]

§. 1. *Et navium virtus, et usus rei maritimae*] Clericus Art. Crit. part. 3. sect. 1. c. 12. §. 8. putat, hic e compendio scribendi vitium ortum, et pro *navium* scribendum esse *navalium*, nempe socierum: eo quod *nemo navibus virtutem et usum rei ma-*

Digitized by Google

XXIV. Sed momento temporis et navium virtus, 1
et usus rei maritimae terrorem omnem Rhodiis dem-
sit. nam et in altum celeriter evectae naves locum 2
post se quaeque venienti ad terram dedere; et, si
qua concurrerat rostro cum hostium navi, aut pro-
ram lacerabat, aut remos detergebat, aut, libero
inter ordines discursu praetervecta, in puppim inpe-
tum dabat. maxime exterruit hepteris regia, a multo 3
minore Rhodia nave uno ictu demersa. Itaque jam

ritimae tributurus sit. Hanc conjecturam merito rejecit Cl. Heumannus in Parerg. Critic. p. 153. cum quod nemo umquam simpliciter *navales* hoc sensu dixerit, tum quod ex sequentibus satis pateat, Livium scripsisse *navium virtus.* Haec recte habent. *Nauticos* ἐλλειπτικῶς saepe dici pro sociis navalibus, ostendit Gronov. ad Livii 30, 25. *navales* non addito substantivo eosdem adpellari, non credo. Quae Clericus argutatur, nullam rationem habent. *Nemo*, ait, *navibus tribuerit virtutem.* Cur minus *navibus*, quam multis aliis rebus inanimis? Harum *virtus* scriptoribus Latinis fere est omnis illa vis, omne illud, quo res hae valent et aptae sunt ad usum, ad quem vel natura vel arte factae et comparatae sunt. Ita, quod vel in vulgatis lexicis legere poterat, Cic. 1. de Leg. 16. *virtutem arboris* dixit, et Plaut. Mercat. 3, 1, 133. *virtutem mercis*; cui ibidem opponit *vitium mercis.* Cato quoque cap. 1. de Re rust. *Praedium*, inquit, *solo bono, sua virtute valeat.* Et Justin. 11, 13. *Quum victoria non armorum decore, sed ferri virtute quaeratur.* Nec minus praeter rem est, quod pergit addere, *Nemo navibus tribuerit usum rei maritimae.* Nemo certe, cui sanum est synciput. Sed Livium eum navibus tribuere, si retineatur *navium*, falsum est, nec quisquam, qui locum inspicere modo volet, dixerit. Nam vel caeco apparet, verba *et usus rei maritimae* non ad naves, sed ad Rhodios pertinere, quibus duas res momento temporis omnem terrorem demsisse dicit Livius; alteram, *virtutem navium*, alteram, *usum rei maritimae*, quem ipsi Rhodii scilicet, non naves eorum habebant. Aeque infeliciter versatus est in Curtio 9, 7, 16. ubi quum non potuisset ferre, pugili *virtutem virium* tribui, et in judicio de Q. Curtio cap. 8. §. 12. hoc genus loquendi itidem, ut hic, improbasset, a Perizonio in Curtio vindicato p. 61. seqq. ita confutatus est, ut nemo dubitare possit, locum illum perperam ab eo sollicitatum esse. Quae tomo 3. sect. 3. §. 8. Biblioth. select. Perizonio reposuit, ejusmodi sunt, ut facile appareat, eum de defensione causae desperasse. Nam quod sibi simile exemplum, id est, ut puto, eadem verba, ex aliis probatis scriptoribus proferri postulat, id eadem ratione de omnibus, quae hic, et a Periz. l. d. prolata sunt, postulare potuisset. Sed hoc unum, quum copias suas in

Digitized by Google

haud dubie dexterum cornu hostium in fugam incli-
4 nabat. Eudamum in alto, multitudine navium maxi-
me Hannibal, ceteris omnibus longe praestantem,
urguebat: et circumvenisset, ni, signo sublato ex
praetoria nave, (quo dispersam classem in unum
colligi mos erat) omnes, quae in dextro cornu vice-
rant, naves ad opem ferendam suis concurrissent.
5 tum et Hannibal, quaeque circa eum erant naves,

arctum coactas vidisset, superat subsidium, quo confugeret. DUKER.

§. 2. *Locum post se quoque venienti*] In manuscriptis legitur *locum post se quaeque venienti*, non *quoque*. GELEN. *quoque* servant mei Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ex Voss. nihil notatur, ut in eo *quaeque* superfuisse videatur. Solent hae voces commutari. Vide ad 40, 5, 6.

Si qua concurrerat rostro cum hostium navi, aut proram lacerabat, aut remos detergebat] Omnes libri *concurrerat porro*. GEBH. *si qua concurrerat porro* edd. principes. Neque aliter Msti, nisi quod *concurrebat* legat Lov. 2. *si quae concurrerant rostro* cod. Mog. unde *rostro* adoptavit Aldus. *navi* etiam Aldus ex eodem cod. Mog. adscivit, quum antea ederetur *nave*, quod tenent Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Dein prius *aut* non adparet in Harlej. Tum *remos detegebat* Harl. *remos defringebat* Lov. 2. Sed v. ad 36, 44, 6. Mox *impune impetum dabat* Harl. *in puni* Lovel. 1. [§. 3. *declinabat* pro *inclinabat* Bamb.]

§. 4. *Ceteris omnibus longe praestantem urguebat*] *praestantius* Harl. *praestanter* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] Similiter edd. ante Aldum, qui *praestantem* legit ex cod. Mog. quod etiam in reliquis fuisse meis videtur, ex quibus nihil notatur.

Quae in dextro cornu vicerant, naves ad opem ferendam suis concurrissent] Pronomen *suis* omittunt Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Observat autem Cl. Perizon. in Animadv. Hist. c. 8. pag. 336. Livium hic turbandis confundendisque cornibus peccasse. Narrare enim Livium, classis Antiochenae dextro cornu propius terram praefuisse Apollonium; sinistro, quod ab alto objectum erat, Hannibalem: contra sinistro Rhodiorum, quod dextro regiorum oppositum erat, Chariclitum, Eudamum dextro. jam vero addere Livium, *dextro regiorum cornu in fugam inclinato* parum abfuisse, quin Hannibal Eudamum circumvenisset multitudine navium, nisi qui *in dextro cornu vicerant*, ad opem ferendam suis concurrissent: quum tamen, si dextrum hostium cornu in fugam inclinavit, non Rhodii *in dextro cornu*, sed in sinistro, quod dextro regiorum oppositum fuerat, vicisse dicendi forent. Si igitur a Livio amotam oscitan-

Digitized by Google

capessunt fugam: nec insequi Rhodii, ex magna parte aegris, et ob id celerius fessis remigibus, potuerunt. Quum in alto, ubi substiterant, cibo reficerent vires, 6 contemplatus Eudamus hostes, claudas mutilatasque naves apertis navibus remulco trahentes, viginti paullo amplius integras abscedentes, e turri praetoriae navis silentio facto, *Exsurgite*, inquit, *et egregium spectaculum capessite oculis!* Consurrexere omnes, 7

tiae culpam in librarios ejus derivari placet, *in altero cornu viceranf* legendum opinatur. ipse tamen lectionem vulgatam, quam constanter Msti tuentur, temere sollicitare non audet, sed potius Livium cornua confudisse credit: quod et mihi verisimilius videtur. V. ad 7, 15, 6. Si tamen Livius hujus neglegentiae absolvendus est, minori mutatione pro *in dextro cornu* legerem *dextrum cornu*. Possent etiam verba *in dextro cornu* ex margine in contextum invecta videri. Sed, ut dixi, vulgato inhaerendum censeo.

§. 5. *Tum et Hannibal, quaeque circa eum erant naves*] *tunc et Hannibal* Lov. 6. V. ad 2, 12, 15. *tum etiam Hannibal* Lov. 3. *tum Hannibal* Lov. 2. et Harl. Male. V. ad 29, 12, 5. Deinde *circa eum naves erant* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertner. Mox *et magna parte aegris, et ob id* Gaertn. V. ad 24, 31, 14. At voculae *et* atque *ex* saepe commutantur. V. ad 26, 45, 1. Interdum etiam praepositio in hac locutione addi solet. V. ad 2, 48, 1. Quum igitur reliqui codd. stent pro recepta scriptura, eam praeferendam puto.

§. 6. *Claudas mutilasque naves*] Ita demum invenio in ed. Gruteri postrema. Priores omnes praeferunt *mutilatasque*; neque aliter manu descripti codices nostri, et Hearnii L. 1. nisi quod copulam omittat Voss. *et mutilatas* praeferat Gaertn. Priscam igitur scripturam reduxi. Paullo ante *reficerentur vires* cod. Mog. [Bamb.] sollemni scribarum aberratione. Vide ad 39, 22, 8. In sequentibus *turri praetoriae*, omissa praepositione *e*, Voss. et Lov. 3. ac 6. *turi praetoriae* Lov. 1. *et viri praetoriae* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *et tum praetoriae* Gaertn. Hinc *egregie spectaculum* Lov. 3. *egregium speculatum* Lov. 1.

§. 7. *Contemplatique trepidationem fugamque*] Libri omnes *contemplatique expugnationem*. GEBH. Haec quidem non ludibundus moveo. Nam Mogunt. Voss. Thuan. pro media voce habent *expugnationem*. Certe inde propius ad fidem est, auctorem reliquisse *exsternationem*. Sic c. 42. jungit *pavore et consternatione*. JAC. GRON. *expugnationem* etiam omnes Msti nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. Quamvis vero *pavidus* et *consternatus* etiam junguntur supra 3, 15. et Livius *consternari in fugam* aliquoties dixerit, ut constat ex illis, quae Gebhard. notavit ad 8, 28, 9. non tamen

Digitized by Google

contemplatique trepidationem fugamque hostium
prope una voce exclamavere omnes, ut sequerentur.
8 Ipsius Eudami multis ictibus vulnerata navis erat.
Pamphilidam et Charicliteum insequi, quoad putarent
9 tutum, jussit. Aliquamdiu secuti sunt: postquam
terrae adpropinquabat Hannibal, veriti ne includerentur vento in hostium ora, ad Eudamum revecti
hepterem captam, quae primo concursu icta erat,
10 aegre Phaselidem pertraxerunt. inde Rhodum, ad

Cl. Jac. Gronovii conjecturam *exsternationem* probare possum. *Exsternare* verbum probum esse, ultro confiteor. Vide Colvium ad Appul. 3. Met. p. 52. et Nic. Heins. ad Nason. 1. Met. 641. nondum tamen eo Livium alibi usum esse inveni. Et haec causa est, cur displicuerit emendatio Rhenani, qui hoc verbum Livio obtrudere conatus est supra 4, 59, 3. Praeterea licet a *consternare* declinatum *consternatio* in usu fuerit, antea tamen, probatae Latinitatis scriptorem similiter ab *exsternare* deductam vocem *exsternatio* usurpasse, mihi monstrari velim, quam eam probam existimem. Sufficere enim nequit, vocabulum analogice deduci posse, nisi etiam analogice deductum et usurpatum fuisse constet. Insuper quod victi regii naves claudas mutilatasque apertis navibus remulco traxerint, *exsternationis* signum habendum non est. Rectius *exsternatio* diceretur, si integrae abscedentes male adfectas naves reliquissent, deseruissentque. Nunc vero optime *trepidatio* dicitur, et quidem eo sensu, quo vocem hanc saepe a Livio usurpari dictum est ad 27, 1, 8. Vulgatum itaque servandum puto, ab Aldo adoptatum auctoritate cod. Mog. qui unus hic Livio a scribis male habito opem tulit. Male enim Gronov. et eum *expugnationem* habere monuit, nisi per *Mogunt.* non codicem, sed editionem Mogunt. intellexerit. Paullo ante Gron. *rexere* Lov. 1. De eo error ad 4, 24, 7. corruptius *Tum surrexerunt* Voss. *Tum surrexere* Lov. 6.

Prope una voce exclamavere omnes, ut sequerentur] Transpositis verbis Pall. *omnes, ut sequerentur, exclamaverunt* GERHARD. Similiter Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] Neque aliter Voss. nisi quod legat *exclamavere*. At *prope omnes una voce, ut sequerentur, exclamaverunt* Gaertn. Praeter ea *ac prope una voce* cod. Bamb.]

§. 8. *Multis ictibus vulnerata navis erat*] *ictibus vulnerata classis* Voss. et Lov. 1. *ictibus vulneribusque vulnerata navis* Lov. 6. Mox *Cariclitum* Lov. 3. et 4. *Cariditum* Gaertn. *Candicum* Voss. *Candicum* Lov. *Caridacum* Lov. 6. *Clariticum* Lov. 3. *Heraclitum* Lov. 5. et edd. princ. [*Claiclitum*, prima litera l punctulis notata, Bamb.] Vide ad cap. praec. §. 8. Tum *quod putarent*, pro *quoad*, Lov. 5. Harl. et edd. antt. V. ad 38, 13.

Digitized by Google

tam victoria laeti, quam alius alium accusantes, quod quum potuisset, non omnis submersa aut capta classis hostium foret, redierunt. Hannibal, ictus 11
uno proelio adverso, ne tum quidem praetervehi Lyciam audebat, quum conjungi veteri regiae classi quamprimum cuperet. Et, id ne ei facere liberum 12
esset, Rhodii Chariclitum cum viginti navibus rostratis ad Patara et Megisten portum miserunt. Euda- 13
mum cum septem navibus maximis ex ea classe, cui

§. 9. *Ne intercluderentur vento*] In manuscriptis legitur *includerentur*. GELEN. Ita et in omnibus meis codd. inveni. V. ad 34, 30, 2.

Ad Eudamum revecti] Pall. uterque *ad Eudemum reversi*. GEBH. *reverti* Lov. 1. *reverterunt* Lov. 3. *reversi* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. antiquae. *revecti* demum Frob. anno 1535. recepit, quod Moguntini se in cod. suo invenisse testati sunt. Solent haec verba commutari. V. ad 7, 41, 3. Mox §. seq. *conpotuissent* Mead. 1. *cum potuissent* Lov. sex, Harl. Mead. 2. [Bamb.] et edd. usque ad Frob. anni 1535. qui *cum potuisset*, nempe classis omnis submergi vel capi, emendavit. Et ita videtur fuisse in Voss. et Gaertner. unde nihil notatur.

§. 11. *Hannibal, ictus uno proelio adverso*] Membranae, *Hannibal, victus uno proelio adverso*. MOD. *victus*, quod habet cod. Mog. [et Bamb.] non a Livio, sed a librario, profectum videtur. Si enim Livius ea locutione nunc uti voluisset, non addidisset τὸ *adverso*; sed ipsi suffecisset *victus uno proelio*, ut 9, 19. 9. *uno proelio victus Alexander, bello victus esset*. Praefero igitur vulgatum *ictus*. Quemadmodum autem *ictus proelio adverso*, ita *nova re icti* 28, 9, 8. *rebellione Bergistanorum ictus* 34, 17, 5. *duabus cladibus icti* 26, 20, 1. Solent autem voces *victus* et *ictus* a librariis commutari. Vide Nic. Heins. ad Nas. 1. Trist. 10, 8. Col. Burm. ad Val. Flacc. 4, 48. et viros doct. ad Suet. Claud. 33. Verba sequentia absurdum continere, monuit Crevierius: quasi vero clades accepta animos Hannibali facere debuisset ad peragendum inceptum. Putat autem vitium residere in verbo *audebat*; sed sine libris nihil conabatur. Codd. nostri etiam non subveniunt; sed id tantum mutat Lov. 3. quod *etsi conjungi*, pro *quum conjungi*, legat.

§. 12. *Et Megiston portum*] In manu scriptis legitur rursus *Megisten*. GELEN. V. ad c. 22, 5. Paullo ante *Et ne id ei facere* Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *Et ne id facere liberum* Lov. 3. *Et ne id facere ei liberum* Harl.

§. 13. *Redire ad Romanos jusserunt, ut quantum consilio, quantum auctoritate*] Ita Moguntini ex cod. suo vulgarunt. Priores edd. ignorant voculam *ut*, quae neque exstabat in Mstis nostris, neque in Hearnii L. 1.

Digitized by Google

praefuerat, Samum redire ad Romanos jusserunt; ut, quantum consilio, quantum auctoritate valeret, compelleret Romanos ad Patara obpugnanda.

1 XXV. Magnam laetitiam Romanis jam prius nuncius victoriae, deinde adventus adtulit Rhodiorum.
2 et adparebat, si ea cura Rhodiis demta esset, vacuos eos tuta ejus regionis maria praestaturos. sed, profectio Antiochi ab Sardibus, ne obprimerentur urbes maritimae, abscedere custodia Ioniae atque
3 Aeolidis prohibuit. Pamphilidam cum quatuor navibus tectis ad eam classem, quae circa Patara erat,

[Bamb.] Sed eam interceperunt ultimae literae vocis *jusserūt*, vel *jusserunt*. Alia exempla hujus erroris v. 3, 44, 8. c. 59, 4. 5, 45, 4. 23, 18, 1. 27, 20, 12. 28, 11, 11. et alibi. Pari modo *et* excidit ob literas finales praecedentes *fecissēt*. V. ad 3, 37, 2. Contra literae finales *nt* haustae sunt a vocula sequente *ut* supra 5, 24, 9. Praeterea *qua auctoritate* Voss. *quam auctoritate* Lov. 1. Male. V. ad 29, 37, 7.

Compelleret Romanos ad Patara obpugnanda] Vet. ed. et Pall. uterque *ad Pataram obpugnandam*. GEBH. Similiter plerique meorum, cum edd. ante Frob. anni 1535. [*Patara expugnanda* Bamb.] Verba *expugnare* et *obpugnare* innumeris locis commutantur. Vide ad 40, 33, 9.

§. 1. *Magnam laetitiam Romanis jam prius nuncius victoriae*] Pall. et vet. ed. *Magnam Romanis laetitiam prius victoriae nuncius*. GEBH. Similiter omnes scripti mei; [Bamberg.] et edd. vett. nisi quod *primus* praeferat Lov. 3. V. ad 10, 41, 14. In ea autem verborum serie facile *τὸ jam* elidi potuit ab ultimis literis praecedentis vocis *laetitiam*. Similiter *jā* excidit ob praecedentis literas finales *ia*. V. ad 5, 21, 15. Contra *τὸ jam* interdum natum est ex praecedentis fine *iam*. V. ad 21, 63, 15. Id, quod nunc vulgo editur, Aldus ex fide Mog. cod. in contextum admisit.

§. 2. *Tuta ejus regionis maria praestituros*] *facturos* Lov. 1. *praestaturos* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Eadem forma obcurrit etiam 9, 24. 28, 35. 30, 15. 32, 34. 42, 26. 43, 3. Similiter *perstaturos* 8, 34. Utrumque autem *praestaturus* et *praestiturus* in usu fuisse, docuerunt Vossius 5. Gramm. 20. et Morhof. in App. ad Differt. pag. 608. Nescio igitur, quid Sigonium permoverit, ut hic et infra c. 35. *praestiturus* maluerit, at reliquis omnibus locis *praestaturus* servarit. Ego potius utrosque priscam lectionem revocavi. Paullo ante *si Rhodiis ea cura* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. nisi quod Rhodis exhibet. *demta fuisset* idem]

Digitized by Google

miserant. Antiochus non civitatium modo, quae circa se erant, contrahebat praesidia; sed ad Prusiam, Bithyniae regem, miserat legatos literasque, quibus transitum in Asiam Romanorum increpabat: *Venire eos ad omnia regna tollenda, ut nullum usquam orbis terrarum, nisi Romanum, imperium esset. Philippum et Nabin expugnatos; se tertium peti. ut quisque proximus ab obpresso sit, per omnes velut continens incendium pervasurum. Ab se gradum in Bithyniam fore, quando Eumenes in voluntariam servitutem concessisset.* His motum Prusiam literae Sci-

4 5 6 7 8

Sed, profecto Antiocho ab Sardibus, etc. *abscedere custodia* etc. *prohibuerunt*] Membranae *sed profectio Antiochi ab Sardibus*. quomodo si legas, mox etiam *prohibuit*, pro *prohibuerunt*, legere necesse habebis. MOD. Pall. et vet. ed. adstipulantur lectioni Modianae. GEBH. Adstipulantur etiam Lov. sex, Harl. Mead. sec. Gaertn. et edd. principes. *sed profecto Antiochi* Voss. Mead. 1. Crevierii Victor. et aliae edd. Pro quo Mediol. anno 1505. hinc Ascens. anno 1513. et mox reliqui *sed profecto Antiocho* dederunt. Unus Lov. 8. *sed profectio Antiochi* etc. *prohibuit* exhibet; quomodo, recepta cod. Mog. lectione, scribendum Modius conjecerat. Eam lectionem praestare, etiam Crevierius judicavit. [*Leolidis prohibuerunt* Bamb.] Mox §. seq. *circa Phateram*, vel *circa Patheram*, vel *circa Pateram* codd. nostri et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 4. *Non civitatum modo, quae circa se erant*] Pall. *quae se circa erant*. GEBHARD. *civitatium* ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. Dein *quae se circa erant* Lov. 4. et Mead. 2. *quae circa erant* Nic. Heinsium maluisse, probabiliter colligit Cl. Dukerus ad Flori 4, 12, 60. quem etiam vide ad Livii 1, 4, 6. Neque aliter suis ad me literis sibi emendandum videri monuit Cl. Heumann. Vide, quae dixi ad 9, 2, 7. Nostri tamen pronomen constanter tuentur. Vide ad 36, 14, 13. Mox *transitus in Asiam* Harl. *transitum in Asia* Lov. 1.

§. 6. *Philippum et Nabin expugnatos*] Pall. sine copula *Philippum, Nabin expugnatos*. GEBH. Copula etiam deerat in Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. utroque. Mox *ut quisquam* Harl. Tum *proximus ad oppresso* Harl. et Mead. 1. *ad oppressos* Lov. 2. *oppresso*, omissa praepositione, Mead. 2. Sed nihil muto. Ovid. 1. Art. Am. 189.

Proximus a domina, nullo prohibente, sedeto.

qui similiter loquitur in Rem. Am. 404. lib. 5. Trist. 8, 38. et 2. ex Pont. Ep. 8, 37. Praeterea §. seq. *qm Eumenes*, id est *quo-*

Digitized by Google

pionis consulis, sed magis ejus fratris Africani, ab suspicione tali averterunt: qui, praeter consuetudinem perpetuam populi Romani augendi omni honore regum sociorum majestatem, domesticis ipse exemplis Prusiam ad promerendam amicitiam suam com-
9 pulit. *Regulos se acceptos in fidem in Hispania reges reliquisse. Masinissam non in patrio modo locasse regno, sed in Syphacis, a quo ante expulsus fu-*
10 *isset, regnum inposuisse. et esse eum non Africae modo regum longe opulentissimum, sed toto in orbe ter-*

niam, pro *quando*, Lov. 3. Vide infra ad Epit. Livii 57.

§. 8. *Sed magis ejus fratris Africani, ab suspicione tali averterunt*] *sed ejus fratris magis Africani* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. *sed ejus fratris Africani magis* Gaertn. *sed magis fratris ejus Africani* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Praeterea *a suspicione tali adverterunt* Voss. *adverterunt* etiam Lov. 4. Sed praepositionem *ab* omittunt Harl. et Mead. 1. Ceterum cum his conferendus est Polyb. in Exc. Legat. num. 22.

§. 9. *Regulos se acceptos in fidem Hispaniae reges reliquisse*] In manu scriptis legitur *in Hispania reges*. GELEN. Polyb. in Legat. 22. Ἐξ ἐλαφρῶν καὶ τῶν τυχόντων δυνατῶν πεποιηκέναι βασιλεῖς ὁμολογουμένως. DUK. *Hispaniae reges* omnes nostri, et Hearnii L. 1. tuentur. [*Hispaniae regem* Bamb.] Verum non erant *reges Hispaniae*, sed *in Hispania*. Mox *in patrio modo reliquisse regno*, pro *locasse*, Lov. 3. Deinde §. seq. *cujusvis regum* etc. *parem* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. [*cujusvis regis*] Bamb.]

§. 11. *Hostes et bello superatos ab T. Quinctio, tamen in regno*] Perspicue apparet, legendum esse *ut bello*. *ut* autem pro quamvis accipiendum, cum sequatur *tamen*. SIG. Pall. *et bello*. Vet. ed. *bello sup.* GEBH. Vetus lectio: *Philippum et Nabin, hostes bello superatos, ab T. Quinctio tamen in regno relictos*. Hic Sigonius: Perspicue apparet, legendum esse *ut bello*: *ut* autem pro quamvis accipiendum, cum sequatur *tamen*. Quasi vero haec particula nunquam ponatur intellecta altera. Cic. pro S. Roscio [53.] *Illam priorem proscriptionem, quae facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit.* An et hic corriget *quamvis*, vel *ut facta sit*? Sic et Liv. 39. 4. J. FR. GRON. *hostes et bello superatos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] Similiter edidit Frob. anno 1535. quum priores τὸ *et* ignorassent; quod abest etiam a reliquis scriptis. Sed recte Gronov. vulgatum defendit, et docuit, saepe particulas *licet*, *quamvis*, ac similes, quibus *tamen* respondere solet, per ellipsin omitti. Ita 7, 33, 6. *Samnitibus ferociam augebant novae res gestae, Romanis contra qua-*

Digitized by Google

rarum cuivis regum vel majestate, vel viribus parem. Philippum et Nabin, hostes bello superatos ab T. Quin- 11
ctio, tamen in regno relictos. Philippo quidem anno 12
priore etiam stipendium remissum, et filium obsidem redditum: et quasdam civitates extra Macedoniam, patientibus Romanis imperatoribus, recepisse eum. In eadem dignitate et Nabin futurum fuisse, nisi eum suus primo furor, deinde fraus Aetolorum absumsisset. Maxime confirmatus est animus regis, post- 13
quam ad eum C. Livius, qui praetor ante classi prae-

dringentorum annorum decora, utrisque tamen novus hostis curam addebat. ubi nihil mutandum docui. 22, 2, 5. *Primi, hausti pene limo inmergentesque se, tamen signa sequebantur.* 26, 17, 16. *Sed hostis detrectabat pugnam, levia tamen certamina fiebant.* Vide Cortium ad Sallustii Jug. 55. Interdum non tantum illae particulae omittuntur, sed et tota periodus, cui vocula *tamen* cum sua periodo respondet. V. Gronov. ad 23, 19, 12. et quae notavi ad 29, 35, 12. Adde Cel. Burm. ad Phaedri 3, 7, 17. Etiam Serv. ad Virg. 2. Aen. 244. Simili modo ante *sed tamen* reticetur saepe vocula *quidem*, ad quam illae referuntur. V. ad 7, 33, 7. et virum Doctiss. in Observ. Miscell. tom. 3. pag. 388.

§. 12. *Philippo quidem anno priore etiam stipendium remissum*] Philippum anno priore bis legatos ad senatum misisse, scribit Liv. 36, 4. et 35. Posteriore loco Demetrium patri redditum narrat; sed neutro stipendii Philippo remissi mentionem facit. De Demetrio idem habet Polybius legat. 15. et praeterea, senatum legatis regis promisisse, se ei stipendium remissurum, si in bellis, quae instabant, fidem servasset. Deinde Legat. 21. dicit, Romanos Philippo ἀπολελυκέναι τῶν φόρων, idque ex eo hic descripsit Livius. Hoc ibi Casaub. vertit *tributa ex parte aliqua remissa.* Ita expressit ex Appiano, qui de B. Syriac. pag. 100. scribit, senatum Scipionibus mandasse, ut Philippo reliquam partem stipendii remitterent, si exercitum Romanum iis rebus adjuvisset, quae ad transitum in Asiam opus essent; idque a Scipionibus, quum omnia a Philippo praeparata, quod etiam cap. 7. prodidit Livius, invenissent, factum fuisse. Si haec ita se habent, Livius parum accurate dixit, Philippo *anno priore* stipendium remissum fuisse, quod hoc anno demum remissum est; quum priore non nisi sub conditione promissa fuisset illius remissio. Confirmat suspicionem levis erroris Livii, quod Polybius, e quo hoc retulit, nihil de *anno priore* dicit. DUKER.

Et filium obsidem redditum] Prima vocula deest in Lov. 6. τὸ *obsidem* in Hearnii L. 1. Mox *faventibus Romanis imperatoribus* legit Lov. 1. qui etiam post-

Digitized by Google

14 fuerat, legatus ab Roma venit, et edocuit; qua
et spes victoriae certior Romanis, quam Antioc
et amicitia sanctior firmiorque apud Romanos fu
esset.

1 XXVI. Antiochus, postquam a spe societatis F
siae decidit, Ephesum ab Sardibus est profectu
classem, quae per aliquot menses instructa ac par
2 fuerat, visendam; magis quia terrestribus copiis
ercitum Romanum et duos Scipiones imperatore
debat sustineri non posse; quam quod res nu
ipsa per se aut tentata sibi umquam feliciter, ad

ea *accepisse eum* praefert. Pronomen *eum* non adparet in Lov. 3. 6. et Voss.

Nisi eum suus primo furor] Pall. et vet. ed. *nisi eum suum primum furor*. GEBH. Similiter Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et edd. ante Frob. anni 1535. *primus furor* Gaertn. [*primum* Bamb.] Paullo ante *et in eadem dignitate et Nabin* Voss. *et in eadem dignitate Nabin* Lov. 6.

§. 13. *Ad eum C. Livius, qui praetor ante classi praefuerat, legatus ab Roma venit*] *T. Livius* Voss. et Gaertn. *M. Livius* Lov. 6. *Gneus Livius* Lov. 2. V. ad 35, 24, 6. Tum *praetor ante classi fuerat* Harl. [*praetor ante classis* Bamb.] *ad eum venit Julius legatus*, reliquis omissis, cod. Mog. Mox §. seq. *et docuit* scripti nostri, [Bamb.] et edd. vett. Ejus loco Aldus ex eodem cod. Mog. recte dedit *et edocuit*. V. ad 3, 18, 6. Supra 25, 25, 13. *Edoctisque Karthaginiensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset, redit*. cap. 37, 3. *Omnes militiae artes edoctus*. c. 40, 5. *Omnes belli artes edoctus*. Insuper *quanto spes*, sine media vocula, Lov. 3. [illegible] 2, 44, 3.

§. 2. *Magis quia terr[illegible] copiis*] Haec obscuriora [illegible] quam Polybiana Legat. 22. [illegible] ita Latine vertit Casaub. [illegible] *sum se contulit. qui quam [illegible] judicaret, nullam esse [illegible] rationem impediendi, ne [illegible] stres copiae hostium traje[illegible] atque omnino bellum et [illegible] expellendi, quam si pe[illegible] maris firme se stabilire[illegible] vale proelium facere, et [illegible] catione maritima cum [illegible] cernere proposuit*. DUK. [illegible] *gisque terrestribus* Voss. [illegible] 1. ac 6. V. ad 5, 29, 3. [illegible] *quam terrestribus* cod. Mog. [illegible] Lov. 3. Similis scribarum [illegible] ris exemplum habuimus [illegible] 6, 27, 6. Mox voculae [illegible] *tunc* desunt in Lov. 1. Pro[illegible] ea *tentata sibi numquam* [illegible] Harl. et *magnae fiduciae* [illegible] *tae* Gaertn.

§. 3. *Quod et magnam p[illegible] Rhodiae classis circa Pata[illegible] se*] *quod etiam magnam G[illegible] et quod magnam* Lov. 5. et [illegible] ante Aldum. Tum *circa Ph[illegible] ras, circa Phataras, circa* [illegible]

Digitized by Google

magnae et certae fiduciae esset. Erat tamen momen- 3
tum in praesentia spei, quod et magnam partem Rho-
diae classis circa Patara esse, et Eumenem regem cum
omnibus navibus suis consuli obviam in Hellespon-
tum profectum audierat. aliquid etiam inflabat ani- 4
mos classis Rhodia, ad Samum per occasionem frau-
de praeparatam absumta. His fretus, Polyxenida cum 5
classe ad tentandam omni modo certaminis fortunam
misso, ipse copias ad Notium ducit: id oppidum
Colophonium, mari inminens, abest a vetere Colo-
phone duo ferme millia passuum: et ipsam urbem 6

taras, [Bamb.] *circa Patharam, circa Pateram, circa Pataram* scripti et edd. ante Frob. anni 1535. Paullo ante *modicum in praesentia spei*, mox vero *cum omnibus suis obviam* Lov. 1.

§. 4. *Aliquid etiam inflabat animos*] *aliud etiam* Lov. 6. V. ad 25, 38, 3. Tum *inflammabat animos* Lov. 5. et edd. vett. Ita 4, 56. *Ad haec quum inflammarentur animi.* Aldus ex cod. Mog. substituit *inflabat animos*; quod superest in reliquis meis, eorumque fide praeferendum est. Vide ad hujus libri cap. 12, 4. Mox *per occasionem fraude absumta* Lov. 1. *per occasionem fraude absumta praeparatam* Voss. et Lov. 6.

§. 5. *Ad tentandam omni modo certaminis fortunam*] *ad tentandum* etc. *fortunam* Lov. 5. et edd. priscae. *ad tentandam* emendavit Aldus, praeeunte Mso Mog. cum quo sentiunt alii mei omnes. V. ad 40, 49, 1. Mox *ad Noctium* Hearnii L. 1. *ad Nothium* Lov. 5. et edd. principes. Sed Graecis *Νότιον* sine adspiratione dicitur. Recte igitur alii *ad Notium* adoptarunt.

Abest a vetere Colophone] Pall. et vet. ed. *abest vetere Colophone.* GEBH. Praepositio abest etiam a Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Mead. utroque, Gaertn. et edd. priscis; quam Moguntini ex cod. suo addiderunt, consentientibus Lov. 2. 6. et Harl. Et solet Livius praepositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetere. 22, 24, 8. *Exiguum spatii vallum a vallo aberat.* 25, 32, 4. *Quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant.* 30, 29, 2. *Quinque dierum iter a Karthagine abest.* 42, 57, 6. *Mille passus abesset a castris.* Eodem cap. §. 7. *Minus quingentos passus ab castris aberant.* 44, 31, 10. *Quingentos ferme passus ab urbe abessent.* c. 45, 4. *Dum ne amplius duabus noctibus a castris abesset.* 45, 10, 4. *Viginti paullo amplius millia ab Rhodo abest.* Similiter *avertere a cura, ab Lucretio* 3, 16, 5. et 43, 4, 8. *abripere a sinu* [*complexu?*] 3, 57, 3. *amovere ab urbe* 5, 6, 8. *abscedere ab hoste, a moenibus, ab ripa* 22, 33, 10. et 44, 19, 11. ac 62, 1. *avocari a bello* 22, 33, 10. *abalienare ab se* 45, 6, 1. Pari mo-

Digitized by Google

suae esse potestatis volebat, adeo propinquam Epheso, ut nihil terra marive ageret, quod non subjectum oculis Colophoniorum, ac per eos notum extemplo
7 Romanis esset: quos, audita obsidione, non dubitabat ad opem ferendam sociae urbi classem a Samo moturos. eam occasionem Polyxenidae ad rem ge-
8 rendam fore. Igitur, operibus obpugnare urbem adgressus, et ad mare partibus duabus pariter munitionibus deductis, utrinque vineas et aggerem muro
9 injunxit, et testudinibus arietes admovit. Quibus

do *inmigrare in civitatem*. Vide ad Praefat. §. 11. De Notio et Colophone vide Thucyd. 3, 34. et quae Clariss. Wasse ad eum locum notavit.

§. 6. *Et ipsam urbem suae esse potestatis volebat*] Nothii descriptionem ita ponit Livius, tamquam Antiochus ipsum oppugnare adornarit, cum tamen ipsam urbem Colophonem adoriturus videatur. Quam propinqua autem sit Epheso, ut omnia terra marive acta sub oculis ejus fuerint, non adparet ex Ptolemaei pictura. Sed haec fallere possunt. GLAR. *suae potestatis esse* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Voculam *et* neglegit Lov. 6.

Quod non subjectum oculis Colophoniorum] *quod non sub oculis* Lov. 5. et edd. principes, cujus loco Moguntini dedere, quod nunc vulgo legitur: neque aliter scripti reliqui, quibus usus sum. Ea autem est locutio Livio familiaris. 3, 69, 2. *Foediora iis, quae subjiciebantur oculis, nunciantes*. 25, 24, 11. *Urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit*. 27, 26, 10. *Subjecta res oculis nostris certius dabit consilium*. 35, 49, 9. *Utinam subjicere oculis vestris possem concursationem regis*. 40, 21, 2. *Subjecta oculis ea haud parvi sibi momenti futura*. 44, 3, 7. *Omnis regio ad Dium et Philam oculis subjicitur*. Similiter Valer. Max. 3, 3. in princ. *Egregiis operibus fortitudo se oculis hominum subjecit*.

§. 7. *Eam occasionem Polyxenidae ad rem gerendam fore*] *ea occasione Polyxenidem*, vel *Polyxenidam ad rem* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. *ea occasione Polyxenidae ad rem* Lov. 1. et Mead. 1. [*Ea occasionem Polyxenidē* Bamb.] Conjici posset, Livium dedisse, *ea occasione Polyxenidae rem gerendam fore*. Sed nihil mutari praestat. *occasio ad rem gerendam* locutio est Liviana. 4, 53, 9. *Occasionem aperuere ad invadendum*. Ita *spatium ad vehicula comparanda, ad claudendas portas, ad objiciendum murum* 2, 4, 3. 31, 10, 4. et 42, 63, 7. *potestas ad consulendum* 8, 13, 18. ubi plura similia vide. Paullo ante *ad opem sociae urbi ferendam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. nisi quod *urbis* habet.]

Digitized by Google

territi malis Colophonii oratores Samum ad L. Aemilium, fidem praetoris populique Romani inplorantes miserunt. Aemilium et Sami signis diu mora obfendebat, nihil minus opinatem, quam Polyxenidam, bis nequidquam ab se provacatum, potestatem pugnae facturum esse: et turpe existimabat, Eumenis classem adjuvare consulem ad trajiciendas in Asiam legiones; se Colophonis obsessae auxilio, incertam finem habituro, adligari. Eudamus Rhodius, qui et tenuerant eum Sami, cupientem proficisci in

§. 8. *Aggerem muro injunxit, et testudinibus arietes admovit*] *muro junxit* Lov. 3. Male. V. ad 4, 9, 14. Prima syllaba *in* elisa est a literis sequentibus *iu*; quale exemplum habuimus 5, 46, 11. Deinde *et cum testudinibus* Harl. Intelliguntur testudines arietariae, de quibus loca Vitruvii, Vegetii, aliorumque observavit Lipsius 3. Poliorc. 1.

§. 9. *Colophonii oratores Samum* etc. *miserunt*] *Tò oratores* deest in Harl. *Mittere* simpliciter pro mittere legatos et apud Livium, et apud alios obcurrit. Infra cap. 31. *In Cappadociam ad Ariarathen, qui auxilia arcesserent, misit.* Similiter quidam codd. exhibent c. 45, 1. *Et ab Trallibus, et ab Epheso ad dedendas urbes venerunt.* 39, 35, 4. *In Macedoniam rediit, missis ad adcolas Istri fluminis barbaros, ut in Italiam inrumperent, sollicitandos.* Vide viros doctos ad Phaedri 1, 2, 22. et quae supra notavi ad 7, 32, 3. Verum unius istius codicis auctoritate vulgatum mutandum non existimo. Quin etiam, si Livius simpliciter *miserunt* dixisset, librarii potius *legatos*, quam *oratores*, addidissent, quibus longe notior illa, quam haec vox fuit: licet tamen posterior Livio satis etiam frequens fuerit. 1, 15, 5. *Pacem petitum oratores Romam mittunt.* 2, 13, 7. *Oratores Romam misit ad Cloeliam obsidem deposcendam.* 5, 15, 3. *Missi sciscitatum oratores ad Delphicum oraculum.* c. 16, 1. *Priusquam a Delphis oratores redirent.* 32, 17. 37, 28. 45. 38, 27. 40, 49. 41, 19. 44, 31. 45. aliisque locis.

§. 10. *Aemilium et Sami segnis diu mora obfendebat*] MS. *segnis diu mora detinebat.* MODIUS. Mog. cod. lectioni *detinebat* praeferendum esse vulgatum *obfendebat*, quod tuentur omnes scripti nostri, sequentia probant. *Aemilium et semisegnis* perperam Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *nihilominus* Lov. 5. Gaertn. et edd. antt. pro quo recte Moguntini ex cod. suo *nihil minus* dederunt. Et ita ceteri nostri.

§. 11. *Se Colophonis obsessae auxilio. incertum finem habituro, adligari*] *incertam fidem habituro* Lov. 2. 3. 4. et Mead. 2. *finis* et *fides* in Mstis confundi, vidimus ad 8, 24, 15. *incertam finem* Lov. 5. et edd. prin-

Digitized by Google

13 Hellespontum, cunctique instare et dicere, *Quanto satius esse, vel socios obsidione eximere, vel victam jam semel classem iterum vincere, totamque maris possessionem hosti eripere, quam, desertis sociis, tradita Antiocho Asia terra marique, in Hellespontum, ubi satis esset Eumenis classis, ab sua parte belli discedere?*

XXVII.

cipes; quod, deinde in *incertum finem* mutatum, primo Mediol. anno 1505. tum Ascens. anno 1513. in margine, postea Moguntini, et hinc recentiores omnes revocarunt usque ad Clericum, qui iterum *incertum* reposuit, probante Crevierio. Et ità reliqui codd. nostri. Utrumque in usu fuisse Livio, vidimus ad 4, 2, 4. Perperam etiam edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et plures proximae *allegari*, quod emendarunt Moguntini, ex membranis suis restituentes *alligari*, ut habuerunt priscae edd. et Msti nostri.

§. 12. *Eudamus Rhodius, qui et tenuerat eum Sami*] *Eudorum* hunc vocat Appianus [in Syriac. 103.] SIG. *quiete innuerat eum* Voss. *quiete noverat eum* Lovel. 1. *qui et renuerat eum* Mead. 1. *qui extenuerat eum* Gaertn.

§. 13. *Vel victam jam semel classem vincere iterum, totamque maris possessionem*] Vet. lib. *iterum vincere*. SIG. Habetur in Pall. *vel victam jam semel iterum vincere, et totam maris possessionem eripere*. GEBH. *iterum vincere* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harlej. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Tum *et totam maris* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *et totam maris* Lov. 6. Dein *possessionem excipere* Lovel. 2. et 6. Aliud exemplum, ubi *excipere* et *eripere* confundebantur, habuimus supra 2, 54, 7. *possessionem eripère* omnes reliqui scripti, [Bamb.] et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. vocem *hosti* interposuit.

A sua parte belli] *ab sua*, et item cap. seq. *ab Samo* ex vet. lib. SIG. Praepositionem ignorat Lov. 3. *a sua parte* legunt Voss. Lov. 5. et Gaertn. Reliqui Sigonio favent.

§. 1. *Profecti ab Samo*] Ita Sigonius ex vet. cod. reposuit, ut in fine cap. praec. monuit: nec aliter Voss. Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Antea edebatur *a Samo*; quod servant Lov. 3. 5. 6. et Gaertn. Praepositio omittitur in Lov. 1. Mox *derigebant* Lov. 4. Vide ad §. 4. hujus cap.

§. 2. *Circumvecti ab urbe adversa insulae, objecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt, cum pararent trajicere*] *ad aversa insulae* legendum, quemadmodum habent manuscripti codices. GELEN. Ex Samo navigantes Chium a dextris habuisse videntur, cum a sinistris facilius fuisset Chium venire. Ergo *aversa insulae*, et deinde aquiloni (quantum ad Chium) objecta circumvecti, non venere Chium,

Digitized by Google

XXVII. Profecti ab Samo ad petendos commeatus, consumtis jam omnibus, Chium parabant trajicere. id erat horreum Romanis; eoque omnes ex Italia missae onerariae dirigebant cursum. Circumvecti ab urbe ad aversa insulae (objecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt) quum pararent trajicere, literis certior fit praetor, frumenti vim magnam Chium ex Italia venisse; vinum portantes naves tempestati- 1 2

sed Erythras trajicere in animo habebant. In medio itinere certior factus Aemilius de Teiorum defectione, primum Myonnesum, deinde Teium profectus est. Ibi vero, adversus Polyxenidam Antiochi praefectum pugnans, victor navali certamine evasit. Deinde rursus Chium, direptis ante Ephesi portum navibus, venit, navesque in proelio quassatas refecit. Haec paulo longioribus verbis egimus, quod hic locus mihi corruptus videatur in plerisque exemplaribus. distinguendum enim mihi videtur post *ad Chium*, et verbum *sunt* neutiquam post *Erythras* ponendum, sed legendum continuatim *et Erythras cum pararent trajicere*. GLAR. Glareanus delet *τὸ sunt*, scribitque: *ad Chium, et Erythras cum pararent*. Videntur enim illi Romani ex Samo navigantes Chium a dextris habuisse, quum a sinistris facilius fuisset eo venire. Unde, quaeso, hoc? aut ubi dextrae laevaeve apud Livium significatio? Ergo, pergit, *aversa insulae* et deinde *aquiloni*, (quantum *ad Chium*) *objecta* circumvecti non venere Chium, sed Erythras trajicere in animo habebant. Hae ambages longe absunt a mente Livii. Quid autem *aversa insulae*, et deinde *objecta aquiloni*? quo illud, et deinde? quasi alia sint, quae dicuntur aversa insulae; alia, quae objecta aquiloni. Nec vero in animo habuerunt Erythras trajicere, sed Chium, quia ibi horreum erat. Immo accipimus urbem, certe stationem navium in insula Samo fuisse ad partem versam in meridiem. Strabo lib. 14, [636.] *Βλέπει δὲ πρὸς νότον καὶ ἀντῆ καὶ ὁ λιμὴν ἔχων ναύσταθμον*. Unde profecti, ut Chium tenderent, necessario circumibant insulam, et ad aversa ejus vel tergum (frontem enim imaginamur ubi urbs est) cursum habebant; quod tergum objectum erat aquiloni, et spectabat Chium et Erythras. Hoc est, quod de illis aversis insulae *ἐν παρενθέσει* ait, *objecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt*: *τῇ* ad ea vi, qua *contra*. Nempe illa aversa insulae Samiae objecta sunt aquiloni, spectantia Chium et Erythras. Et hae enim et illa habent ab austro objectam Samum. J. FR. GRON. *ab urbe adversa insulae* perperam servant omnes nostri. pro eo recte *ad aversa* restituit Gelenius, quod Gronov. ratione urbis vel stationis navium in ea insula dictum docet, intelligendumque de parte insulae opposita illi, in qua sita erat urbs vel statio, quae quasi tergum insulae respectu urbis vel stationis erat. Simili modo *aversam aciem, aversum hostem invadere* est eum a tergo invadere. V. ad 3, 70, 4. *val-*

Digitized by Google

3 bus retentas esse. Simul adlatum est, Tejos regiae classi benigne commeatus praebuisse; quinque millia vasorum vini esse pollicitos. Teum ex medio cursu classem repente avertit, aut volentibus iis usurus commeatu parato hostibus, aut ipsos pro hostibus
4 habiturus. Quum direxissent ad terram proras, quindecim ferme eis naves circa Myonnesum adparuerunt, quas primo ex classe regia praetor esse ratus, institit sequi. adparuit inde, piraticas celoces et lem-

les aversae, quae sunt a tergo. Vide Gronov. ad 2, 31, 6. Deinde *quae objecta aquiloni* cod. Mog. quae lectio ferri potest. Praefero tamen vulgatam scripturam, cui optimam medicinam adtulit Sigonius, haec verba *quae objecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt* parentheseos notis includens. V. ad 40, 57, 3. Recte etiam maximam interpunctionem post illa verba sustulit, minima ei substituta. Insuper *quum pararet* Lov. 3. 6. Harl. et Mead. 1. scilicet praetor, quae vox sequitur. Perperam. Mox *literis fit certior* Lov. 2. 6. et Harl.

§. 3. *Tejos regiae classi benigne commeatus praebuisse*] *tribuisse* Voss. et Gaertn. Mox *pollicitos esse* codd. nostri, et edd. vett. Aldus ex codd. Mog. transpositis vocibus *esse pollicitos* dedit.

Teum ex medio cursu classem repente avertit] *Cheyum* Voss. *Cheum* Lov. 1. *Teium* Mead. 2. et Lov. 4. *Theium* Lov. 2. 3. 5. Harl. Mead. 1. et edd. antt. usque ad Sigon. qui ad hujus cap. §. 7. docuit, urbem *Teum*, incolas ejus *Tejos* vocari. Hinc τὸ *classem* non adparet in Lov. 1. Tum *advertit* Voss. et Lov. 3. Male. V. ad 35, 31, 1.

Volentibus iis usurus commeatu parato hostibus] Pall. *parato in hostibus*. GEBH. Similiter Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. et sequentes omnes usque ad Paris. anni 1529. quae praepositionem expunxit. Tum *nolentibus* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Vide ad 39, 15, 11. [*volent. his usurum* Bamb.]

§. 4. *Quum direxissent ad terram proras*] *duxissent* Gaertn. *derexissent* Lov. 4. [Bamb.] V. ad 22, 47, 2. Adde ad 37, 23, 9. c. 27, 1. 39, 25, 9. Mox *instituit sequi* Lov. 6. [Bamb.] At reliqui *institit* tuentur. V. ad 30, 12, 18. Tum *adparuit deinde* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] sollemni scribarum lapsu. V. ad 36, 24, 10. *inde* hic ponitur pro deinde. V. ad 42, 55, 6. Hinc *piraticos celoces* Lov. 4. et Mead. ambo. [Bamb.] *piraticos celotes* Harl. *piraticos celones* Lov. 2. et 3. *piraticas celones* Lov. 5. et edd. Camp. ac Parm. *per piraticos celoces* Gaertn. *piraticos Cilicenses* Lov. 6. sed *celoces* in marg. *pitrancos celocenses lembos esse* Lov. 1. *per piraticos celocenses lembos esse* Voss.

§. 5. *Revertentes, postquam videre ex alto classem, in fu-*

Digitized by Google

bos esse. Chiorum maritimam oram depopulati, cum 5
omnis generis praeda revertentes, postquam videre
ex alto classem, in fugam verterunt. et celeritate su-
perabant, levioribus et ad id fabrefactis navigiis, et
propiores terrae erant. Itaque, priusquam adpro- 6
pinquaret classis, Myonnesum perfugerunt. unde se
a portu ratus abstracturum naves, ignarus loci se-
quebatur praetor. Myonnesus promontorium inter 7
Teum Samumque est. ipse collis est in modum metae

gam verterunt] Voces *in fugam* desunt in Harl. et Lov. 2. *in fuga* legit Lov. 1. Deinde *reverterunt* Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Mead. 1. quod quum Doujatius etiam in Reg. et Colb. invenisset, pronunciare sustinuit, „id forte melius, „si forte inde prius profectae „piratae. Verum vellem, professorum regiorum primicerius aperuisset, quibus tandem exemplis inauditas optimis scriptoribus locutiones *revertentes reverterunt*, et *reverterunt in fugam* se lectoribus adprobaturum confideret. Librarii omnino erraruntt, et, pro *reverterunt*, scribere voluisse videntur *se verterunt*, ut est in Lov. 4. et Mead. 2. licet neque eo ipso opus sit, sed vulgatum, quod in reliquis codd. omnibusque edd. superest, optime servari possit. *vertere* enim pro vertere se, vel verti, Livio frequens esse, vidimus ad 2, 62, 2.

Levioribus et ad id fabrefactis navigiis] *et ob id fabrefactis navigiis* codd. nostri, (nisi quod *et* desit in Lov. 4. et Mead. 2.) et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [*et ob it* Bamb.] *et ob id fabrefactis navibus* edd. proximae usque ad Moguntinos, qui, quum in cod. suo *et ad id fabrefactis navigiis* obscendissent, ejus fide *et ad id* receperunt, quemadmodum mox Aldus *navigiis*. *Tà ad id* ponuntur pro ideo, propter id. Similiter *ad id ipsum* supra 23, 18. *Cohortes duae ad id ipsum instructae intus erumpunt*. Solent autem praepositiones *ad* et *ob* confundi, V. ad 3, 43, 1. 9, 7, 7. 21, 53, 11. aliisque locis. Adde Bentl. ad Horat. 1. Sat. 6, 87. Similiter etiam in compositis *adjacere* et *objacere*. V. ad 2, 65, 4. *adcurrere* et *obcurrere*. Vide ad 23, 24, 3. *adjicere* et *objicere*. V. ad 34, 14, 8. *adferre* et *obferre*. V. ad 34, 23, 3. *adire* et *obire*. V. N. Heins. ad Ovid. 18. Her. 8. et viros doctos ad Suet. Caes. 9. *adhaerere* et *obhaerere*. Vide viros doctos ad Suet. Tib. 2. et similia passim.

§. 6. *Unde se a portu ratus abstracturum naves*] Libri omnes *e portu*. GEBH. *unde e portu* Voss. et Lov. 3. *unde se e portu* Lov. 2. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *unde se ex portu* Lov. 1. et 6. Vix in uno vel altero vulgatum superest. *abstrahere ex*, vel *e portu* dictum foret, ut *abstrahere ex oculis* 39, 49, 12. *Raptim ex oculis hominum abstraxerunt*. Similiter et alia verba cum *ab* composita in regimine recipiunt praepositionem *ex*. Ita *amovere e coetu* 3,

Digitized by Google

in acutum cacumen a fundo satis lato faſtigatus: a continenti artae semitae aditum habet: a mari exesae fluctibus rupes claudunt; ita ut quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum, quam, quae
8 in ſtatione sunt, naves, promineant. Circa ea adpropinquare non ausae naves, ne sub ictu super-
9 ſtantium rupibus piratarum essent, diem trivere. tan-

88, 11. *avectus e castris* 9, 4, 1. *abjicere ex equo* 9, 13, 10. *abscedere e foro* 27,50,4. Contra verba cum *ex* composita admittunt in conſtructione *ab*. Ita *exstare ab aqua* 22, 2, 10. ubi alia vide.

§. 7. *Myonnesus promontorium inter Tejum Samumque est*] Strabo lib. 14, [643.] aït, Myonnesum esse inter Teon ac Lebedum, quod verisimilius eſt: quapropter hoc in loco pro *Samum* fortaſſis *Lebedum* reponendum; alioqui enim vix intelligitur, quod hic aït Livius. GLAR. *Teum* legendum eſt ex vet. lib. et Graecis. Stephanus ita: *Μυόννησος μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου*. Item: *Τέως πόλις Ἰωνίας, οἱ πολῖται Τεῖοι*. SIG. *Lebedumque* etiam mallet Doujatius, nulla Glareani facta mentione. Omnes codd. *Samumque* servant. *Cheum Samumque* Lov. 1. *Chium Samumque* Lov. 6.

In acutum acumen a fundo satis lato faſtigiatus] Legendum *in acutum cacumen*, non *acumen*. GELEN. *acumen* operarum errore dederat Frob. anno 1531. *auctum cacumen*, transpositis literis, Mead. 1. *acturum cacumen* Lov. 1. *altum cacumen* Voſſ. Lov. 2. Harl. et Gaertn. Deinde *fatigatus* Voſſ. Lov. 1. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [*castigatus* Bamb.] Forte dare voluerunt *faſtigatus*, ut habet ed. Rom. anni 1472. quam lectionem hic secutus sum, quum infra 44, 9. ex unico cod. ita editum etiam sit, pro quo alii poſtea *faſtigiatam* dederunt. Vide, quae notavi ad Silii 5, 50. et Cl. Duker. ad d. loc. Livii. Mox *habens* Voſſ. Harl. et Gaertner. Idem velle videntur Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo, in quibus *habent*. [*a continentia arte semitae aditum habent* Bamb.]

A mari rupes exesae fluctibus superclaudunt] Hic versus vitiatus eſt. Reſtituimus *a mari exesae fluctibus rupes claudunt*. GELEN. Vitiose Pall. *a mari rupes exesae fluctibus superclaudiunt*. GEBH. Ut ante Gelenium edebatur, servant omnes noſtri. Verum illud *super* ex verbis sequentibus hic perperam receptum videtur. Mox *quae sunt in statione* Lov. 6.

§. 8. *Ne sub ictu superstantium in rupibus piratarum essent*] *subjectae* Lov. 1. 3. 6. et Voſſ. [*subjectu* Bamb.] Simili fere modo varians cod. Pal. *subjectus* pro *sub ictu* praefert in Lampr. Alex. Sev. 55. unde Salmasius *sub jactu* legendum conjicit. Male. De locutione *esse sub ictu* vide ad 43, 10, 5. Deinde *superstantium rupibus* Voſſ. Lovel. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. antt. omiſſa praepositione, quam Aldus ex cod. Mog. addidit. Sed potius nata videtur ex litera ultima vocis praecedentis. V. ad 37, 11, 4. Solet enim Livius in hac locutione praepositionem omittere. 7, 24, 5. *Stratis corporibus hostium superſta-*

Digitized by Google

dem, sub noctem vano incepto quum abstitissent, Teum postero die accessere: et, in portu, qui ab tergo urbis est, (Geraesticum ipsi adpellant) navibus constitutis, praetor ad depopulandum circa urbem agrum milites emisit.

XXVIII. Teji, quum in oculis populatio esset, 1 oratores cum infulis et velamentis ad Romanum mi-

tis. 10, 28, 9. *Essedis carrisque superstans armatus hostis.* 22, 59, 2. *Superstantes cumulis caesorum corporum.* 27, 18, 14. *In aciem altiori superstantem tumulo inpegere* 38, 7, 5. *Armati ruinis superstantes instar muniment erant.* 40, 2, 2. [*eum*] *Columnis, quibus superstabant, eversis.* [*evertit*] Silius 13, 300. *Superstantem muro Milonem videbat.* ubi vide, quae notavi. Tum *diem tenuere* Voss. V. ad 9, 38, 7. *detrivere* Lov. 1.

§. 9. *Teum postero die accessere; et, in portu, qui ab tergo urbis est*] Prima vox non comparet in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque. *eum* legit Lov. 1. *tñ*, id est *tamen*, Lov. 6. Tum *et in portum* Harl. *et a portu* Gaertn. Hinc *qua regio urbis est* Bov. 1. *qui a tergo urbis est* Voss. Lov. 3. 5. Gaertn. et edd. ante Gronov. Paullo ante *sub nocte* Lov. 1. et 2. V. ad 2, 55, 1. Tum *incepto vano* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Hinc *astitissent* Lov. 1. 3. et Gaertn.

Ad depopulandum circa urbem agrum milites emisit] *ad populandum* Harlej. Eo verbo Livium interdum usum esse, verum est. Vide ad Epit. Liv. 46. Reliquis tamen vulgatum tuentibus, aequum est, ne quid hic mutetur. Solent saepissime haec verba in Mstis commutari. V. ad 2, 62, 2. et 10, 12, 7. Adde ad 24, 23, 7. 28, 5, 4. c. 10, 2. 31, 26, 1. 36, 20, 3. 39, 2, 7. aliisque locis. Praeterea *milites misit* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. Vulgatum et hic malo. Supra 2, 25. *Militem avidum certaminis emittit.* Ita *emittere equites* 3, 26. *Quinque equites inter stationes hostium emissi.* 10, 5. *Emissus eques libero cursu in hostem invehitur.* [*emisit milites* Bamb.]

§. 1. *Teji, quum in oculis populatio esset*] *Hii* vel *Hi*, pro *Teji*, Voss. et Lov. 1. ac 6. [*Tei*, mox *cum insulis* Bamb.] Prima vox deest in Lov. 4. Tum *in agris populatio* cod. Mog. male. Modo dixerat, praetorem milites emisisse ad depopulandum circa urbem agrum. Populatio igitur erat *in oculis* civium, id est, in conspectu. 3, 57, 3. *Virginem ingenuam in oculis populi Romani a complexu patris abreptam.* 22, 12, 6. *Tentare animum movendo crebro castra, populandoque in oculis ejus agros sociorum coepit.* 26, 12, 12. *Ne Capua in oculis ejus caperetur.* c. 35, 7. *Haec in foro utque oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi fremebant.* c. 39, 23. *Frumenti spes, quae in oculis fuerat, utrosque frustrata.* 35, 10, 6. *Decimum jam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat.* Ovid. 21. Her. 82.

Inque meis oculis candida Delos erat.

Tacit. 4. Hist. 77. *Donec universa clades in oculis fuit.* Similiter ante *oculos* 2, 6, 2. *Ne ante*

Digitized by Google

serunt. quibus purgantibus civitatem omnis facti di-
2 ctique hostilis adversus Romanos, *et juvisse eos commeatu classem hostium* arguit, *et quantum vini Polyxenidae promisissent: quae si eadem classi Romanae darent, revocaturum se a populatione militem;*
3 *sin minus, pro hostibus eos habiturum.* Hoc tam triste responsum quum retulissent legati, vocatur in concionem a magistratibus populus, ut, quid agerent,
4 consultarent. Eo forte Polyxenidas cum regia classe a Colophone profectus, postquam movisse a Samo Romanos audivit, et, ad Myonnesum piratas persecutos, Tejorum agrum depopulari, naves in Geraesti-

oculos suos perire sinerent. 4, 14, 5. *Neve ante oculos suos trucidari sinerent.* Cic. 4. ad Fam. 5. *Nunc prostrata et diruta ante oculos jacent.* Ovid. 9. Her. 121.

Ante meos oculos adducitur advena pellex.

Alii etiam *in ore* dixerunt. Vide ad Silii 3, 66. Mox *ad Romanum praetorem* Lov. 3. ex glossa interpretis. V. ad 4, 10, 6. ubi similiter perperam addita erat vox *consul.*

§. 2. *Et juvisse eos commeatu classem hostium*] Libri nostri omnes *et juvisse eos omni commeatu.* GEBH. Similiter Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. Verum vox illa ex praecedenti periodo perperam adscita est, quam recte Frob. anno 1535. omisit. Neque exstat in Voss. et Lov. 1. Mox *eadem Romanae classi* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertner. *Romanae classi eadem* Harl. Hinc *si minus* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. omnesque edd. usque ad Modium, qui *sin* dedit. V. ad 4, 5, 6. Denique *pro hostibus habiturum eos* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *pro hostibus habiturum* sine pronomine Lov. 4.

§. 3. *Hoc tam triste responsum*] *Hoc tamen triste* Lov. 1. et Harl. V. ad 22, 59, 13. Mox *vocatur in concione* Voss. Sed v. ad 24, 28, 1. *vocantur in concionem a magistratibus populi* Lov. 3.

§. 4. *Eo forte Polyxenidas* etc. *postquam movisse*] Polyxenidam non profectum esse *eo*, id est, versus eam regionem, in qua tum Romani erant; neque a Colophone eo consilio movisse, ut Myonnesum aut Teum peteret, sed ut Romanos sequeretur, et cum iis proelium committeret, existimat Cl. Crevier. et hinc malebat *Eo forte tempore.* Verum *Eo forte die* legunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Deinde ultima vox *movisse* neglegentia scribarum deest in Lov. 1. 6. et Voss. Mox *prosecutos* Voss. et Lov. 5. Vide ad Liv. Epit. 99. Tum *Gerestrio*

Digitized by Google

co portu ſtare, ipse adversus Myonnesum in insula 5
(Macrin nautici vocant) ancoras portu occulto jecit.
inde ex propinquo explorans, quid hoſtes agerent, 6
primo in magna spe fuit, quemadmodum Rhodiam
classem ad Samum, circumseſſis ad exitum faucibus
portus, expugnaſſet, sic et Romanam expugnaturum.
nec eſt diſſimilis natura loci. Promontoriis coëun- 7
tibus inter se ita clauditur portus, ut vix duae simul
inde naves poſſint exire. Nocte occupare fauces Po- 8
lyxenidas in animo habebat, et, denis navibus ad
promontoria ſtantibus, quae ab utroque cornu in la-
tera exeuntium navium pugnarent, ex cetera claſſe,

Voſſ. *Cerestio* Lov. 1. *Gerestio* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: (Bamb.) *Geristio* Gaertn.

§. 5. *Ipse adversus Myonnesum in insula (Macrin nautici vocant)] in insula Maeri (nautici ita vocant)* Harl. *in insula majori nautici vocant* Lov. 2. 4. et Mead. ambo. *insula major nautici vocant* Lov. 3. *in insula inatori nautici vocant* Lov. 6. [*in insulam* Bamb.] *Tä in insula* desunt in Gaertn. at *stare ipse* etc. *ancoras portu* in Voſſ. et Lov. 1. Repetitio vocis *portu* librariis occasio errandi fuit. V. ad 9, 11, 11. [*Acri* pro *Macrin* Bamb.]

§. 6. *Primo in magna spe fuit] primo magna spe* Harl. quod similiter dictum videri posset, atque *eodem statu esse;* de quo v. ad 3, 68, 3. Potius tamen eſt, ut credamus, τὸ *in* interceptum eſſe a prima litera vocis sequentis *magna*. V. ad 37, 1, 2. Reliqui enim codd. praepositionem conſtanter agnoscunt; et *in spe esse* saepius apud Livium obcurrit. Ita 9, 2, 5. *Haud in dubia spe erant mature urbis hostium potiundae.* 25, 15, 5. *Qui ante in exigua spe erant.* 26, 5, 11. *In ancipiti spe ac periculo erat.* 35, 12. 36, 45. Cic. 8. ad Att. Ep. 2. poſt 11. *In spe firmiore sumus.* Simili modo *in terrore esse* 28, 42. 44, 32. *in tumultu esse* 31, 10. 42, 44. *in terrore et tumultu esse* 32, 21. *in timore esse* 32, 26. *in pavore esse* 35, 29. *in exspectatione esse* 42, 2. 19. *in metu esse* Ter. in Andr. 2, 2, 2. ἐν ἐλπίσιν εἶναι Thucyd. 7, 25. ἐν θαύματι εἶναι καὶ ἐκπλήξει 8, 14. Vide Cortium ad Salluſt. Fragm. lib. 1. in orat. Philippi §. 13. Mox *sic et Romanam classem* Lov. 3. addita ultima voce, quam, quia ex praeced. facile intelligi poteſt, Livius omittere maluit. [*portus* poſt *faucibus* et §. 7. poſt *clauditur* omittit Bamb.]

§. 8. *Nocte occupare fauces*] Pall. *Inde nocte occupare fauces.* Statim *et denis navibus ad promontoria astantibus* continent Pall. GEBH. *Inde nocte etiam omnes noſtri,* Hearnii L. 1.

Digitized by Google

sicut ad Panormum fecerat, armatis in litora expositis, terra marique simul hostes obprimere. quum non vanum ei consilium fuisset, ni, quum Teji factores se imperata promisissent, ad accipiendos conmeatus aptius visum esset Romanis, in eum portum qui ante urbem est, classem transire. Dicitur et Eudamus Rhodius vitium alterius portus ostendisse, quum forte duae naves in arto ostio inplicitos remos fregissent. et inter alia id quoque movit praetorem, ut traduceret classem, quod ab terra periculum erat, haud procul inde Antiocho statiua habente.

XXIX. Traducta classe ad urbem, ignaris omnibus, egressi milites nautaeque sunt ad commeatus et vinum maxime dividendum in naves; quum meso

[Bamb.] et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. dictionem *Inde* omisit. Deinde *ad promontorium astantibus* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. uterque. Adparet, librarios ea ratione duplicem lectionem *promontoria* et *promontorium* servasse *ad promontorium*, *a*, *stantibus*. V. ad 3, 44, 4. *ad promontoria abstantibus* Voss. *ad promontorium stantibus* Lovel. 2.

Armatis in litora expositis] *a Romanis* mendose Voss. et Lov. 1. Lib. 44, 28, 13. *Sed propius urbem lembi accessuque commodiore quum exposuissent armatos.*

§. 9. *In eum portum, qui ante urbem est, classem transire*] Vet. lib. *classe*. SIG. *To est* exsulat a Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 1. id autem excidisse videtur, quod forte per compendium scriptum esset *ante urbē ē*. Doujatius, quum id neque in scriptis ut reperisset, satis per se intelligi posse credidit. De quo, utrum verius sit, quemadmodum ex contendo, ita minime ipsi concedendum est, portum Gerasicum ab tergo Myonnesi fuisse, quum fuerit ab tergo Tei. Deinde *classe transire* Lov. 1. 3. Harl. et edd. ante Frob. anno 1535. quae *classem* sublitis concinentibus reliquis Mtis mss. ut et codicibus Doujatii, qui dictionem hanc magis sibi placere profitetur. Paullo ante *ad accipiendos conatus*, pro commeatus, Voss. et Lov. 1.

§. 10. *Dicitur et Eudamus Rhodius vitium* etc. *ostendisse Eudamum Rhodium* Lov. Quod dictum ceteri posset, illa, de quibus egi ad 1, 31. At ceteri omnes vulgatum tuetur, nisi quod vox *Rhodius* desit in Lov. 3. Mox §. seq. *tergo*, pro *ab terra*, Harl.

forte diei agreſtis quidam, ad praetorem adductus, nunciat, *alterum jam diem classem stare ad insulam Macrin, et paullo ante visas quasdam moveri, tamquam ad profectionem, naves.* Re subita perculsus 3
praetor tubicines canere jubet, ut, si qui per agros palati eſſent, redirent: tribunos in urbem mittit ad cogendos milites nautasque in naves. Haud secus, 4
quam in repentino incendio aut capta urbe, trepidatur, aliis in urbem currentibus ad suos revocandos, aliis ex urbe naves cursu repetentibus: incertisque clamoribus (quibus ipsis tubae obſtreperent) turbatis imperiis, tandem concursum ad naves eſt. Vix suam quisque noscere aut adire prae tumultu 5
poterat: trepidatumque cum periculo et in mari, et in terra foret, ni, partibus divisis, Aemilius, cum

§. 2. *Quum medio forte diei agrestis quidam, ad praetorem adductus*] *tum medio* Voſſ. et Gaertn. Vide ad Liv. Epit. 48. circa fin. Deinde *medio forte die* Mead. 2. Sed nihil muto. Supra 26, 45, 8. *Medium ferme diei erat.* 27, 48, 17. *Et jam diei medium erat.* Similiter *medium aedium* 5, 41, 2. *Ea vestiti medio aedium eburneis sellis sedere.* Ejus generis plura alia v. supra ad 27, 2, 9. Saepius ita variare codd. in hac locutione, observat Cel. Burm. ad Nason. 1. Art. Am. 113. Praeterea *ad praetorem ductus* Gaertn. Sed v. ad 2, 36, 7. *ad praetorem reductus* Lov. 6. Sed v. ad 6, 26, 8. *ad praetorem advectus* Voſſ. sollemni scribarum lapsu. V. ad 27, 38, 12.

Alteram jam diem classem stare ad insulam Macrin] *alterum jam diem* omnes mei, Crevierii Victor. et editi ante Gronovium, qui, nescio utrum dedita opera, an errore typographorum, *alteram* subſtituit. Ita supra erat 31, 14, 2. *Altera die, quam a Brundisio solvit, in Macedoniam trajecit.* Sed *alterum diem* dixit 22, 19, 5. *Altero ab Tarraeone die ad stationem* etc. *pervenit.* 24, 40, 5. *Altero die Oricum pervenit.* 34, 28, 1. *Altero die ad Sellasiam pervenit.* V. ad 8, 11, 15. Priscam igitur lectionem recte Crevierius revocavit. Hinc *ante insulam* codd. noſtri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. pro quo Aldus ex Mſto Mog. dedit *ad insulam.* Alibi eaedem voces commutantur. V. ad 4, 31, 9.

§. 4. *Naves cursu repetentibus*] *cursum* Gaertn. *cursim* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. Sed v. ad 2, 65, 3. Paullo ante *trepidant*, pro *trepidatur*, Lov. 1. V. ad

Digitized by Google

praetoria nave primus e portu in altum evectus, excipiens insequentes, suo quamque ordine in frontem
6 instruxisset; Eudamus Rhodiaque classis substitissent ad terram, ut et sine trepidatione conscenderent,
7 et, ut quaeque parata esset, exiret navis. Ita et explicuere ordinem primae in conspectu praetoris,

2, 26, 4. Praeterea §. praec. *tibicines* Lov. 3. 5. 6. et edd. principes. V. ad 1, 43, 7. [*incertis* omisso *que* Bamb.]

§. 5. *Vix suam quisque noscere aut audire*] Restituimus *aut adire*. GELEN. Ita omnes nostri, excepto solo Lov. 5. qui *audire* cum vett. edd. perperam servat. Alibi haec verba commutata fuerunt. Exempla vidimus ad 10, 12, 2. Praeterea *Et vix suas quisque noscere* Voss. et Gaertn. *Vix suas quisque noscere* Lov. 1. 3. 4. 6. et ambo Mead. [Bamb.] *Vix quisque suas noscere* Lov. 2. *Vix quisque suas cognoscere* Harl. Mox *prae tumulto* Lov. 1. qua forma *tumultos* in uno vel altero cod. erat supra 5, 37, 8. et 9, 29, 2. Similiter *tumulti* apud Ter. Plaut. et alios obcurrere, omnes novimus; non tamen ita Livius loqui solitus est, sed hoc et alia ejusdem generis errantibus librariis tribuo. V. ad 1, 15, 7.

Cum praetoria nave primum portu in altum evectus] Minutius est *primus e portu*, non *primum portu*, sicut vulgatae edd. habent. GELEN. Vulgatarum edd. lectio in solo Lov. 5. mihi obvia fuit. Alii omnes *primum se portu*. quod ex duarum lectionum, *primum e*, et *primus e*, conjunctione natum videtur pro *primum*, *s*, *e portu*. V. ad 3, 44, 4. Praeterea *cum praetoria navi* Lov. 6. Sed v. ad 25, 30, 7.

Insequentes, suo quamque ordine in frontem instruxisset] MS. *in fronte instruxisset*. MODIUS. Similiter Gaertn. Alii omnes recte vulgatum defendunt. Supra cap. 13, 8. *Instructa in frontem navium acie stetere*. Similiter *in frontem dirigere* c. 23, 9. *Quae sequebantur, servantes ordinem in frontem dirigere jubet*. et mox: *Ceteri, quia in frontem dirigere jussi erant, non sequebantur*. In codd. qui *in fronte* exhibent, ultima litera *m* hausta erat ab initialibus *in* vocis sequentis, qui error in scriptis frequens est. V. ad 2, 36, 5. c. 45, 4. 3, 10, 9. c. 56, 3. 4, 34, 7. c. 46, 10. 5, 21, 8. c. 34, 9. 7, 21, 2. 8, 29, 11. 9, 36, 1. c. 38, 4. 10, 14. 6. 21, 33, 3. 22, 40, 5. 34, 21, 8. et alibi. Insuper *insequenti suo* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Videtur olim scriptum fuisse, ut solet, *insequentis*, et deinde litera sibilans finalis excidisse, quod vocabulum sequens a sibilo itidem incipiebat. Ejus erroris innumera exstant in Mstis Livii exempla, ex quibus pauca memorabo. V. ad 1, 32, 8. 2, 10, 3. c. 30, 9. 3, 17, 10. c. 63, 10. 4, 28, 8. c. 40, 6. c. 57, 3. 5, 22, 6. c. 41, 8. 6, 20, 4. c. 24, 6. c. 42, 8. 7, 2, 11. c. 24, 5. c. 39, 1. c. 41, 4. et alibi.

§. 6. *Eudamus Rhodiaque classis substitissent*] *substitisset* cod. Mog. et Harl. Utrumque genus loquendi Livio in usu fuit. Duo-

Digitized by Google

et coactum agmen ab Rhodiis est: instructaque acies, velut cerneret regios, in altum processit. inter Myonnesum et Corycum promontorium erant, quum hostem conspexere. Et regia classis, binis in ordinem navibus longo agmine veniens, et ipsa aciem adversam explicuit; tantum laevo evecta cornu, ut am- 8

bus enim nominibus singularibus eum verbum plurale junxisse, vidimus ad 1, 31, 7. Alibi vero etiam verbum singulare jungere solet. 1, 24, 2. *Tempus et locus convenit.* 3, 14, 1. *Hoc judicium et promulgata lex exercuit civitatem.* c. 52, 4. *Nec pudicitia, nec libertas sancta esset.* 5, 42, 4. *Quocumque clamor hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammae, et fragor ruentium tectorum avertisset.* 6, 24, 7. *Ubi plurimus labor periculumque erat.* c. 40, 1. *Stupor silentiumque ceteros Patrum defixisset.* 7, 39, 3. *Quam multitudinem consul alter Romae praetorque retinebat.* 8, 38, 11. *Fremitus aequalis tenorque idem pugnae in defatigationem ultimam spectabat.* 9, 32, 5. *Ut ab adversariis clamor et pugna inciperet.* 21, 41, 17. *Qualis nostra vis virtusque fuerit.* 25, 3, 17. *Metus pudorque versabat.* 28, 15, 12. *Nox imberque vocabat.* et *Metus et periculum cessandi non dabat tempus.* 37, 34, 3 *Et magnitudo animi, et satietas gloriae placabilem eum maxime faciebat.* Quisque igitur eligat, quid malit. Ego praeferendam judico cod. Mog. lectionem. Mox *et ut sine trepidatione* Voss. et Gaertn. Non sequor. Praeterea *conscenderet* cod. Mog. An librarius scribere voluit *conscenderet*, id est, *conscenderetur*? V. ad 10, 10, 1.

§. 7. *Instructaque acies, velut cerneret regios*] *velut cernerent* Voss. Lov. 3. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] ita *acies*, ut conlectivum, construetur cum verbo plurali. V. ad 35, 26, 9. Certe ita mox *erant* recepere editores, quod etiam ex voce *acies* pendere videtur. Paullo ante *Ita explicuere* Voss. et Lov. 1. ac 6. Tum *primo conspectu praetoris* Lov. 3.

Inter Myonnesum et Corycum promontorium erant] *est* Lov. 2. et Harl. *erat* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Gaertner. [Bamb.] et edd. antt. pro quo Moguntini ex cod. suo *erant* substituerunt, consentiente, ut videtur, utroque Mead. unde in excerptis nihil notatur. Et, ita legendum esse, evincit sequens *conspexere*.

§. 8. *Longo agmine veniens*] Pall. *eveniens*. GEBH. Pariter Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Male. Supra c. 23. *Rhodii longo agmine veniebant.* In altera lectione ultima litera vocis praecedentis male in capite τοῦ *veniens* repetita est, quod in Mssis frequentissimum est. V. ad 2, 31, 4. c. 35, 2. 3, 9, 4. c. 18, 7. c. 24, 3. c. 25, 5. c. 26, 2. 9. 4, 6, 9. c. 37, 7. c. 46, 4. c. 52, 3. 5, 52, 1. 6, 8, 10. c. 23, 10. 9, 10, 5. c. 43, 16. 10, 17, 10. c. 40, 4. 21, 35, 4. et innumeris aliis locis. Vide etiam Ciofan. ad Nas. 14. Met. 484. et Bentl. ad Hor. 4. od. 2, 6.

Et ipsa aciem adversam explicuit] *et ipsam aciem* Gaertn.

Digitized by Google

plecti et circumire dexterum cornu Romanorum pos-
9 set. quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non posse aequare ordinem Romanos, et tantum non jam circumiri a dextro cornu, concitat naves; (et erant Rhodiae longe omnium celerrimae tota classe) aequatoque cornu, praetoriae navi, in qua Polyxenidas erat, suam objecit.

Sed vide ad 6, 3, 8. Tum *explicavit* Lov. 5. et edd. vett. *explicuit* Aldus adscivit ex cod. Mog. quod servant ceteri omnes Msti. Recte. Praecesserat mox, *Ita et explicuere ordinem primae.* V. ad 6, 21, 7. et 32, 4, 4. Adde Casaub. ad Suet. Caes. 6. et Corte ad Plinii 4. Ep. 27, 3. Mox *laevo tantum evecto cornu* Gaertn. ex eodem fonte, quo *ipsam aciem* idem cod. praefert. *laevo tandem evecta cornu* Lov. 3. Eaedem voces *tantum* et *tandem* confundebantur etiam supra 5, 52, 13. *laevo tantum evecta cornu* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, omnesque edd. usque ad Frob. qui anno 1535. ordinem dictionum mutavit. [*laeto tantum evecto* Bamb.] Tum voces *amplecti et* desunt in Lovel. 2.

§. 9. *Non posse exaequare ordinem Romanos*] Libri omnes *aequare.* GEBH. Similiter apud me omnes codd. nec aliter Hearnii L. 1. Eadem etiam lectio superest in edd. usque ad Basil. anni 1539. quae *exaequare*, nescio qua auctoritate, vulgavit. Priorem ergo lectionem revocavi. Ita mox. *Concitat naves, aequatoque cornu, praetoriae navi suam objecit.* 3, 62, 7. *Quum aequassent aciem, duo extra ordinem millia tenuere.*

Et erant Rhodiae naves] Pall. uterque *et erant Rhodiae, longe omniam celerrimae*, expuncto *naves*, quod modo praecessit. GEBH. Thuan. ignorabat vocem postremam; neque videtur esse auctoris. JAC. GRON. Eamdem omittunt etiam Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. quorum fide expunxi. [*celerrima tot. classe* Bamb.]

§. 1. *Ab Romanis octoginta naves pugnabant, ex quibus Rhodiae duae et viginti erant. hostium classis undenonaginta n. f.*] Appianus [B. Syriac. pag. 103.] ἐς ναυμαχίαν συνηγεσαν, Πολυξενίδας μὲν ναυσὶν ἐννενήκοντα καταφράκτοις, Λένκιος δὲ ὁ Ρωμαίων ναύαρχος ὀγδοήκοντα καὶ τρισί, καὶ τούτων ἦσαν ἐκ Ρόδου πέντε καὶ εἰκοσιν. Quibus ex verbis apparet, apud Livium *quinque et viginti* legendum. Qui error ex nota numeri emanavit, *V* et *II*. SIG. Non quidem reprehendo Sigonium, *quinque et viginti* reponentem, et conjicientem, errorem ex confusis notis numeralibus *V* et *II* ortum esse: eum enim facile committi posse, vidimus ad c. 22, 4. Considerandum tamen existimo, an non potius, quum in vulgatum conspirent omnes libri manu et typis descripti, sua Livio scriptura servari, ac statui debeat, alios annales Livium, alios Appian. secutos fuisse; praesertim quum in pluribus aliis circa hanc

Digitized by Google

XXX. Jam totis classibus simul ab omni parte pugna conserta erat. Ab Romanis octoginta naves pugnabant, ex quibus Rhodiae duae et viginti erant. Hostium classis undenonaginta navium fuit, et maximae formae naves tres hexeres habebat, duas hepteres. Robore navium et virtute militum Romani longe regios praestabant: Rhodiae naves agilitate,

historiam dissentiant. Classis enim Romana Appiano fuit octoginta trium, Livio octoginta navium; illi regia nonaginta, huic undenonaginta navium. Historico Graeco praefectus Rhodiorum Εὐδωρος, Latino *Eudamus* vocatur. Neque convenit in numero navium, quas Antiochus hoc proelio amisit. Appian. enim viginti novem, Livius quadraginta duas numerat. Quum igitur toties in hujus proelii descriptione dissentiant, caussa non est, cur, invitis libris omnibus, circa numerum navium Rhodiarum consentire cogendi sint. Quin immo, quum classis Romanorum tribus navibus auctior apud App. quam apud Livium sit, idemque plane discrimen in numero navium Rhodiarum inveniatur, admodum verisimile est, dissensum eorum inde ortum esse, quod auctores Appiani Rhodios tribus navibus auctiores statuerint, quam quos Livius secutus est. Tum *undenonaginta navium fuit* Aldus ex fide cod. Mog. emendavit: cui consentiunt Mead. 2. Lovel. 4. et Gaertn. nisi quod Lov. 4. omittat τὸ *fuit*, Gaertn. ejus loco legat *erit*. Primae edd. praeferunt *tres et nonaginta navium fuit*. Ascensius anno 1513. *trium et nonaginta navium fuit* emendavit; sed neutra lectio codicum praesidio nititur. *tres et XX navium fuit* legit Lov. 5. *una et XX navium fuit* Hearnii L. 1. *in XX navium fuit* Voss. *inde nonaginta navium fuit* Harl. et Lov. 1. 2. ac 6. a manu 1. *unadenonaginta navium fuit* Mead. 1. et Lov. 3. ac 6. a m. 2. Paullo ante *totis simul classibus* omnes scripti nostri; [Bamb.] nec aliter edd. ante Frob. anni 1535. quae ordinem vocum mutavit.

§. 2. *Et maximae formae naves tres hexeres habebat*] Τὸ *naves* insiticium videtur. J. FR. GRON. Eam tamen vocem servant omnes nostri: sed vocula *et* deest in Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. [Bamb.] *et maximae* in Voss. et Lov. 1. *habebant* etiam legit Lov. 1.

Romani longe regios praestabant: regiae naves] Hunc locum videtur aliquis data opera corrupisse. Legendum esse *Rhodios praestabant: Rhodiae naves* etc. satis declarant, quae sequuntur. nam ut donem agilitatem navium, artem gubernatorum, scientiam remigum non minus recte tribui regiis, quam Rhodiis, populo in re navali tum excellentissimo: certe ignes ad Panormum Rhodiis saluti fuerant, non regiis. attestantur et scripta volumina. GELEN. Varie haec in membranis scripta esse videntur. Olim enim, antequam e Mog. codice hodiernam lectio.

Digitized by Google

3 et arte gubernatorum, et scientia remigum. Ma
mo tamen hostibus terrori fuere, quae ignes prae
portabant: et, quod unum iis ad Panormum circu
ventis saluti fuerat, id tum maximum momentum
4 victoriam fuit. nam metu ignis adversi regiae nav
ne prora concurrerent, quum declinassent, neq

nem eruisset Gelenius, vulgabatur: *Romani longe regios praestabant: regiae naves.* Ad ea vero explodenda quae ab illo adferuntur, nihil amplius probant, quam male in ultimo membro collocari *regias naves, Rhodiasque* reponi debere. Caeterum ego utramque lectionem aeque ex parte rectam, ex parte corruptam affirmo. Quid enim adtinet hic comparationem instituí inter Romanos et Rhodios, qui neque inter se erant dimicaturi, neque ullo aemulationis studio accensi fuisse memorantur? Tum proxime ante et post haec verba de hostibus seu regiis agitur; ut appareat, etiam hic eorum habendam esse rationem. Et sane postquam Livius tradidisset, jam totis classibus simul ab omni parte pugnam esse consertam, extemplo pergit exponere, quo superiores in proelio essent regii, quo Romani Rhodiique; et illos quidem multitudine navium adversarios suos facile superasse, caeteris vero omnibus longe fuisse inferiores; et ab Romanis quidem virtute militum, naviumque robore, ab Rhodiis agilitate navium, gubernatorum arte et scientia remigum fuisse victos, praecipuo tamen et maximo illis fuisse terrori eas Rhodiorum naves, quae ignem prae se portabant, de quibus cap. 11. Emendemus ergo partim ex antiquis edd. partim ex cod. Mog. *Robore navium et virtute militum Romani longe regios praestabant*, Rh
diae naves agilitate etc. Ja
PERIZ. Lectio, quam Gele
damnavit, in nullo cod. e
fuit; neque in edd. inven
Mediol. anni 1480. et Tarv
tramque; nisi quod cum
busdam aliis *regias praes*
legant. priores autem pra
Rhodios praestabant: Rh
naves. Neque aliter legun
1. 3. 4. 5. 6. Harl. et Mead.
[*Rodios* Bamb.] *Rhodias*
stabant: Rhodiae naves
Rhodiis praestabant: et R
diae naves Voss. *et Rhodia*
ves etiam Gaertn. Nihilo
Cl. Perizonii conjecturam
fero: *Rhodius* et *regius*
etiam alibi in Mstis confun
tur. Exempla vide hoc lib.
23, 7. c. 54, 2. 38, 58, 10. et
bi. Ex vestigiis Voss. videri
set, legendum *regiis pra*
bant. Ita enim et Livius
tur 1, 57, 7. *Paucis id qua*
horis posse sciri, quantum
teris praestet Lucretia sua.
tius tamen malo *regios pra*
bant. Id enim jubent relic
rum codd. vestigia, eamque
cutionem Livius etiam sae
adhibuit. 7, 30, 4. *Ut vetus*
et gradu honoris nos praes
ubi v. quae notavi. 42, 34.
quis me virtute in exercitu pr
stet, operam dabo. 44, 38.
Quantum numero nos pra
ubi etiam vide. Pari *mode*
alios locutos esse, docuerunt
lustr. N. Heins. et Cel. Burm.
Nas. 4. Met. 630.

Digitized by Google

ipsae ferire rostro hostem poterant, et obliquas se ipsae ad ictus praebebant. et, si qua concurrerat, 5 obruebatur infuso igni; magisque ad incendium, quam ad proelium, trepidabant. Plurimum tamen, quae 6 solet, militum virtus in bello valuit. mediam namque aciem hostium Romani quum rupissent, circum-

§. 3. *Et, quod unum iis ad Panormum circumventis saluti fuerat, id tum maximum momentum ad victoriam fuit*] Primam voculam expungit Voss. Tum *quod unus is ad Panormum* Voss. et Lov. 1. [Bamb. nisi quod *Panhormũ* legit.] *quidem unus is*, vel *iis*, *modus ad Panormum* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Hinc *circumvectis* Voss. Lov. 2. 4. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 10, 2, 4. et mox ad §. 6. Deinde *id tamen maximum momentum tum ad victoriam fuit* Lov. 6. *id tamen maxime momentum ad victoriam fuit* Harl. *tamen* et *tum* in Mstis saepissime confundi, vidimus ad 22, 17. 5. *maxime* etiam Lov. 2. et Gaertn. Vox *momentum* deest in Lov. 2. et Mead. 1. Paullo ante *terrori hostibus fuere* Lov. 2. et 4. Insuper *qua ignes prae se portabant* cod. Mog.

§. 4. *Nam metu ignis adversae regiae naves, ne prora concurrerent, quum declinassent*] Lege *metu ignis adversi*, non *adversae*. GELEN. *adversae* ab Aldo acceperunt. Ante illum *adversi*. Sed videtur legendum *adversas*. nempe Rhodias, quae ignem portabant. J. FR. GRON. Verum est, primam editionum, quas vidi, Aldinam *adversae* dedisse. Postea, jubente Gelenio, Froben. anno 1535. *adversi* revocavit, ut ante Aldum edebatur: id proximae servarunt usque ad Paris. anni 1573. quae, nescio, qua auctoritate, quove consilio, *adversae* restituit, cui Gronovianae iterum *adversi* substituerunt, licet ipse Gronovius *adversas* malit. Sane *adversae* in uno tantum exstat Voss. quod exponi forte posset obviae, obcurrentes. Vel pro *adversae* legendum erit *aversae*, ut praeferunt Lov. 6. et Gaertn. Solent autem hae voces confundi. V. ad 2, 31, 6. Ut naves regiae dicantur *aversae*, quoniam, ne prora concurrerent, declinarant. Reliqui tamen omnes codd. *adversi* servant, quibus cedendum arbitror. Neque necesse videtur, ut, omnibus invitis, *adversas* legamus. Deinde *prora concurrerent* Aldus recepit ex cod. Mog. Antea edebatur *prope concurrerent*, quod servant omnes nostri, [Bamb.] et Victor. apud Crevierium, qui inde *prorae concurrerent* scribendum conjicit. Sed *prorâ concurrere*, quod in optimo cod. est, dictum puto, ut *rostris concurrere* supra 26, 39, 12. Mox *ferire postero* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *postero ferire* Lov. 1. Tum *oblique se ipsas ad ictus* Lov. 1. *obliquas se ipsas ad ictus* Voss. Lov. 3. et Gaertn. *obliqua se ipsas ad ictus* Lov. 6. *obliquas se ad ictus* Harl.

§. 5. *Et, si qua concurrerat, obruebatur infuso igni*] Libri nostri omnes *et si quae concurrerant, obruebantur*. GEBH. Similiter fere etiam nostri. [Bamb.]

Digitized by Google

vecti ab tergo pugnantibus adversus Rhodios regiis sese objecere: momentoque temporis et media acies Antiochi, et laevo in cornu circumventae naves mer-
7 gebantur. Dextera pars integra, sociorum magis clade, quam suo periculo, terrebatur. ceterum, postquam alias circumventas, praetoriam navem Polyxenidae, relictis sociis, vela dantem videre, sublatis raptim dolonibus (et erat secundus petentibus Ephesum ventus) capessunt fugam, quadraginta duabus

Quod nunc vulgo exstat, Aldus ex cod. Mog. adoptavit, quem sequor.

§. 6. *Regiis sese objicere*] MS. *regiis sese objecerunt*. MOD. *objicere* dederat Paris. anni 1573. et paucae cum secutae. *obicere*, quod idem est atque *objicere*, Lov. 1. 5. et edd. Camp. ac Parm. Reliquae edd. *objecere*, quod in aliis omnibus codd. obvium fuit. [*Rhodios regii* Bamb.] Paullo ante *aciem hostium Romani quum irrupissent* Gaertn. In sequentibus *laevo cornu* omnes scripti, [Bamb.] et edd. usque ad Ascens. qui anno 1513. primus praepositionem interposuit. Deinde *circumvectae naves* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] V. modo ad §. 3. Similiter §. seq. *alias cicumvectas* Voss. Lovel. 4. et Gaertn. [*circumvectas* Bamb.]

§. 7. *Sublatis raptim dolonibus* (*et erat secundus petentibus Ephesum ventus*) *capessunt fugam*] Pall. *sublatis raptim dolonibus Ephesum petunt fuga*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiquae. Gronovius etiam in pr. ed. not. se similem lectionem in Barber. Petav. et Naud. reperisse testatus est, nisi quod *fugam* praeferant, pro *fuga*; quibus consentit Lov. 4. [et Bamb. qui etiam *capessunt* legit.] Lectionem, quae vulgo exstat, contextui restituit Aldus ex Msto Mog. cujus praestantia hinc etiam patet. V. ad 36, 19, 13. Paullo ante *suo proelio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui ex iisdem membranis *suo periculo* recte recepit. Ita variant etiam codd. 34, 16, 9. Hinc *terrebantur* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *pars terrebantur* defendi potest ex iis, quae notantur ad 5, 38, 5. Sequor tamen reliquos codd. a vulgato stantes.

Quadraginta duabus navibus etc.] Haec sic Appianus [B Syr. 104.] *Καὶ διεφθάρησαν Ἀντιόχου νῆες μιᾶς δέουσαι τριάκοντα, ὧν τρισκαίδεκα ἀυτοῖς ἀνδράσιν ἐλήφθησαν· Ῥωμαίων δ ἀπώλοντο μόναι δύο, καὶ ὁ Πολυξενίδας τὴν Ῥόδιαν ναῦν ἐπαγόμενος ἐς τὴν Ἔφεσον κατήχθη.* SIGON.

§. 8. *Quarum tredecim captae in potestatem hostium venerunt*] Pall. uterque *decem tris captae*.

Digitized by Google

bus navibus in ea pugna amissis; quarum decem et 8
tres captae in potestatem hostium venerunt, ceterae
incensae aut demersae. Romanorum duae naves fra- 9
ctae sunt, vulneratae aliquot. Rhodia una capta memorabili casu. nam, quum rostro percussisset Sidoniam navem, ancora, ictu ipso excussa e nave sua, unco dente, velut manu ferrea injecta, adligavit alterius proram: inde tumultu injecto, quum, divellere 10
se ab hoste cupientes, inhiberent Rhodii, tractum ancorale et inplicitum remis, latus alterum detersit:

Vet. ed. *decem et tres.* GEBH. *quarum de centris*, omissa voce *captae*, Voss. *quarum decentris captae*, Lov. 2. et Gaertn. *quarum decem tris captae* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et, ut Gronov. pr. ed. not. monuit, Barber. Petav. et Naud. *quarum decem captae* Lov. 6. a m. sec. *quarum decem et tres captae* Lov. 5. omnesque edd. usque ad Moguntinos, qui *tredecim* ex cod. suo receperant. Idem servarunt sequentes editores; Gronov. vero iterum ei substituit *decem et tres.* [*decem tres* Bamb.] Similiter variant codd. 26, 49, 3. 29, 2, 17. V. quae notantur ad 10, 21, 6. et 29, 37, 6. Praeterea *in potestate* Voss. Harl. et Gaertner. V. ad 8, 20, 6. c. 25, 4. 9, 25, 3. c. 38, 1. et alibi. Tum *veniunt* Lov. 3. Mox *mersae* Lov. 6. *dimersae* Voss. *submersae* Lovel. 1. Hinc *vulneratae*que Lov. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. quae copulam omisit, omnibus aliis meis concinentibus.

§. 9. *Ancora, ictu ipso excussa e nave sua*] *in ancora* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. usque ad Frob. anni 1531. quae recte *ro in* expunxit. [*in anchora ictu ipso excussae* Bamb.] Dein *excussa nave sua* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frob. anni 1535. quae dedit *e nave sua.* Bene, si ex cod. Solet enim Livius praepositionem, cum qua verbum compositum est, in regimine repetere. Ita *educere ex urbe* 2, 32, 1. *egredi e curia, e castris, e finibus* 2, 48, 10. 10, 35, 17. 35, 4, 4. *extrahere ex anno* 5, 25, 13. *evolvere ex praeda* 6, 15, 5. *eripere e manibus* 6, 20, 16. *excire e castris* 10, 19, 12. *efferre e conspectu, e castris* 7, 26, 5. 10, 19, 12. *exigere e montibus* 10, 27, 8. *erumpere e castris* 22, 60, 22. *evehi e portu* 28, 30, 6. *excedere e templo* 29, 19, 3. *emittere ex custodia* 30, 17, 14. *exoriri ex locis* 31, 40, 7. *effugere e carcere* 37, 46, 5. *educere ex hibernis* 39, 30, 1. 40, 39, 1. et similia passim. Vide ad praefat. §. 11. Paullo ante vox *una* deest in Lov. 3. Tum *Sidoniam navim* legit Lov. 6. Sed v. ad 25, 30, 7.

§. 10. *Tumultu injecto, quum, divellere se ab hoste cupientes, inhiberent Rhodii*] *invecto* Gaertn. de quo errore scribarum v. ad 9, 40, 14. Tum *Rhodii inhiberent* Lovel. 6. Locutionem

Digitized by Google

debilitatam ea ipsa, quae icta cohaeserat, navim cepit. Hoc maxime modo ad Myonnesum navali proelio pugnatum est.

exponit Gronov. 4. Obs. 26. pag. 414.

Tracta ancora et inplicitum remis latus alterum detersit] Non erat, cur *anchorale* in *anchoram* mutaretur, et *debilitatam* in *debilitate*. *Anchorale* dixit, quemadmodum dicitur *hastile*. GELEN. Quidam codices ita [*tractu anchorali, et implicitum remis latus*] habebant. Alii mutarunt ad hunc modum: *tracta anchora et implicita remis latus alterum detersit*. Alii legunt, *tractum anchorale et implicitum* etc. Sed est locus meo judicio perquam obscurus. GLAR. Qui loci hujus sententiam assecuti non sunt, quae lectione vetere continebatur, ii, dum emendare conati sunt, penitus deformarunt. Alii autem *tractum anchorale*, alii *tracta anchora, et implicita remis* ex ingenio reposuerunt, cum sit in vet. libris omnibus *tractu anchorali, et implicitum remis latus*, hoc sensu: Rhodia navis, inquit, una capta memorabili casu: Nam cum ipsa rostro percussisset Sidoniam navem, anchora, ictu ipso e nave sua Sidonia excussa, unco dente, velut manu ferrea, alligavit Rhodiae proram, et cum inde divellere se tumultu injecto cupientes Rhodii inhiberent, tractu anchorali latus alterum Rhodiae navis remis implicitum detersit. Ita debilitatam Rhodiam navem Sidonia, quae antea a Rhodia percussa cohaeserat, cepit. Est igitur haec tota oratio referenda ad rectum illum casum *anchora*, quae et alligavit proram Rhodiae navis, et tractu anchorali latus ejus alterum remis implicitum detersit. Duo enim significat incommoda ab illa anchora esse illata, alterum ab unco dente, quo alligata Rhodiae prora est, alterum a loris, quibus anchora tenetur, a quibus remi alterius lateris ejusdem navis detersi atque recisi sunt. Hunc etiam sensum expressit Appianus [in B. Syr. 103.] ita: *μέχρι Ῥοδίας νεὼς ἐς Σιδονίαν ἐμβαλούσης, καὶ τῆς πληγῆς ἐυτόνου γενομένης ἐς τὴν Ῥοδίαν ἐπάγη τε, καὶ συνέδησεν ἄμφω πρὸς ἀλλήλας*. SIGON. Lectio, agitata admodum a commentatoribus, ita concepta est in Pall. *nam cum rostro percussisset Sidoniam navem, in anchora ipso ictu excussa nave sua, unco dente, velut manu ferrea injecta, allegavit alterius proram: inde tumultu injecto, cum divellere se ab hoste cupientes inhibere Rhodii tractu ancorali et implicitum remis latus alterum detersit debilitate ea ipsa, quae icta cohaeserat navis, cepit.* Quibus consentit vet. ed. nisi quod *cupientes inhiberent Rhodii*. Dein *navim cepit*. GEBH. *tractu ancorali et implicitum remis* a Sigonio, qui loci hujus sententiam adsecuti non sint, eos, dum emendare conantur, penitus eum deformasse, praefato. Ipse totam orationem referendam censet ad vocem *ancora*, quae et alligaverit proram Rhodiae navis, et tractu ancorali latus ejus alterum implicitum remis deterserit. duo incommoda ab illa ancora esse illata; alterum ab unco dente, quo alligata Rhodiae prora est; alterum a loris, quibus ancora tenetur, a quibus remi alterius lateris ejusdem navis detersi atque recisi sunt. Vir

Digitized by Google

XXXI. Quo territus Antiochus, quia, possessione maris pulsus, longinqua tueri diffidebat se posse, praesidium ab Lysimachia, ne obprimeretur ibi ab

doctissimus facundus est in eo, de quo dubitabat nemo, qui modo lectionem a Gelenio ex Mog. prolatam intellexisset: id, quod proprie ad ipsum pertinebat, quomodo nempe istum sensum e scriptura ab se probata educeret, neglexit. Quis enim iste *tractus ancoralis*? si quod motus vel admotus, ut loquitur Plinius, scilicet voluerit Livius: *ancora motu remos perfregit:* sin idem quod funis, ut videtur velle, quum lora dicit, quem dabit auctorem, *tractum* esse funem? Nisi forte, quia Itali dicunt *un tratto di fune*, *tractus* est funis Latinis. At vero quam belle, *ancora tractu ancorali*? cur non potius *suo*? Porro quid *latus remis implicitum*? Itane *remis* dicitur *implicari* navis, quae remis agitur? Et, quia unius modo lateris remis impliciti mentio, an ab altero remigium non erat? Nihil pejus utique hac lectione: etsi nostri quoque scripti fere non aliter. Verissime igitur et Latine Gelenius *tractum ancorale et implicitum remis latus alterum detersit. Ancorale*, pro substantivo positum, est ipso funis ancoralis. Gelenius ait dictum ut *hastile*. recte. nam ut *hastile* intelligit *lignum*, ita *ancorale* subaudit *retinaculum*. Sic *vorsoria* vel *versoria* absolute funis, quo velum et inde cursus navigii vertitur, a quo *versoriam capere* apud Plautum: adjectivum revera, sed in quo intelligitur *funis*, ambigui generis antiquis: quemadmodum et in *rudens*, quum ait Comicus [Plaut. Rud. 4, 3, 1.] *dum hanc tibi, quam trahis, rudentem complico*. Id igitur ancorale, excussa ancora in navem hostilem Sidoniam, quum in puppem remigarent Rhodii, tractum ab ancora inde religata, et, dum praepropere et tumultuose evolvitur, magna parte delapsum in mare ab latere uno navis, atque ita implicitum remis ejusdem id ipsum detersit, claudamque navem fecit. Hic verus sensus hujus loci, atque ista unica vera lectio. J. FH. GRON. *tractatu ancorali* Voss. et Gaertn. *tractu in anchorali* Harl. *tractá vi ancorali* Lov. 1. *tractum ancorali* Lov. 3. *tractu ancorali* Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. uterque, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. principes. *tracta ancora* demum vulgavit Frob. anno 1531. pro quo quadriennio postea recte Gelenii emendationem *tractum ancorale* recepit; quam lectionem optime Gronov. adversus Sigonium adseruit, et exposuit. *Ancorale* pro fune ancorae supra est 22, 19, 10. *Alii, resolutis oris, in ancoras evehuntur; alii, ne quid teneat, ancoralia incidunt.* Amm. Marc. 14, 2. *Per ancoralia quadrupedo gradu repentes eisdem nihil opinantibus adsistebant.* ubi vide Vales. *tractum ancorale*, ut *tracta ancora* apud Ovid. 3. Trist. 9, 14.

Dum sequitur celeres ancora tracta manus.

decerpsit pro *detersit* perperam Lov. 6. De locutione *detergere remos* vide ad 28, 30, 11.

Et debilitatam ea ipsa, quae icta cohaeserat, navim cepit] Vocula prima *et* non tantum in nullo cod. adparuit; sed eamdem ignorant etiam omnes edd. ante Elzevirianam Heinsii. Nulla igitur auctoritate receptam

Digitized by Google

Romanis, deduci pravo, ut res ipsa postea docuit,
2 consilio jussit. non enim tueri solum Lysimachiam
a primo inpetu Romanorum facile erat: sed obsidio-
nem etiam per totam hiemem tolerare, et obsiden-
tes quoque ad ultimam inopiam adducere extrahen-
do tempus, et interim spem pacis per occasiones
3 tentare. Nec Lysimachiam tantum hostibus tradi-
dit post adversam navalem pugnam, sed etiam Co-

iterum expunxi. Deinde *debilitate ea ipsa, quae icta cohaeserat, navis cepit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] *debilitate ea, ipsa, quae icta cohaeserat, navim cepit* Lovel. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. neque aliter Mead. 2. nisi quod vocem *icta* ignoret. *debilitate ea ipsa, quae ictu suo cohaeserat, navis capitur* Lov. 2. in margine. *debilitate ipsa, quae ictu suo coërcerat, navis capitur* Lov. 6. Sed recte *debilitatam* etc. *navim cepit* Gelen. emendavit.

§. 1. *Quo territus Antiochus, quia, possessione maris pulsus*] *Quo deterritus* Gaertn. Tum *qui possessione* Lov. 3. V. ad 36, 33, 6. *qui a possessione* Lov 6. Contrarium exemplum, ubi vocula*e qui a* in *quia* coaluerunt, vidimus ad 6, 18, 8.

§. 2. *Obsidionem etiam per totam hiemem tolerare*] Pall. et vet. ed. *tota hieme tolerare.* GEBH. Recepta lectio debetur cod. Mog. ex quo Aldus adoptavit. Antea edebatur *tota hieme tolerare;* quod servant omnes nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et scripti Gronovii, ut in pr. ed. not. monuit. Posses etiam sine praepositione *totam hiemem tolerare.* V. ad 10, 21, 6. et 35, 40, 7. Mox *ad ultimam inopiam deducere* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *adducere* ex Mog. eodem adscivit, adprobantibus ceteris Mstis. Tum *terendo tempus* Gaertn. Sed *extrahere tempus* supra adstruximus ad 22, 18, 9. *extrahendo tempore* Lov. 1. V. ad 1, 53, 3. Sed reliqui vulgatum tuentur.

Spem pacis per occasiones tentare] *per occasionem* Voss. Lov. 1. 6. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] quod se etiam in suo L. 1. et in ed. Aler. prima invenisse, Hearnius testatur. Utrumque Livio in usu fuit. V. ad 2, 11, 2. et 31, 48, 2. Non est igitur, cur vulgatum mutetur. Plures enim oriri poterant occasiones, quae paci tentandae utiles essent.

§. 3. *Nec Lysimachiam tantum hostibus tradidit*] Libri omnes *Non Lysimachiam tantum.* GEBH. *Non Lysimachiam* codd. nostri, et edd. principes, pro quo *Nec Lysimachiam* Aldus ex cod. Mog. dedit. Tum *tradiderat* Lov. 1. Paullo post *recipit se* Mead. 1.

§. 4. *Inde in Cappadociam ad Ariaraten, qui auxilia arcesserent*] *Ariarathen.* Graeci enim Ἀριαράθην. SIG. *inde Cappadociam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertner.

Digitized by Google

lophonis obsidione abscessit, et Sardes recepit se: atque inde in Cappadociam ad Ariarathen, qui auxi- 4
lia arcesserent, et quocumque alio poterat ad copias contrahendas, in unum jam consilium, ut acie dimicaret, intentus, misit. Regillus Aemilius, post victo- 5
riam navalem profectus Ephesum, directis ante portum navibus, quum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset, Chium, quo ante navale proe-

[Bamb.] et edd. vett. quod defendi posset ex illis, quae notantur ad 33, 41, 6. At Moguntini *inde in Cappadociam* ex cod. suo dederunt: quod praeferendum. Vox enim *inde*, per compendium *in̄* scripta, eliserat praepositionem proximam *in*. V. ad 3, 25, 6. 8, 15, 6. 26, 25, 6. 28, 6, 4. 35, 31, 3. Eumdem errorem etiam vulgo commissum in Justin. videbimus ad 38, 3, 4. Similiter *τὸ in* hauftum est a praecedenti *deiñ*, sive *deinde*. V. ad 6, 17, 1. ad 8, 22, 6. et ad 28, 25, 4. a praecedenti *quin*. Vide ad 4, 4, 4. Contra *iñ*, vel *inde*, intercipitur a sequenti *in*. Vide ad 37, 52, 2. Tum *et ad Ariarathen* Vossius. Lovel. 5. et edd. ante Moguntinos, qui *τὸ et* fide cod. sui delerunt. In regis illius nomine adspirationem primus omisit Frob. anno 1535. quam recte Sigonius iterum addidit, et plerique codd. servant, praesertim vero optimus Mog. Nummos ejus cum inscriptione βασιλεως Αριαραθου ευσεβου profert Spanhem. de Praest. et us. num. Diss. 8. pag. 468. Praeterea *arcessere*. vel *accerseret*, ut eo tempore scribebatur, Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. et Mead. sec. neque aliter edd. vett. nisi quod *accerserat* sit in Rom. anni 1472. ac Parm. Pro eo Moguntini demum ex cod. suo *accerserent* substituerunt. Utrum Antiochus unum, an plures legatos auxilii caussa miserit ad Ariarathen, aliunde non constat: sequimur tamen praestantissimi cod. Mog. scripturam, cui reliqui nostri consentiunt. Mox *in unum jam jam consilium* Voss. et Gaertn. [*auxilia* omittit Bamb.]

§. 5. *Direptis ante portum navibus, quum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset*] Lege *directis*. ea enim et veterum librorum lectio, et is fuit mos, ut victores in conspectu eorum, qui victi essent, infruerentur, et ea re confessionem victoriae ab hoste elicerent. Itaque lib. priore [c. 45.] ait: *Iis adjunctis Ephesum hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa steterunt. Posteaquam confessionem victis satis expresserunt*, etc. SIG. *direptis* servant Lov. 5. et Mead. 2. *dircetis* Voss. *diceretis* Lov. 2. *decretis* Mead. 1. *directis*, ut Sigonius legendum vidit, reliqui mei. [*derectis* Bamb.] Pariter *naves in pugnam dirigere* 22, 19, 11. Interdum *directus* et *direptus* a librariis commutata fuere. V. ad 4, 47, 5. 6, 29, 5. 10, 17, 8. 21, 19, 1. et 34, 28, 6. Similiter *directio* et *direptio* 5, 20, 6. *subrectus* et *subreptus* 7, 19, 10. Deinde *hostes* Mead.

Digitized by Google

6 lium cursum a Samo intenderat, navigat. ibi naves in proelio quassatas quum refecisset, L. Aemilium Scaurum cum triginta navibus Hellespontum ad exercitum trajiciendum misit: Rhodias, parte praedae et spoliis navalibus decoratas, domum redire jubet. 7 Rhodii inpigre praevertere, ad trajiciendasque copias consulis iere: atque, eo quoque functi officio, tum 8 demum Rhodum rediere. Classis Romana ab Chio Phocaeam trajecit. in sinu maris intimo posita haec urbs est, oblonga forma. dùum millium et quingen-

1. *hostis* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. An scribendum *hostibus*? ut est in Lov. 1. Hujusmodi enim errores in Mstis frequentes esse, vidimus ad 21, 60, 7. Si quis tamen vulgatum malit, non adversabor. V. ad 5, 50, 2. [*ultimam concessi maris* [Bamb.]

Cursum a Samo intenderat] *cursu ab Samo* Lov. 4. Mead. ambo, et Harl. *cursu a Samo* Lov. 1. 5. et edd. principes, pro quo Moguntini ex cod. suo *cursum a Samo*; ut tantum non omnes ceteri codd. praeferunt. Recte. Nam *intendere cursum* de classe, *ut intendere iter* de exercitu. Vide ad 10, 43, 13.

§. 6. *Rhodias, parte praedae et spoliis navalibus decoratas*] Vet. lib. *Rhodios* et *decoratos*. SIG. *Rhodios p. p. et s. n. decoratos* Pall. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Doujatii Regius. [Bamb.] Mox §. seq. *ad trajiciendas copias*, extrita copula *que*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 8. *In sinu maris intimo posita haec urbs est*] Ita recte Aldus ex cod. Mog. nec aliter nostri Mfti, et ed. Camp. nisi quod *est* desit in Voss. et Gaertn. *infimo* male reliquae edd. Liv. 1, 1. *Venisse in intimum maris Hadriatici sinum*. In Mstis etiam hae voces commutantur. V. ad Liv. 29, 30, 2. et quae notantur ad Silii 8, 251. *To est* non adparet in Voss. et Gaertn. qui iidem codd. etiam mox omittunt vocem *murus*.

Totidem ex utraque parte in artiorem velut cuneum] Antiqua scriptura *colt deinde ex utraquè parte*. GELEN. Illud *totidem* quid referat, fateor me non intelligere: sicut nec quae sequuntur verba proximo versu, *ibi latitudo patet*. Pro *totidem* quidàm legunt *colt deinde*, sed nihilo clariore sensu, quod ad posteriora adtinet. Vehementer suspicor, in hac descriptione aliquid corruptum: quod ideo admonemus, (ut in aliis jam saepe) ut diligentius vetustiores inspiciantur codices. GLAR. Pall. uterque *toti deinde ex utraque parte*. Vet. ed. *totidem ex utraque*. GEBH. *toti deinde* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn. *tot deinde* Lov. 6. *totidem ex utraque* Lov. 5. *deinde ex utra-*

Digitized by Google

torum paſſuum ſpatium murus amplectitur: coït deinde ex utraque parte in artiorem velut cuneum, Lamptera ipsi adpellant. mille et ducentos paſſus ibi latitudo patet: inde in altum lingua mille paſſuum excurrens medium fere sinum velut nota diſtinguit; ubi cohaeret faucibus anguſtis, duos in utramque regionem versos portus tutissimos habet. qui in meridiem vergit, ab re adpellant Nauſtathmon, quia ingentem vim navium capit: alter prope ipsum Lamptera eſt.

9

10

que, prima voce omiſſa, Lov. 2. et Harl. Ex Mead. 1. nihil in excerptis adnotatur. Quid vel in his, vel in sequentibus verbis, obscuri Glareanus invenerit, nondum video. Ceterum mox *Latera* Voſſ. *Laptera* Lov. 2. et Harl.

§. 9. *Mille et ducentos passus ibi latitudo patet*] *ibi*, nempe ubi coït in artiorem velut cuneum. *mille et ducentorum passuum* Lov. 2. et Harl. Sed vide ad 38, 4, 4. Mox *lingua in altum mille passuum* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] *longa in altum mille passuum* Voſſ. Hinc *medium ferme sinum* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Aldus *fere* ex cod. Mog. consentientibus ceteris noſtris. Vide ad cap. 38, 5.

Urbs cohaeret faucibus anguſtis] *ubi cohaeret* in antiqua scriptura legitur, non *urbs*. GELEN. *urbs cohaeret* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. et Harl. [Bamb.] *urb' cohaeret* Lov. 4. *urbi cohaeret* Gaertn. Ex utroque Mead. nihil in excerptis notatur, ut Gelenio favere videantur. Mox *duos utramque regionem versus portus* Lov. 1. Praepositio *in* deeſt etiam in Voſſ. Sed vide ad 36, 6, 7.

§. 10. *Qui in meridiem vergit, Nausathemon ab re adpellatur*] Melius *Naustathmon*; nam et portum, et navium turbam significat. SABELL. MS. *ab re appellant Naustathmon*. MOD. Pall. *Naustathmon ab re appellant*. Vet. ed. *Nausathemon*. GEBH. Non memoro monſtra lectionum in Mſtis et edd. antt. hoc loco obvia. In id consentiunt, ultimam syllabam eſſe *mon*. Primus Ascens. anno 1513. *Naustathmos* in margine oſtentavit, quod Frob. anno 1531. in contextum recepit, invitis omnibus Mſtis. Crediderunt forte, *Naustathmon* non convenire τῷ *adpellatur*. Verum Graeci non tantum formarunt *Ναύσαθμος*, sed etiam *Ναύσαθμον*. V. Cl. Duker. ad Thucyd. 3, 6. Contra *appellant* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. [Bamb.] unde cod. Mog. lectio, a Modio memorata, firmatur, quam propterea recepi. Per ellipsin omittitur pronomen demonſtrativum, pro *eum*, *qui in meridiem vergit*, *ab re adpellant Naustathmon*. Ea ansa fuisse videtur loco interpolando, ut saepe alibi. Vide ad 4, 4, 15. et 23, 15, 4.

§. 1. *Principum magistratuumque animos*] *principium magi-*

Digitized by Google

1 XXXII. Hos portus tutissimos quum occupasset Romana classis; priusquam aut scalis, aut operibus, moenia adgrederetur, mittendos censuit praetor, qui principum magistratuumque animos tentarent. postquam obstinatos vidit, duobus simul locis obpugnare 2 est adortus. Altera pars infrequens aedificiis erat; templa Deûm aliquantum tenebant loci: ea prius 3 ariete admoto, quatere muros turresque coepit. deinde, quum eo multitudo obcurreret ad defenden- 4 dum, altera quoque parte admotus aries. et jam utrimque sternebantur muri. ad quorum casum quum inpetum Romani milites per ipsam stragem ruinarum facerent, alii scalis etiam adscensum in muros tenta- 5 rent; adeo obstinate restiterunt oppidani, ut facile adpareret, plus in armis et virtute, quam in moeni- 6 bus, auxilii esse. coactus ergo periculo militum prae-

stratum animos Lovel. 1. *magistratuum principum animos* Gaertn. Mox §. seq. *aliquantulum tenebant loci* Lov. 6. Tum *muros et turres* Harl.

§. 3. *Altera quoque parte admotus aries. et jam utrimque*] Pal. alter *altera quoque ex parte*. GEBH. *altera parte quoque admotus* Voss. Lov. 2. 6. et Gaertner. *altera parte admotus quoque* Lov. 6. Hinc *etiam utrimque* Lov. 1. et Gaertn. V. ad 39, 10, 6. *ta et jam* desunt in Lov. 3. et 6. Paullo ante *dein quum eo multitudo* Lov. 1. [Bamb.] V. ad 3, 3, 6. *dein quum multitudo eo* Lov. 6.

§. 5. *Adeo obstinate restiterunt oppidani*) Pall. *restitere*. GEBHARD. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 3. et Mead. ambo. *obstitere* Lov. 6. *resistere* Harl. [Bamb.] Insuper *obstinati* Lov. 3. V. ad 22, 12, 7. Alii tamen vulgatum tuentur. Mox *facile* deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Hinc *in animis et virtute* Gaertn. V. ad 22, 5, 8. *in annis et virtute* Lov. 4. V. ad 6, 38, 1.

§. 7. *Dirempto proelio, ne tum quidem ad quietem versi*] *Dirempto proelio* Lov. 2. *Direpto proelio* Voss. Lov. 3. et Gaertn. passim obvio scribarum lapsu. V. ad 7, 14, 5. 9, 8, 12. 24, 49, 6. 25, 18, 9. 31, 17, 10. 32, 10, 8. aliisque locis. Tum *necdum quidem ad quietem* Lov. 6. Voces *ad quietem* non agnoscit Voss. Mox *et emolienda* Lov. 1. et 6. Deinde *quae muris fracta erant* Lov. 2. *quae ruinis fracta erant* Lov. 1. et 6. Vide ad 35, 46, 3. Denique *concurrunt* Lov. 3. et 6. V. ad 10, 12, 4. et mox §. 12.

Digitized by Google

tor receptui cani jussit, ne objiceret incautos furen-
tibus desperatione ac rabie. Diremto proelio, ne 7
tum quidem ad quietem versi; sed undique omnes
ad munienda et obmolienda, quae ruinis strata erant,
concurrerunt. Huic operi intentis supervenit Q. An- 8
tonius, a praetore missus: qui, castigata pertinacia
eorum, *Majorem curam Romanis, quam illis,* osten-
deret, *esse, ne in perniciem urbis pugnaretur. si ab-* 9
sistere furore vellent, potestatem iis dare eadem con-
ditione, qua prius C. Livii in fidem venissent, se tra-
dendi. Haec quum audissent, quinque dierum spa- 10
tio ad deliberandum sumto, tentata interim spe au-
xilii ab Antiocho, postquam legati missi ad regem,
nihil in eo esse praesidii, retulerant: tum portas
aperuerunt, pacti ne quid hostile paterentur. Quum 11
signa in urbem inferrentur, et pronunciasset prae-

§. 9. *Potestatem iis dare eadem conditione, qua prius C. Livii in fidem*] De hoc nihil diserte scriptum est lib. 36. nisi quod eos anno superiore Romanorum partis fuisse e cap. 45. liquet. DUK. *dari* legendum ad marginem Livii conjecit Cl. Jac. Perizonius. Deinde *C. Livio in fidem* Lov. 1. *C. Livius in fidem* Lov. 4. et Gaertn. *C. Livius, si in fidem* Lov. 2. et 3.

§. 10. *Spatio ad deliberandum assumto*] In antiqua scriptura legitur *ad deliberandum sumpto*, non *assumpto*. GELEN. *assumto* Lov. 5. *capto* Gaertn. Reliqui consentiunt Gelenio.

Legati missi ad regem, nihil in eo esse praesidii, retulerunt] Pall. *missi ab rege nihil in eo esse praesidii retulerunt.* Proximis verbis Pall. et ed. vet. *pacti ne quid hostiliter paterentur.* GEBH. *missi ab rege* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] *missi a rege* Lov. 3. Tum *nihil in eo praesidii esse* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *retulerant* iidem codd. cum Lov. 5. [Bamb.] et edd. antt. pro quo Gruteri ultima demum *retulerunt* exhibuit. Priscam igitur lectionem revocavi. In verbis sequentibus *hostiliter* Lov. sex, Harl. Gaertn. et edd. vett. Aldus *hostile* ex cod. Mog. recepit, quod etiam in Voss. et Gaertner. superfuisse videtur.

§. 11. *Parci se deditis velle*] *parci edidit his velle* Voss. *parci his velle* Lov. 1. 3. 6. *parci deditis velle* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *Phocenses* Voss. Lovel. sex, Harlej. et

Digitized by Google

tor, parci se deditis velle, clamor undique est sublatus, *indignum facinus esse, Phocaeenses, numquam fidos socios, semper infestos hostes, inpune eludere.*
12 Ab hac voce, velut signo a praetore dato, ad diripiendam urbem passim discurrerunt. Aemilius primo resistere et revocare, dicendo, *captas, non deditas, diripi urbes: et in his tamen arbitrium esse im-*
13 *peratoris, non militum.* Postquam ira et avaritia imperio potentiora erant, praeconibus per urbem missis, liberos omnes in forum ad se convenire jubet, ne violarentur: et in omnibus, quae ipsius po-
14 testatis fuerunt, fides constitit praetoris. Urbem,

Gaertn. [*Phocensis* Bamb.] Male. V. infra ad 38, 39, 12. Insuper *deludere* Lov. 1.

§. 12. *Ad diripiendam urbem passim discurrerunt*] Pall. *passim discurrunt.* GEBH. Similiter Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 2. [Bamb.] idemque voluisse videtur librarius Gaertn. qui per errorem *discurrant* scripsit. Vide ad §. 7. *To passim* deest in Lov. 4. Praeterea ad *diripiendum urbem* Voss. et Gaertn. V. ad 40, 49, 1. Mox *sed in his tantum* Lov. 2. 6. et Gaertn. *sed in his tamen* Voss. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. anni 1531. [*in iis* Bamb.] Voculae *et* atque *sed* passim confunduntur; et quidem, ut hoc loco, si vox praecedens litera *s* finiatur. Vide ad 21, 26, 6. similiter etiam *tamen* et *tantum.* V. ad 9, 12, 6. Praeterea *imperatoris, non militis, arbitrium esse* Voss. Lov. ser, Harl. Mead. 2. Gaertn. [Bamb. nisi quod *militum* exhibet] et edd. vett. *imperatoris non arbitrium esse,* una voce deficiente, Mead. 1. Voces in eum, qui nunc obtinet, ordinem digestae demum obcurrunt in ed. Frob. anni 1535.

§. 13. *Ira et avaritia imperio potentiora erant*] *imperio opulentiora erant* librarii aberratione cod. Mog. Mox *ad se venire* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. (* V. ad 45, 33, 4.) Tum *et omnibus,* sine praepositione, Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Hinc *ipsius praetoris potestatis fuerunt* Lov. 6. *ipsius potestatis erant* Gaertn.

§. 14. *Quia jam hiems adpetebat*] *quia hiems jam* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] Tum *adparebat* Lovel. 3. 6. et Harl. Solent haec verba confundi errore scribarum. V. ad 5, 19, 1. 9, 46, 2. 10, 21, 13. e. 42, 1. 22, 1, 1. 27, 41, 5. 37, 47, 1. 38, 40, 15. et alibi. De verbo *adpetere* v. ad 8, 38, 3. et 10, 20, 9. [*his restituit* Bamb.]

§. 1. *Relictamque a praesidio Lysimachiam esse*] Omnes libri *relictamque praesidio.* GEBH. Praepositionem, quae etiam de-

Digitized by Google

agrosque, et suas leges iis restituit: et, quia jam hiems adpetebat, Phocaeae portus ad hibernandum classi delegit.

XXXIII. Per idem fere tempus consuli, transgresso Aeniorum Maronitarumque fines, nunciatur, victam regiam classem ad Myonnesum, relictamque a praesidio Lysimachiam esse. Id multo, quam de navali victoria, laetius fuit: utique postquam eo venerunt, refertaque urbs omnium rerum commeatibus, velut in adventum exercitus praeparatis, eos excepit; ubi inopiam ultimam laboremque in obsidenda urbe sibi proposuerant. Ibi paucos dies stativa habuere,

est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. antt. recte ex cod. Mog. addidit Aldus, consentiente etiam Lov. 4. et Mead. 1. Non videtur eam omisisse Livius, ne sensus nimis ambiguus evaderet.

§. 2. *Id multo, quam de navali victoria, laetius fuit*] Supplet Doujatius, *quam* nuncius *de navali victoria:* quam ellipsin duriorem putat Crevier. quam ut Livius ea uti voluisse videatur. Suspicatur igitur hic aliquid esse corrupti. Verum quum praecesserit *nunciatur*, *victam regiam classem*, facile inde hic intelligi potest, *quam* nunciatum *de navali victoria*. Codices certe nihil mutant, nisi quod *victori* sit corrupte in Lov. 1. Mox *utique postquam convenerunt* facili errore Voss. Mead. 1. et Gaertn. *utique postquam eo convenerunt*, juncta utraque lectione, Harl. *utique postquam eo venerint* Lov. 4. At quatuor illa vocabula desunt in Lov. 3. Deinde *referta urbs* Lov. 1. *refectaque urbs* Voss. Lov. 3. 6. et Harl. Ita librarios variasse, constat ex illis, quae notantur ad 5, 41, 5. 35, 1, 12. aliisque locis.

Ubi inopiam ultimam laboremque in obsidenda urbe sibi proposuerant] *inopiam multam* Lov. 3. Vox *ultimam* exsulat a Lovel. 1. quemadmodum etiam pronomen *sibi* ab omnibus Mssis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antt. Frob. id anno 1535. primus adposuit. *in obsidenda urbe proposuerant sibi*, omissa voce sequenti *ibi*, exhibet Harl. in margine. [Bamb.] *ibi* non adparet etiam in Lov. 1. Praeterea *proposuerunt* Lov. 3.

§. 3. *Ut inpedimenta aegrique consequerentur*] Pall. et vet. ed. *impedimenta aegrique ut consequerentur*. GEBH. Similiter Lovel. 1. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. *impedimenta aegrique ut sequerentur* Voss. *impedimenta aegrique et consequerentur* Lov. 3. *impedimenta aegri ut consequerentur* Harl. Quod nunc exstat, Aldus ex cod. Mog. adscivit, cui adsentitur Lov. 2.

Digitized by Google

ut inpedimenta aegrique consequerentur, qui passim per omnia Thraciae castella, fessi morbis ac longi-
4 tudine viae, relicti erant. Receptis omnibus, ingressi rursus iter per Chersonesum, Hellespontum perveniunt. ubi, omnibus cura regis Eumenis ad trajiciendum praeparatis, velut in pacata litora, nullo prohibente, aliis alio delatis navibus, sine tumultu
5 trajecere. Ea vero res Romanis auxit animos, concessum sibi transire cernentibus in Asiam; quam rem

Per omnia Thraciae castella] *Threciae* Lov. 4. et Mead. 1. Ita passim in Mstis more Graecorum *Threces*, *Threcia*, *Threcius* obcurrunt. V. ad 32, 25, 10. 37, 48, 4. c. 60, 7. 38, 16, 2. c. 21, 2. c. 40, 4. 39, 23, 13. c. 24, 13. c. 27, 1. 3. c. 46, 9. c. 53, 11. Ita optimus Mediceus apud Tacit. 12. Ann. 63. codex Memm. apud Suet. in Domit. 10. Vide Gulielm. 1. Veris. 19. viros doct. ad Suet. Calig. 35. Nic. Heins. ad Ovid. 19. Her. 26. et Celeb. Burm. ad Petron. 45. Ita Vossius ad Melae 2, 11. in versu Ennii apud Varr. 4. de ling. Lat. 8. scribebat *o terra Threca*. in quo Popma ad d. l. Varr. quum in vet. lib. *terra treca* invenisset, legendum suspicatur *terra Thraecia*. Excipi posset, si Livio forma Graeca placuisset, eum dicere debuisse *Threces castella*; regionem enim Graece Θρᾴκην, vel Θρῄκην dici, Θρᾴκια esse possessivum genere sequiori, a masculino Θρᾴκιος. Verum similiter *EX. THRAECIA. ET. GETEIS* est in Fast. Capitol. Triumph. ad ann. IOCCXXVI. Vox *omnia* deest in Gaertn.

Fessi morbis ac longitudine viae] MS. Thuan. *morbo*, quod utique Livii est. 37, 46, 10. *Aliis belli casibus, aliis morbo absumtis*. 41, 21, 5. *Qui superabant, longinquo, maxime quartanae, implicabantur morbo*. 45, 20, 6. *Ad classem se ex castris profectos; sociorum navalium partem morbo audisse absumptam*. JAC. GRON. Sic etiam unus liber Hearnii. Non video, quid inter haec magnopere intersit, aut cur hic minus locum habere possit *morbis*, quam 3, 6, 3. *Ministeria invicem ac contagio ipsa vulgabant morbos*. quod ibidem etiam numero singulari dicit, *Urbem Romanam subita Deûm ira morbo populari*. 4, 30, 8. *Vulgatique contactu in homines morbi*. et 25, 26, 13. *Ut primum videre ex gravitate loci vulgari morbos*. DUK. *morbo* etiam Voss. Lov. 1. 3. 6. Crevierii Victor. et Hearnii L. 1. quod haud magis Livii agnosco, quam vulgatum *morbis*. 3, 8, 1. *Defuncta morbis corpora salubriora esse incipere*. 4, 52, 4. *Defuncta civitate plurimorum morbis*. 7, 3, 11. *Corpora morbis levavit*. et mox, *Corpora morbi adficerent*. 27, 23, 6. *Pestilentia magis in longos morbos, quam in perniciales evasit*. 37, 23, 2. *Insolito odore ingruere morbi coepere*. 14, 21, 5. *Pestilentia, quae priore anno in boves ingruerat, eo verterat in hominum morbos*.

Digitized by Google

magni certaminis futuram crediderant. Stativa dein- 6
de ad Hellespontum aliquamdiu habuerunt, quia dies
forte, quibus ancilia moventur, religiosi ad iter in-
ciderant. iidem dies P. Scipionem propiore etiam 7
religione, quia Salius erat, disjunxerant ab exer-
citu: caussaque et is ipse morae erat, dum conse-
queretur.

XXXIV. Per eos forte dies legatus ab Antiocho 1
in castra venerat Byzantius Heraclides, de pace ad-

§. 4. *Ingressi rursus iter*] Pal. pr. *ingressi sursum iter*. GEBH. *ingressi sursus iter* Lovel. 4. Mead. 2. et Gaertn. Mox *pervenerunt* Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn.

Praeparatis, velut in pacata litora, etc. *aliis alio delatis navibus*, etc. *trajicere*] Pal. pr. *velut pacato litore*. Alter, et vet. ed. *velut in pacato litore*. GEBHARD. *praeparatis velut in pacato litore* omnes nostri, Hearnii L. 1. omnesque edd. usque ad Frob. qui anno 1535. *in pacata litora* restituit. Tum *alii alio delatis* Lovel. 5. Gaertn. [Bamb.] et edd. principes. *ab alio delatis* Voss. et Lov. 1. Vox *aliis* deest in Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. utroque. Vulgatum primum obcurrit in edd. Mediol. anni 1505. hinc in Ascens. anni 1513. inde in reliquis.

§. 5. *Concessum sibi transitum cernentibus in Asiam*] Pall. *concessum tibi transire cernentibus*. GEBH. Sic [*concessum sibi transitum*] jam Andreas. Cur igitur scripti consensu: *concessum sibi transire cernentibus in Asiam*. Sic 1, 54, 9, *Patuit quibusdam volentibus fugere, aut in exilium acti sunt*. duo meliores Pall. et Voss. ubi vulgo *fuga*. Sic *dare bibere*. Cicero in Tuscul. [1, 26.] *Ut Jovi bibere ministraret*. Silius [1, 14.] *Queis superare datum*. J. FR. GRON. *concessum sibi transire cernentibus tum* (Lov. 1. *cum*) *in Asiam* omnes etiam nostri [Bamberg.] *transire* similiter Hearnii L. 1. et N. Infra 40, 47, 5. *Nihil prius petierunt a praetore, quam ut bibere sibi juberet dari*. ubi v. et ad 1, 54, 9.

§. 7. *Iidem dies P. Scipionem* etc. *quia Salius erat, disjunxerant ab exercitu*] Nam non licebat Saliis per eos dies e loco, in quo erant, discedere. P. Africanus autem adhuc in Europa erat, quum dies illi incidissent. Polyb. Legat. 23. e quo sumta sunt, quae deinde hic usque ad cap. 37. leguntur. DUK. *idem dies deviserat* Lov. 1. et 3. *idem dies devinxerat* Lov. 4. et Gaertner. *idem dies dejunxerat* Lov. 2. 6. et Voss. *idem dies dejunxerant* Lov. 5. Harl. et ed. Camp. *iidem dies dejunxerant* Mead. ambo, [Bamb.] et reliquae edd. usque ad Aldum, qui *disjunxerant* dedit ex cod. Mog. *dijunxerant* scribendum conjiciunt Gebh. ad 32, 21, 7. et Gron. pr. ed. not. ad h. loc. Mox *caussaque et his ipse morae erat* Lov. 1. 2. 3. 5. Neque aliter Lov. 6. et Voss. nisi quod prior vocem *et*, alter verbum *erat*, insuper omittunt.

Digitized by Google

2 ferens mandata; quam impetrabilem fore, magnam ei spem adtulit mora et cunctatio Romanorum; quos, simul Asiam adtigissent, effuso agmine ad castra re-
3 gia ituros crediderat. Statuit tamen non prius adire consulem quam P. Scipionem: et ita mandatum ab rege erat. in eo maximam spem habebat, praeterquam quod et magnitudo animi et satietas gloriae
4 placabilem eum maxime faciebat; notumque erat gentibus, qui victor ille in Hispania, qui deinde in Afri-

§. 1. *Legatus ab Antiocho in castra venerat*] *in castra intraverat* Voss. et Lov. 1. ac 6. *castra intraverat* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *in castra venerat* ex cod. Mog. admisit. Consentiunt reliqui meorum. Paullo ante *Per eos fere dies* Lov. 3. V. ad 34, 47, 4. In sequentibus *de pace offerens mandata* Gaertn. V. ad 34, 23, 3. *de pace afferens mandatum* Hearnii L. 1.

§. 2. *Quam impetrabilem fore*] Libri nostri omnes *quam praestabilem fore*. GEBH. *praestabilem* etiam omnes nostri, Hearnii L. 1. [*inprestabilem* Bamb.] et edd. Aldina priores. Illa enim recte ex auctoritate Msti Mog. *impetrabilem* restituit. Ea voce Livius saepius usus est. Ita 25, 29, 8. *Omnia et impetrabilia et tuta erant apud Romanos*. 30, 16, 15. *Quo impetrabilior pax esset*. 36, 33, 5. *Spem impetrabilis veniae ostendebant*. 39, 29, 4. *Triumphum rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat*. 42, 29, 3. *Veniam per sororem impetrabilem fore*. Mox *simul ut Asiam* Lov. 2. Male. V. ad 6, 1, 6.

§. 3. *Et magnitudo animi et satietas gloriae placabilem eum maxime faciebat*] *sanectas* Mead. 1. sed *sanctitas* in margine. *societas* Harl. Ita etiam variabant libri supra 7, 40, 3. Tum *faciebant* Lov. 1. et 3. Sed vide ad c. 29, 6. Paullo ante *non prius consulem adire* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *ni prius consulem adiret* Lov. 1. [*ita mandatus a rege* Bamb.]

§. 5. *Alii principio belli*] Pal. alter *a principio*. vet. ed. *in principio*. GEBH. *in principio* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. dedit *principio*, consentientibus aliis codd. meis, nisi quod voces *principio belli* desint in Lov. 1. In praecedentibus *Is ubi, quando, et quo casu* Harl. *Is ubi, et quo casu, et quando* Lov. 6.

A Chalcide Oreum petentem] *Oreos* urbs in Euboea insula, de qua et lib. 28, [5. 6. et aliis locis] mentio est. Quidam codices falso legunt *Oricum*. Caeterum cum ab omnibus, quos ego sciam, authoribus hic Scipionis filius vocetur *Publius*, in Valerio tamen Max. lib. 4, 5. *Cnejus* (si codices non fallunt, quod suspicor) dicitur. GLAR. Appian. [B. Syr. 105.] a Chalcide Demetriadem habet: *ἐς Δημητριάδα ἐκ Χαλκίδος διαπλέοντα*. SIG. Pall. et vet. ed. *a Chal-*

Digitized by Google

ca fuisset: etiam quod filius ejus captus in potestate regis erat. Is ubi, et quando, et quo casu captus 5 sit, sicut pleraque alia, parum inter auctores constat. alii principio belli, a Chalcide Oreum petentem, circumventum ab regiis navibus tradunt: alii, postquam 6 transitum in Asiam est, cum turma Fregellana missum exploratum ad regia castra, effuso obviam equitatu, quum reciperet sese, in eo delapsum tumultu ex equo, cum duobus equitibus obpressum, ita ad regem de-

cide Oricum petentem. GEBH. *Oripetentem* Lovel. 1. *Oricum petentem* reliqui mei, [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1531. quod recte Glareanus inprobavit. Ceterum viri docti vulgo statuunt, duos Africano filios fuisse, alterum degenerem, de quo Val. Max. 3, 5, 1. et 4, 5, 3. alterum inbecillem, qui Aemilii Pauli filium, postea Scipionem Africanum minorem dictum, adoptavit, et *Publii* praenomen habuit. De eo agit Cic. de Senect. 11. et in Bruto 19. Priorem Val. Max. lib. 4. *Cnaeum*, Livius 41, 27. *Lucium* adpellavit. Utro vero praenomine dictus fuerit, incertum est. *Cnaei* praenomen Scipionum familiae usitatum fuisse, patet ex Cn. Scipione, qui cum fratre P. Scipione in Hispania tempore belli Punici secundi periit: *Lucii* praenomen, ex exemplo patrui, L. Cornelii Scipionis, Asiatici dicti; et ex exemplo proavi. Nam pater ejus in Fastis Capit. Consul. ad ann. ıɔxlviii. *P. Cornelius P. F. L. N. Scipio* vocatur. Vide Sigon. ad Livii 40, 42, 13. Pighium in Ann. ad ann. ıɔlxxix. pag. 357. et Torren. ad d. l. Val. Max.

§. 6. *In eo tumultu delapso equo cum duobus equitibus obpressum*] MS. *in eo tumultu delapsum ex equo.* Conjeceram *delapsum equo:* quod nunc video fuisse in Moguntino, etsi spreverint. Justinus l. 33, [2.] *Cato dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus, pedestre proelium aggreditur.* J. FR. GRON. Hanc opinionem reor fuisse Polybii, quam exposuit in libris deperditis; quod colligo ex fragmento hoc per Suidam servato. Ὁ δὲ Ἵππος τοῦ Σκηπίωνος ἐδυσχρήστησε μὲν ἀπὸ τῆς πληγῆς. ὀν μὲν ὀλοσχερῶς ἐσφάλμησε. Διόπερ ὀρθὸς ἀπεπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ Σκηπίων. Nisi tamen ad alterum Scipionem verba haec pertineant, qui provocatione apud Intercatiam in Hispania pugnavit, de quo Vellejus 1, 12. Liviana Epit. 48. et Florus, praesertim quum alias quoque Polybii voces ex ea historia referat Suidas in verbo Ἐνέπεσε. JAC. GRON. *delapso equo* omnes nostri, nisi quod in uno vel altero sit *dilapso. delapsu equo* Hearnii N. qui inde Gronovii *delapsum equo* firmari monuit. Eam lectionem non damno. Ita enim Val. Max. 7, 3. ext. 2. *Candidati continuo equis delapsi.* At Moguntini se in cod. suo *in eo delapsum tumultu ex equo* invenisse monuerunt; quod cur spernendum foret, caussam

Digitized by Google

7 ductum esse. Illud satis constat, si pax cum populo Romano maneret, hospitiumque privatim regi cum Scipionibus esset, neque liberalius, neque benignius haberi colique adolescentem, quam cultus est,
8 potuisse. Ob haec quum adventum P. Scipionis legatus exspectasset, ubi is venit, consulem adit, petitque, ut mandata audiret.

1 XXXV. Advocato frequenti consilio, legati verba sunt

non video. *labi ex equo* saepius apud nostrum obcurrit. Exempla vide 2, 6. 21, 46. 25, 34. 35, 11. et alibi. Neque displicere debet, verbo *delabi*, cum praepositione *de* composito, in regimine addi praepositionem *ex*: Similiter enim *descendere ex equo* 2, 20. 9, 16. *desilire ex equo*, de quo vide ad 35, 34, 10. Ejusdem generis sunt *exstare ab aqua*, de quo vide ad 22, 2, 10. *abstrahere e portu*, de quo dixi ad 37, 27, 6. Ceterum Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii sui notavit, fragmentum Polybii, quod Gronov. ex Suida voce Ἀποσφαλμήσας laudavit, huc non pertinere, quum Polybius potius alteri adhaereat opinioni, Scipionis filium principio belli captum esse, sive ἐν ἀρχαῖς τοῦ πολέμου γεγονέναι τοῖς περὶ Ἀντίοχον ὑποχείριον. Vide Polyb. Exc. legat. num. 23. Ipse vero verba fragmenti Polybiani referenda censet ad Scipionis Africani patrem, qui equo insidebat, quum vulneratus est proelio ad Ticinum. Vide ad 21, 46. equo etiam insidebat, quum in Hispania pugnans interfectus est. Vide Liv. 25, 34. Ad neutram tamen historiam, quod pace viri docti dictum velim, fragmentum pertinere videtur. Prioris descriptio exstat apud Polyb. 3, 65. ubi verba haec non reperiuntur; quin etiam vulnerati Scipionis ne meminit quidem, nisi obiter c. 66. quod, qua ratione juvenis Scipio patrem servavit, latius postea exsecuturus esset: nempe in Excerpt. lib. 10, 3. Verum neque ibi verba fragmenti obcurrunt. Illa quidem pars operis Polybiani, ubi altera historia memorata est, hodie intercidit; ex Livio tamen constat, non equum Scipionis, ut in fragmento dicitur, vulneratum fuisse, sed potius ipsum ducem dextero latere lancea trajecto, exanimem ex equo delapsum fuisse. Neque proelio ad Ticinum Scipionis equum vulneratum fuisse constat. Verisimilius igitur est, fragmentum Polybii pertinere ad Scipionem, qui in Hispania provocatus singulari certamine pugnavit; quae altera erat Gronovii conjectura. Praeterea *comprehensum* edd. Ven. anni 1498. Mediol. 1505. Ascens. 1513. et deinde aliae, pro quo Aldus ex cod. Mog. *oppressum* adoptavit, quod non tantum in omnibus scriptis meis, sed etiam in edd. principibus constanter supersest. Paullo ante *cum turba Fregellana* Voss. V. ad 25, 16, 15. [V. *in eo tumultu*, et §. 7. *illud satis* omittit Bamb.]

§. 7. *Illud satis constat*] *constabat* Lov. 5. et edd. vett. pro

Digitized by Google

sunt audita. Is, *multis ante legationibus nequidquam* 2
ultro citroque de pace missis, eam ipsam fiduciam impetrandi sibi esse, dixit, *quod priores legati nihil impetrassent. Smyrnam enim, et Lampsacum, et Alexandriam Troadem, et Lysimachiam in Europa, jactatas in illis disceptationibus esse. quarum Lysima-* 3
chia jam cessisse regem, ne quid in Europa habere eum dicerent: eas, quae in Asia sint, civitates tradere, paratum esse, et si quas alias Romani, quod suarum

quo *constat* dederunt edd. Mediol. anni 1505. et hinc Ascens. 1513. neque aliter omnes scripti reliqui. Mox *hospitiumque privatum* Lov. 1. 6. et Gaertn. [*cum praetore* pro *cum populo Romano* et mox *regium Scipionibus* exhibet Bamb.]

§. 8. *Ob haec quum adventum P. Scipionis*] *Ob hoc* Lov. 3. et Harl. Praeterea Scipionis praenomen deest in Voss. Mox *ubi is convenit* Lov. 6. Tum *consulem adiit* Gaertn. V. ad 36, 42, 3. Sed sequitur *petitque*, non *petiitque*.

§. 1. *Advocato frequenti consilio*] Omnes edd. usque ad Gronovianam anni 1665. praeferunt *concilio*. Neque aliter est in Lov. 2. 5. et Gaertn. *conscilio* in Lov. 4. sed recte ed. memorata dedit *consilio*, itaque legendum esse Gronovius infra monuit ad 44, 2, 5. Ea vero lectio superest in reliquis Msstis, quam se etiam in cod. suo invenisse Moguntini testati sunt. [*ultro citroque nequiquam* Bamb.]

§. 2. *Smyrnam enim, et Lampsacum, et Alexandriam Troadem*] Appianus [B. Syr. 105.] *τὴν Ἀλεξανδρίαν τὴν ἐπὶ Γρανίκῳ* vocat. SIG. Antiochum has tres urbes neque vi expugnare, neque conditionibus in amicitiam perlicere potuisse, dixit 35, 42. anno urbis 1011. Adde 33, 38. Duae posteriores tamen deinde in potestatem illius venisse videntur eo, quod Antiocho victo solos Smyrnaeorum, non etiam Lampsacenorum et Alexandrinorum, legatos Romam venisse, et egregie a senatu collaudatos fuisse, *quod omnia ultima pati, quam se regi tradere, maluissent*, infra c. 54. et apud Polyb. Legat. 25. scriptum est: unde colligi potest, duas has civitates non eadem constantia, qua Smyrnaeos, in fide erga Romanos mansisse. DUK. De Alexandria Troade vide ad 35, 42, 2. Ea autem ad Granicum sita non est. *Ἀλεξανδρείαν τὴν ἐπὶ Τρωάδος* vocat auctor Chron. Alex. p. 171.

§. 3. *Lysimachia jam cessisse regem, ne quid in Europa habere eum dicerent*] *Τὸ jam* non comparet in nostris libris. Transposite etiam Pall. *ne quid habere eum in Europa dicerent*. GEBH. Vocula *jam* exsulat etiam ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. antt. quam prima recepit Frob. anni 1535. Ea autem elisa esse potuit ab ultimis literis vocis praecedentis, praesertim si per epitomen *id* scripta fuerit. V. ad 5, 21, 15.

Digitized by Google

4 *partium fuerint, vindicare ab imperio regio velint. Inpensae quoque, in bellum factae, partem dimidiam regem praestaturum populo Romano.* Hae conditio-
5 nes erant pacis. Reliqua oratio fuit, *Ut, memores rerum humanarum, et suae fortunae moderarentur et alienam ne urguerent. Finirent Europa imperium*
6 *id quoque inmensum esse. Et parari singula adquirendo facilius potuisse, quam universa teneri posse.*
7 *quod si Asiae quoque partem aliquam abstrahere velint, dummodo non dubiis regionibus finiant, vinci suam temperantiam Romana cupiditate, pacis et con-*

[*Lysimachiam* pro *Lysimachia jam* Bamberg.] Deinde *habere eum in Europa*, [Bamb.] vel *in Europam*, Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *eum in Europa habere* Lov. 3. Mox *quae in Asia sunt* Voss. et Gaertner. *quae sunt in Asia* ed. Parm. multaeque aliae usque ad Frob. qui anno 1535. reposuit vulgatum. *quae sint in Asia* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472.

Et si quas alias Romani, quod suarum partium fuerint, vindicare] Ut latere hic aliquid suspicer, facit lectio Longobardica, quae habet: *et si quas alias Romani, quas suarum partium ediderant, vindicare* etc. cogitent docti. MOD. Nostri nihil fere mutant, nisi quod Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. legant *quae suarum partium*. Saepe particula *quod* et pronomen *quae* commutantur. V. ad 3, 2, 10. c. 7, 1. 9, 30, 2. 10, 9, 4. et aliis locis. Similiter *quod* et *qui*. V. ad 2, 35, 5. 3, 50, 15. c. 58, 7. c. 64, 8. 4, 29, 5. c. 53, 5. 6, 6, 14. 7, 41, 8. 10, 3, 7. c. 9, 6. c. 35, 10. 22, 14, 23. et passim. Vide etiam Cort. ad Plinii 5. Ep. 6, 1. Posset autem placere lectio cod. Mog. a Modio producta. *Edere* enim eo sensu saepius apud Livium obcurrit. 34, 40. *His condit ionibus, quae ex scripto paucis ante diebus editae erant, induciae fierent.* 44, 37. *Editu hora luna quum defecisset.* V. ad 1, 18, 2. Praefero tamen vulgatam scripturam. Reddit Livius illa Polyb. Exc. Leg. num. 23. *Φάσκων, τῆς τε τῶν Λαμψακηνῶν καὶ Σμυρναίων, ἔτι δὲ τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐκχωρεῖν τὸν Ἀντίοχον· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν, ὅσαι τυγχάνουσιν ῥηρημέναι τὰ Ῥωμαίων.*

§. 4. *Inpensae quoque, in bellum factae, partem dimidiam regem praestiturum*] Libri omnes *regem praestaturum*. GEBHARD. Similiter Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. Sigonio priores. Vide ad c. 25, 2. Praeterea *in bello factae* Lov. 6. et Harl. Male. Similiter enim mox hoc cap. §. 8. *Inpensam, quae in bellum facta esset, omnem praestare regem, aequum cen-*

Digitized by Google

cordiae caussa, regem passurum. Ea, quae legato magna ad pacem impetrandam videbantur, parva Romanis visa. Nam, *et inpensam, quae in bellum facta* 8
esset, omnem praestare regem, aequum censebant, 9
cujus culpa bellum excitatum esset; et, non Ionia modo atque Aeolide deduci debere praesidia regia: sed, 10
sicut Graecia omnis liberata esset, ita, quae in Asia sint, omnes liberari urbes. Id aliter fieri non posse, quam ut cis Taurum montem possessione Asiae Antiochus cedat.

XXXVI. Legatus, postquam nihil aequi in consi- 1

sebat. 43, 23, 8. *Inpensam in rem maximi ad omnia momenti faceret.* Vulgatum etiam defendit Polyb. in Exc. Leg. num. 23. *Πρὸς δὲ τούτοις τὴν ἡμισείαν ἀναδέχεσθαι τῆς γεγενημένης ἀυτοῖς δαπάνης εἰς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον.*

§. 5. *Et aliam ne urguerent*] Pal. pr. *et aliena ne urg.* alter, et vet. ed. *et alienam.* GEBH. Culpa recentissimarum. Repone *alienam.* J. FR. GRON. Patientius, quam debuerant, viri docti huic lectioni locum in contextu Liviano concesserunt, praesertim quum Gronovius jam deprehendisset, errorem esse recentissimarum editionum. Certe omnes Grutero priores constanter servant *alienam*: neque aliter est in Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. [Bamb.] *aliena* in Lov. 1. et 2. Recte igitur Crevier. priscam lectionem revocavit.

§. 6. *Parari singula adquirendo facilius potuisse, quam universa teneri*] Et hic Gruteri, sed postrema, editio vim intulit, eliminando voculam, quae in omnibus prioribus, et in Mstis Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et utroque Mead. [Bamb.] exstat: praeferunt enim *Et parari:* quod revocavi. *Impetrari* habet solus Voss. Tum *universa tueri* Lov. 2. et 3. inter versus. V. ad 33, 15, 12. *universa tenuisse et teneri* Gaertn. Paullo ante *Finirent Europae imperium* male Voss. Lov. 1. 5. 6. et Gaertn. *Finire Europae imperium* pejus Lovel. 3.

§. 7. *Partem aliquam abstrahere velint*] Secundam vocem omittunt Lov. 2. et Harl. Tum *extrahere* Lovel. 1. 6. et Voss. Mox *duabus regionibus finiant* Lov. 5. et ed. Camp. *dubiis religionibus finiant* Lov. 1. Vide ad 7, 29, 1. *dubiis finiant*, omissa media voce, Lov. 6. et Gaertn.

§. 8. *Parva Romanis visa. Nam, et inpensam*] *Romanis parva visa sunt* Lov. 6. Dein *τὸ Nam*, quod omittunt omnes nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et odd. antt. primus Aldus ex cod. Mog. adscivit. Mox *regem praestare omnem* Lov. 6. *τὸ omnem* omittit Gaertn.

Digitized by Google

lio impetrare se censebat, privatim (sic enim impe-
ratum erat) P. Scipionis tentare animum est conatus.
2 Omnium primum, filium ei sine pretio redditurum
regem, dixit: deinde, ignarus et animi Scipionis, et
moris Romani, auri pondus ingens est pollicitus, et,
nomine tantum regio excepto, societatem omnis re-
3 gni, si per eum pacem impetrasset. Ad ea Scipio:
Quod Romanos omnes, quod me, ad quem missus
es, ignoras, minus miror; quum te fortunam ejus, a
4 *quo venis, ignorare cernam. Lysimachia tenenda erat,*

§. 9. *Deduci debere praesidia regia*] Verbum *debere* non comparet in Harl. ut omnis oratio pendeat ex praecedenti *aequum censebant*. Quamvis autem reliquorum id servantium consensus indicare videatur, id in uno cod. culpa librarii omissum esse; adtentione tamen haud indignum est, simili modo apud Polyb. in Exc. Leg. num. 23. quem locum hic Livius Latine vertit, omnem orationem referri ad δίκαιον ἐστιν. Verba haec sunt: Ἔδοξε τῷ συνεδρίῳ, τὸν στρατηγὸν ἀποκριθῆναι, διότι τῆς μὲν δαπάνης οὐ τὴν ἡμισείαν, ἀλλὰ πᾶσαν, δίκαιον ἐστιν, Ἀντίοχον ἀποδοῦναι· φῦναι γὰρ τὸν πόλεμον ἐξ ἀρχῆς, οὐ δι' αὐτοὺς, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον. τῶν δὲ πόλεων, μὴ τὰς κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν μόνον ἐλευθέρους, ἀλλὰ πάσης τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου δυναστείας ἐκχωρεῖν. Tum *regia praesidia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. *et sicut* pro *sed sicut* Bamb.] Mox *ita in Asia sint liberatae omnes urbes* Lov. 6.

§. 1. *P. Scipionis tentare animum conatus*] Male hic iterum rem gessit postrema Gruteri editio, omittendo verbum *est:* quod, quum constanter servent omnes scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. antiquiores, eorum omnium auctoritate Livio reddidi. Id tamen si Gruterus omnino ejiciendum censuisset, etiam interpunctionem mutare, atque efficere debuisset, ut oratio ita cohaereret, *legatus*, etc. *Scipionis tentare animum conatus*, *primum omnium* etc. *dixit*, ut lectionem ejus secutus fecit Cl. Crevierius. Verum, quum vulgatam distinctionem servarit, τὸ *est* non de industria, sed casu, vel operarum neglegentia intercidisse existimo. Paullo ante *in concilium* Gaertn. *in concilio* Lov. 5. et editi usque ad Gronov. qui anno 1665. recte *in consilio* dedit. ita enim legunt omnes reliqui codd. eamque lectionem genuinam esse, patet ex illis, quae Gronov. notavit ad 44, 2, 5. Praeterea *impetrari se censebat* Lovel. 3. *impetrasse censebat* Lovel. 6. [*postquam legatus* Bamb.]

§. 2. *Deinde* etc. *auri pondus ingens est pollicitus*] Omnes nostri libri respuunt *est*. GEBH. Exsulat et a Mstis nostris, [Bamb.] ac primis edd. Adjecit deinde Aldus. Praeterea *inde*, pro *deinde*, Lov. 1. V. ad 36, 24, 10.

Digitized by Google

ne Chersonesum intraremus; aut ad Hellespontum obsistendum, ne in Asiam trajiceremus: si pacem tamquam ab sollicitis de belli eventu petituri eratis. Con- 5
cesso vero in Asiam transitu, et non solum frenis, sed etiam jugo accepto, quae disceptatio ex aequo, quum imperium patiendum sit, relicta est? Ego ex munifi- 6
centia regia maximum donum filium habebo: aliis, Deos precor, ne umquam fortuna egeat mea; animus certe non egebit. Pro tanto in me munere gratum me 7
esse in se sentiet, si privatam gratiam pro privato be-

Mox *tantum* non adparet in Harlej.

§. 4. *Si pacem tamquam ab sollicitis de belli eventu petituri eratis*] Pall. *si pacem ab sollicitis.* GEBH. Similiter Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. [Bamb.] *si pacem a sollicitis* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. principes. *si pacem et sollicitis* Voss. *si pacem tamquam a sollicitis* Aldus ex cod. Mog. admisit; Gronov. demum *ab sollicitis* dedit. Paullo ante *aut Hellespontum obsistendum* Voss. et Gaertn. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *aut ad Hellespontum obsidendum* Lov. 6. a m. 1. *aut Hellespontum obsidendum* a m. 2. Et ita Lov. 3.

§. 5. *Et non solum frenis, sed etiam jugo accepto*] Plutarchus aliter in Apophth. [p. 196.] *non solum freno, sed etiam sessore.* allusit autem ad apologum equi, de quo Aristoteles lib. 2. Rhetor. [20.] Plutarchus autem sic: *ἔδει πρότερον, εἶπεν, ἀλλὰ μὴ νῦν. ὁπότε καὶ τὸν χαλινὸν, καὶ τὸν ἀναβάτην προσδέδεξαι.* SIGON. Conon Narrat. 42. auctor est, Stesichorum hanc fabulam narrasse Himeraeis adversus Gelonem; Aristoteles 2. Rhetor. 20. adversus Phalaridem. V. interpretes Phaedri 4. Fab. 3. DUK. Polyb. quem Plut. imitatus videtur in Exc. Leg. num. 23. *Προσδεξάμενος οὐ μόνον τὸν χαλινὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀναβάτην.* Voculam *et* neglexerunt Voss. Lov. 6. et Gaertn. Mox §. seq. *Ego munificentia regia*, omissa praepositione, Voss. et Lov. 4. Deinde *filium habeo* Voss. Lov. 6. et Gaertn. quomodo quum etiam Tarvis. utraque, Venetae, pluresque aliae edd. exhibuissent, Aldus ex cod. Mog. principum excusorum lectionem *habebo*, quae etiam in reliquis scriptis superest, revocavit.

§. 7. *Desiderabit. publice nec habebo quidquam ab illo, nec dabo*] Libri omnes *sed publice nec habebo quidquam ab illo.* GEBH. *desiderat. sed publici* Lov. 2. Harl. Mead. 1. *desiderat. sed publice* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. primae, donec Aldus *desiderabit. sed publice* ex cod. Mog. reciperet. Frob. demum anno 1535. *desiderabit. publice* dedit. [*publici* Bamb.] Insuper *habeo* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum. Tum *ab illo* exsulat a Mead. 2. Paullo ante *Pro tanto munere*,

Digitized by Google

neficio desiderabit. publice nec habe[b]o quidquam ab
8 *illo, nec dabo. Quod in praesentia dare possim, fi-*
dele consilium est. Abi, nuncia meis verbis, bello ab-
9 *sistat, pacis' conditionem nullam recuset.* Nihil ea moverunt regem, tutam fore belli aleam ratum, quando perinde ac victo jam sibi leges dicerentur. omissa igitur in praesentia mentione pacis, totam curam in belli adparatum intendit.

1 XXXVII. Consul, omnibus praeparatis ad proposita exsequenda, quum ex stativis movisset, Dardanum primum, deinde Rhoeteum, utraque civitate

mediis omissis, Mead. 1. Praeterea *gratum me in se esse* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *gratum in se me esse* Gaertn. *gratum in se esse* Lovel. 3. [Bamb.]

§. 8. *Quod in praesentia dare possim, fidele consilium est. Abi, nuncia meis verbis*] *dare possum* Lov. 2. Harl. et Gaertn. Tum *Abnuncia meis verbis* Voss. *Annuncia meis verbis* Lov. 6. *Annuat meis verbis* Mead. 2. *Abnuat meis verbis* Lov. 1. [*est* omittit Bamb. neque minus v. *abi, nuncia* vacuo tamen spatio relicto.]

§. 9. *Tutam fore bellis Asiam ratum*] Syncera lectio *tutam fore belli aleam ratum.* GELEN. Praeclare ita emendavit Gelenius. Monstrose vet. ed. *curam fore bellis Asiam tatum.* Pall. *tutam fore bellis Asiam ratum.* GEBH. *curam fore bellis Asiam tatum*, ut Gebh. in ed. Camp. invenit, apud me superest in perpetuo ejus adsecla Lov. 5. *tutum fore bellis ratum* Harl. *tutam fore belli Asyam ratum* Lov. 1. 3. et Voss. *tutam fore bellis Asiam ratum* Lov. 2. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Veram lectionem restituit Gelenius. Supra 1, 23, 9. *In dubiam imperii servitiique aleam imus.* 31, 35, 1. *Tam celerem aleam universi certaminis timens* 40, 21, 6. *Duos simul filios non commissurum in aleam ejus casus.* 42, 50, 2. *In aleam tanti casus se regnumque daret.* c. 59, 9. *Summam rerum temere in non necessariam aleam daret.* Vide Casaub. ad Suet. Caes. 32. Mox *peridem*, pro *perinde*, Voss. Sed *idē*, sive *idem*, et *īde*, sive *inde*, saepissime a librariis commutata fuisse in Mstis, vidimus ad 1, 19, 7. et 31, 38, 9. Mox *in belli adparatum tendit* Lov. 1. Sed primam syllabam verbi *intendit* elisit litera ultima vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6.

§. 1. *Deinde Rhoeteum, utraque civitate obviam effusa, venit*] Pall. *deinde Droetheum utramque civitatem obviam effusam venit.* Superius iidem Pall. *e stativis.* GEBH. *dein Droetheum* Voss. et Lovel. 4. *deinde Droetheum* Mead. 2. *deinde Drotheum* Lov. 2. et Harl. *deinde*

Digitized by Google

obviam effusa, venit. inde Ilium processit, castrisque 2
in campo, qui est subjectus moenibus, positis, in urbem arcemque quum escendisset, sacrificavit Minervae praesidi arcis; et Iliensibus in omni rerum ver- 3
borumque honore ab se oriundos Romanos praeferentibus, et Romanis laetis origine sua. inde profecti sextis castris ad caput Caïci amnis pervenerunt. Eo et Eumenes rex, conatus primo ab Hellesponto 4
reducere classem in hiberna Elaeam, adversis deinde ventis quum aliquot diebus superare Lecton promontorium non potuisset, in terram egressus, ne deesset

Doroteum Lov. 3. *deinde Doroetheum* Lov. 6. *deinde Dorheum* Mead. 1. *deindidetheum* Lov. 1. V. ad 38, 39, 10. Insuper *utraque civitate obviam effusam* Voss. *utramque civitatem obviam effusam* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertner. Paullo ante τὸ *primum* exsulat a Gaertn.

§. 2. *In urbem arcemque quum ascendisset*] Omnes mei in vulgatum consentiunt, excepto tamen Lovel. 4. [Bamb.] in quo *escendisset* inveni. Vide ad 35, 43, 3. [*qui est objectus moenibus* Bamb.]

§. 3. *In omni rerum verborumque honore*] Alibi praepositionem omittit. 25, 17, 5. *Ipso Annibale omni rerum verborumque honore exsequias celebrante.* Et 28, 4, 2. *Quum, quando poterat verborum honore, Carthagini ab se captae captam ab eo Oringin aequasset.* DUKER. Elegantius fore, si τὸ *in* abesset, judicat Crevierius. Sed omnes nostri praepositionem servant: Livium autem interdum praepositionem hanc addidisse, ubi plerumque omitti solet, vidimus ad 1, 52, 2. et c. 57, 1. Praeterea *in novo r. v. honore* Voss. Harl. et Gaertn. *in novum r. v. honorem* Lov. 1. et 6. *in omnium rerum v. honore* Lov. 3. Mox *profectus* etc. *pervenerunt* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *profectus* etc. *pervenit* Lov. 6. *profectis* etc. *pervenit* Lov. 1.

§. 4. *Eo et Eumenes rex, conatus primo ab Hellesponto reducere classem*] Pall. et Vet. ed. *Eo omnes et Eumenes rex primo conatur* etc. *adversis deinde ventis cum aliquot deinde diebus superare recto in promontorium non potuisset.* GEBHARD. *Eo omnes et Eumenes rex* Lov. 4. 6. Harl. et Mead. 2. *Eo et omnes Eumenes rex* Lov. 2. Mead. 1. [Bamb.] *Eo omnem et rex Eumenes* Lov. 1. *Eo omnis et rex Eumenes* Gaertn. *Eo et omnes rex Eumenes* Lov. 3. *Eo et omnis rex Eumenes* Voss. *Eo et omnes et rex Eumenes* Lov. 5. et edd. principes. *Eo et rex Eumenes* Frob. anni 1531. *Eo et Eumenes rex* Frob. anni 1535. Si ex Mogunt. cod. non adversor: sin, vide, num vestigia codicum exigant, ut legamus

Digitized by Google

principiis rerum, qua proximum fuit, in castra Ro-
5 mana cum parva manu contendit. Ex castris Pergamum remissus ad commeatus expediendos, tradito frumento, quibus jusserat consul, in eadem stativa rediit. inde, plurium dierum praeparatis cibariis, consilium erat ire ad hostem, priusquam hiems ob-
6 primeret. Regia castra circa Thyatira erant: ibi quum audisset Antiochus, P. Scipionem aegrum Elaeam delatum, legatos, qui filium ad eum reducerent, misit.

Eo et, omissis rebus, Eumenes conatus. Ita 3, 46, 9. *Omissis rebus aliis prae unius cura.* ubi quaedam dixi. 28, 7, 10. *Omissis rebus atque Aetolico bello, in Asiam trajecit.* ubi v. Gronov. 45, 28, 8. *Omnibus aliis omissis, Apolloniam ad eos pergit.* Front. 1, 4, 13. *Ut sequeretur omnibus omissis.* ubi vide Tennul. Similiter *relictis rebus* 37, 53, 17. *Relictis rebus meis, tota classe ad Hellespontum L. Scipioni consuli vestro obcurri.* Etiam *omnibus relictis rebus* Plaut. Cistell. 1, 1, 6. Ter. in Eun. 1, 2, 86. et Caes. 3. B. Civ. 102. Deinde *primo conatus* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamberg.] Tum *retinere classem* Mead. 1.

Adversis deinde ventis quum aliquot diebus superare Lecton promontorium] *adversis Dei ventis quum aliquot deinde diebus* Voss. *adversis inde ventis quum aliquot deinde diebus* Harl. *adversis dein ventis quum aliquot deinde diebus* Lov. 1. *adversis deinde ventis quum aliquot deinde diebus* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *adversis ventis quum aliquot deinde diebus* Lov. 5. et edd. vett. [*aliquod deinde diebus* Bamb.] Quum autem Moguntini se in cod. suo *adversis deinde ventis* invenisse monuissent, nihilque de voce *deinde*, quae verbis proximis obcurrebat, addidissent, ea tamen expuncta Aldus inde effinxit, quod nunc vulgo editur. Dein *superare vento in prom.* Lov. 5. Harl. et priscae edd. *superare recto in prom.* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo. *superare Rhenteum prom.* Mead. 1. in margine. *superare Retheum prom.* Lov. 2. et Gaertn. *superare recteum prom.* Lovel. 6. [*Lecto* Bamb.] Lectionem, quae nunc circumfertur, Aldus ex cod. Mog. recepit. Et recte. *Lecton* enim notissimum hujus orae promontorium est, quod ab Hellesponto Elaeam navigantibus superandum erat. Vide Cellarii Geogr. ant. 3, 3, 34. Mox *quia proximum fuit* Voss. V. ad 40, 29, 8. *qua proxima fuit* Harl. Tria vocabula *in castra Romana* desunt in Lovel. 3. tria sequentia *cum parva manu* in Lovel. 1. [*cum* deest in Bamb.]

§. 5. *Inde, plurium dierum praeparatis cibariis*] Pall. alter *inde praeparatis plurimorum dierum cibariis.* GEBH. *plurimum dierum* Lov. 1. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Ita etiam libros variasse, vidimus ad 4, 35, 2. et c. 38, 4.

Digitized by Google

Non solum animo patrio gratum munus, sed corporî 7
quoque salubre gaudium fuit: satiatusque tandem 8
complexu filii, *Renunciate*, inquit, *gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quam ut suadeam, ne ante in aciem descendat, quam ut in castra me redisse audierit.* Quamquam sexaginta 9
duo millia peditum, plus duodecim millia equitum animos interdum ad spem certaminis faciebant; motus tamen Antiochus tanti auctoritate viri, in quo

§. 6. *Ibi quum audisset Antiochus*, etc. *legatos, qui filium ad eum reducerent, misit*] Habent libri *ubi cum audisset Antiochus* etc. *legatos, qui filium reducerent, misit.* GEBH. *ubi quum audisset* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et cod. Mog. Passim has voculas in Mstis commutari, dictum est ad 27, 5, 2. Hinc voces *ad eum* desunt in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambobus. *ducerent* legit Lovel. 6. Paullo ante *circa Thyatiram* Voss. Lov. 2. 3. et Mead. 1. *Tyadiram* Lov. 1. *Tradiram* Lov. 6. [*Tratiram* Bamb.] *Tiaridam* Mead. 2. Vide ad c. 44, 4.

§. 7. *Non solum animo patrio gratum munus*] *Non animo solum patrio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. §. 8. *aliam gratiam* idem.]

§. 8. *Ne ante in aciem descendat*] Pall. *non ante in aciem descendat.* GEBH. Similiter Lovel. 2. 4. et Harl. *Τὸ ne* deest in Lov. 1. et 3. *in aciem ante non descendat* Gaertn. *ante in aciem non descendat* Voss. Lov. 5. 6. et edd. ante Aldum, qui vulgatum ex cod. Mog. recepit.

Quam ut in castra me redisse audierit] Superfluum *ut* tollendum existimo. J. FR. GRON. Est sane superfluum. Forsitan tamen eodem modo dici potest, quo *prius, citius*, et *potius quam ut.* 26, 26, 7. *Non passurum quidquam prius agi, quam ut Siculi in senatum introducantur.* 35, 31, 16. *In corpora sua citius per furorem saevituros, quam ut Romanam amicitiam violarent.* 9, 14, 7. *Potius, quaecumque casus ferat, passuros, quam ut sprevisse pacis auctores Tarentinos videantur.* Sic 6, 28, 8. 33, 13, 3. et saepe alibi. In his enim aeque superfluum videri potest *ut*; eoque magis, quod non raro in iisdem omittitur. 5, 24, 9. *Ut morituros se citius dicerent in conspectu populi Romani, quam quidquam earum rerum rogaretur.* 24, 3, 12. *Morituros se affirmabant citius*, etc. *quam verterentur.* 4, 2, 10. *Quamlibet dimicationem subituros fuisse potius, quam eas leges sibi imponi paterentur.* Et 7, 18, 6. DUK. Gronovii emendationem probarunt Cl. Oudend. ad Front. 1, 1, 4. et Crevierius h. l. cui *τὸ ut* natum videtur ex proximo praecedenti *quam ut suadeam.* Attamen voculam *ut* consensu tuentur omnes scripti; [Bamb. *ut* omittit.] quam etiam servari posse existimat Cl. Jac. Perizon.

Digitized by Google

ad incertos belli eventus omnis fortunae posuerat subsidia, recepit se, transgressus Phrygium amnem, circaque Magnesiam, quae ad Sipylum est, posuit
10 castra: et, ne, si extrahere tempus vellet, munimenta Romani tentarent, fossam sex cubita altam, duodecim latam quum duxisset, extra duplex vallum fos-
11 sae circumdedit: interiore labro murum cum turri-

in margine Livii, modo pro *ubi*, vel *postquam* positum accipiamus.

§. 9. *Septuaginta millia peditum, plus duodecim millia equitum*] MS. *sexaginta duo milia peditum*. MOD. Quae vulgo exstitit lectio, in nullo obvia fuit vel scripto, vel edito antiquiore; sed demum adparuit in ed. Paris. anni 1573. Priores, cum omnibus scriptis meis, et Hearnii L. 1. ac N. praeferunt *sexaginta millia*. An, qui scripturam priscam mutavit, ad id inductus est loco App. in B. Syr. 107? *Ἀντιόχῳ δ' ἦν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι*. Verum sub eo numero App. equites comprehendit, unde *ὁ στρατὸς ΑΠΛΑΣ* dicit: at Livius equites singulatim numerat. Codicis igitur Mog. lectionem recepi; quam, aut certe quae exstat in reliquis codd. veriorem puto. Mox voces *animos interdum* desunt in Harl. quas librarii culpa omissas puto; licet, iis omissis, *ad spem certaminis faciebant* eodem sensu accipi posse videatur, quo *facere ad aliquid*, vel *alicui*, pro alicui favere, vel convenire, saepius Ovidius dixit. Vide Nic. Heins. ad Ovid. 2. Her. 39.

Omnia fortunae posuerat subsidia] Syncera lectio *omnis fortunae*. GELEN. Consentiunt multi meorum et edd. vett. *omnia* primum obcurrit in Mediol. anni 1505. hinc in Asc. anni 1513. tum in reliquis. at *omnis fortuna* perperam praeferunt Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *potuerat* haud melius Lov. sex, Harl. et Mead. ambo.

Recepit se, transgressus Phrygium amnem, circaque Magnesiam etc.] Appianus [B. Syr. 106.] ita: *μετεστρατοπέδευσεν ἀμφὶ τὸ ὄρος τὸ Σίπυλον τεῖχός τε κρατερὸν τῷ στρατοπέδῳ περιετείχισε, καὶ τὸν Φρύγιον ποταμὸν ἐν προβολῇ τοῖς πολεμίοις ἐτίθετο*. SIGON. Satis, opinor, Livio fuit, *trans Phrygium amnem*. J. FR. GRONOV. *recepit transgressus* Mead. 2. [Bamb.] *recepisse se transgressus* Mead. 1. *recepisse transgressus* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. in margine, et edd. principes. Gronovii conjecturam probat Crevierius. sed vulgatum *transgressus Phrygium* tuentur omnes scripti. Tum *circa Magnesiam* Lov. 2. Hinc *quae in Sylipum est* Voss. Vide ad c. 44, 4.

§. 10. *Et ne, dum extrahere tempus vellet*] Syncera lectio *si extrahere tempus*, non *dum extrahere*. GELEN. *et ne distrahere tempus* Lov. 1. [*ne extrahere* Bamb.] *et ne dum distrahere tempus* Voss. Lovel. 6. et Gaertn. *et ne dum extrahere tempus* reliqui codd. Gelenii emendationem recepit Frob. ed.

Digitized by Google

bus crebris objecit; unde facile arceri transitu fossae hostis posset.

XXXVIII. Consul, circa Thyatira regem esse ratus, continuis itineribus quinto die ad Hyrcanum campum descendit. inde quum profectum audisset, secutus vestigia citra Phrygium amnem, quatuor millia ab hoste, posuit castra. Eo mille ferme equites,

anni 1535. et eam secutae aliae servarunt usque ad Gronov. qui, nescio qua de caussa, priorem scripturam revocavit. Verum ita committitur stribligo, qua librariorum incuria toties commissa ipse passim Livium liberavit. V. ad 1, 40, 7. Restitui igitur Gelenii conjecturam, quam firmat cod. Mog. praeferens *et nisi extrahere tempus*. Praeterea τὸ *vellet* abest ab Harl. unde legendum videri posset *et ne, si extraheret tempus*, ultima litera τοῦ *extraheret* repetita ex initio vocis sequentis. Vide ad 23, 8, 9. Quum tamen *vellet* in reliquis codd. exstet, nihil mutari praestabit.

Fossam sex cubitis altam, duodecim latam] Pall. *sex cubita altam*. GEBH. Malim *cubitos*. J. FR. GRON. Jam ante [ad 21, 8, 11.] monuimus ex Thuan. legendum *cubita*. ut c. 40, 12. *longos quaterna cubita*. JAC. GRON. *sex cubitorum altam* Lov. 2. et 6. *sex cubitos*, ut J. Fr. Gronov. conjecit, solus Harl. sed *sex cubita* Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. quod tot codicum fide recepi. Infra cap. 41. *Cuspides circa temonem, ab jugo decem cubita exstantes, velut cornua habebant*. Voces *duodecim latam* desunt in Lov. 1. Mox *et duplex vallum*, pro *extra duplex* Gaertn.

§. 1. *Quinto die ad Hyrcanum campum descendit*] Vet. ed. *Hyrcamum*. Pall. *Hyrcaneum*. GEBH. *ad Irthanum campum* Voss. *ad Rhetanum campum* Gaertn. *ad Hyrcamum campum* Lov. 5. *ad Hyrcaneum campum* Lov. 4. et Mead. 2. An forte legendum *ad Hyrcanium campum*? Certe Ὑρκάνιον πεδίον vocatur Straboni 13, 629. et Steph. Byz. voce Ὑρκανία. *Hyrcanum campum* alio nomine *Hieran comen* vocari, conjicit Doujatius. Verum ex hoc loco, juncto cap. praecedenti, patet, Hyrcanum campum inter Caïci amnis caput et Thyatira esse: at Hieran comen ad sinistram ripam Maeandri fuisse, colligitur ex Liv. 38, 12, 9. *Transgressi Maeandrum ad Hieran comen venerunt*. Sat magnum igitur locorum spatium pluresque fluvii, et in his celeberrimi Hermus, in Hermum incidens Pactolus, Caystrus, et Maeander inter Hyrcanum campum et Hieran comen medii fuerunt. Paullo ante *circa Tradiram* Lovel. 6. *circa Tiaridam* Mead. 2. *circa Tyacuram* Lov. 1. *circa Ciatiram* Lov. 4. *circa Thyatiram* Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. vett. Vide ad cap. 44, 4.

§. 3. *Maxima pars Gallograeci erant, et Dacae quidam*] *Daae* legendum puto absque c. Sunt autem Medis vicini ad mare

Digitized by Google

(maxima pars Gallograeci erant, et Dahae quidam, aliarumque gentium sagittarii equites intermixti) tumultuose amne trajecto, in ſtationes inpetum fece-
4 runt. Primo turbaverunt incompositos. deinde, quum longius certamen fieret, Romanorum, ex propinquis caſtris facili subsidio, cresceret numerus, regii, feſſi jam et plures non suſtinentes, recipere se conati, circa ripam amnis, priusquam flumen ingrederen-
5 tur, ab inſtantibus tergo aliquot interfecti sunt. Bi-

Caspium, ut lib. 35, [48.] annotavimus. Ceterum *Thyatira* apud Strab. lib. 14, [646.] plurali numero profertur, hic singulariter, si codex non errat. *Campi* vero *Hyrcani* idem Strabo meminit lib. 13. ad finem, aïtque a Persis ita nominatum. *Phrygium* denique *amnem* olim Hyllum dictum, et Hermum influere, ut Pactolum, idem author eſt. Hylli meminit etiam Homerus Iliados 20. lib. [392.] et Herodotus lib. 1. quanquam in Herodoto menda eſt, etiam in Graecis codicibus, Ἕλλος pro Ὕλλος. Haec ad authorum codices emendandos obiter diximus, non enim scribimus commentarium. GLAR. *Dachi* Lov. 2. et Harl. *Daae* Mead. 1. *Dachae* idem in margine, cum Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. *Dahae* Lov. 5. et ed. Camp. *Dacae* Gaertn. et reliquae pleraeque edd. ante Frob. anni 1535. V. ad 35, 48, 5.

Aliarumque gentium sagittarii equiti intermixti] Non *sagittarii equiti intermisti* legendum, sed *sagittarii equites*. GELEN. Consentiunt tantum non omnes noſtri. Mox *amni trajecto* Lov. 4. et 6. V. ad 32, 10, 8. Ceteri tamen vulgatum tuentur.

§. 4. *Romanorum ex propinquo castris facile subsidio cresceret numerus*] Non legendum *ex propinquo castris facile*, sed *ex propinquis castris facili subsidio*. GELEN. Ego adjicerem ad *Romanorum* conjunctionem *que* propter verbum *cresceret*, quod sequitur, meliusque conſtabit Latinitas. Sed hoc minutum. Poteſt tamen et ἀσύνδετον eſſe, ut saepius apud hunc authorem. GLAR. Si displicet ἀσύνδετον, commode ex conjectura legi posset *et Romanorum*, ut copula intercepta sit a verbi praecedentis literis ultimis. V. ad 39, 18, 8. Similiter conjecit Cl. Dukerus, quem ἀυσύνδετον minus obſenderet, si tria periodi membra essent. Attamen *Romanorumque*, ut Glareanus conjecit, Lovel. 3. Ceterum *ex propinquo castris facile subsidio*, quod recte Gelenius hinc expulit, supereſt in Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. utroque Mead. et Gaertn. [Bamb.] *ex propinquis castris facile subsidio* in Lov. 5. et 6. Mox *plures non subsistentes* Lov. 2. V. ad 9, 31, 6. Similiter variant librarii 27, 7, 3. Vocula *non* deeſt in Harl.

Ab instantibus tergo aliquot interfecti sunt] Pall. *aliqui interfecti*. GEBH. V. ad 32, 10, 12. Sed meorum nullus concinit. Paullo ante *circa ripam flumi-*

Digitized by Google

duum deinde silentium fuit, neutris transgredientibus amnem. tertio post die Romani simul omnes transgressi sunt, et duo millia fere et quingentos passus ab hoste posuerunt castra. Metantibus et mu- 6
niendo occupatis, tria millia delecta equitum peditumque regiorum magno terrore ac tumultu advenere. aliquanto pauciores, qui in statione erant, duo 7
tamen millia, per se, nullo a munimento castrorum milite avocato, et primo aequum proelium sustinuere,

nis priusquam amnem ingrederentur Gaertn.

§. 5. *Tertio post die Romani simul omnes transgressi sunt, et duo millia ferme*] *tertio die priùs Romani* Lov. 2. *tertio die post Romani* Harl. et Mead. 1. Sed nihil interest. *Paucis post diebus* infra est 42, 37, et 44, 1. *diebus post paucis*, 37, 12. contra *post paucis diebus*. V. ad 2, 31, 4. Tum *omnes simul sunt transgressi* Gaertner. Hinc *τὸ ferme* neglegit Harl. *fere* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. codex Mog. et Hearnii L. 1. quod, quamvis tantumdem sit, ob codicum tamen auctoritatem praetuli. Passim *fere*, sive *ferme*, et *fere* commutantur. Exempla v. ad 1, 3, 4. c. 24, 1. 8, 19, 9. c. 24, 6. 10, 13, 14. c. 25, 1. c. 27, 1. c. 29, 12. 22, 44, 1. 23, 38, 5. 25, 9, 2. 26, 46, 8. 29, 34, 15. 31, 36, 6. 34, 25, 4. et passim [*Biduum* omittit Bamb.]

§. 7. *Aliquanto pauciores in statione erant. duo tamen millia per se*] Legendum *et tamen per se*, non *duo tamen millia per se*. GELEN. Si *tantum pro tamen* legeretur, explicatior mihi videretur sensus. Et facilis est error in abbreviationibus *tantum* et *tamen*, quae utinam non essent, aut non pejores his, ut *prius* pro *primus* ac *patrius*, quem non decepit? Quidam *duo millia* sustulerunt, et locum sic legunt, *et tamen per se* etc. GLAR. Haec omnia sunt aliquarum manuum, non Livii. Ex Mog. et Voss. pro illis *et tamen* video enotatum *duo millia*. Thuanaeus vero *pauciores quam in statione erant duo tamen millia per se*, etc. Unde videtur sequi *aliquanto pauciores, qui in statione erant, duo tantum millia per se*, etc. JAC. GRON. Quod priscae praeferunt edd. et Gelenii emendationem secutus Frob. anno 1535. ex contextu Livii ejecit, praeferunt Lov. 2. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. *aliquanto pauciores, qui in statione erant, duum tamen mille per se* Lov. 6. *aliquanto pauciores, qui in statione erant, duo tamen millia, per se* Voss. Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. Neque aliter Victor. Crevierii, qui Gronovii conjecturam non tantum probavit, verum et in contextum recepit. Sane *tn̄ et tm̄*, sive *tamen* et *tantum*, innumeris locis in Mstis commutari, vidimus ad 9, 12, 6. Nulla tamen priorum edd. hinc *tantum* exhibuit, neque id Gelenius dixit. Cl. enim Crevierio, qui id adfirmavit, imposuerunt typographi, qui in edd. Modiana, et Gruterianis

Digitized by Google

et, crescente certamine, pepulerunt hostes, centum
8 ex his occisis, centum ferme captis. Per quatriduum
insequens instructae utrimque acies pro vallo stetere.
quinto die Romani processere in medium campi.
9 Antiochus nihil promovit signa, ita ut extremi minus mille pedes a vallo abessent.

1 XXXIX. Consul, postquam detrectari certamen vidit, postero die in consilium advocavit, *Quid sibi faciendum esset, si Antiochi pugnandi copiam non*
2 *faceret? Instare hiemem. aut sub pellibus habendos milites fore, aut, si concedere in hiberna vellent, dif-*
3 *ferendum esse in aestatem bellum.* Nullum umquam

aberrantes ita vulgarunt. Gelenii adnotationem ex prioribus edd. hic emendatiorem edidi. Neque etiam ex Mog. eod. ad haec verba aliquid notatur. Gronovius autem, qui id credidit, cum his confudit, quae supra §. 5. obcurrunt *duo millia fere.*

Nullo a munimento castrorum milite avocato] Praepositio *a* exsulat a Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harlej. utroque Mead. et Gaertn. [Bamb.] Sed, praepositionem hanc in regimine verbi cum ea compositi repeti, vidimus ad c. 26, 5. Praeterea *advocato* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. *advocato a munimento* autem, nempe ad opem ferendam, eodem exemplo dictum videri posset, quo illa, de quibus egi ad 36, 40, 3. Quum tamen reliqui nihil mutent, *advocato* tribuere malo errori scribarum, qui ita saepissime lapsi sunt, ut monui ad 1, 6, 1.

§. 8. *Processere in medium campi*] MS. *processere in medium campum.* MOD. Malo vulgatum *in medium campi,* quam cod. Mog. lectionem *in medium campum:* similiter enim mox cap. seq. *Signa in medium campi prolata.* V. ad 27, 2, 9. Tum *processerunt* Lovel. 2. et Harl. Mox §. seq. *minus mille passus* Lov. 6. Praeterea *ab vallo abessent* Voss. et Gaertn.

§. 1. *Detrectari certamen vidit*] *detractari* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Similiter mox §. 6. V. ad 34, 15, 9. Mox §. seq. *contendere in hiberna* Lovel. 3. et 6. Alibi haec verba confuderunt librarii. V. ad 2, 22, 1. 8, 3, 1. 31, 24, 2. 37, 44, 5. Tum *vellet* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et eaedem edd. [*fore deest* Bamb.]

§. 3. *Conclamatum undique est, duceret extemplo, et uteretur*] *Tò est* non adparet in Harl. Tum *ut uteretur* Lov. 1. 2. 3. 6. et Voss. Deinde §. seq. *par numerus pecudum* Harl. Eaedem voces commutantur etiam supra 2, 64, 3. 9, 31, 16. 29, 31, 9. et alibi. Hinc *per foveas, per vallum*

Digitized by Google

hostem Romani aeque contemserunt. conclamatum undique est, *duceret extemplo, et uteretur ardore militum:* qui, tamquam non pugnandum cum tot milli- 4
bus hostium, sed par numerus pecorum trucidandus esset, per fossas, per vallum castra invadere parati erant, si in proelium hostis non exiret. Cn. Domi- 5
tius, ad explorandum iter, et qua parte adire vallum hostium posset, missus, postquam omnia certa retulit, postero die propius castra admoveri placuit. tertio signa in medium campi prolata, et instrui acies coepta est. Nec Antiochus ultra tergiversandum ra- 6
tus, ne et suorum animos minueret detrectando cer-

Lov. 2. et Harl. Insuper *hostes non exirent* Lov. 3. V. ad 5, 50, 2. [*sic in proelium* Bamb.]

§. 5. *Cn. Domitius ad explorandum iter*] *Γάϊον Δομίτιον* hunc appellat Plutarchus in Apophthegmatis [pag. 197.] Sic enim inquit: *Γάϊος Δομίτιος, ὃν Σκιπίων ὁ μέγας ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ ἀδελφῷ Λευκίῳ προκατέστησεν ἐν τῷ πρὸς Ἀντίοχον πολέμῳ.* SIGON. Hoc errori scribarum tribui potest. Xylander ibi in interpretatione Latina recte habet *Cn. Domitius*, quod deinde alii quoque secuti sunt, etsi in Graecis retinuerunt *Γάϊος*. DUKER. *Domitius M.* Voss. *Domitius tam* Lov. 1. *C. Domitius* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. Solent haec praenomina a scribis commisceri. Vide ad 7, 3, 3. Hic vero vulgatum, quod constanter reliqui codd. servant, praeferendum est. Rationem dedi supra ad 10, 9, 12. Et *Cnaeus* etiam vocatur Appiano in B. Syr. pag. 106. *Ὁ μὲν δὴ Πούπλιος, ταῦτα εἰπὼν ἐς Ἑλλάδα νοσηλευόμενος ὑπεχώρει, σύμβουλον τῷ ἀδελφῷ Γναῖον Δομίτιον καταλιπών.* Et quidem intelligi videtur Cn. Domitius Ahenobarbus, qui biennio ante consul creatus Bojos ad deditionem adegit. Vide 35, 10. et 40. anno autem proximo, dimisso exercitu, ex provincia Romam decessit. Vide 36, 37. unde eum verisimiliter Scipio hoc anno in Asiam adduxit. Certe consularem, non minoris dignitatis fuisse, puto, quem P. Scipio aegrotans fratri consuli *σύμβουλον* dedit, sive, ut Plut. loco, quem Sigon. laudavit, inquit, *ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ ἀδελφῷ Λευκίῳ προκατέστησεν.* Mox *adire vallum* Gaertn. *adoriri vallum* Lov. 3. Tum *potuisset* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertner. [*hostium vallum*. mox *admoveri castra* Bamb.]

§. 6. *Tantum progressus e castris, ut dimicaturum adpareret*] Ita editio major Cl. Jac. Gronovii, sed, ut puto, per errorem operarum: *a castris* enim, ut edd. priores, omnesque scripti habuerunt, exhibet ed. ejus minor. Clericus, qui se ante omnia operam daturum promi-

Digitized by Google

tamen, et hostium spem augeret, et ipse copias eduxit; tantum progressus a castris, ut dimicaturum ad-
7 pareret. Romana acies unius prope formae fuit, et hominum et armorum genere. duae legiones Romanae, duae sociûm ac Latini nominis erant: quina
8 millia et quadringenos singulae habebant. Romani mediam aciem, cornua Latini tenuerunt: hastatorum pri-

serat, ut Livius ad J. Fr. Gronovii mentem quam adcuratissime ederetur, hic non tantum eum, nihil monito lectore, deseruit; sed etiam errorem, qui ed. Jac. Gronovii obsedit religiose expressit. Praeterea *ubi dimicaturus appareret* Lov. 1. *ut dimicaturus appareret* Lov. 3. *ut et dimicaturum appareret* Lov. 5. et edd. vett. Sed voculam *et*, quam Ascens. anno 1510. omiserat, sed triennio post restituerat, Moguntini fide cod. sui iterum sustulerunt. Paullo ante *ultro tergiversandum* Gaertner. V. ad 30, 16, 3. *ultra tergiversari* Lov. 3. Tum *detractando certamen* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Vide ad §. 1.

§. 7. *Duae legiones Romanae, duae sociûm ac Latini nominis erant*] Aliarum gentium, quam Romanorum, *legiones* memorari, dudum viri docti monuerunt. V. ad 10, 15, 2. et Ciaccon. ad Duilii columnam rostratam. Nondum tamen notavi, *sociorum nominis Latini*, qui exercitui Romano jungebantur, *legiones* memorari. Adsentior itaque Cl. Crevierio *duae alae sociûm* legenti.

Quina millia et quadragenos singulae habebant] *quadringenos* legendum puto: quamquam non me fugit, legiones non semper aequalem militum habuisse numerum, ut in librum 7, [25, 8.] diximus. Id tamen certum est: nusquam tam parvum numerum milliaribus legionum adjectum. Aut enim *ducentos*, aut, *trecentos*, aut *quadringentos*, aut plures reperias: *quadragenos* non reperias, certum habeo. GLAR. Dispositio aciei et loca, quae pedites equitesque in ea tenuerunt, satis ostendunt, hoc de peditibus eorumque numero in legione accipiendum esse, ac dici, singulas legiones *quinûm millium et quadringenorum peditum* fuisse. Sed hoc sine exemplo esse credo. Livius 42, 31. scribit, veteris instituti fuisse, ut *quina millia et duceni pedites* (ita recte emendarunt viri docti pro *equites*) in singulas legiones darentur. Et hic numerus est 40, 1. 18. et aliis locis, a Perizonio ad 42, 31. adnotatis: quibus adde 40, 36. et quae ad 22, 36. dicta sunt. Itaque vix dubito, quin hic locus laboret vitio, ex notis numerorum orto, et *ducenos* pro *quadringenos* scribendum sit. Hoc quoque dubitationem aliquam habere potest, quid sit, quod parem Romanorum et sociorum peditum numerum memorat; quum certum sit, et hoc tempore, et antea longe majorem sociorum, quam Romano-

Digitized by Google

Equitatus Romanus minus 3000.
Achaei cetrati et Eumenis 3000.
Triballi et Cretenses 500.

. ACIES.

LATINI.

ftati.
cipes.
arii.
ti XVI.

ANTIC

Cyrtaei fundidores
Elymaei sagittarii 4000.

Tarentini Gallograeci equites 2500.
Neocretes 1000.
Cares et Cilices 1500.
Tralles 1500.

Cetrati { Pisidae, Pamphylii, Lycii } 3000.

Elephanti XVI.

Seleucus, Antiochi fil. Antipater, Fratris fil.

Arabes in camelis.
Falcatae quadrigaeei
Gallograeci pedites 1500.
Cappadoces 2000. arii
Auxiliares mixti 2700.
Cataphracti equites 3000.
Equites alii, quam regiam alam vocare videtur, 1000.

Digitized by Google

Digitized by Google

prima signa, deinde principum erant: triarii postremos claudebant. Extra hanc veluti justam aciem, a 9
parte dextera consul Achaeorum caetratis inmixtos auxiliares Eumenis, tria millia ferme peditum, aequata fronte instruxit: ultra eos equitum minus tria millia obposuit; ex quibus Eumenis octingenti, reliquus omnis equitatus Romanus erat: extremos Tralles et 10
Cretenses (quingentorum utrique numerum exple-

rum, militum numerum in exercitibus Romanorum fuisse. Nam vel ipsi Scipioni tria millia peditum Romanorum, quinque millia sociorum, in supplementum decreta fuerant, cap. 2. Credibile est, partem aliquam sociorum in praesidiis quarumdam urbium relictam esse. DUK. *quadrigenos singuli* Lov. 1. *quadrigenas singuli* Voss. et Gaertn. *quadrigenos singulae* Lov. 2. 4. 6. et Mead. ambo. *quadringentos singulae* Lov. 3. Harl. et cod. Mog. *quadragenos singulae* Lov. 5. Adsentior Cl. Dukero, *ducenos*, pro *quadringenos*, legendum, numerumque de solis peditibus intelligendum esse; praeterea partem sociorum quacumque de caussa ab exercitu abfuisse. Mox §. seq. *dein principum erant* Lovel. 4. et Mead. ambo. V. ad 3, 3, 6. *deinde principium erant* Voss. V. ad 21, 2, 4.

§. 9. *Consul Achaeorum caetratis inmixtos auxiliares Eumenis* etc.] Quid sibi hoc *cetratis inmixtos* velit, etiam atque etiam consideret lector. Achaei Eumenis erant auxiliares, mille pedites, ac centum equites, ut supra [cap. 20.] habitum est. Cetrati igitur Pergamenses erant, qui numerum trium millium explebant. Sed omnino verborum contextus claudicat, meo quidem judicatu. GLAR. Glareanus hunc locum ut obscurum notavit, idemque Achaeos auxiliares et cetratos Pergamenos interpretatur, quo sensu nullus foedior esse potest: cum cetratos Achaeos, Pergamenos Eumènis auxiliares accipere debeamus, interprete Appiano [B. Syr. 106.] ἐπὶ δὲ τοῖς Ἰταλοῖς ὁ Εὐμενοῦς στρατὸς ἐτάσσετο, καὶ Ἀχαιῶν πελτασαὶ περὶ τρισχιλίους. SIGON. Recte. *Auxiliares Eumenis* sunt Pergameni, quos Eumenes Romanis adversus Antiochum auxilio adtulit; non vero Achaei, qui Eumeni opem tulerunt. Vide Sigon. ad 38, 26, 4. Paullo ante *velut justam* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.]

Equitum minus tria millia obposuit] *Tò millia* deest in Voss. quasi in praecedenti positum sufficiat, et inde hic repetendum sit, ut saepe fieri solet. V. ad 31, 34, 7. Quum tamen reliqui codd. in vulgatum conspirent, nihil mutari placet. Neque a voce illa repetenda, ubi commode omitti poterat, abstinuit semper Livius. Infra 41, 28, 6. *Decem millia pondo argenti, quinque millia auri in aerarium tulit.* 43, 18, 4. *Cum decem millibus peditum, et duobus millibus levium armatorum.* Vide

Digitized by Google

11 bant) ſtatuit. Laevum cornu non videbatur egere talibus auxiliis, quia flumen ab ea parte ripaeque de-

etiam 26, 19, 2. 31, 21, 17. 34, 41, 10. quibus locis, itidem ut hic, pauci codd. vocem semel omittunt.

§. 10. *Extremos Trallos et Cretenses*] *Triballos* legendum puto: etenim et lib. 27, [32, 4.] eo modo codices errabant. Et hoc loco error inde etiam adparet, quod hic secunda declinatione *Trallos* codices habent, paulo poſt autem *Tralles* tertia declinatione. Sed ita res habet: *Triballi* gens Illyrica eſt, quae hoc tempore cum Romanis erat, nempe antea cum Philippo. *Tralles* autem gens et oppidum ad Maeandrum fluvium, penitus sub Antiochi ditione. Nec obſtant Cretenses etiam in acie Antiochi. hi enim saepe, etiam apud hunc authorem, in diversis erant exercitibus, ut lib. 35, [28. 29.] et pro Nabide Lacedaemoniorum tyranno, et pro Achaeis illius hoſtibus: quod idem eodem etiam loco de Tarentinis scribit Livius, et de Germanis Caesar. Quoniam autem, quae oculis subjiciuntur, picturae magis juvant memoriam, explicantque nonnunquam, quod implicatum videtur, operae pretium exiſtimavi me facturum, si hujus pugnae typum, saltem rudi Minerva, depingerem, neque ália de causa, quam ut lector uno noscerет intuitu hujus descriptionis errores; quos injuria temporum accidiſſe, nemo inficias ire poterit. Eos tamen locos paulo poſt singillatim recensebimus: nunc ipsam picturam intuebimur, qua haud sum nescius non omnibus satis me facturum, quippe qui mihi ipsi non satisfacio: dabimus tamen aliis cogitandi occasionem ac velut ansam ad intentius ea perquirenda, quae nos fortaſſis latuere, id quod non uno duntaxat loco jam fecimus. In Romanorum quidem acie non tantum negotii eſt, atque in altera: erat enim ea simplex, et unius prope formae, ut Livius inquit, et hominum et armorum genere. Id vero maximopere hic mirandum, cum Romani tertiam jam orbis partem invaderent, ac in alterum velut mundum concederent, adversus potentiſſimum regem bellaturi, non tamen habuisse eos ultra quatuor legiones: ut verisimile videatur, quod Vegetius lib. 2. cap. 4. in haec aït verba: *In omnibus authoribus invenitur, singulos consules adversus hostes copiosissimos non amplius quam binas duxisse legiones, additis auxiliis sociorum. Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, ut cuivis bello duae legiones crederentur posse sufficere.* Haec ille. Sociorum auxilia vel aequabant, vel plura erant. GLAR. Vet. lib. habent *Tralles et Cretenses.* Appianus [B. Syr. 107.] *Κρῆτας καὶ Τραλλιανούς.* Glareanus tamen et hoc libro, et lib. 27, [32, 4.] pro *Trallos* et *Tralles* utrobique *Triballos* reponit. scilicet, quia ignorat, Stephanum ita scribere; *Τραλλία μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας. λέγονται καὶ Τράλλοι, καὶ Τράλλες παρὰ Θεοπόμπῳ.* Puto autem apud Appianum esse mendose *Τραλλιανούς* pro *Τράλλους.* Siquidem *Tralliani* sunt a Trallibus oppido Lydiae, eodem Stephano auctore. Ergo et hic et paulo poſt vetus lectio retinenda eſt, et *Tralles* legendum invito Glareano. †. „Glareanus in acie „*Tralles* legit, at in interpreta„mento dubitat, ut solet. „ †.

Digitized by Google

ruptae claudebant. quatuor tamen inde turmae equitum obpositae. Haec summa copiarum erat Roma- 12

SIG. *Thrallios* Lov. 5. et edd. Camp. ac quaedam aliae. *Trallios* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Trallos* edd. Mog. eamque secutae recentiores nonnullae. *Tralis*, *Trallis*, *Trales*, *Tralles*, vel *Tralleis* reliqui codd. quod posterius Froben. anno 1535. ex codd. Mog. recepit pro *Trallos*, ut ejus aetate edebatur. [*Strallis* Bamb.] V. ad 31, 35, 1. Utrum vero Appianus medicina, quam obsert Sigonius, egeat, dubito. Sed vide infra cap. seq. ad §. 8. Paullo ante *Eumenis DCCCC* Voss. Lov. 1. et Hearnii L. 1. *Eumenes novingenta* Gaertn. *Eumenis trecenti* Lov. 6. Deinde *omnis Romanus equitatus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 11. *Laevum cornu non videbatur egere talibus auxiliis*] Libri omnes *non verebatur objectis talibus auxiliis*. GEBH. A Mog. est: prius editi *non verebatur talibus*. An fuit: *non egere rebantur talibus auxiliis?* J. FR. GRON. *Laevo cornu non videbatur egere talibus auxiliis* se in cod. suo invenisse, Moguntini testati sunt. Inde Aldus formavit, quod vulgo nunc exstat. *Laevum cornu non verebatur objectis talibus auxiliis*, ut ante Aldum edebatur, servant Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Mead. uterque. [Bamb.] *Laevum cornu non verebatur* Hearnii L. 1. et N. *In laevum cornu non verebatur objectis talibus auxiliis* Lov. 6. *Laevum cornu non utebatur objectis talibus auxiliis* Voss. *Laevum cornu non tuebatur objectis talibus auxiliis* Gaertn. Si conjecturis indulgendum foret, pressius cod. Moguntini vestigiis insistens legerem *non rebantur egere talibus auxiliis:* de verbo autem *rebantur* videri juberem, quae notantur ad 27, 25, 11. Sed cui bono? Probam puto lectionem, quam ex integerrimo cod. Mog. Aldus adscivit.

Quia flumen ab ea parte ripaeque deruptae claudebant] *diruptae* Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et omnes edd. ante Gronov. qui recte *deruptae* dedit, id est, praecipites, praeruptae. 21, 33, 5. *Quum praecipites deruptaeque utrimque angustiae essent*. 38, 2, 13. *In altiorem deruptioremque undique tumulum concessere*. Eodem c. §. 14. *Multi pavore in deruptæ praecipitati*. 39, 2, 3. *Per invia et rupes deruptas praecipitantes fugerunt*. quibus locis etiam quidam librarii turbas dederunt. Mox *quatuor tantum*, pro *tamen*, Lov. 2. Vide ad 9, 12, 6.

§. 12. *Et duo millia mixtorum Macedonum Thracumque*] Pall. *et millia tria mixtorum Maced.* GEBH. Prima vocula non adparet in Lov. 2. *et mille mistorum* legit Hearnii L. 1. *et mistorum*, relicta lacuna inter duo haec vocabula, ejusdem N. *et mille inde mixtorum* Lov. 2. et 6. *et millia tria mixtorum* Lov. 4. et Mead. 2. *et duo millia inde mixtorum* Lov. 3. Voces *mixtorum* et paullo ante *copiarum* exsulant ab Harl. Insuper *Macedum Thracumque* Mead. 2. unde proclive foret refingere *Macetum*, de quo vide ad Silii 17, 633. Verum ea voce Livius alibi usus non est, neque etiam apud historicos obviam existimo.

Secuti erant. Hi praesidio relicti sunt castris] Pall. *secuti erant, praesidio castris relicti*

Digitized by Google

nis, et duo millia mixtorum Macedonum Thracumque, qui voluntate secuti erant. Hi praesidio reli-
13 cti sunt castris. Sexdecim elephantos post triarios in subsidio locaverunt. nam, praeterquam quod multitudinem regiorum elephantorum (erant autem quatuor et quinquaginta) sustinere non videbantur posse,

sunt. GEBH. *Τὸ hi* additum est Moguntiaci. Scripti et prius editi ignorant. Scribe, distinctione mutata, *et duo millia mistorum Macedonum Thracumque, qui voluntate secuti erant, praesidio relicti sunt castris.* Clarum est, illud genus compositionis, *duo millia relicti*, offendisse sarcinatores. Quasi non sequenti cap. sit: *Similiter his armati duo millia Cappadocum, ab Ariathe missi rege.* J. FR. GRONOV. Certum est, genus locutionis *duo millia relicti*, quod Gronov. restituit, Livio in deliciis fuisse. 10, 46, 12. *Caesa ibi hostium duo millia quadringenti; minus duo millia capti.* 27, 16, 7. *Millia triginta servilium capitum dicuntur capti.* 37, 40, 1. *Decem et sex millia peditum more Macedonum armati fuere.* 40, 41, 3. *Ad septem millia hominum in navès inpositos.* 44, 42, 7. *Ad sex millia, qui Pydnam ex acie perfugerant, vivi in potestatem venerunt: et vagi e fuga quinque millia hominum capta.* Variis etiam locis eamdem locutionem partim codd. partim edd. Livio vindicare conantur, quibus tamen ob aliorum dissensum obedire ausus non sum. V. ad 1, 44, 2. 7, 27, 8. 9, 31, 16. 25, 32, 3. 27, 40, 14. 28, 2, 4. Auctor Epit. Liv. 67. et alibi. Ejusdem generis sunt *servitia armati.* V. ad 4, 45, 1. *capita conjurationis virgis caesi.* V. ad 10, 1, 3. *auxilia irati.* V. ad 29, 12, 4. Fateor etiam emendationem Gronovii firmari auctoritate omnium codd. meorum Hearnii L. 1. N. et editionum ante Aldum, qui pronomen *hi* ignorant. Nihilominus tamen displicet, et Livio indigna videtur compositio orationis *Haec summa copiarum erat: et duo millia praesidio relicti sunt.* Ea autem melior evadet, si, vel ejecta voce legamus, *qui, voluntate secuti, praesidio relicti sunt castris*; vel, quod ob auctoritatem cod. Mog. praefero, cum Aldo addita voce *qui voluntate secuti erant. Hi praesidio relicti sunt castris.* Ceterum omnes etiam codd. [Bamb.] et edd. principes alio ordine *castris relicti sunt.* Aldus, praeeunte eodem Mſto Mog. *relicti sunt castris* recepit.

§. 13. *Sexdecim elephantos post triarios in subsidio locaverunt*] Vet. lib. *XV.* Appianus [B. Syr. 107.] certum numerum non apponit; paucos tamen fuisse ait. *Τῶν δ' ἐλεφάντων, ὃν εἶχε ἐκ Λιβύης, ὀνόμα νομίζων ἔσεσθαι χρήσιμον, ὀλιγοτέρων τε ὄντων καὶ βραχυτέρων οἷα Λιβύων, ἔκησαν ὀπίσω ἅπαντας.* SIG. Pall. *XV. elephantos.* GEBH. *quindecim*, vel *XV elephantos* etiam Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *XVI elephantes* Lov. 1. 2. 3. et 6. Sed vide ad 31, 36, 4. [*in subsidio* non habet Bamberg.]

Nam praeterquam quod multitudinem] *ne praeterquam* Gaert-

Digitized by Google

ne pari quidem numero Indicis Africi resiftunt; sive quia magnitudine, (longe enim illi praeftant) sive robore animorum vincuntur.

XL. Regia acies varia magis multis gentibus, dissimilitudine armorum auxiliorumque erat. decem et sex millia peditum more Macedonum armati fuere, 1

ner. *nec praeterquam* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. [Bamb.] et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo *nam praeterquam* adsciverunt, consentientibus reliquis noftris. Tum *multitudinem quod regiorum* Voff. Lov. 1. 3. et Gaertn. *quod* exsulat a Lov. 6. sed interceptum eft a praecedenti *quam*. V. ad 37, 54, 4. Mox *quatuor et quadraginta* Harl. Deinde *Indicis Afri resistunt* Lov. 3. invitis reliquis, qui vulgatum tuentur. Sed *elephanti Africi*, ut *praesidia Africa*, *ora Africa*. Vide ad 21, 22, 2. et 28, 23, 7. Insuper *illi* deeft in Lov. 3. *animorum* in Lovel. 1. [*vincentur* Bamb.]

§. 1. *Regia acies varia magis multis gentibus*] Elegantissime ordinata haec videtur fuisse acies. Primum quidem ut robur phalangis, qua olim Macedones usi orbem terrarum brevi tempore subegere, in medio locaretur, extrema autem cornua clauderent et funditores Cyrtaei et Elymaei sagittarii. Proxime phalangem auxiliaria ex utroque latere, duplicia non multo diffimili modo ornata, elephanti senideni in subsidiis, et praeter elephantos phalangitis intermixtos, camelorum ac falcatarum quadrigarum terriculamentum ante aciem ingens positum. Haec ita breviter a nobis recitata, si quis memoria habebit, comparationemque laterum inter se fecerit, facile videbit, insignes hic esse codicum omnium errores. Nam qui fieri possit, ut non altero loco sit error, cum *cataphracti equitatus* in dextro Antiochi cornu fiat mentio, quando ipse rex quatuor illas turmas sinifiri Romanorum cornu a ripa Phrygii amnis deturbat, cujus hic, cum idem hoc dextrum Antiochi cornu diligenter describeret Livius, prorsus non meminit? *Pedites* quidem *loricatos*, *cataphractos* ab Asiaticis vocatos, ponit, sed id ego corruptum puto. Quis enim unquam *pedites cataphractos* legit? Item in fuga laevi Antiochi cornu enumerat poftea *equites phalangitas*, quorum antea in descriptione ejusdem cornu non meminit. De numero idem dicimus. Si enim in unum, qui hic ponuntur, numeri et equitum et peditum coacerventur, non explent *sexaginta*, superant autem *quinquaginta millia*, cum Livius paullo ante (cap. 37.) solius peditatus *sexaginta millia* in Antiochi exercitu fuisse scribat, equitum autem *plus XII. millia*. Hos igitur errores, si exemplariorum fides nobis defuerit, non ulla alia ex re melius deprehendere licebit, quam ex laterum collatione. Verisimile eft enim, Antiochum utrumque cornu aeque firmum inftituisse. Ita cum proxime phalangitas utrinque sint Gallograeci pedites milleni quingenteni, propius vero eft, in reliquis eorundem ordinum auxiliis aequalem fuisse numerum, aut saltem non

Digitized by Google

qui phalangitae adpellabantur. haec media acies fuit
2 in fronte, in decem partes divisa. Partes eas interpositis binis elephantis distinguebat: a fronte introrsus in duos et triginta ordines armatorum acies pa-
3 tebat. hoc et roboris in regiis copiis erat, et, perinde quum alia specie, tum eminentibus tantum inter ar-
4 matos elephantis, magnum terrorem praebebat. Ingentes ipsi erant. addebant speciem frontalia, et cri-

minorem, ubi rex stabat. At in sinistro quidem latere post pedites Gallograecos ponuntur et Cappodoces et alii auxiliares, deinde vero sequuntur cataphracti et alii equites mille. In dextro vero, ubi rex erat, continuo peditibus Gallograecis subjiciuntur cataphracti sive loricati equites, et ala equitum, *Gemea*, sive ut alii legunt, *agema* vocata. Duo igitur populi aut potius ordines in ea parte omissi videntur, et numerus etiam plus quatuor millibus deficit. Idem de continuo sequentibus utroque in latere ordinibus dico, si argyraspidas Tarentinis comparabis (quibus neutra in parte adest numerus, quod equidem miror) ac deinde Gallograecos equites Daïs equitibus conferes, reliquorum deinde sequentium comparatio eadem erit, quae in prioribus fuit, clauda. Quanquam fieri potuit, ut adversus dextrum Romanorum cornu, in quo et Eumenes fuisse videtur, majores copias opposuerit Antiochus: at id haec vulnera non sanat. Si quis igitur, facta comparatione, haec singula perpenderit, inveniet nos haud temere dubitasse. Sed nunc ipsa descriptionis loca singillatim prosequemur. GLAR. Vox *magis* deest in Lov. 6.

Decem et sex millia pedi tum etc.] Appianus [B. Syr. p. 107.] *Ἀντιόχῳ δ' οὖν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι, καὶ τούτων τὸ κράτιστον ἦν ἡ φάλαγξ ἡ Μακεδόνων ἄνδρες ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι, ἴση δ' αὐτοὺς ἐν μέσῳ διελὼν ἀνὰ χιλίους καὶ ἑξακοσίους ἐς δέκα μέρη.* SIGON.

§. 2. *Partes eas interpositis binis elephantis distinguebat*] Quia non satis adparet, quo verbum *distinguebat* referri debeat, orationem melius processuram existimat Cl. Crevierius, si legamus *interpositi bini elephanti distinguebant*. Mox *inter duos et tres ordines* corruptissime cod. Mog. [*inter duos* Bamb.] *in duos et XL ordines* Lov. 6. Tum §. seq. *perinde alia specie* Lov. 3. *perinde tum alia specie* Voss. et Gaertn. V. ad 6, 23, 3. [*tantum* post *eminentibus* omittit Bamb.]

§. 5. *Ad latus dexterum phalangitarum mille et quingentos pedites Gallograecorum obposuit.* etc.] Satis constat, si sententiam sequi auctoris volumus, *quingentos equites*, et *tria millia equitum* esse legendum. Quin etiam, equitibus ab utraque parte Gallograecis phalangem clausam atque munitam fuisse, tradit Appianus [B. Syr. pag. 107.] his verbis. *Τοιοῦτον μὲν ἦν τὸ πεζὸν Ἀντιόχῳ. ἱππεῖς δ' ἑκατέρωθεν αὐτοῦ παρατετάχατο, Γα-*

Digitized by Google

ſtae, et tergo inpositae turres, turribusque superſtantes, praeter rectorem, quaterni armati. Ad latus 5
dexterum phalangitarum mille et quingentos equites Gallograecorum obposuit. his tria millia equitum loricatorum (cataphractos ipsi adpellant) adjunxit. addita his ala mille ferme equitum: agema eam vocabant. Medi erant lecti viri, et ejusdem regionis 6
mixti multarum gentium equites. continens his grex

λατάι τε κατάφρακτοι, καὶ τὸ λεγόμενον ἄγημα τῶν Μακεδόνων. εἰσὶ δὲ καὶ οἱδε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, καὶ πάρ' αὐτο ἄγημα λέγεται. τάδε μὲν ἐξ ἴσου τῆς φάλαγγος ἦν ἑκατέρωθεν. Quae eadem verba, et quid sit *agema*, docent, et nihil huic loco deesse, contra quam censet Glareanus, probant. De *agemate* Arrianus, et Curtius, qui de rebus Alexandri scripserunt. Item Suidas ita: Ἄγημα τὸ προῖὸν τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων, καὶ ἵππων, καὶ πεζῶν οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως κραταιὸν ὁπλίσει καὶ σωμάτων ἐνεξία. Livius lib. 42, [51, 4.] *Delecta et viribus et robore aetatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata, hanc ipsi legionem vocabant.* SIG. Libri omnes noſtri *quingentos Gallograecorum pedites.* GEBH. *CC et quingentos* Voſſ. et Lov. 1. Vide ad 35, 35, 1. *duo millia et quingentos* Lov. 3. *tres et quingentos* Gaertn. Tum *quingentos pedites Gallograecorum opposuit* Lov. 5. *quingentos Gallos Graecorum opposuit* Mead. 1. *quingentos Gallos Graecorum pedites opposuit* Lov. 1. [Bamb.] *quingentos Gallorum Graecorum pedites opposuit* Lov. 6. *quingentos Gallograecorum pedites opposuit* Voſſ. Lov. 2. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quorum ultimus tamen *apposuit* exhibet. Mox *tria millia peditum* omnes Mſſi. [Bamb.] Verum utroque loco, *equites peditibus* subſtituendos esse Sigonius ex App. docuit. Solent autem hae voces a librariis confundi. Vide infra hoc cap. §. 10. 21, 23, 4. 38, 41, 13. et 42, 31, 2. *equites Galli* memorantur etiam infra 42, 58.

His tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipsi adpellant) adjunxit] Hic plane videntur quaedam omiſſa. Nam in altero cornu poſt Gallograecos pedites ponuntur Cappadoces et auxiliares, tertio autem loco cataphracti equites. ita hoc in loco poſt Gallograecos pedites non continuo cataphracti sequentur, ut puto, sed alii, quos omisit. et suspicionem dat verbum *cataphractus*, quod pediti loricato attribuerunt, quicunque haec corruperunt, cum tertio deinde ordini tribuendum erat. Idem suspicor de numero 3000, ut ex comparatione laterum intelligitur. GLAR. *appellabant* Voſſ. Vide ad §. 12. Ita supra *Phalangitae adpellabantur.* Mox, *Agema eam vocabant.* Et inferius *Argyraspides a genere armorum adpellabantur.* Sed reliqui codd. vulgatum tuentur. *equitum* autem pro *peditum* legendum, conjecit Sigon. ad verba praecedentia.

Digitized by Google

7 sedecim elephantorum est obpositus in subsidiis: ab eadem parte, paullulum producto cornu, regia cohors erat: Argyraspides a genere armorum adpella-
8 bantur. Dahae deinde, equites sagittarii, mille et

Mille ferme equitum: hanc Gemeam vocabant] Vetus scriptura, *agema eam vocabant*. GELEN. *mille ferme militum equitum* Voss. et Gaertn. Tum *hanc gemeam* Lov. 5. *hoc gemeam* Voss. et Gaertn. *haec gemena* Lov. 2. *haec gemeam* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [*hegemeam* Bamb.] *ageam eam* cod. Mog. unde transpositis literis recte Gelenius *agema eam vocabant*. De agemate vide Leopard. 1. Emend. 23.

§. 6. *Medi erant lecti viri, et ejusdem regionis mixti multarum gentium equites*] Vel post *regionis* verbum distinguendum, vel per diversas gentes intelligit Medorum diversos populos. Et vide, quod de elephantis continuo subjungit, ut cum alterius cornu ordine conveniat. GLAR. *Medii erant* Lovel. 4. Mead. 2. edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et plures, usque ad Frob. qui anno 1535. *Medi erant* substituit. Consentiunt reliqui codd. nisi quod *et Medi* legant Voss. et Gaertn.

Continens his grex sedecim elephantorum est obpositus] *continentes his grex* Voss. Lov. 3. 6. Harl. et Gaertn. neque aliter Lov. 1. nisi quod vocem *grex* omittat. *continentes grex* Lov. 2. 4. et Mead. 1. *continentis grex* Mead. 2. Hinc patet, eos distinxisse *multarum gentium equites continentes. his grex* etc. Sed male. *continens oppositus* est nullis interpositis ab altero divisus. Ita *continens agmen* 1, 29, 5. et 2, 50, 7. *continens proelium die ac nocte* 4, 22, 5. *imber per noctem totam continens* 23, 44, 6. *continentia itinera* 38, 15, 7. et 18, 7. aliisque locis. Praeterea τὸ *sedecim* exsulat ab Hearnii L. 1. *sedecim elephantorum grex* praefert Lov. 6.

§. 7. *Paullulum producto cornu*] Pall. *prorupto*. GEBH. *paullulum producto cornu* Aldus adoptavit ex cod. Mog. quum olim ederetur *paulum prorupto cornu*, quod servant Lov. 1. 2. 3. 4. 5. et Mead. 1. *paulo prorupto cornu* Gaertn. *paululum prorupto cornu* Voss. Harl. et Mead. 2. [*paulum prorupto* Bamb.] *paulum prompto cornu* Lovel. 6. *Paullum* et *paullulum* saepius in Mstis confundi, vidimus ad 36, 9, 8. *Producere*, ut apud Caes. 3. B. Civ. 100. *Elicuit naves Laelianas: atque ex his longius productam unam quinqueremem cepit*. Ei obponitur *reducere*. Frontin. 2, 3, 7. *Reductis cornibus, productaque media acie, copias hostium cinxit*. [*erat* post *cohors* omittit Bamb.]

Argyraspides a genere armorum adpellabantur] Appianus item [B. Syr. pag. 107.] ἱππεῖς Ἀργυράσπιδες. Diodorus tamen in Alexandro non equites, sed pedites nominat [17, 592.] Τὸ τῶν Ἀργυρασπίδων τάγμα διαφέρον τῇ τε τῶν ὅπλων λαμπρότητι, καὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀρετῇ. SIGON. In loco Diod. editur Ἀργυρασπίδων πεζῶν τάγμα; sed in marg. Ἀργυρασπίδων ἄγημα. Ceterum *agraspides* legunt Voss. Lov. 1. et 6. Tota vox deest in Lov. 3.

Digitized by Google

ducenti. tum levis armatura trium millium, pari ferme numero pars Cretenses, pars Tralles. duo millia et quingenti Mysi sagittariis adjuncti erant. Extremum cornu claudebant quatuor millia mixti Cyrtaei 9

§. 8. *Dacae deinde equites sagittariorum mille et ducenti*] *Daae* lego, non *Dacae*, quod jam saepe admonuimus. Totus autem hic locus mutilus est et incertae distinctionis. Nescias enim, Daasne equites etiam sagittarios faciat, an seorsum sagittarii intelligendi. Ita continuo post, levisne armaturae trium millium seorsum accipienda, ac deinde Tralles ac Cretenses pari numero, hoc est etiam trium millium: an Tralles ac Cretenses fuerint ea tria millia, pari numero, hoc est milleni quingenteni. Et illud *duo millia* ad Mysos referendum legendumque *sagittarii*, ut vetustiores habent codices, in nominandi casu, non dandi; ut Mysos sagittarios intelligamus. GLAR. Vet. lib. *Dacae*. Appianus item [B. Syriac. p. 107.] *ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι Δάκαι*. SIGON. Primam vocem omittunt Voss. Lov. 1. 3. et 6. Sed *Dach'* legit Lov. 2. *Dachae* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et ed. Parm. *Dacae* edd. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, et aliae, pro quo Frob. anno 1535. dedit *Dahae*, consentientibus Lovel. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. V. ad 85, 48, 5. Tum *sagittariorum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. pro quo Frob. eodem tempore dedit *sagittarii*.

Pars Cretenses, pars Tralles] In hanc lectionem tantum non omnes codd. conspirant. App. tamen in B. Syr. pag. 107. omissis Trallibus vel Trallis, inter levem armaturam Antiochi memorat auxiliares *Κρητῶν τε καὶ Τραλλιανῶν*. *Tralles* autem vel *Tralli* erant Thraciae populus, *Tralliani* incolae Trallium, urbis Lydiae, quae Antiocho parebat. Quare hic etiam *Trallianì* scribendum videri posset. Potius tamen existimo, hic nihil mutandum, ac statuendum esse, vel alios annales Livium, alios Appianum secutos esse, praesertim quum plura in hac parte historiae sint, de quibus inter eos non conveniat: vel apud App. legendum esse *Τράλλων*, partim quod et hoc loco et cap. praec. Livius *Cretenses* et *Tralles* junxerit, quemadmodum App. *Cretenses* et *Τραλλιανούς*: partim quod reliquorum Appiano memoratorum *Φρυγῶν τε καὶ Λυδίων, καὶ Παμφύλων, καὶ Πισιδῶν, Κρητῶν τε καὶ Κιλίκων* nomina sint gentium, quibus nomen incolarum unius urbis Trallium sive *Τραλλιανῶν* non recte interponi videtur. Neque obstat, Tralles vel Trallos etiam cap. praec. inter auxiliares Romanorum memorari. Inter eos enim numerantur etiam Cretenses, quos hic Antiochus quoque in aciem eduxit. Stipendio igitur conducti in utrisque castris militasse existimandi sunt.

Duo millia et quingenti Mysi sagittariis adjuncti erant] Vet. lib. *sagittarii*. recte. App. enim [B. Syr. pag. 107.] Mysos *sagittarios* vocat aeque atque Dacas. *ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι Δάκαι καὶ Μυσοὶ καὶ Ἐλυμαῖοι*. At Elymaeos etiam *sagittarios* vocat Livius. SIG. *duo millia et ducenti* Voss. Lov. 1. 3.

Digitized by Google

10 funditores, et Elymaei sagittarii. Ab laevo cornu phalangitis adjuncti erant Gallograeci equites mille et quingenti: et similiter his armati duo millia Cap-
11 padocum: (ab Ariarathe missi erant regi). Inde auxiliares mixti omnium generum duo millia et septingenti, et tria millia cataphractorum equitum, et mil-

6. et Gaertn. qui error ex nota numerali minus recte perscripta natus videtur. V. ad 35, 2, 4. et hoc lib. cap. 22, 4. Praeterea *missi* Lovel. sex, Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. *missis* Harl. *Mysi* Frob. anno 1531. emendavit. Error inde ortus erat, quod gentis nomen librariis minus notum fuerit, cui vocabulum notius substituerunt. Denique Sigonio *sagittarii* emendanti nullus codicum, quibus usus sum, favet, nisi solus Lov. 6. a manu 2. [*sagittarii his adjuncti* Bamberg.]

§. 9. *Claudebant quatuor millia mixti Cyrtaei funditores, et Elymaei sagittarii*] *Cirtios* invenio apud Strabonem, populus Persidis, vicinos Medis: sicut *Elymaeos* Mediae populum, vicinum Babyloniis, utranque gentem latrociniis assuetam, ut non uno in loco scribit idem Strabo. GLAR. *claudebant et quatuor* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinam, quae voculam *et* omisit. Notant tamen, qui huic editioni praefuerunt, se in cod. suo invenisse *claudebant mille octoginta misti funditores*, omissa etiam voce *Cyrtaei*, pro qua *Citi* exhibet Gaertn. *Cithaei* Voss. *Cirthei* Harl. *Cyrthei* Hearnii N. et edd. antt. *Cinthei* Hearnii L. 1. [*mixti* omissum in Bamb.]

§. 10. *Phalangitis adjuncti erant Gallograeci pedites*] *equites* legendum, ut supra. SIG. *pedites* servant omnes nostri. [Bamberg.] Sed vide supra ad §. 5.

Duo millia Cappadocum ab Ariarathe missi erant regii] Vetus scriptura *ab Ariarathe missi rege*. GELEN. Appianus [pag. 107.] *Καὶ Καππαδόκαι τινές, οὓς ἔπεμψεν Ἀριαράθης*. SIGON. Pall. et vet. ed. *ab Ariarathe missi erant regi*. GEBH. Voces *duo millia* non comparent in Hearnii N. Tum *ab Anathathe* Voss. *ab Arariathe* Lov. 1. [*ab Ariarethe* Bamb.] Hinc *missi sunt regi* Harl. *missa regi* Gaertn. *missi erant regi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *missi erant; regii inde auxiliares* Lov. 6. et edd. reliquae usque ad Frob. qui anno 1535. Gelenii emendationem expressit. Eam, si fide codd. et praesertim Moguntini, nititur, probandum puto; sin, legam *duo millia Cappadocum*; (*ab Ariathe missi erant regi*) *inde auxiliares*. Se etiam *regi*, pro *rege*, in Oxoniensi L. 1. invenisse, testatur Hearnius. Paullo ante voculam *et* omittunt omnes codd. et edd. ante Froben. anni 1535.

§. 11. *Inde auxiliares mixti omnium generum duo millia et septingenti*] Appianus [p. 107.] *Καὶ μιγάδες ἄλλοι ξένοι*. SIG. *omnium genere* Gaertner. *omnium gentium* Lov. 6. V. ad 34, 17, 6. Hinc *duo millia septingenti* Lov. 2. 3. 6. Harl. et Mead. ambo. *duo millia et ducenti*

Digitized by Google

le alii equites, regia ala levioribus tegumentis suis equorumque, alio haud dissimili habitu: Syri plerique erant Phrygibus et Lydis inmixti. Ante hunc 12
equitatum falcatae quadrigae et cameli, quos adpellant dromadas. his insidebant Arabes sagittarii, gladios habentes tenues, longos quaterna cubita, ut ex

Voss. *duo millia et CC* Hearnii L. 1. *duo millia CC* Lovel. 1. Scriptum per notas fuerat ꝏ ꝏ *IƆCC*, vel *et IƆCC*. At numeri quingenarii nota librariis incognita et ideo omissa fuit, ut saepius factum observavi. V. ad 1, 36, 7. 23, 16, 15. c. 17, 8. c. 26, 2. 24, 19, 1. c. 35, 8. 26, 38, 11. 27, 42, 7. 28, 5, 12. c. 13, 5. 29, 28, 10. 30, 6, 7. c. 29, 7. 35, 5, 13. et 40, 1, 5. Mox *et mille alii equites* etc. *Ante hunc equitatum* desunt in Hearnii N.

Regia ala levioribus tegumentis suis equorumque] Quae sit illa *regia ala*, plerique dubitant, atque adeo etiam ego. Sed magis hoc obscurum, cum inquit, *Ante hunc equitatum falcatae quadrigae*, etc. quemnam equitatum intellexerit, cum cataphractos ac alios equites praecederent Gallograeci pedites, Cappadoces, ac auxiliarii: quibus omnibus in typo eos praeposuimus. GLAR. *Regiam alam*, ἑταιρικὴν, id est, *amicorum* et *sodalium*, vocat Appianus: inquit enim [B. Syr. p. 107.] *Καὶ ἣν ἐκάλουν ἑταιρικὴν ὡπλισμένην καύφωτ.* Arrianus l. 1. [cap. 19.] vocat τῶν ἑταίρων τὴν βασιλικὴν ἴλην. SIGON. In sequentibus *erant* non adparet in Lov. 4. et Mead. 2.

§. 12. *Ante hunc equitatum falcatae quadrigae*] Quaerit Glareanus, quem equitatum intelligat Livius hoc loco. Huic ego respondeo, equites omnes intelligi, quos paullo ante in laevo cornu rex collocavit, Gallograecos, Cappadoces, Mysos, cataphractos, regiam alam, hincque etiam perspici, *Gallograecos equites*, non *pedites*, esse legendum. SIG. *Ante hunc comitatum* male Mead. 1.

Cameli, quos appellant dromadas; his insidebant Arabes sagittarii] Appianus [B. Syr. p. 107.] Ἄρραβες, οἱ καμήλους ὀξυτάτας ἐπικαθήμενοι τοξεύουσι. SIG. Henr. Stephanus ad Plutarchi Eumenem scribit, si Livius intellexerit *camelos alio nomine dromadas vocari*, (*sicut Gallice* dromadaire *appelletur quivis camelus*) se ei minime adsentiri posse. Nam δρομάδας, *velut epitheton, additum aliquando fuisse discriminis constituendi gratia*. Nihil ineptius dici potest: nec credo quemquam, praeter Stephanum, fuisse, qui suspicatus fuerit, ex his verbis colligi posse, Livium fortassis credidisse, *omnes camelos appellari dromadas*. Livius dicit, *cameli, quos appellant dromadas*, id est, ex eo genere camelorum, qui *dromades* vocantur: quibus verbis significat, alios camelos esse *dromadas*, alios *non dromadas*. De camelis *dromadibus* multa habet Bochart. Hieroz. part. 1. lib. 2. c. 4. et de usu camelorum in bellis c. 2. Adde Schel. ad Hygin. p. 1096. tom. 10. Antiq. Rom. DUK. Adde insuper Spanhem. de Praest.

Digitized by Google

13 tanta altitudine contingere hostem possent. Inde alia multitudo, par ei, quae in dextro cornu erat; primi Tarentini, deinde Gallograecorum equitum duo millia et quingenti, inde Neocretes mille, et eodem armatu Cares et Cilices mille et quingenti, et totidem Tralles, et tria millia caetratorum; (Pisidae hi
14 erant, et Pamphylii, et Lycii) tum Cyrtaeorum et Elymaeorum paria in dextro cornu locatis auxilia, et sexdecim elephanti modico intervallo distantes.

et us. numism. Diff. 4. pag. 184. Ceterum *adpellabant* Lov. 2. et Mead. 1. Vide supra ad §. 5.

Gladios habentes tenues, longos quaterna cubita] Appianus [pag. 107.] *καὶ μαχαίραις, ὅτε πλησιάζοιεν, ἐπιμηκεσι καὶ σεναις χρῶνται.* SIGON. *gladios tenues habentes* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. Deinde *quatuor cubita* Lov. 1. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *quater cubita* Voss. Lov. 6. et Mead. 1. *quatre cubita* Lov. 1. *quatere cubita* Lov. 4.

§. 13. *Inde alia multitudo, par ei, quae in dextro cornu erat*] Si par ei, ergo Tarentinis comparabimus Argyraspides, et Gallograecis equitibus Daas equites, quos in eodem dextro cornu sequuntur sagittarii, quibus Neocretes comparabuntur: deinde reliqua erit comparatio aliquo pacto aequa, videlicet trium millium Cretensium ac Trallium in dextro cornu, ad mille quingentos Caras ac Cilicas in sinistro cornu, totidemque Tralles eodem in cornu. GLAR. *quae in dextro cornu erant primi Tarentini* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 2. [*cornu erant* Bamb.]

Primi Tarentini] Sic lib. 35, [28, 8.] *Et tum omnium primum agmen constituit, dein Cretenses auxiliares, et quos Tarentinos vocabant equites, binos secum trahentes equos, ad prima signa misit.* De iisdem Tarentinis equitibus meminit etiam Aelianus de instruendis acicbus. SIG. *primum Tarentini* Gaertn. Mox *Gallograecorum equitum quingenti et septem* cod. Mog.

Neocretes mille, et eodem armatu Cares et Cilices etc. *et totidem Tralles*] Appianus [pag. 107.] *Κρητῶν τε καὶ Τραλλιανῶν καὶ Κιλίκων ἐς τὸν Κρητῶν τρόπον ἐσκευασμένων.* SIGON.

Et tria millia caetratorum: Pisidae erant, et Pamphylii, et Lycii] *et m. cetratorum* Lov. 1. *et mile cetratorum* Voss. *et inde cetratorum* Mead. 1. *et duo millia cetratorum. Pisidae hi erant* cod. Mog. ex quo pronomen *hi* Aldus recepit, et reliqui servarunt usque ad Gronov. qui iterum ejecit, et ad 34, 56, 1. monuit, verba *Pisidae erant, et Pamphylii, et Lycii,* parentheseos notis includenda esse. Utroque modo orationem proferri posse, vel addito, vel omisso pronomine, patebit ex illis, quae dicentur ad 40, 57, 3. Sequor igitur codicem integerrimum.

Digitized by Google

XLI. Rex ipse in dextero cornu erat: Seleucum 1
filium et Antipatrum fratris filium in laevo praeposuit: media acies tribus permissa, Minioni, et Zeuxidi, et Philippo magistro elephantorum. Nebula matutina, crescente die levata in nubes, caliginem dedit. humor inde, ab austro velut, perfudit omnia. 2
Quae nihil admodum Romanis, eadem perincommoda regiis erant. nam et obscuritas lucis in acie modica Romanis non adimebat in omnes partes con- 3

§. 14. *Tum Cyrtaeorum et Elymaeorum paria in dextro cornu locatis auxilia*] *Cithiorum* Lov. 6. *Cirthiorum* Lov. 3. 4. 5. *Circhiorum* Voss. et Lov. 1. *Circiorum* Gaertn. *Cyraeorum* Harl. *Corinthiorum* Hearnii N. Vide supra ad §. 9. Tum *locata auxilia* Lov. 2. *locavit auxilia* Lov. 6. Mox *quindecim elephanti* Lovel. 3. 4. et Mead. ambo.

§. 1. *Rex ipse in dextro cornu erat:* etc.] Vel ex hoc loco satis liquet, hujus ordinis descriptionem temporum injuria corruptam: Hannibal enim omissus est, quem P. Cornelius Scipio Nasica ad finem libri seq. [cap. 58.] affuisse fatetur. Innuit et A. Gell. lib. 5. cap. 5. GLAR. Appianus [B. Syriac. p. 108.] Ἐφειστήκει δὲ τοῖς μὲν δεξιοῖς ἱππεῦσιν Ἀντίοχος αὐτός, τοῖς δ' ἐπὶ θάτερα Σέλευκος ὁ υἱὸς Ἀντιόχου, τῇ δὲ φάλαγγι Φίλιππος ἐλεφαντάρχης, καὶ τοῖς προμάχοις Μενδίς τε καὶ Ζεύξις. Hinc ego *Mendi*, *Zeuxidi* lego. SIGON. *Myomoni* Voss. *Mymuoni* Harl. et Mead. 1. *Mimoni* vel *Mymoni* Lov. 5. Hearnii L. 1. et ed. Camp. *Mynnioni* Lov. 5. et Hearnii N. *Minnuoni* Lov. 2. Dein *Zeuzidi* Lov. 2. *Ceuxidi* Voss. *Zeisidi* Mead. 1. *Zexidi* Gaertn. *Cesydii* Lov. 1. *Cesidi* Lov. 3. *Terxidi* Lov. 6. Quod ad prius nomen adtinet, utrum App. ex Livio, an Livius ex Appiano emendandus sit, haereo. Ut tamen prius contra Sigonium statuam, illud exigere videtur, quod *Minio princeps amicorum Antiochi* memoretur supra 35, 15, 7. at *Mendis* alibi apud nostrum non obcurrat. [*cornu erat* omissum in Bamb.]

§. 2. *Nebula matutina, crescente die levata in nubes, caliginem dedit*] MS. *in nubibus dedit caliginem*. MOD. *Nebula maritima* Lov. 1. Mox *humor inde ab alto* Lov. 2. et in margine Lov. 1. *ab antro* Voss. et Lov. 3.

§. 3. *Quae nihil ad malum Romanis*] Una vox foede vitiata est. Lege *Quae nihil admodum Romanis*. GELEN. Probant hanc emendationem Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Voss. in margine. *Quae admodum nihil Romanis* legit cod. Mog. Mox *quin eadem perincommoda* edidit Ascens. Sed vocem *quin* omiserunt Moguntini, quam et in cod. suo deesse notarunt. Eamdem etiam in nullo meorum inveni.

Et humor, toto fere gravi armatu] *armatu*, pro *armature*, paulo superius dixit de Caribus

Digitized by Google

spectum; et humor, toto fere gravi armatu, nihil
4 gladios aut pila hebetabat. Regii, tam lata acie, ne ex medio quidem cornua sua circumspicere poterant, nedum extremi inter se conspicerentur: et humor arcus fundasque et jaculorum amenta emol-

ac Cilicibus, quomodo et hic accipi puto, ut sit *toto fere gravi armatu*, id est, cum Romanorum armatura tota fere gravis esset. est tamen dura compositio. GLAR. Hanc rem sic expressit Frontinus lib. 4. Strateg. [7, 30.] *L. Scipio in Lydia cum die ac nocte imbre continuo vexatum exercitum Antiochi videret, nec homines tantum aut equos deficere, verum arcus quoque madentibus nervis inhabiles factos, exhortatus est suos, ut postero, quamvis religioso, die committeretur proelium. quam sententiam secuta victoria est.* SIGON.

§. 4. *Ne ex medio quidem cornua sua circumspicere*] *ne ex medio quidem cornu* perperam Voss. Lov. 4. 5. Harl. et edd. ante Frob. anni 1535. *nec ex medio quidem cornu* Lov. 6. *nec in medio quidem cornu* Lov. 3. *ne ex medio quidem eorum* Gaertn. Tum *conspicere* Lov. 2. et Harl.

Et humor arcus fundasque et jaculorum amenta emollierat] Prima vocula deest in Voss. et Gaertn. Tum *jaculamenta* Lov. 1. *jaculorum armamenta* Lov. 3. et Mead. 1. Deinde *molierat* Harl. *molliret* Lov. 3. *mollierat* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *emollierat* ex cod. Mog. recepit. Eodem verbo, licet alio sensu, auctor supra utitur 27, 3, 2. *Metuens, ne suum quoque exercitum, sicut Hannibalis, nimia urbis amoenitas emolliret.* 38, 49, 4. *Si degenerem et emollitum amoenitate Asiae, quid periculi vel iniquo loco subeuntibus fuit?* Majoris emphasis est verbum hoc, quam simplex, et *emollierat* hic notat, usui plane inhabiles reddiderat. Simile de verbo *evincere* notavi olim ad Silii 3, 581. Ceteroquin *mollis arcus* est Ovid. 4. Her. 91. *Arcus*

Si numquam cessas tendere, mollis erit.

§. 5. *In suos terrorem verterunt*] *reverterunt* Lov. 1. 6. et Voss. At prima syllaba ejus vocis perperam repetita est ex ultimis literis praecedentis *terrorē*. Tales errores in Mssis frequenter obcurrunt. Ita *propere remissi*, pro *missi*, 4, 46, 9. *ad dictatore referrent*, pro *ferrent*, 5, 21. 8. *continuare relatoribus legis*, pro *latoribus*, 5, 29, 1. *purgare remissionibus*, pro *missionibus*, 7, 39, 1. *vere referrent*, pro *ferrent*, 8, 7, 13. *rē remittuntur*, pro *mittuntur*, 8, 27, 9. *ceterae receperunt*, pro *ceperunt*, 21, 50, 5. *aegre refocillatus*, pro *focillatus*. Vide Corte ad Plinii 3. ep. 14. Similia sunt *hostico cōmorandi*, pro *morandi*, 6, 31, 7. *Marco cognomen*, pro *nomen*, Epit. Liv. 6. *numero Romanus*, pro *manus*, 7, 39, 8. *repente tecum*, pro *cum* 7, 42, 5. *irritos ostendit*, pro *tendit*. V. Gud. ad Phaedri 1, 23. Pari modo ex initio vocis sequentis ultima adcrevit praecedenti. Ita *hosti tibi*, pro *hos tibi*, 9, 11, 9. Contra ultima syllaba praecedentis elisit primam vocis se-

Digitized by Google

lierat. Falcatae quoque quadrigae, quibus se per- 5
turbaturum hostium aciem Antiochus crediderat, in
suos terrorem verterunt. armatae autem in hunc ma- 6
xime modum erant. cuspides circa temonem ab jugo
decem cubita exstantes, velut cornua, habebant; qui-

quentis; ut *laborē servarunt*, pro *reservarunt*, 7, 7, 5. Paullo ante vocem *hostium* omittunt Lov. 4. et Mead. 2.

§. 6. *Armatae autem in hunc maxime modum erant*] Figuram curruum falcatorum exprimere conati fuerunt Stewech. ad Veget. de Re milit. 3, 24. Scheff. de Re vehic. 2, 15. et Perizon. in Curtio vind. pag. 163. et seqq. DUK. Vox *autem* deest in Lov. 6.

Cuspides circa temonem ab jugo decem cubita exstantes] *a jugo* Voss. et Gaertn. Vox *decem* exsulat a Lov. 1. Hinc *cubitos* Harlej. cum edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, easque secutis usque ad Frob. qui anno 1535. reposuit *cubita*, reliquis Mstis eam lectionem probantibus. Vide ad cap. 37, 10. Denique *extentas* Mead. 1. literis transpositis pro *extantes*, ut scribebant, vel *exstantes*. Scheffer. 2. de Re. vehic. cap. 15. ambiguum esse dicit, an *τὸ decem* ad *cubita*, num ad *cuspides* referri debeat: ipse vero posterius eligit, quum prius sit enorme, nec negotio conveniat. Addit insuper, se dubitare non posse, quin *cubito* legi oporteat; pluralem enim numerum rem facere incertam, at in singulari clara omnia esse. Verum si *decem* ad *cuspides* referas, et sive vulgatum *cubita* serves, sive *cubito* emendes, turbatior erit ordo, quam ut Livium ita scripsisse credam. Ex verbis enim *ab jugo decem τὰ ab jugo*, quae praecedunt, ad sequens *exstantes*, et contra *decem*, quod sequitur, ad praecedens *cuspides* pertinebunt. Neque tamen probare possum, Livium velle, cuspides ab jugo exstitisse *decem cubita*. Vel igitur legendum videtur *cuspides circa temonem et ab jugo decem*. Certe currus falcati apud Curtium et hastas ex temone praefixas, et gladios a jugo directas habent, 4, 9. *Ex summo temone hastae praefixae ferro eminebant, utrimque a jugo ternos direxerant gladios*. Vox autem *cubita* ita exponenda erit, ut indicet Livius, quamque decem cuspidum exstitisse unum cubitum. Vide, quae de usu hoc numeri pluralis, etiam apud Livium passim obvio, notantur ad 4, 15, 6. et 29, 15, 9. Vel, ut vitetur ambiguum, de quo Scheff. queritur, forte vitium latet in voce *decem*, quae ad minorem numerum redigenda est, ut referri possit ad *cubita*. Diodor. Sic. 17. p. 590. in curribus falcatis Darii memorat *ξύρα παραμήκη τριόπιδαμα* circa jugum, ad axes autem *τὸ μῆκος μείζω καὶ πλατύτερα*. Xenoph. vero in Cyrop. 6. pag. 153. in illis, quos Cyrus paravit, *δρέπανα σιδήρεα ὡς δι-πήχεα πρὸς τοὺς ἄξονας*. An igitur legendum *duo*, vel *bina cubita exstantes*? Certe alibi notae numerales *X* et *II* commutantur. Nam hoc modo *IIvir*, pro *Xvir*, datum erat supra 9, 34, 1. Vide etiam ad 38, 7, 2. et 44, 45, 15. Ita cuspidum circa temonem ab jugo exstantium numerum non exprimet Livius, quem

Digitized by Google

7 bus, quidquid obvium daretur, transfigerent. et in extremis jugis binae circa eminebant falces; altera aequata jugo, altera inferior in terram devexa: illa, ut, quidquid ab latere objiceretur, abscinderet: haec, ut prolapsos subeuntesque contingeret. item ab axibus rotarum utrimque binae eodem modo diversae
8 deligabantur falces. Sic armatas quadrigas, quia, si in extremo, aut in medio locatae forent, per suos agendae erant, in prima acie, ut ante dictum est, lo-
9 caverat rex. Quod ubi Eumenes vidit, haud ignarus pugnae, et quam anceps esset auxilii genus, si quis pavorem magis equis injiceret, quam justa adoriretur pu-

neque expresserunt Diod. Xenop. vel Curt. loc. laud. Mox *quidquid daretur obvium* Gaertn. Vox *obvium* non adparet in Voss. *dare* pro obvium dare apud Ter. et alios interdum obcurrit. Quum tamen reliqui vulgatum tueantur, nihil hic mutandum puto.

§. 7. *Ut, quidquid ab latere objiceretur, abscinderet*] *obiceret* Lov. 1. Sed vide ad 38, 40, 1. Tum *obscinderet* Lov. 6. *obsideret* Lov. 1. *absciderent* Voss. Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 31, 34, 4. Mox *palam prolapsos* Mead. 1. *subeuntesque contereret* Lov. 6. Hinc *diversae diligabantur* Voss. *diversae dirigebantur* Lov. 1. 2. et 3. [*altera* ante *aequata* omittit Bamb.]

§. 8. *Quia, si in extremo, aut in medio locatae forent*] *quae si in extremo* Harl. et Mead. 1. Pronomen *qui* et voculam *quia* passim a librariis confundi, vidimus ad 36, 33, 5. *qui si extreme* Gaertn. *quia si extremo* Voss. Sed praepositio *i* vel *in* intercepta est ab ultima litera praecedentis *si*. Quaedam exempla vidimus ad 35, 8, 9. Adde ad 2, 54, 9. 3, 44, 6. 6, 25, 1. 37, 14, 5. 38, 23, 5. 39, 18, 6. 40, 5, 11. et alia. *quasi in extremo aut medio* Lov. 1. ubi *in* secundo loco haustum est a litera prima vocis sequentis. V. ad 37, 1, 2. sed amat Livius praepositiones repetere. V. ad 6, 38, 6. *quasi in extremo* etiam Lov. 2. [Bamb.] *quia si aut in extremo, aut in medio* Lovel. 5. et typis inpressi ante Frob. qui anno 1535. voculam *aut* priori loco omisit. Eadem etiam a reliquis nostris exsulat. Mox *τὸ ante* non adparet in Lov. 1. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. adscivit, consentientibus ceteris meis. Abest etiam verbum *est* a Lov. 1. 3. et Voss. Sed v. ad 37, 6, 4.

§. 9. *Cretenses sagittarios, funditoresque, et jaculatores equitum*] Cl. Crevier. exponit, et ex

Digitized by Google

pugna, Cretenses sagittarios, funditoresque, et jaculatores equitum, non confertos, sed, quam maxime possent, dispersos, excurrere jubet; simul omnibus partibus tela ingerere. Haec velut procella, 10
partim vulneribus missilium undique conjectorum, partim clamoribus dissonis, ita consternavit equos, ut repente, velut effrenati, passim incerto cursu ferrentur: quorum inpetus et levis armatura, et expe- 11
diti funditores, et velox Cretensis momento declinabant: et eques insequendo tumultum ac pavorem equis camelisque, et ipsis simul consternatis, augebat, clamore et ab alia circumstantium turba multiplici adjecto. Ita medio inter duas acies campo exi- 12

equitibus eos, qui jaculatores essent: vel aliquid excidisse, ac forte legendum putat *et jaculatores cum aliquot turmis equitum:* nam et infra quatuor diversa genera distingui eorum, qui quadrigas illas expulerunt, *levem armaturam*, *expeditos funditores*, *velocem Cretensem*, *equitem*. Paullo ante *quam ut justa adoriretur pugna* cod. Mog. [*et* ante *anceps* abest a Bamb. mox *et auxilii* habet idem.]

Excurrere jubet; simul omnibus partibus tela ingerere] *occurrere* Voss. et Gaertn. *discurrere* Lov. 2. et Harl. Tum *et omnibus simul partibus* Lov. 2. et Harl. *ex omnibus simul partibus* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *exque omnibus simul partibus* Lov. 5. et edd. antt. Vulgatum demum adparuit in ed. Frob. anni 1535.

§. 10. *Partim vulneribus missilium undique conjectorum*] Omnia haec desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. culpa librariorum, quos in errorem pellexit repetita vox *partim*. V. ad 9, 11, 11. Sequentem etiam vocem *partim*, quae, nisi addantur praecedentia, vitiosa est, sustulit Harl. Quae autem scribarum neglegentia exciderant, praestantissimi cod. sui auxilio feliciter Moguntini restituerunt. Vide ad 36, 19, 13. Mox *intenso cursu* Voss. *incerto casu* Lov. 1.

§. 11. *Quorum inpetus et levis armatura*] Hanc lectionem Aldus ex cod. Mog. adscivit; cui unus meorum consentire videtur Lov. 2. ex quo nihil notatum video. Antea edebatur *quorum impetum*, adstipulantibus Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Mead. ambobus, Gaertn. et Hearnii L. 1. Id autem voluit etiam librarius Lov. 6. qui tamen corrupte dedit *quorum imperium*. Vide ad 1, 4, 9.

Et equos insequendo] Lege *et eques insequendo*, non *equos*. GELEN. *equos* perperam servant Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et

Digitized by Google

guntur quadrigae: amotoque inani ludibrio, tum demum ad justum proelium, signo utrimque dato concursum est.

1 XLII. Ceterum vana illa res verae mox cladis causa fuit. auxilia enim subsidiaria, quae proxima locata erant, pavore et consternatione quadrigarum territa, et ipsa in fugam versa, nudarunt omnia usque
2 ad cataphractos equites. ad quos quum, dissipatis subsidiis, pervenisset equitatus Romanus, ne primum

Gaertn. Mox *camelisque ipsis* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Tum *agebant* Voss. Vide ad 27, 9, 11. *augebant* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et editiones ante Froben. anni 1535. De locutione *eques augebant* v. ad 8, 38, 5.

§. 12. *Exiguntur quadrigae: amotoque inani ludibrio*] *eriguntur quadrigae* Voss. et Lov. 6. V. ad 6, 2, 1. Tum *amoto inani ludibrio* Harl. et Lov. 6. *armatoque inani ludibrio* Mead. 1. *amotoque ludibrio* Gaertn.

§. 1. *Auxilia enim subsidiaque, quae proxima locata erant*] Lege *auxilia enim subsidiaria*, non *subsidiaque*. GELEN. Vet. lib. *auxilia enim subsidiaque, quae proxima*. SIG. MS. *quae proxime locata erant*. MOD. Libri omnes *auxilia enim subsidiaque*. GEBH. *subsidiaque* etiam Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *auxiliaria enim subsidia* Voss. et Gaertn. *auxilia enim subsidiaria*, quod Frob. anno 1535. ex emendatione Gelenii recepit, cod. Mog. Tum *proxime locata*, praeter cod. Mog. a Modio laudatum, Voss. Lov. 6. et edd. Tarvis. utraque, aliaeque, usque ad Frob. eamdem, quae *proxima* dedit: id autem servant reliqui scripti, (nisi quod *proximo* sit in Lov. 2. et Gaertn. et edd. principes. V. ad 22. 12, 7. Paullo ante *illa res* Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn. *eriant* ita alibi codd. V. ad 7. et 6, 16, 1. *varia illa res* Mead. 1. V. ad 22, 7, 4. *una illa res* Gaertn. V. ad 8, 27, 2.

§. 2. *Alii fusi sunt*; *alii propter gravitatem tegumentorum*. Aut hic, aut mox *delendum esse sunt*. J. FR. GRON. Nescio, an satis justas caussas habuerit Gronov. alterutro loco *esse sunt*, quod in omnibus scriptis et edd. constanter superest, tollendi. Sane infra ex cod. Mog. edidi lib. 39, 8, 5. *Initia erant, quae primo paucis tradita sunt, deinde vulgari coepta sunt per viros mulieresque*. V. ad 35, 1, 12. et ad 1, 3, 9. Praeterea *tegmentorum* Lov. 3. *tegimentorum* Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo. Vide ad 36, 32, 6. Paullo ante *voces pars eorum*, quibus recisis sensus nihilominus constat, Crevierio valde suspectae sunt. Sed in omnibus supersunt nostris. Sufficeret, si sola abesset vox *pars*, cujus interpolatoribus addendae caussa esse potuit, quod displiceret *eorum* dici, quum praecederet *equitatus Romanus*. Sed, *equitatus* ut collectivum considerari, videbimus ad 40, 30, 5. [*pressi* pro *oppressi* Bamb.]

Digitized by Google

quidem inpetum pars eorum sustinuerunt. alii fusi sunt: alii propter gravitatem tegumentorum armorumque obpressi sunt. Totum deinde laevum cornu 3
inclinavit; et, turbatis auxiliaribus, qui inter equites, et quos adpellant phalangitas, erant, usque ad mediam aciem terror pervenit. Ibi simul perturbati 4
ordines, et inpeditus intercursu suorum usus praelongarum hastarum, (sarissas Macedones vocant) intulere signa Romanae legiones, et pila in perturbatos

§. 3. *Qui inter equites, quos adpellant phalangitas*] Lege *et quos appellant*. GELEN. Phalangitarum peditum antea mentio in aciei descriptione, equitum nulla: et mediam aciem haud dubie phalangitas pedites intelligit. Fortassis autem *cataphractos* legendum pro *phalangitis*. Sed judicet lector. GLAR. *quia*, pro *qui*, Voss. Lov. 1. 4. et Gaertner. [Bamb. qui paulo ante *declinavit*.] Vide ad 36, 33, 5. Deinde, si quid judico, rectius loco male adfecto consulit Gelenius interponendo voculam *et*, quam Glareanus, qui vocem *phalangitas* mutat in *cataphractos*. Neutri tamen conjecturae favent codd. nostri. Praeterea, quum Gelenius tantum *et quos*, pro *quos*, legendum monuerit, unde evenisse dicemus, Frobenium, qui Livium ex mente ejus emendatum anno 1535. edidit, etiam *equites* mutasse in *equitem*? Hanc lectionem servarunt omnes postea editores, nullo tamen codicum, quibus usus sum, adstipulante. Hinc τὸ *equites* revocavi, quod se etiam in L. 1. invenisse Hearnius testatus est. Paullo ante *perturbatis auxiliatoribus*, pro *et turbatis*, Lov. 3. *auxiliatoribus* etiam Lov. 1. Eamdem vocem nonnulli codd. Livio obtrudere conati sunt supra 21, 48, 1. et c. 56, 1. sed v. quae ibi notavi. *auxiliariis* Gaertn. V. ad 21, 26, 5. [*aciem terror* omissa in Bamb.]

§. 4. *Ibi simul perturbati ordines, et inpeditus*] *Ubi semel perturbati ordines* cod. Mog. Sed praefero vulgatum, et expono *Ibi*, id est in media acie, *simul*, id est simul ac, *perturbati ordines*, supple, sunt: et ita necesse non est, ut cum Sigonio post *vocant* majori distinctione periodum finiamus, et a sequenti *intulere* novam incipiamus. *Ibi* et *ubi* saepe commutari, vidimus ad 27, 5, 2. pari modo *simul* et *semel*. V. ad 24, 22, 14. *Simul* autem pro simulac passim usurpari, pluribus supra docui ad 6, 1, 6.

Usus praelongarum hastarum, (sarissas Macedones vocant)] Liv. 38, 7, 12. *Per operculi foramina praelongae hastae, quas sarissas vocant, ad submovendos hostes eminebant*. 9. 19, 7. ubi milites Macedones et Romani comparantur, *Arma clipeus, sarissae illis; Romano scutum, majus corpori tegumentum, et pilum*. Vide Cel. Burm. ad Nason. 12. Met. 466. Has sarissas olim sedecim, postea quatuordecim cubitorum fuisse, docet Polyb. 17, 25. Ab his saris-

Digitized by Google

5 conjecere. ne interpositi quidem elephanti militem Romanum deterrebant, adsuetum jam ab Africis bellis et vitare inpetum belluae, et ex transverso aut pilis incessere, aut, si propius subire posset, gladio
6 nervos incidere. Jam media acies fere omnis a fronte proftrata erat, et subsidia circumita a tergo caedebantur: quum in parte alia fugam suorum, et prope jam ad ipsa caftra clamorem paventium accipere.
7 Namque Antiochus a dextro cornu, quum ibi fiducia fluminis nulla subsidia cerneret, praeter quatuor turmas equitum, et eas, dum adplicant se suis, ripam nudantes, inpetum in eam partem cum auxiliis et ca-
8 taphracto equitatu fecit. nec a fronte tantum infta-

sis phalangitae etiam *sarissophori* dicuntur 36, 18, 2. *Macedonum robur, quos sarissophoros adpellabant.*

Et pila inter turbatos conjecere] Vet. lib. *et pila in perturbatos.* recte. Dixit enim paulo ante: *Ibi simul perturbati ordines.* SIG. *inter turbatos* Frob. anno 1535. ex cod. Mog. recepit. Priores ediderunt *in perturbatos*, quomodo etiam praeferunt codd. noftri, nisi quod *inter perturbatos* legat Lov. 1. *in turbatos* Lov. 3. et praepositio *in* omittatur in Voff. De verbis *turbare* et *perturbare* in hac re propriis vide ad 3, 70, 9.

§. 5. *Adsuetum jam ab Africis bellis evitare inpetum belluae ex transverso*] Lege *et vitare impetum belluae, et ex transverso.* GELEN. *adsuetum jam Africis bellis* perperam Lovel. 1. et 6. invitis reliquis. Deinde *è vitare* errore operarum edidit Aldus, unde mox secuti fecerunt *evitare*, ut praefert Gaertner. Ejus loco recte *et vitare* subftituit Gelenius, consentientibus ceteris scriptis meis, nisi quod *et* desit in Voff. Deinde *imperium belluae ex transverso, aut* Lov. 5. et ed. Camp. *impetum belluae ex transverso, aut* Voff. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *impetum belluae et transverso, aut* Lov. 3. Mox *gladii nervos incidere* Lov. 1. *gladiis* Lov. 3.

§. 6. *A fronte prostrata erat, et subsidia circumita a tergo caedebantur*] *a fronte et subsidia circuita* Harl. quasi omnia penderent a verbo *caedebantur.* Sed male. *circuita* etiam Lov. 1. 4. et Gaertn. Vide ad 26, 29, 3. *circumventa* Lov. 2. et 6. V. ad 31, 21, 13. [*ab tergo* Bamb.]

§. 7. *Inpetum in eam partem cum auxiliis et cataphracto equitatu facit*] *cataphrarcato equitatu* Voff. *cataphractato equitatu* Lovel. 1. 2. 5. et Mead. ambo, cum edd. vett. Supra cap. 40, 11. *Tria millia cataphra-*

Digitized by Google

bat, sed, circumito a flumine cornu, jam ab latere urguebat; donec fugati equites primum, deinde proximi peditum effuso cursu ad castra compulsi sunt.

XLIII. Praeerat castris M. Aemilius tribunus militum, M. Lepidi filius, qui post paucos annos pontifex maximus factus est. Is, qua fugam cernebat suorum, cum praesidio omni obcurrit; est stare primo, deinde redire in pugnam, jubebat, pavorem et turpem fugam increpans. Minae exinde erant, in perniciem suam caecos ruere, ni dicto parerent. postremo dat signum suis, ut primos fugientium caedant, turbam insequentium ferro et vulneribus in hostes redigant. Hic major timor minorem vicit. ancipiti

etorum equitum et mille alii equites. Hoc capite. *Nudarunt omnia usque ad cataphractos equites.* Tum *fecit* Voss. Lov. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. usque ad Sigonium, qui tamen in scholiis mutationis rationem non reddidit. Priscam igitur lectionem reduxi. Mox §. seq. *τὸ primum* exsulat a Lov. 1. et 6.

§. 1. *Qui post annos paucos pontifex maximus factus est*] *post paucos annos* Lov. 2. 3. 4. 6 Harl. et ambo Mead. *post paucos dies* cod. Mog. quae lectio aperte falsa est: id enim sacerdotium demum decennio postea consecutus est. Vide 40, 42. Eaedem quidem membranae legunt *pontifex factus est*, quasi paucos post dies unus pontificum, non pontifex maximus factus esset. Verum neque id probandum. Nam jam diu antea pontifex cooptatus est. Vide Liv. 32, 7. Ceterum ex vitiata cod. Mog. scriptura illud tamen colligo, eum etiam in vocum transpositionem consentire: in quo ipsi aliisque obsecutus sum.

§. 2. *Is qua fugam cernebat sociorum*] Lege *Is, qua fugam cernebat suorum*, non *sociorum*. GELEN. Pronomen *Is* excludunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *sociorum* autem, pro quo Gelenius *suorum* reponit, in sola tantum extat ed. Frob. anni 1531. Reliquae simul cum scriptis *suorum* servant. Vide supra ad cap. 20, 9. Mox *cum praesidio omnium occurrit* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Vide ad 5, 9, 7. et 6, 22, 6. *cum praesidio occurrit omnium* Lov. 3. *cum praesidio suorum occurrit* Harl. Sed illud *suorum* perperam ex proxime praecedentibus hic repetitum est.

§. 3. *Minae exinde erant, in perniciem suam*] *Minae non deerant in suam perniciem* cod. Mog. Mox *dat suis signum* Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et

Digitized by Google

coacti metu primo conſtiterunt; deinde et ipsi
dierunt in pugnam, et Aemilius cum suo praesi
(erant autem duo millia virorum fortium) effuse
5 quenti regi acriter reſtitit. Et Attalus, Eumenis f
ter, a dextro cornu, a quo laevum hoſtium primo
petu fugatum fuerat, ut ab siniſtro fugam suorum
tumultum circa caſtra vidit in tempore cum dec
6 tis equitibus advenit. Antiochus, poſtquam et e
quorum terga modo viderat, repetentes pugnam
aliam et a caſtris et ex acie adfluentem turbam con
7 spexit, in fugam vertit equum. Ita utroque cornu
victores Romani per acervos corporum (quos in
dia maxime acie cumulaverant, ubi et robur for
morum virorum, et arma gravitate fugam impedi
8 rant) pergunt ad caſtra diripienda. equites primi

Gaertn. *dat suis signa* Lov. 1. et 6. *dato suis signo* Mead. 1. Deinde *in hostem redigant* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [*in hostes refligant* Bamb.]

§. 4. *Effuse sequenti regi acriter restitit*] Pall. et vet. ed. *effuse sequente rege aeriter obstitit*. GEBH. *effuse sequente rege* scripti [Bamb.] et edd. usque ad Frob. anni 1535. quae prima *sequenti regi* exhibet. Hinc *fortiter obstitit* Hearnii L. 1. *acriter obstant* Lov. 1 *acriter obstitit* reliqui scripti mei, ut et illi, quos Gronov. in prima ed. notarum consuluit, cum omnibus excusis usque ad Aldum, qui *restitit* ex cod. Mog. admisit. Paullo ante *redire* Lov. 1. Mead. 1. et Gaertn. *rediere* ceteri cod. [Bamb.] et typis descripti usque ad Aldum, qui ex eodem Mog. *redierunt* substituit.

§. 5. *A dextro cornu*, c *laevum hostium primo im fugatum fuerat*] *ab dextro nu, quo* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *tro cornu, quo* Lov. 3. [Bam Tum *inpetu* deeſt in Lov. Mox vocula *ut* exsulat ab omnibus scriptis [Bamb.] et edd que ad Frob. qui anno 1531 didit.

§. 7. *Ita utroque cornu* *res Romani*] MS. *Ita ut utro cornu victores Romani*. M *Itaque utroque* Lov. 5. Gae et edd. principes. Quum a Mog. se in cod. suo *Ita ut u que* invenisse notassent, A ex eo *Ita* adoptavit. *To ut*, sequebatur, perperam ex lit prioribus sequentis vocabuli ratum videtur: nisi qui legendum putet *Ita in utroq* Mox *in media acie maxime* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Hinc

nium Eumenis, deinde et alius equitatus toto passim campo sequuntur hostem, et postremos, ut quosque adepti sunt, caedunt. Ceterum fugientibus major 9
pestis, intermixtis quadrigis, elephantisque, et camelis erat, et sua ipsorum turba: quum, solutis ordinibus, velut caeci super alios alii ruentes, incursu belluarum obtererentur. In castris quoque ingens, 10
et major prope quam in acie, caedes est edita. nam et primorum fuga in castra maxime inclinavit; et hujus fiducia multitudinis, qui in praesidio erant, pertinacius pro vallo pugnarunt. retenti in portis val- 11
loque, quae se inpetu ipso capturos crediderant, Romani, postquam tandem perruperunt, ab ira graviorem ediderunt caedem.

XLIV. Ad quinquaginta millia peditum caesa eo 1

pediebant, pro *impedierant*, cod. Mog. Sed literas *B.* et *R.* ob ductuum similitudinem saepe commutari, vidimus ad 22, 24, 1.

§. 9. *Major pestis, intermixtis quadrigis*] Ita recte Aldus, praeeunte Msto Mog. excudit. Antea edebatur *in permixtis*, quod servant codd. nostri. Contrario errore *inter territos*, pro *in perterritos*, supra erat in cod. Mog. c. 42, 4. Error ortus est ex confusione literarum *P.* et *T.* de qua v. ad 27, 15, 11. [*sua ipsius turba* Bamb.]

Caeci super alios alii ruerent, et incursu bell. obter.] Vet. lib. *super alios alii ruentes incursu belluarum obtererentur.* SIG. Pal. pr. *velut caeci super alios alii ruerent, incursu.* Vulgata lectio comparet tamen in Pal. post. GEBH. Ut Sigonius emendat, praeferunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, ac plures sequentium. *super alios alii ruerent, incursu* Voss. Lov. 5. Gaertn. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *super alios alii ruerent, et cursu* Lov. 1. et 6. *super alios alii ruerent, et incursu* Frob. vulgavit anno 1535. Verum id in nullo mihi cod. obvium fuit.

§. 10. *Primorum fuga in castra maxime inclinavit*] *priorum fuga* cod. Mog. quod aberrantius librarii esse videtur. *Primores* sunt primi. Supra 1, 12, 7. *Ipse ad primores Romulus provolat.* 2, 38, 1. *Ut quisque veniret, primores eorum excipiens.* cap. 46, 4. *Inter primores genus Fabium insigne spectaculo exemploque civibus erat.* ubi *inter primores* est in prima acie. 3, 18, 8. *P. Valerius, inter primores pugnam ciens, inter-*

Digitized by Google

die dicuntur, equitum tria millia; mille et quadri
genti capti, et quindecim cum rectoribus elephan
2 Romanorum aliquot vulnerati sunt; ceciderunt n
plus trecenti pedites, quatuor et viginti equites;
3 de Eumenis exercitu quinque et viginti. Et i

ficitur. 42, 7, 10. *Quum, cedentibus neutris, ex parte utraque primores caderent* Passim librarii *prīores*, id est, *primores*, mutarunt in *priores*. Vide ad 2, 2, 8. 3, 36, 5. c. 37, 2. c. 72, 1. 4, 6, 10. c. 11, 6. c. 48, 9. ubi operarum culpa *prioribus*, pro *primoribus*, in contextum hujus editionis inrepsit. 24, 20, 12. et alibi saepe. Contrario etiam modo frequenter lapsi sunt. Vide ad 1, 49, 7. 2, 45, 13. 3, 1, 4. c. 12, 5. 6, 13, 8. 7, 8, 1. c. 30, 4. 21, 14, 1. 26, 5, 12. 28, 22, 14. 35, 48, 8. et pluribus locis. Paullo ante *major prope quam acie*, omissa praepositione *in*, Lov. 6. [*declinavit* Bamb.]

Et hujus fiducia multitudinis, quae in praesidio erat, pertinacius pro vallo pugnarunt] Lege *qui in praesidio erant*, non *quae in praesidio erat*. GEL. Libri omnes *quae in praesidio erat*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. *qui in praesidio erant* Lov. 6. et Harl. Vide ad 29, 12, 4. Tum *pugnaverunt* Lov. 2 Harl. et Mead. 1. Sed v. ad 30, 18, 1. Mox §. seq. *vallo, quae se*, Harl. ubi *τὸ que* interceptum est a sequenti *quae*. Vide ad 41, 2, 11. *valloque se* Lovel. 6. ubi contra *τὸ quae* elisitur a praecedenti *que*.

§. 1. *Ad quinquaginta millia peditum caesa ea die dicuntur*] Appian. [B. Syr. pag. 110.] *περὶ πεντακισμυρίους*. SIGON. Verum App. sub hoc numero comprehendit interfectos equites, et captivos, quos Livius inde separavit. Inquit enim: *Ἀντιόχου δὲ, σὺν τοῖς ἀιχμαλώτοις, ἐ ζοντο ἀπολέσθαι περὶ πεντα μυρίους*. A Livio et Appiano sentit Justin. 31, 8. *Caesa stium quinquaginta millia pta undecim*. Deinde *eo die* mei, [Bamb.] et edd. usque Gruteri ultimam, quae et substituit. Priorem igitur pturam revocavi. Vide ad 22, 3.

Equitum quatuor millia: *le et quadringenti capti*; Omnes libri, *equitum tria millia*; *et mille et quadringenti capti*. GEBH. Voces quot *millia* aberant ab Hearnii L sed *equitum tria millia* leg omnes nostri, Hearnii N. et ante Aldum, qui *quatuor mil* ex membranis Mogunt. adoptavit. Varietas inde orta est, qu numerus notis scriptus fuer et notae numerales *II* ac *V* cile commutentur. Vide ad 22, 4. Priscam hoc loco lectionem revocandam censui, qu ita etiam edatur apud Eutro 4, 4. *Quinquaginta millia pe tum, tria equitum, eo certami ex parte regis occisa sunt.* Ce te, plurimos codd. et metaph sten Graecum ita praeferre, v docti docuerunt. Praeterea *mille et quinquaginta* Gaert *et mille et quingenti* Voss. *mille et quadringenti* Lov. Harl. et Mead. uterque. *et mil quatuor centum* Lov. 3. *et qu dringenti*, omissa voce *mill* Hearnii N. ita tamen, ut re cta lacuna indicet, aliquid d esse.

Digitized by Google

quidem die victores, direptis hostium castris, cum magna praeda in sua reverterunt; postero die spoliabant caesorum corpora, et captivos contrahebant. Legati ab Thyatira et a Magnesia ad Sipylum ad de- 4
dendas urbes venerunt. Antiochus, cum paucis fu- 5

Quindecim cum rectoribus elephanti] Reliquos elephantos, quos in aciem eduxerat, interfectos esse, refert App. B. Syr. pag. 110. *Τῶν ἐλεφάντων οἱ μὲν ἀνῃρηντο, πεντεκαίδεκα δ' αἰχμάλωτοι γεγένηντο.* Ubi quum quindecim elephantos captivos itidem memoret et in eumdem numerum consentiant reliqui codices, male Lov. 1. *XVI cum rectoribus* praeferre, certum est.

§. 2. *Ceciderunt non plus trecenti pedites, quatuor et viginti equites; et de Eumenis exercitu quinque et viginti*] *quinque et decem* edit App. [ibid.] *Ἐφάνησαν δὲ νεκροὶ Ῥωμαίων μὲν τῶν ἐξ ἄσεος ἱππεῖς εἰκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ πεζοὶ τριακόσιοι μάλιστα, οὓς ὁ Ἀντίοχος ἔκτεινεν. Εὐμενοῦς δ' ἱππεῖς πεντεκαίδεκα μόνοι.* SIGON. *non plus trecentis peditibus, quatuor et viginti equitibus* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *non plus trecentis peditibus, et quatuor et viginti equitibus* Lov. 2. et Harl. Sed vide ad 41, 12, 8. Insuper *occiderunt* Lov. 3. et Gaertn. Vide ad 36, 36, 6. Paullo ante *aliqui vulnerati* Voss. V. ad 32, 10, 12.

§. 3. *Cum magna praeda in sua reverterunt; postero die spoliabant*] *ad sua reverterunt* Lovel. 1. et 6. Tum *postera die* membranae Mog. Sed vide ad 1, 12, 1. Praeterea *exspoliabant* Lov. 3. Vide ad 38, 14, 10.

§. 4. *Legati ab Thyatira*] *Thyatira*, ut ante quoque diximus [ad cap. 38, 3.] genere foeminino dicere videtur, si codex non erat, cum apud Strabonem sit generis neutri, lib. 14, [646.] ubi de Aristonico loquens: *πρῶτον μὲν οὖν*, inquit, *παρεισέπεσεν εἰς Θυάτειρα*, id est, *Primum quidem Thyatira aggressus est.* Nisi quis *Θυάτειραν* legendum existimet. Verum, apud Ptolemaeum et Plinium utrius sit generis, non facile discernas. GLAREAN. Stephanus neutro genere efferri hanc vocem ait: eodemque modo Appianus et ceteri usurparunt. Ita *ab Thyatiris* legendum esse videretur, nisi Stephanus muliebri genere proferri posse sub significaret. SIG. Plerumque est neutrum plurale, rarius foemininum singulare. V. Periz. ad Sanctii Minerv. 1, 9. DUK. In hanc formam genere feminino conspirant omnes scripti, et edd. antiquiores. Ejusdem urbis nomen obcurrit etiam supra hoc lib. capp. 8. 21. 37. et 38. quibus locis licet librarii varie errarint, in id tamen fere omnes conveniunt, nomen hujus urbis genere feminino enunciatum fuisse: similiter etiam edd. vett. praeterquam secundo loco, ubi omnes *per Thyatira* praeferunt. Reliquis fere Froben. anno 1535. ultimo demum Vascosanus neutrum plurale restituerunt: hic omnes foemininum singulare servant. Observat autem Cellar. 3. Geogr. ant. 3. pag. 79. Plinium itidem locutum esse 5. Hist. Nat. 29. *Intus et Thyatira adluitur Lyco.* Polybius, quem Livius hac parte imitari solet, *τὰ Θυάτειρα* dicere maluit. Ita

Digitized by Google

giens, in ipso itinere pluribus congregantibus se
modica manu armatorum media ferme nocte Sardes
6 contendit. inde, quum audisset, Seleucum filium e
quosdam amicorum Apameam praegressos, et ipse
quarta vigilia cum conjuge ac filia petit Apameam,
Zenoni tradita custodia urbis, Timone Lydiae pra-
7 posito: quibus spretis, consensu oppidanorum et mi-
litum, qui in arce erant, legati ad consulem mis-
sunt.

pag. 1406. Ὥρμησε τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπὶ Θυατείρων. et p. 1469. Ἀπῆρεν ἐπὶ Θυατείρων.

Et Magnesia, et ab Sipylo] Etsi *Sipylus* oppidum est, non ita longe a Smyrna, ut paulo superius [ad cap. 11.] ex Plinio ostendimus, tamen hoc in loco malim legere *Magnesia quae ad Sipylum*, ut paulo inferius [cap. seq.] *a Magnesia, quae super Maeandrum est.* GLAR. Pall. *et Magnesia a Sypilo.* Vet. edd. *et Magnesia et ab Sypilo.* GEBHARD. *et a Magnesia ad Sipylum* apparet in primo Frobenio. Ab Andrea usque ad Juntam *et a Magnesia et ab Sipylo.* Voss. *et a Magnesia ab Sipylo.* Scribe *et a Magnesia sub Sipylo.* Strabo l. 12, [571.] καὶ τῆς περὶ Σίπυλον, καὶ Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ. Lib. 13, [621.] Οὐκ ἄπωθεν δὲ τούτων τῶν πόλεων οὐδ' ἡ Μαγνησία ἐστὶν ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ. Alterum finxerunt ex cap. 37. et 56. hujus libri. Sed non est necesse, Livium semper eodem modo loqui, praesertim in hoc genere, ubi utrumvis sine noxa. J. FR. GRON. *et a Magnesia et ab Sipylo* Hearnii L. 1. *et Magnesia et Sipylo* Lov. 2. *et Magnesia et a*, vel *ab*, *Sipylo* Lov. 3. 5. 5. *et Magnesia ab Sipylo* Voss. Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [illegible] nisi quod habet *Sypilo*. [illegible] ferme inducor, ut Livius [illegible] *Magnesia ab Sipylo* [illegible] credam cum Inlustriss. Spa[illegible] de Praest. et us. numism. [illegible] pag. 894. ed. secundae, praepositione *a*, in plerisque codicibus omissa, repetita ex mon[illegible] vii, de quo dictum ad 6. [illegible] Nam et incolae ejus urbis Magnetes *ab Sipylo* vocantur a Tacit. 2. Ann. 47. ubi vide Rychium et Plinio 5. Hist. Nat. 21. In nummis etiam Graecis Μαγνη[illegible] οἱ απο Σιπυλου, in marmoribus Μαγνητις απο Σιπυλου. Quod vero Harduin. [illegible] Plinii loc. laud. urbem etiam [illegible] Strabone 13, 621. Μαγνησ[illegible] ἀπὸ Σιπύλου vocatam cense[illegible] fallitur, quum ibi ἡ ὑπὸ Σιπύλου vocetur. Ceterum quae huic Livii lectioni adfruenda Spanhem. olim adduxerat, in [illegible] tia ed. ab eo omissa esse vide[illegible]

Media ferme nocte Sardis contendit] MS. *media ferme nocte Sardeis contendit.* quod magis huc facit. MOD. Nostri quidem nihil mutant, et vulgatum defendi potest; magis tamen placet *contendit*, quod Modius et Mog. probavit; quia melius trepidationi Antiochi convenit, qui ex infelici proelio elapsus sum-

Digitized by Google

XLV. Sub idem fere tempus et ab Trallibus, et 1
a Magnesia, quae super Maeandrum est, et ab Ephe-
so legati ad dedendas urbes venerunt. Reliquerat 2
Ephesum Polyxenidas, audita pugna, et, classe us-
que ad Patara Lyciae pervectus, metu stationis Rho-
diarum navium, quae ad Megisten erat, in terram
egressus, cum paucis itinere pedestri Syriam petiit.
Asiae civitates in fidem consulis ditionemque populi 3
Romani sese tradebant. Sardibus jam consul erat.

ma diligentia Sardes profectus est. Solent autem *contendere* et *concedere* in scriptis commutari. Vide ad 37, 39, 1.

§. 6. *Apameam praegressos, et ipse quarta vigilia*] *ad Pavica* Voss. *ad Pameam* Lov. 1. 3. et 6. Tum *progressos* Voss. Lov. 3. et Gaertn. Sed v. ad 9, 10, 7. Hinc voces *et ipse*, quae desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. primus Aldus ex Mog. addidit. Mox §. seq. *a quibus praeter consensum oppidanorum* Lovel. 3. Harlej. et Mead. 1.

§. 1. *Sub idem fere tempus et ab Trallibus, et a Magnesia, quae super Maeandrum est*] *ferme tempus* Voss. et Gaertn. Vide etiam ad §. 4. et ad cap. 38, 5. Tum voces *et ab Trallibus* non comparent in Lov. 6. *et a Trallibus* legunt Lov. 3. 6. et edd. principes. Hinc *et Magnesia* Gaertn. [Bamb.] *ab Magnesia* Lov. 2. *et ab Magnesia* Lov. 1. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Praeterea *τὸ est* exsulat a Lov. 6. quemadmodum etiam mox *legati* a Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] Vide ad cap. 26, 9. Tandem *ad dedendum urbes* Lov. 3. V. ad 40, 49, 1.

§. 2. *Classe usque ad Patara Lyciae pervectus*] *classi* Voss. Lov. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] V. ad 23, 41, 8. Tum *Ciliciae* Lov. 2. et Harl. Vide ad cap. 17, 1. Hinc *provectus* Gaertn. Vide ad 39, 40, 5. *praetervectus* Lov. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. [*navium* omittit Bamb.] Mox *quae ad Megisten erant*, pro *erat*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. et Gaertn. [Bamb.] ut referatur ad *naves*. Eamdem lectionem Crevierius in cod. Victor. invenit, et in contextum recepit. utrumque sensui convenit, *navium quae ad Megisten erant*, et *stationis quae ad Megisten erat*. Ita *statio navium ad Uticam incaute agens*, non *agentium*, 30, 9. Vulgatum igitur servans arbitrium lectori relinquo.

Itinere pedestri Syriam petiit] *petit* codd. mei, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. anni 1531. Ita innumeris locis variant codd. Vide ad 2, 20, 2. 5, 8, 11. c. 40, 5. 6, 22, 6. c. 25, 5. 9, 20, 5. c. 42, 3. 10, 16, 5. Epit. Liv. 13. lib. 21, 20, 2. 22, 2, 2. 24, 40, 17. 26, 22, 9. 28, 16, 13. c. 45, 8. 29, 12, 12. 30, 36, 3. 31, 29, 13. 35, 13, 3. c. 31, 14. 37, 45, 4. 39, 4, 2. Epit. Liv. 62. et Cel. Burm. ad Suet. Caes. 30. Similiter *adpetit* et *adpetiit*. V. ad 7, 26, 5. *repetit* et *repetiit*. V.

Digitized by Google

eo et P. Scipio ab Elaea, quum primum pati labo-
4 rem viae potuit, venit. Sub idem fere tempus ca-
duceator ab Antiocho per P. Scipionem a consule
petiit, impetravitque, ut oratores mittere liceret regi.
5 Paucos post dies Zeuxis, qui praefectus Lydiae fue-
6 rat, et Antipater fratris filius venerunt. hi, prius Eu-
mene convento, quem propter vetera certamina aver-
sum maxime a pace credebant esse, et placatione
eo et sua et regis spe invento, tum P. Scipionem, et
7 per eum consulem, adierunt: praebitoque iis peti-
tibus frequenti consilio ad mandata edenda, *Ut-
tam, quid ipsi dicamus, habemus*, inquit Zeuxis,
*quam ut a vobis quaeramus, Romani, quo pacto
expiare errorem regis, pacem veniamque impetrare:*

ad 40, 58, 8. Alia plura ejusdem generis vide ad 36, 20, 3.

§. 3. *Quum primum pati laborem viae potuit*] Vocem *viae*, quae aberat a Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. priscis, Moguntini ex cod. suo adjecerunt. Eadem etiam superest in reliquis meis: sed *laborem viae pati* praefert Lov. 6. Supra 27, 29, 3. *Quia nec viae laborem passurus videretur*. Paullo ante *Sardibus tum consul erat*, pro *jam*, Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Alibi hae voces commutantur. V. ad 2, 48, 10. 33, 45, 1.

§. 4. *Per P. Scipionem a consule petiit*] Praenomen Scipionis abest a Lov. sex, Harl. Mead. ambobus, Gaertn. et edd. vett. quod Moguntini ex cod. suo receperunt. Deinde *petit* cod. Mog. omnes nostri, et edd. usque ad Frob. qui anno 1531. *petiit* substituit. Vide modo ad §. 2. Paullo ante *Sub idem ferme tempus* Voss. et Gaertn. Vide ad §. 1. Ceterum cum his conferendus est Polyb. Exc. Legat. num. 1.

§. 5. *Zeuxis, qui praefectus Lydiae fuerat*] Ὁ πρότερον ὑπάρχων Λυδίας σατράπης, Polyb. Legat. 24. Antiochus ei cum duobus aliis mediam aciem tuendam dederat in pugna adversus Romanos, cap. 41. Post eam Sardibus fugiens Timonem Lydiae praeposuerat, cap. 44. fortassis quod Zeuxis cum aliis Apameam ex fuga petierat, vel quod eum ob aliam quamcumque causam secum esse, quam in Lydia, malebat. DUK. Male *tum erat*, pro *fuerat*, Lov. 6. (*Lyd. erat* Bamb.

§. 6. *Hi, prius Eumene convento*] Prima vocula deest in Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. (Bamb.) et priscis edd. quam primus addidit Frob. anno 1535. quum Moguntini antea monuissent, membranas suas legere *is prius*, sive ita revera in illis repererint, sive ita operae per errorem, pro

victoribus possimus. Maximo semper animo victis 8
regibus populisque ignovistis. quanto id majore et placatiore animo decet vos facere in hac victoria, quae vos dominos orbis terrarum fecit? Positis jam adver- 9
sus omnes mortales certaminibus, haud secus quam Deos, consulere et parcere vos generi humano oportet. Jam ante, quam legati venirent, decretum erat, quid 10
responderetur. respondere Africanum placuit. Is in 11
hunc modum locutus fertur: *Romani ex iis, quae in Deûm inmortalium potestate erant, ea habemus, quae Dii dederunt. Animos, qui nostrae mentis sunt, eos-* 12
dem in omni fortuna gessimus, gerimusque: neque eos secundae res extulerunt, nec adversae minuerunt. ejus rei, ut alios omittam, Hannibalem vestrum vo-

ii prius, dederint. Gronov. quidem in pr. ed. notarum ad h. lib. cap. 17. pronomen inducendum existimavit; sed postea sententiam mutasse videtur, quia hanc conjecturam in repetitis curis omisit. Polyb. quem hic Livius presse secutus est, similiter *οὗτοι* dixit in Exc. Leg. num. 24. Ὗτοι δὲ πρῶτον μὲν ἔσπευδον ἐντυχεῖν Ἐυμένει τῷ βασιλεῖ, etc.

Aversum maxime a pace credebant esse] *aversum maxime paci credebant esse* Mead. 2. *aversum maxime parati credebant esse* Mead. 1. *adversus maxime credebant pacem esse* Lovel. 1. *adversum maxime parti credebant esse* Lov. 2. *adversum maxime pace credebant esse* Voss. *adversum maxime paci credebant esse* Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. [*versum* Bamb.] Mox *sua et regis spe*, non *et sua*, omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui alterum *et* fide cod. Mog. adjecit.

§. 7. *Praebitoque iis petentibus frequenti consilio*] *concilio* Lov. 2. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et reliquae usque ad Frob. qui anno 1535. revocavit *consilio*, quod non tantum exhibent ceteri codd. nostri, sed et edd. Campani, Rom. 1472. ac Parm. Non tamen ea lectio salva manere potuit; sed, illa expuncta, Basil. anno 1554. iterum *concilio* dederunt, quod Sigonius omnesque editores recentiores servarunt usque ad Gronov. per quem recte *consilio* restitutum est. Vide ad 44, 2, 5.

Non tam, quid ipsi dicamus, habemus] Verbum *habemus* non adparet in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, [Bamb.] et edd. vett. ita tamen ut *non noverim tam, quid ipsi* legat Lov. 6. *non tam, quid tempore* Voss. illud *habemus* Moguntini et auctoritate cod. sui adsciverunt. Aliquid adhuc scabri in hac oratione superesse videtur. Nescio enim utrum placere possit, *non tam*

Digitized by Google

13 *bis darem testem, nisi vos ipsos dare possem. Postquam Hellespontum trajecimus, priusquam castra regia, priusquam aciem videremus, quum communis Mars et incertus belli eventus esset, de pace vobis agentibus, quas pares paribus ferebamus conditiones,*
14 *easdem nunc victores victis ferimus. Europa abstinete, Asiaque omni, quae cis Taurum montem est, decedite. Pro inpensis deinde in bellum factis quindecim millia talentûm Euboïcorum dabitis: quingenta praesentia; duo millia et quingenta, quum i-*

habemus, quid dicamus, quam ut quaeramus. [*quod responderetur* Bamb.]

§. 11. *In hunc modum locutus fertur*] *refertur* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Insuper *locutum fertur* Voss. Erroris caussam vide ad 6, 3, 8. [*ex his, quae* Bamb.]

§. 12. *Gessimus, gerimusque: neque eos secundae res extulerunt, nec adversae*] *gessimusque neque eos* Lov. 1. *gessimus, quia neque eos* Voss. Tum *neque adversae* Lov. 2. 3. et Mead. 2. Sed vide ad 9, 9, 14. [*adversa* Bamb.] Mox *Hannibalem vestrum testem darem* Lovel. 2. *Hannibalem vestrum vobis testem darem* Lov. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] Insuper §. seq. *trajecimus Hellespontum* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. uterque. [Bamb.]

§. 14. *Quum senatus populusque Romanus pacem comprobaverint*] Vet. lib. *comprobaverit.* SIGON. Ita et Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Gaertn. et Victor. Crevierii, qui ab ea lectione probanda haud alienus est, nos remittens ad Livii 1, 58, 12. ubi Latinos duobus pluribusve nominibus singularibus verba singulare junxisse monuit, ita de Horatio observasse Bent. ad 1. od. 24, 8. De Livio idem cecinit ad 37, 29, 6. Verum quum in loco Livium duobus singularibus etiam plurale junxisse addiderim, et reliqui codd. atque inter eos optimus Mog. unde nihil notatur, vulgatum servarim, id damnare nondum audeo, praesertim quum hoc loco jungantur duo singulari a conlectiva quae vel singula verbum plurale adsciscunt. Vide ad 35. 16. 9. Judicet igitur lector. Paulo ante *Europa abstinete, Asiaque omni* etc. *decedite*, pro *Asiaque*, Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb. nisi quod *abstinete* exhibet.] Hinc *Pro inpensis in bellum factis*, voce neglecta Lov. 3. qui idem cod. etiam *talentorum Euboïcorum* legit.

§. 15. *Mille deinde talentum per duodecim annos*] *millena deinde talenta* legendum, ut docte emendavit Budaeus lib. 3. de Asse [pag. 303.] Convincit hoc et latinitas, et summae divisio. GLAR. *deinde mille talentum* Lov. 3. Vocem *mille* ignorant Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1.

Digitized by Google

natus populusque Romanus pacem comprobaverint; millia deinde talentûm per duodecim annos. Eumeni 15 *quoque reddi quadringenta talenta, et quod frumenti reliquum ex eo, quod patri debitum est, placet. Haec* 16 *quum pepigerimus, facturos vos ut pro certo habeamus, erit quidem aliquod pignus, si obsides viginti nostro arbitratu dabitis: sed numquam satis liquebit nobis, ibi pacem esse populo Romano, ubi Hannibal erit. eum ante omnia deposcimus. Thoantem quo-* 17 *que Aetolum, concitorem Aetolici belli, qui et illorum*

mille deinde talentum, quod in solo Lov. 5. inveni, et edd. vett. praeferunt, ferri non posse, recte viri docti viderunt. Sensum Budaeus vidit, at rectius Gruter. in ultima ed. emendavit *millia deinde talentûm per duodecim annos:* id est, quolibet anno mille talenta, idque per duodecim annos. V. ad 4, 15, 6. et 29, 15, 9. Polyb. in Exc. Legat. num. 24. ita exprimit: *Τὰ δὲ λοιπὰ τελεῖν ἐν ἔτεσι ιβ', διδόντα καθ' ἕκαστον ἔτος χίλια τάλαντα.* Vox *deinde* deest in Lov. 6. Deinde *per quindecim*, vel *XV annos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. nota numerali *II* perperam coalescente in *V*, de quo vide ad cap. 22, 4. *per XX annos* Lov. 4.

Eumeni quoque reddi quadringenta talenta] *Eumeni quoque regi reddi* Gaertn. Tum *quadraginta*, vel *XL talenta*. Forte scriptum fuerat *IVgenta talenta*, quod facile in *IVginta* corrumpi potuit. Vide ad cap. 50, 11. Polyb. ita effert loco laud. *Ἀποδοῦναι δὲ καὶ Εὐμενεῖ ὑ πάλαντα προσοφειλόμενα, καὶ τὸν ἐλλείποντα σῖτον κατὰ τὰς πρὸς τὸν πατέρα συνθήκας.*

§. 16. *Sed nusquam satis liquebit nobis*] Ita primum Francof. editum anno 1578. neque dubito, quin operarum aberratione. Certe omnes priores *sed numquam* legunt; quod etiam in Lov. 1. 2. 3. 4. 5. vidi, et Hearnius L. 1. Ex reliquis meis nihil notari video: in quibus si *nusquam* superfuit, id adscribendum culpae librariorum. Vide ad 36, 17, 10. *nunquam* etiam recte Crevierius ex Victor. suo restituit; eademque lectio etiam Cl. Dukero placebat.

§. 17. *Concitatorem Aetolici belli*] Scripti *concitorem*, ut diximus ad lib. 23, [41, 2.] J. FR. GRONOV. *concitatorem* servant Voss. Lov. 1. 3. 6. Harl. et Hearnii L. 1. contra *concitorem* reliqui mei, Hearnii N. et ed. Campani. Ita vero hic legendum, Gebhardus ex MS. Pal. et vet. ed. supra monuit ad 29, 3, 3. V. ad 23, 41, 2. Mox *quia illorum* Voss. V. ad 36, 33, 5. Hinc *dedatis* Lov. 6.

Et cum eo Mnasimachum Acarnana] Vet. ed. *Musasymachum*. Pal. pr. *in Nascicinacum*. alter *Innasiemacum*. GEBH. *Mnasicindcum* Voss. *Mnascicinacum* Lov. 3. *Mnasiciacum* Lov. 1. *Mnasiomacum* Lov. 4. *Mna-*

Digitized by Google

fiducia vos, et vestra illos in nos armavit, dedetis, et cum eo Mnasimachum Acarnana, et Chalcidenses
18 *Philonem et Eubulidam. In deteriore sua fortuna pacem faciet rex, quia serius facit, quam facere potuit. Si nunc moratus fuerit, sciat, regum majestatem difficilius ab summo fastigio ad medium detrahi,*

siemacum Harl. et Mead. 1. *Masiemachum* Lovel. 2. *Inasicmacum* Mead. 2. [*Mnasicmacum* Bamb.] *Masimachum* Gaertn. *Masicuiacum* Lovel. 6. *Musasymmachum* Lov. 5. et ed. Camp. *Masasymmachum* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Mnasymmachum* Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, et reliquae usque ad Frob. qui anno 1531. *Mnasimachum* substituit. Idem gentis Acarnanum princeps etiam infra memoratur 38, 38. ubi, licet scripti in duabus prioribus hujus nominis syllabis varient, in ultimas tamen *machus* tantum non omnes conspirant. Contra *Mnasilochus* vocatur Polyb. in Exc. Legat. num. 24. Σὺν δὲ τούτοις, Ἀννίβαν ἐκδοῦναι τὸν Καρχηδόνιον, καὶ Θόαντα τὸν Αἰτωλὸν, καὶ Μνασίλοχον Ἀκαρνᾶνα, καὶ Φίλωνα, καὶ Εὐβουλεῖδην τοὺς Χαλκιδέας. Vide eumdem in Exc. Leg. num. 35. Ursinus autem ad priorem locum Polybii vel apud Livium ex Polyb. *Mnasilochum*, vel apud Polyb. ex Livio Μνασίμαχον reponendum conjicit. Prius mihi verisimilius videtur, quia supra apud Livium 36, 11, 8. memoratur *Mnesilochus*, sive, ut scribendum conjeci, *Mnasilochus princeps Acarnanum*, qui, *multis emtus donis, non ipse solum gentem regi* Antiocho *conciliabat, sed Clytum etiam praetorem, penes quem summa potestas erat, in suam sententiam adduxerat.* Idem etiam Cl. Crevierio visum est; ejus tamen exemplo conjecturam in contextum recipere non audeo Praeterea *Acarnanâ* Lov. 6. et Harl. *Acarnanem* edd. Mediol. 1480. Tarvis. ambae, et recentiores omnes ante Moguntinos, qui recte ex cod. suo dederunt *Acarnana*. Neque aliter reliqui mei. et ed. Campani. Eo vero alludunt edd. Rom. anni 1472. et Parm. quarum illa *Acarnana*, haec *Acarna* operarum lapsu praeferunt. Vide ad 36, 11, 6.

Et Chalcidenses Philonem et Eubulidam] MS. *Philonem et Eubulum*. MOD. Pall. *Eubulum*. Vet. ed. *Eubolum*. GEBH. Olim edebatur *Chalcidensem*, quasi ad solum Philonem, non etiam ad Eubulidam, referendum foret: et ita, vel *Chalcidensem*, aut *Calcidiensem* est in Gaertn. Lov. 5. 6. et Mead. 2. *Chalcidem* in Voss. *Chalcidienum* in Lov. 1. *Chalcidiens* in Lov. 2. et 4. Sed recte Moguntini ex cod. suo emendarunt *Chalcidenses*: ad quam scripturam proxime accedunt Lov. 3. qui *Chalcidensis* Harl. qui *Calchidenses*, et Mead. 1. qui *Calcidiensis* praeferunt. [*Chalcidiensis* Bamb.] Praeterea *Eubolum* edd. principes; quomodo legunt Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. et Mead. 2. [Bamb.] *Culiolum* Lov. 1. Sed Moguntini ex

Digitized by Google

hi, quam a mediis ad ima praecipitari. Cum his mandatis ab rege missi erant legati, ut omnem pacis conditionem acciperent. itaque Romam mitti legatos placuit. Consul in hiberna exercitum Magnesiam ad Maeandrum et Tralles Ephesumque divisit. Ephesum ad consulem paucos post dies obsides ab rege adducti sunt: et legati, qui Romam irent, venerunt. 19 20

cod. suo dederunt *Eubulum*, quod Hearnius in L. 1. invenit. ego *Eubylum* in Lov. 4. et Mead. 1. *Enibulum* in Lov. 6. Frobenius demum anno 1535. *Eubulidam* restituit. Polybius ll. laud. *Φίλωνα καὶ Εὐβουλείδην*, vel *Εὐβουλίδαν τοὺς Χαλκιδέας* vocavit. Memorantur etiam infra 38, 38. ubi vide Sigon.

§. 18. *Quia serius facit, quam facere potuit*] Pal. pr. *vel facere quam potuit.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 3. et 6. Praeterea *quam serius facit* Voss. et Lov. 1. ac 2. φ *serius facit* Lov. 6.

Si nunc remoratus fuerit] Lege *Si nunc moratus fuerit*, non *remoratus.* RHENAN. *remoratus* in solo est Lov. 5. Alii omnes, quos consului, *moratus* firmant. Verba *morari* et *remorari* confunduntur supra 27, 12, 3. Insuper *Si non moratus* Voss. *si vero moratus* Lov. 6. et Gaertner. Voces *Si nunc moratus* etc. *ad ima praecipitari* desunt in Lov. 3. ultimae *quam a mediis ad ima praecipitari* in Voss. et Lov. 1. Praeterea *ad medium trahi* legit Lov. 2. male. V. ad 22, 13, 1, et 35, 12, 10. *ad medium detractari* Voss. et Lov. 1. Vide ad 6, 6, 7.

§. 19. *Itaque Romam mitti legatos placuit*] Pal. 1. *ita Romam mitti legatos.* GEBH. Similiter Lov. 3. omnibus aliis nostris dissentientibus. Vide ad 21, 53, 7. [*cum iis mandatis* Bamb.]

Et Tralles Ephesumque divisit] *et Tralles et Ephesum* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *et Tralles Ephesum* sine media copula Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. [*Thrallis Ephesii divisit Ephesii* Bamb. pro *Tralles* —. *Ephesum.*] Tum *dimisit* Voss. Ut 28, 4, 4. *Dimissis in hiberna legionibus.* 42, 67, 3. *Exercitu in hiberna dimisso.* 45, 9, 1. *Exercitus deinde in hiberna dimissus est.* 43, 23, 6. *Per Parthinorum socias urbes in hiberna militibus dimissis.* Ubi tamen viri docti malunt *divisis:* quemadmodum etiam ob reliquorum codd. vulgatum tuentium consensum *divisit* hoc loco servandum censeo. Ita *dividere in hospitia* 2, 14, 8. *dividere in custodias* 6, 3, 10. ubi alia vide. *dividere equites in cornua* 9, 27, 7. *dividere copias in hiberna* 45, 26, 11. Vide Cl. Burm. ad Suet. Caes. 54. Solent autem voces *dividere* et *dimittere* passim a librariis confundi. Exempla quaedam vidimus ad 28, 2, 16. Adde 4, 16, 2. 5, 43, 5. 6. 3, 10. 8, 3, 1. 21, 23, 6. 27, 36, 12. 33, 15, 2. 39, 15, 1. c. 20, 9. et viros doctos ad Nason. 3. Met. 381. Vulgatam lectionem defendit etiam Polyb. in Exc. Legat. num. 24. *Τοῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις οἱ Ῥωμαῖοι ΔΙΕΙΛΟΝ τὰς δυνάμεις.*

§. 20. *Paucos post dies obsi-*

Digitized by Google

21 Eumenes quoque eodem tempore profectus est Romam, quo legati regis. secutae eos sunt legationes omnium Asiae populorum.

1 XLVI. Dum haec in Asia geruntur, duo fere sub idem tempus cum triumphi spe proconsules de provinciis Romam redierunt; Q. Minucius ex Liguribus, 2 M. Acilius ex Aetolia. Auditis utriusque rebus gestis, Minucio negatus triumphus, Acilio magno consensu decretus: isque triumphans de rege Antiocho 3 et Aetolis urbem est invectus. Praelata sunt in eo triumpho signa militaria ducenta triginta: et argenti

des ab rege adducti sunt] *post paucos dies* Voss. et Gaertn. V. ad 36, 27, 2. Verum et alio ordine eas voces Livius proferre solet. Supra hoc cap. *Paucos post dies Zeuxis et Antipater venerunt.* Similiter *paucos ante dies* cap. seq. *tertio post die.* V. ad c. 38, 5. De praepositione media inter adjectivum et substantivum vide ad 2, 19, 8. Mox §. seq. *secutae sunt eos* Voss. Lovel. 1. 3. et Gaertn.

§. 1. *Cum triumphi spe proconsules de provinciis Romam redierunt*] *To proconsules* abest a Pal. priore, pro quo est in vet. ed. *praetores.* in Pal. altero *cum triumphis praetores.* GEBH. *cum triumphis,* omissa proxima voce *spe,* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum vox *proconsules* deest in Lov. 1. 3. et Voss. [Bamb.] ejus loco *praetores* praeferunt Lov. 1. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. anni 1535. *pr.* Lov. 4. *duo forte praetores cum triumphi spe de provinciis* Lov. 6. (* V. ad Epit. 114.) Voces *fere* et *forte* a librariis interdum confundi, vidimus ad 34, 47, 4. Mox *e Liguribus* Lov. 1. Tum *ex Aetolis* Lov. 3.

§. 2. *Acilio magno consensu decretus: isque triumphans*] Pal. prior *Attilio magno assensu decretus: itaque triumphans.* GEBH. *magno assensu* etiam Lovel. 3. Tum *is quoque triumphans* Lov. 2. et Harl. V. ad 5, 27, 1. *itaque triumphans* Lov. 3. Ceterum in memoriam hujus triumphi tabulam, victoriae suae titulum versibus Saturninis conceptum, fixit Acilius, ex quibus hunc nobis servavit Atilius Fortunatianus in Arte, quem edidit Putsch. inter Grammaticos antiquos pag. 2680.

Fundit, fugat, prosternit maximas legiones.

§. 3. *Praelata sunt in triumpho signa militaria*] *Praelata in eo triumpho sunt* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harlej. Mead. uterque, Gaertn. et edd. principes usque ad Froben. anni 1535. quae dedit *Praelata sunt in eo triumpho*; quod inveni in Voss. et Lovel. 6. Hinc Gruterus in ultima editione mendose dedit *Praelati sunt in triumpho*, quod Heinsius in Elzev. et prima Gronovii ed. retinuerunt; sed postea anno 1665. Gronov. *Praelata*, nos nunc demum *to eo* loco sue re-

Digitized by Google

infecti tria millia pondo; signati tetradrachmûm Atticûm centum tredecim millia, ciſtophorûm ducenta quadraginta octo: vasa argentea caelata multa, magnique ponderis. Tulit et supellectilem regiam ar- 4
genteam, ac veſtem magnificam: coronas aureas, dona sociarum civitatium, quadraginta quinque; spolia omnis generis: captivos nobiles, Aetolos et regios duces, sex et triginta duxit. Damocritus Aetolo- 5
rum dux paucos ante dies, quum e carcere nocte effugisset, in ripa Tiberis consecutis cuſtodibus, priusquam comprehenderetur, gladio se transfixit. Mili- 6

ſtituimus. [*praelata in triumpho sunt signa* Bamb. qui v. *infecti* omittit.]

Signati tetradrachmûm Atticûm centum tredecim millia] *rectatum Atticum* Voſſ. *tetracinum Antiochum* Lov. 1. *tetracinnum*, vel *tetracinum Atticum* Lovel. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. cum editis antt. *tetradrachmô Atticum* ed. Mediol. anni 1505. *tetradracmum Atticum* Ascens. anni 1513. *tetradrachmum Atticum* Ascens. anni 1516. [*tetracmum* Bamb.] Vide Budaeum de Asse 2. pag. 256. Deinde *ex tria millia* Lov. 1. *CX tria millia* Lov. 4. *centum viginti tria millia* Lov. 2. *viginti tria millia* Harl. *X tria millia* Mead. ambo; *centum X tria millia* Gaertn. *centum decem tria millia* Lov. 3. V. ad 29, 37, 6.

Cistophori CCXLVIII] *cistophorum* legendum puto, et *millia* ex antecedentibus repetendum. Habet autem hic nummus rationem ad denarium subsequiquartam, ut 4. ad 5. quemadmodum ex Feſto Pomp. [voce *Euboicum*] colligit Budaeus lib. 2. de Asse. GLAR. Veriſsima eſt Glarcani emendatio, quam Vaſcos. recepit. Vocem *millia*, quae praeceſſit, saepe ad sequentia animo repetendam esse, vidimus ad 31, 34, 7. De nummis ciſtophoris vide Turneb. 3. Adv. 5. et 21. Jos. Scalig. de re numm. pag. 1521. tom. 9. Thes. Graeci. et Ampliſſ. Cuper. 4. Obs. 16. et apud Goezium in Epiſt. de re numism. pag. 30. (* Panctium de Cistophoris p. 110.) Mox *multaque, magnique ponderis* Harl. et Mead. 1. *multa magni ponderis* Lov. 3. [*cisthofori ... novem* Bamb.]

§. 4. *Tulit et supellectilem regiam argenteam, ac vestem*] *Tulit vasa et supellectilem* Gaertn. voce *vasa* ex praecedentibus perperam repetita. *Tò argenteam* deeſt in Lov. 6. Tum *et vestem* Lov. 3. et Gaertn. Mox *dona civitatum sociarum* Gaertn. *dona sociarum civitatium* ed. Mediol. anni 1480. [Bamb.] Vide ad 33, 20, 11. Insuper *ducit* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. De numero sex et triginta ducum vide ad cap. 3, 8.

§. 5. *Quum e carcere nocte ef-*

Digitized by Google

tes tantum, qui sequerentur currum, defuerunt: alioqui magnificus et spectaculo et fama rerum triumphus fuit. Hujus triumphi minuit laetitiam nuncius
7 ex Hispania tristis, adversa pugna in Vastetanis, du-

fugisset] *noctu* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo; quod videtur praeferendum ad evitandum minus gratum toties repetitae vocalis *e* sonum. Praeterea *fugisset* Lovel. 4. et Mead. 2. Verum, solitum fuisse Livium praepositiones partim in verbis compositis, partim in casu iis juncto repetere, saepius dictum est. Vide ad cap. 30, 9. *quum effugisset*, mediis omissis, Lov. 6. Paullo ante *Democritus* Lov. 3. 5. 6. et priscae edd. Sed v. ad 31, 32, 1. Mox §. seq. *alioquin* Voss. Lovel. 3. 4. 5. 6. Harl. et Gaertn. V. ad 8, 9, 1.

§. 7. *Nuncius ex Hispania tristis, adversa pugna in Vacetanis*] Vet. lib. *in Vastetanis*. Strabo lib. 3, (155.) meminit etiam in Hispania τῆς Βασητανίας. SIGON. Vet. ed. *Vasceranis*. Pall. *Vastetanis*. GEBH. *nuncius ex Hispania tristis adversae pugnae* Harl. Tum *in Vacetanis* demum adparuit in Basil. ed. anni 1554. sed, ut videtur, operarum lapsu, quia lectio illa in nullo cod. obcurrit. Priores, consentiente Lov. 2. ediderunt *in Vascetanis*, nisi quod ed. Camp. cum Lov. 5. praeferat *in Vasceranis*. Sed *in Bastetanis* Lov. 6. *in Ausitanis* in margine. *in Anxitanis* Lov. 3. inter versus. Reliqui omnes *in Vastetanis*. Doujatius testatur, se facile adduci, ut credat, *in Vaccetanis* scribendum esse; hunc autem populum ita adpellari a Lusitaniae flumine, quod Plinio *Vacca*, Straboni *Vacua*, Ptolemaeo *Vacus* nuncupatur. Verum quid opus est ex fluminis nomine gentem, geographis antiquis incognitam, effingere? praesertim quum Sigonius ex vet. lib. cui tot nostri consentiunt, *in Vastetanis* legendum esse, et Βασητανίαν a Strabone memorari docuerit. Apud Ptolem. 2, 7. itidem obcurrunt Βασιτανοί; verum ibi etiam, teste Montfauconio, codex Coissin. Βασητανοί praefert, quemadmodum a Strab. vocantur p. 141. 156. 162. et 163. *Bastitaniam* recenset Plin. 31. *et Bastitanos* 3, 3. Sed *DOMO. BASTET.* sive *Bastetanus*, obcurrit in lapide apud Gruter. CCCXLIX, 1. qui literis transpositis *BATESTANUS* vocatur ibid. CLXXIV, 3. ubi eadem inscriptio sed longe aliter excerpta, exstat. *BATESTANI* et *BATESTANII* pag. CCXXV, 2. Si quid autem post Sigonium hic mutandum, legerem *in Bastetanis*.

Ductu L. Aemilii proconsulis, apud oppidum Lyconem cum Lusitanis] De L. Aemilio Paulo intelligit, ut posteriora indicant. Hic ulteriorem Hispaniam sortitus ab initio libri 36. et prorogatum posteriore tum anno imperium erat. Caeterum *praetor* erat, non *proconsul*, ideoque hic *propraetor* fuit. Sed neque *Lyconem*, neque *Vascetanos* in Lusitania apud ullum invenio authorem. Potuit autem periisse videri oppidum, si non ubique locorum nomina in Hispaniis male constarent apud hunc authorem, ut saepe antea conquesti sumus. GLAR. Cum in omnibus libris legatur *proconsulis*, emendavit tamen Glareanus *propraetoris*, ut alias saepe, sine causa:

Digitized by Google

:tu L. Aemilii proconsulis, apud oppidum Lyconem
:um Lusitanis sex millia de exercitu Romano ceci-
liſſe. Ceteros, paventes intra vallum compulsos, ae- 8
;re caſtra defendisse, et in modum fugientium ma-

iquidem ait Plutarchus in vita :jus [p. 256.] hunc cum imperio :onsulari in Hispaniam profe- :tum eſſe, neque tanquam praeorem sex fasces, sed duodecim, ıt consulem, attuliſſe: ἐπὶ τοῦ·τον τὸν πόλεμον ὁ Ἀιμίλιος ἐξε τέμφθη ϛρατηγὸς, οὐχ ἓξ ἔχων τελέκεις, ὅσους ἔχουσιν οἱ ϛρα·ηγοῦντες, ἀλλὰ προσλαβὼν ἑ·έρους τοσούτους, ὥϛε τῆς ἀρ·χῆς ὑπατικὸν γενέσθαι τὸ ἀξίω·μα. Ita Cic. lib. 1. de Leg. [20.] *L. Gellius ex praetura pro con·ule in Galliam missus est.* SI-GON. Ab Orosio quoque 4, 20. *proconsulem* vocari, monuit Pig-ıius. Hoc solum tamen, si cer-iora argumenta non eſſent, non nultum me moveret, quo minus Blareano adsentirer. Nam non lubito, etiam alibi perperam in Livio scriptum eſſe *proconsul*, pro *propraetor*. Vide ad 33, 25,). et 35, 22, 6. Nec exſtant, quod ;ciam, ulla ex hoc tempore rei-publicae exempla praetorum, qui, sive quum provincias sor-iebantur, sive quum iis impe-ium in illis prorogabatur, im-perium consulare, ut *pro consu-libus* eſſent, a populo accepe-int. Locus Ciceronis 1. de Leg. ;o. a Manutio quoque ad Cic. 1. Fam. 1. una cum aliis Ciceronis ıt aliorum locis in eam senten-iam citatus, hinc alienus eſt. Nam aetate Ciceronis longe alia ;rat ratio provinciarum, nec ab ;a argumentum ad haec tempora luci poteſt. L. Aemilius Paullus praetor sortitus eſt Hispaniam ılteriorem A. V. ıɔʌʌxii. eamque ınno sequente imperio prorogato obtinuit 36, 2, 6. et supra h. ib. cap. 2. Eum autem vel ſtatim *pro consule* in Hispaniam missum, vel ei deinde ita imperium prorogatum fuiſſe, ut id in ea *pro consule* haberet, neutro loco prodidit Livius. Quia tamen disertum de ea re eſt teſtimonium Plutarchi, nec libri scripti Livii hic quidquam variare videntur, et Orosius quoque Aemilium *proconsulem* vocat, credi debet, hoc ei extra ordinem datum fuisse: de quo si Livius monuiſſet, nihil sane peccaſſet. DUK. Omnes etiam noſtri conſtanter *proconsulis*. V. ad 40, 39, 1. In nomen etiam urbis *Lyconem* Mſti noſtri consensu conspirant. Alibi tamen ejus mentionem non inveni. Doujatius suspicatur, illud oppidum indicari, quod Ptolem. 2, 5. vocatur *Laconimurgi*, idque *Laconem* etiam dictum esse, itaque hoc loco reponendum. Ipse tamen agnoscit, id huic opinioni obſtare, quod oppidum illud situm fuerit in Vettonibus, eorumque vocabulum a *Vascetanis* vel *Vastetanis* nimium differt. Mihi omnia sunt incerta, vel potius oppidum *Lyconem* ex ἅπαξ memoratis esse puto; qualia, praesertim in Hispania, plura apud Livium obcurrunt. Praeterea *cum Vasitanis* Voſſ.

Sex millia de exercitu Romano cecidisse] Auget cladem MS. in quo eſt *septem millia de* etc. MOD. In *sex millia* consentiunt omnes noſtri.

§. 8. *Ad modum fugientium magnis itineribus*] MS. *in modum fugientium*. MOD. Codex Mog. eſt, qui apud Modium legit *in modum fugientium*. Supra 32, 38, 8. *In servilem modum*

Digitized by Google

9 gnis itineribus in agrum pacatum reductos. Haec ex Hispania nunciata. Ex Gallia legatos Placentinorum et Cremonensium L. Aurunculejus praetor in sena-
10 tum introduxit. iis querentibus inopiam colonorum, aliis belli casibus, aliis morbo absumtis, quosdam taedio adcolarum Gallorum reliquisse colonias, decrevit senatus, *Uti C. Laelius consul, si ei videretur, sex millia familiarum conscriberet, quae in eas colonias dividerentur: et ut L. Aurunculejus praetor*
11 *triumviros crearet ad eos colonos deducendos.* Creati M. Atilius Serranus, L. Valerius P. F. Flaccus, L. Valerius C. F. Tappo.

lacerati atque extorti. 38, 17, 4. *Quatientium scuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus.* Mox *Haec Hispania nunciata*, omissa praepositione, Lov. 1. Sed eam intercepit sonus vicinus vocis praecedentis.

§. 9. *L. Aurunculejus praetor in senatum introduxit*] *L. Aurunculejus pater* Lov. 1. V. ad 35, 41, 8. Tum *introduxit in senatum* Lov. 3.

§. 10. *Uti C. Laelius consul, si ei videretur, sex millia familiarum conscriberet*] Rursum membranae: *septem millia familiarum conscriberet.* Nimirum amare illas absolutissimum numerorum. MOD. *Ut*, pro *Uti*, Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn. Ita interdum variant codd. V. ad 7, 42, 2. 9, 41, 12. 21, 19, 9. 40, 28, 10. adde Clariss. Oudend. ad Front. 1. Strat. 1, 6. Tum *sex millia* constanter nostri. Hinc *scriberet* Lov. 3. V. ad 35, 41, 7. Mox vocem *colonos*, quae in omnibus editis prioribus deerat, Moguntini ex cod. suo addiderunt. Eadem etiam comparet in codd. nostris. [*alii* .... *alii* Bamb.]

§. 11. *L. Valerius P. F. Flaccus, L. Valerius C. F. Tappo*] *Tappus* ex Lap. Capitol. SIG. *Tappus* Sigonius, male puto. Nam *Tapponis* mentio in Catullo [Epigr. 105.]

Sed tu cum Tappone omnia monstra facis.

GRUTER. Pal. pr. *C. Fulvius Trapo.* At alter *C. Julius Tappo.* GEBH. Scaliger in loco Catulli e pluribus variis lectionibus elegit *Tappone*, idque gentis Valeriae cognomen fuisse confirmat ex Liv. 38, 36, 7. et ex vetusta inscriptione *C. VALERIVS TAPPO*, quam se Placentiae legisse (est in Gruter. CXXXII, 7.) dicit. Sed et hoc loco Livii et omnibus aliis, in quibus hoc nomen legitur, scriptura, ni fallor, variat. Vide 35, 10, 11. 20, 8. et infra c. 57, 7. Si in tabulis Capitolinis, ad quas provocat Sigonius, est *Tappus*, nulla dubitatio esse potest, quin ita legi debeat. Et sic ubique scribit Pig-

Digitized by Google

XLVII. Haud ita multo post, quum jam consula- 1
rium comitiorum adpeteret tempus, C. Laelius con-
sul ex Gallia Romam rediit. is non solum, ex facto 2
absente se senatusconsulto, in supplementum Cre-
monae et Placentiae colonos scripsit; sed, ut no-
vae coloniae duae in agrum, qui Bojorum fuisset,
deducerentur, et retulit, et auctore eo Patres cen-
suerunt. Eodem tempore L. Aemilii praetoris lite- 3
rae adlatae de navali pugna ad Myonnesum facta, et
L. Scipionem consulem exercitum in Asiam trajecis-
se. Victoriae navalis ergo in unum diem supplica- 4
tio decreta est: in alterum diem, quod exercitus Ro-

hitis, eamque terminationem quodammodo confirmat cognomen gentis Villiae *Tappulus*. Locum Catulli aliter legit et interpretatur Is. Vossius. DUK. *L. Valerius P. Flaccus*, litera *F.* omissa, Voss. et Lov. 1. ac 3. *L. Valerius Publius Fulvius Flaccus* Lov. 2. Voces *P. F. Flaccus*, *L. Valerius* desunt in Lovel. 6. et Harl. V. ad 9, 11, 11. Hinc *C. F. Rappo* habet Voss. *C. Fulvius Trapo* Lov. 3. *C. Fulvius Cappo* Lov. 6. *C. F. Tappo* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Haud male viri docti *Tappo* contra Sigonium defendunt: in marmoribus enim Capitolinis *Valerii Tappi* nulla mentio reperitur. Contra in lapidibus apud Gruter. CCCCLXXXVIII, 9. obcurrit *GEMINIVS ... CE ... TAPPO.* Quum autem in alio cod. inscriptio haec sine ulla lacuna proponatur, suspicio suboritur, forte in lapide datum fuisse *GEMINIVS C. F. TAPPO.* Ibidem DCCCXC, 10. *C. TAPO. TAPONIS. F.* Pro quo in aliis schedis erat *C. TAPPO. TAPPONIS. F.*

§. 1. *Haud ita multo post*] Prior Pal. *Haud multo post.* GEBH. Nostri nihil mutant. Et recte. V. ad 36, 14, 5. Mox *comitiorum adpareret tempus* Voss. et Lov. 3. Male. V. ad 37, 32, 14. Tum *Romam redit* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. ambo. [Bamb.] V. ad 36, 35, 2.

§. 2. *Ex facto absente se senatusconsulto*] Pal. prior *senatusconsultu.* GEBH. Similiter Lov. 3. Sed v. ad 5, 13, 5. Mox *ducerentur* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes, pro quo Aldus demum ex cod. Mog. substituit *deducerentur* [*fuissent* Bamb.]

Et retulit, et auctore eo Patres censuerunt] Pal. prior, *retulitque ex auctore eo.* GEBH. Similiter Lov. 3. Prius *et* deest etiam in Lov. 2. et Harl. *et retulit ex auctore eo* Lovel. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Vide ad 26, 45, 1. [*censuerant* Bamb.] Mox §. seq. *literae L. Aemilii praetoris* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Tum *in Asiam*

Digitized by Google

manus tum primum in Asia posuisset castra, ut ea
5 res prospera et laeta eveniret. vicenis majoribus hostiis in singulas supplicationes sacrificare consul est jussus. Inde consularia comitia magna contentione
6 habita. M. Aemilius Lepidus petebat adversa fama

exercitum trajecisse iidem codd. demto primo.

§. 4. *Victoriae navalis ergo*] Pall. et vet. ed. *Victoriae navalis gratia.* Solus dein prior Pal. *tum primum in Asiam posuisset castra.* GEBH. *Victoriae navalis gratia* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et priscae edd. Aldus ex Mog. cod. *ergo* reposuit. Eadem lectionis varietas in Mssis obvia est 1, 18, 6. 25, 7, 4. c. 12, 15. 28, 39, 19. Tum *in diem unum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Dein *τὸ est* non adparet in Lov. 3. Hinc *cum primum* Voss. Lovel. 1. 6. Harl. et Mead. 1. Vide ad Epit. Liv. 48. circa finem. Vocula *cum* deerat in Lov. 1. sequens *primum* in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Insuper *in Asiam posuisset* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Postea *prospera, laeta eveniret* Lov. 1. et Gaertn. *prospera, laeta evenit* Voss. *prospera et laeta evenisset* Lov. 6. Tandem *vicenis minoribus hostiis* Harl. Vox *vicenis* deest in Lov. 4.

§. 6. *Adversa omnium fama, quod provinciam Siciliam petendi caussa*] Hic praetor Siciliae fuit factus biennio ante, ut initio lib. 36. refertur. Deinde sequenti statim anno jussus erat ab senatu, ut exercitum traderet C. Antistio Labeoni, novo praetori, ut initio hujus libri tradidit Livius. Qui igitur fieri potuit, ut jam tertio anno, invito senatu, e provincia, quae sua non erat, adversa omnium fama cesserit Aemilius? GLAR. Pall. et vet. ed. *adversa omnium fama.* GEBHARD. Praetor A. V. 1DLXII. sortitus fuerat Siciliam 36, 2. in qua anno sequente successorem habuit C. Atinium Labeonem, qui ab eo provinciam et exercitum accipere jussus est supra cap. 11. Videtur ergo petendi consulatus causa, quem se anno V. 1DLXIV. gesturum sperabat, provinciam, non exspectato successore, reliquisse. Nam post illius adventum ei de illa, etiam non consulto senatu, decedere licebat; nisi ab eo una cum successore in provincia manere jussus fuisset; quod nonnumquam factum est. Forsitan festinavit Romam redire, quod se potentes et gratiosos competitores habiturum videbat. quae sine dubio causa fuit, cur vel integro anno ante comitia petitionem adornarent. de quo vide Gruchium 1. de Comit. Rom. 3. pag. 568. tom. 1. Thes. Antiquit. Rom. DUK. *adversa omnium fama* omnes codd. nostri, [Bamb.] et edd. ante Frob. qui anno 1535. dedit *adversa fama hominum.* V. ad 3, 54, 6. Mox *non consulto senatus* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. sed Mead. 1. *senatu* margini adscriptum ostentat. Tum *ut id sibi facere liceret* Lov. 6. *ut sibi ideo facere liceret* Lov. 3. *ut sibi id facere*, omissa sequenti voce, Lov. 4. *ut sibi id faceret* Mead. 2. Tandem *requisisset* Lov. 4. et Mead. 1.

§. 7. *Cn. Manlius Vulso*] *C. Manlius* Lov. 1. 3. 6. V. ad 7, 3.

Digitized by Google

hominum, quod provinciam Siciliam petendi caussa, non consulto senatu, ut sibi id facere liceret, reliquisset. petebant cum eo M. Fulvius Nobilior, Cn. 7
Manlius Vulso, M. Valerius Messalla. Fulvius consul unus creatur, quum ceteri centurias non exples-

8. *M. Manlius* Voss. Vide ad 7, 12, 1. Sed *Cnaei* praenomen ei in marmoribus Capitol. tribuitur, ut et cognomen *Vulso*, quod in omnibus nostris Mstis, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principibus deest. *Volso* jam exstitit in Mediol. anni 1480. Sed vide ad 22, 35, 1.

Fulvius consul unus creatur, quum ceteri centurias non explessent] Id verbi saepe est apud hunc authorem, nec ex eo satis notum: ideoque considerandum lectori est, nam ego adhuc quaero. GLAR. *Non explere centurias* est, quod se ignorare Glareanus fatetur, centuriarum legitima suffragia non conficere. SIGON. Nic. Grachius de Comit. Rom. lib. 1. praesentem locum in haec verba interpretatus est. „Illud etiam potest ex iis, quae dicta sunt, intelligi, quid apud „Livium significet *centurias non „explere*, ut lib. 37, [47, 7.] *Fulvius consul unus creatur, quum „caeteri centurias non explessent*. Habebat Fulvius tres com„petitores, quorum nullus legitimum numerum centuriarum „conficere potuit, vel quia in „singulis centuriis pares numero suffragatores habuerant, vel „quia ita alias alii centurias tulerant, ut pares numero centuriarum reperti sint, post vocatas omnes omnium classium „centurias. His enim duobus modis poterant centurias non explere candidati, hoc est, non „conficere eum numerum centuriarum, quo unus tandem plures tulisse judicaretur, quam alius." Hactenus Grachius, qui et lib. 2. de electione tribunorum plebis agens, ait: „Porro „autem *tribus non explere* eodem modo interpretandum est, „quo supra interpretati sumus „*centurias non explere*." sicque exponit Livii verba lib. 3, [64, 8.] ubi scribit. *M. Duellius comitia habuit, et, quinque tribunis plebis creatis, quum] prae studiis aperte petentium novem tribunorum alii candidati tribus non explerent, concilium dimisit, nec deinde comitiorum causa habuit.* Verum etsi tanti viri sententiae, cujus lucubrationibus me multum debere confiteor, refragari nolim, tamen Livii utrobique verba interpretari aliter posse, affirmare non erubesco. Non enim rationi ac aequitati consonum videtur, candidatos consulares seu tribunicios, qui paria suffragia in unaquaque classe obtinuissent, vel pares centurias suffragantes, repulsam ob id pati potuisse, quin imo vel iterum centuriae aut tribus ad ferenda suffragia revocandae erant, quod de tribunis plebis constat lege Trebonia, quam tradidit L. Trebonius tribunus plebis, Herminio et Virginio consulibus anno ab V. C. cccv. scilicet, ut, qui plebem Romanam tribunos plebis rogaret, is eo usque rogaret, dum decem tribunos plebis faceret, quod Livius tradit lib. 3, [65.] et 5, [12.] Ex hac lege itaque manifestum fit, quod si accidisset, tribunos plebis ad exactum nume-

Digitized by Google

sent: isque postero die Cn. Manlium, Lepido deje-

rum statutum minime factos, revocandas fuisse populi tribus ad suffragia ferenda, quo usque decem tribuni plebis creati essent. In aedilium comitiis si candidati suffragiis pares fuissent, sorte decernebatur, quis magistratum obtineret. Cic. in orat. pro Plancio, [22.] *Neque enim unquam majores nostri sortitionem constituissent aedilitiam, nisi viderent accidere posse, ut competitores pares suffragiis essent.* Qua de re aequius procul dubio videtur, quod, si consulatus candidati pares suffragiis et ipsi fuissent, sorte, cui consulatus obveniret, decerneretur, quam eos a spe obtinendi consulatum dejicerent, nulla praesertim alia de causa, quam quod eis paria suffragia contigissent. Ad haec, si non dissonum, mirum saltem existimandum, quod in consularibus comitiis tribus Fulvii competitoribus paria aeque centuriarum suffragia contigissent. Alia itaque dictis hisce Livii interpretatio excogitanda, quam esse existimamus alteram ex mox dicendis. Candidati (ut ego puto) *centurias non explere* dicebantur, quum ultra dimidiam partem centuriarum omnium sibi suffragantem non haberent: tunc enim illorum in electione nulla habebatur ratio, et *dejecti* dicebantur. Livius lib. 38, [35.] tradit, Fulvium consulem M. Aemilium Lepidum consulatum petentem sui inimicum dejecisse eo quoque anno, sicuti et anteacto anno fecerat. Exemplum sit in tribubus xxxv. quum non semper illarum idem fuerit numerus, ni candidati in tributis comitiis tribus saltem octodecim sibi faventes habuissent, repulsam passi dicebantur, nec amplius eorum eisdem in comitiis ulla habebatur ratio; at qui ultra dimidium tribus sibi suffragantes habuissent, seu centurias in centuriatis comitiis (nam in utrisque per est ratio) ex illis, qui competitores suffragantium numero superasset, obtinebat, et magistratum petitum consequebatur. Quod si haec explicatio alicui non arriserit, sequentem accipiat. In comitiis tribus seu centuria, quae sorte praerogativa erat, prima suffragium ferebat; haec autem in comitiis tanti momenti habita est, ut fere semper caeteris praescriberet, quod sequerentur. Sic Cic. lib. de Divinat. 1, [45.] et in orat. pro Mur. [18.] scriptum reliquit, majores voluisse, praerogativam esse omen justorum comitiorum, tantamque comitiis centuriatis religionem fuisse, ut fere semper valuerit omen praerogativum. Ita et Livius lib. 24, [9, 3.] tradit. *Interim praerogativa suffragium init, creatique in ea consules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium: eosdem consules caeterae centuriae sine variatione ulla dixere.* et lib. 26, [22, 13.] de Veturia praerogativa. *Ita de tribus consultatione data, senioribus dimissis, juniores suffragium ineunt, M. Claudium Marcellum, fulgentem tum Sicilia domita, et M. Valerium absentem consules dixerunt; auctoritatem praerogativae omnes centuriae secutae sunt.* His ita se habentibus interpretor illud, *quum caeteri centurias non explessent*, hoc pacto scilicet, M. Aemilium Lepidum, Cn. Manlium Vulsonem, et M. Valerium Messalem, videntes Fulvium Nobiliorem a praerogativa centuria consulem dictum, spe potiundi consulatu dejectos, noluisse a caeteris centuriis suorum nominum rationem haberi in suffragando, satius existimantes,

Digitized by Google

cto, (nam Messalla tacuit) collegam dixit. Praeto- 8

sponte a petitione desistere, quam manifestam pati repulsam, quam jure suspicabantur futuram, ob praerogativae adversae omen. Sicque dicebantur *centurias non explesse*; eo quod non a caeteris centuriis (ipsis ita volentibus) eorum petitionis per suffragia ulla habita fit ratio. Quod autem in consulibus creandis, habitis comitiis, facultas esset illis, quorum habebatur ratio in suffrogando, non solum abnuendi consulatum, sed et obtinendi, ne a caeteris centuriis, quum praerogativa aliquem consulem declarasset, sui haberetur ratio, constat ex ipsomet Livio lib. 26, [22, 9.] exemplo T. Manlii Torquati, quem quum Veturia juniorum, quae praerogativa erat, consulem dixisset, nec dubium esset, quin et consentirent caeterae centuriae in suffragiis ferendis, oculorum valetudinem excusans, Veturiam juniorum in suffragium redire jussit, ut alium consulem, se praetermisso, declararet, quum tamen eadem frequens succlamasset, nihil se mutare sententiae, eundemque consulem dicturum; tum Torquatus: *Neque vestros mores*, inquit, *consul ferre potero, neque vos imperium meum. redite in suffragium, et cogitate bellum Punicum in Italia, et hostium ducem Annibalem esse.* Tum Veturia auctoritate mota viri, et admirantium circa fremitu, petiit a consule, ut Veturiam seniorum citaret, velle se cum majoribus natu colloqui, et ex auctoritate eorum consules dicere. Consultatione facta alios consules crearunt. Ex his itaque patet, comitiorum suffragium ab aliquo suffragatorum interrumpi potuisse, sicque qui ex candidatis per omnium centuriarum suffragium pertransire noluissent, ab incepta petitione desistentes, *centurias non explevisse* dicebantur. Huic interpretationi Livii dicta eodem loco favere videntur, dum ait, Fulvium consulem creatum postero die Cn. Manlium, Lepido dejecto, (nam Messala tacuit) collegam dixisse; quaeso, quid aliud est, *Messalam tacuisse*, dicere, quam eundem noluisse a Fulvio consule in sibi collega declarando sui rationem haberi? Sic et M. Acilius Glabrio competitoribus in censura T. Quinctio Flaminio, P. Cornelio Cn. F. Scipione, L. Valerio Flacco, M. Porcio Catone, M. Claudio Marcello, inclinante in eo populi favore, quod aegre patiebantur tot nobiles competitores, novum hominem sibi praeferri, tribuni plebis ei diem dixerunt; Glabrio, invidiam declinans, desistere se a petitione dixit. Eodem modo interpretanda Livii citata verba lib. 3, [64, 8.] *Quinque tribunis plebis creatis, quum, prae studio aperte petentium novem tribunorum, alii candidati tribus non explerent*, hoc est, nollent nomina sua per suffragia omnium tribuum transire, timentes concurrentium in petitione nimis ambitiosa ac potentia studia, ideoque mallent a petitione desistere, quam repulsae dubiam aleam subire. Haec habui quae ex mea Minerva in re perdifficili proferrem, cujus difficultatem testatus Glareanus in Livianis annot. inquit: „Quid „sit *tribus explere*, etiam atque „etiam secum consideret lector." MARC. DONATUS.

Is quoque postero die Cn. Manlium] Haec lectio in nullo codice obvia fuit, nisi forte in Harl. unde nihil notatur. *qui a postero die* legit Voss. *hiisque postero die* Mead. 1. *isque postero die*

Digitized by Google

res exinde facti, duo Q. Fabii, Labeo et Pictor, (fla-

Lovel. sex, Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Proximae dederunt *is quoque postero die*, pro quo Aldus priscam lectionem *isque* revocavit. Ea vero obtinuit usque ad J. Fr. Gronov. qui, incertum quam ob caussam, iterum *is quoque* substituit; quum altera lectio, quam restitui, omnino verior sit. Eamdem etiam Crevierius, in Msto Victor. et ed. Andreae inventam, recepit, et Clariss. Dukerus ex conjectura reponendam vidit. Tum *M. Manlium* Voss. et Gaertner. *C. Manlium* Lovel. 1. 3. 6. Vide modo ad hunc §. Mox *Messalla* plures codd. et edd. vett. in aliis altera litera *l* deest. V. ad 27, 5, 1. Deinde *acuit* Lov. 5. et ed. Camp. *jacuit* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. Gaertn. et reliquae edd. vett. usque ad Ven. anni 1498. quae dedit *tacuit*, quod firmant ceteri scripti. Solent *jacere* et *tacere* in Msstis confundi. V. ad 9, 6, 12. [*nam* omissum in Bamb.]

Collegam dixit] Hinc Gruchius 1. de Comit. Rom. 4. pag. 618. argumentatur, si quando accideret, ut tantum unus consul crearetur, quod ceteri candidati centurias non explessent, eum, qui unus designatus fuerat, lege jussum fuisse, sibi alio die collegam subrogare, id est, eum renunciare, qui populi suffragiis in comitiis creatus erat. Nam eum hoc ita voluisse accipi, ex cap. 4. Refut. ad poster. Sigonii disput. patet. Sigonius de Lege curiata cap. 7. *collegam dixit* interpretatur, nominavit sine comitiis; quemadmodum consules dictatorem dicunt. Hoc mihi admodum improbabile videtur. Dictatorem ex lege dicebat alter consulum, quem vellet ex iis, qui per legem dictatores esse poterant. Liv. 2, 18. Sed consulem, qui unus creatus erat, sibi non potuisse ita dicere collegam, verum ei comitiis consularibus suffragiis populi collegam datum fuisse, docet locus Livii 22, 35, 2-4. *C. Terentius consul unus creatur, ut in manu ejus essent comitia rogando collegae.* etc. *Nobilitas L. Aemilium Paullum* etc. *ad petitionem compellit. Is proximo comitiali die, concedentibus omnibus, qui cum Varrone certaverant, par magis in adversandum, quam collega, datur consuli.* Idque etiam ex eo intelligi potest, quod Lepidus, cui nobiles inimicitiae erant cum Fulvio, ab hoc *dejectus* fuisse, id est, Fulvio suffragia populi Cn. Manlio conciliante, repulsam tulisse dicitur. Nam *dejicere* alios in petitione honorum dicuntur, quorum opera aliis per factionem et coitiones honor eripitur, quod Suet. Caes. cap. 24. dicit *detrudere.* Liv. 3, 35, 9. *Dejectisque honore per coitionem duobus Quintiis.* 4, 44, 5. *Ejus injuria queri suos honore dejectos.* 38, 35, 1. *Quum M. Lepidum inimicum eo quoque anno petentem dejecisset.* Adde Cic. Act. 1. in Verr. cap. 8. 9. et Sigonium ad Liv. 3, 35. Hoc autem, quum dictator ab altero e consulibus dicitur, nec ullae sunt populi in eo dicendo partes, locum habere non potest. Nec melius est, quod addit Sigonius, idem in tribunis plebis observatum fuisse, ut, si horum numerus comitiis expleri non potuisset, qui creati erant, collegas sibi cooptare possent. Nam hoc tribunis plebis lege concessum fuerat, Liv. 3, 64. quod de uno consule nusquam proditum est: et tamen lex illa dudum ante hoc tempus lege Trebonia abrogata fuerat, Liv. ibid. cap. 65. Spe-

Digitized by Google

men Quirinalis eo anno inauguratus fuerat) M. Semciosius interpretationem suam tueri potuisset Sigonius loco Livii 7, 24. ubi, quum narrasset, L. Furium Camillum comitiis, quae ipse dictator habebat, consulem creatum fuisse, addit *collegam App. Claudium Crassum dixit.* Sed primum, satis apparet, illis comitiis omnia per factionem patriciorum contra leges gesta fuisse, per quas ei, qui comitia habebat, neque nomen suum recipere, neque duos patricios consules creare licebat; quorum illud jam olim ante decemvirorum tempora, hoc lege Licinia prohibitum fuerat. Vide Liv. 3, 35, et 6, 37. seqq. Itaque et plebs dictatorem increpabat, qui *legis Liciniae spretae consulatum mercedem privata cupiditate, quam publica injuria, foediorem cepisset, ut se ipse consulem dictator crearet,* Liv. 7, 25, 2. Deinde verba, *collegam Ap. Claudium dixit,* etiam hanc interpretationem recipere possunt, Camillum, quum se ingenti Patrum studio, ut Livius dicit, consulem fieri videret, iis commendasse Claudium, et id egisse, ut is sibi comitiis, quibus factio patriciorum superior erat, collega adderetur, et, quum id obtinuisset, eum consulem renunciasse: quemadmodum deinde Q. Fabius sibi P. Decium collegam dari a populo petiit, Liv. 10, 13. et 22. Nam et in universum candidati multum ab iis, qui comitia habebant, adjuvari poterant, cujus rei non unum exemplum est in Livio: quo etiam pertinet, quod 22, 35. scribit, Varronem unum consulem creatum fuisse, *ut in manu ejus essent comitia rogando collegae.* Etsi autem omnino probabile est, quod dicit Gruchius, lege cautum fuisse, ut, qui unus consul creatus erat, aliis comitiis collegam rogaret, tamen nihil de ea re, quod sciam, proditum legitur. Livius hic postero die, quam Fulvius consul factus fuerat, comitia illa habita fuisse scribit, et eodem modo 40, 59. de comitiis praetorum, quum numerus eorum pridie exploriri non potuisset. Neque tamen id semper postero die factum fuisse, ex iis, quae 22, 35. de Varrone narrat, intelligitur. DUK. *collegam duxit* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] *collegam edixit* Harl. V. ad 33, 14, 11.

§. 8. *Duo Q. Fabii, Labeo et Pictor*] In antiquis edd. legitur *duo M. Fabii: M.* nempe loco *N.* Legendum enim *duo N. Fabii,* hoc est *Numerii.* Sic etiam infra hoc lib. cap. 50. et lib. 45. c. 44. corrigendum. SPANHEM. de Praest. et us. num. pag. 514. ed. secundae; vel dissert. 10. p. 26. ed. ultimae. Plurimum, ut par est, tribuo summae incomparabilis Spanhemii eruditioni; nec tamen adhuc a me impetrare possum, ut ei adsentiar his locis Livii aliquid mutandum esse. Scribit vir Illustris apud Livium aliquot locis (adscripsit 37, 47. 50. et 45, 44.) hunc flaminem Quirinalem pro *Numerio* non recte *Quintum* vocari, quum in antt. edd. legatur *M. Fabius* errore librariorum, qui, quum vulgo minus notum esset usitatum in gente Fabia praenomen *Numerius,* obvio lapsu *M.* loco *N.* intruserint. Hic primum dubito, an veteres edd. Livii tribus his locis pro *Q.* habeant *M.* partim quia Sigonius hic et infra cap. 50. de eo nihil monet, et quod 45, 44. ante legebatur *M. Fabius Pictor,* ex lib. 37, 47. emendat *Q. Fabius Pictor;* partim quod Ursinus in Familiis Rom. Pighius ad ann. urb. DLXIV. et Vossius

Digitized by Google

pronius Tuditanus, Sp. Postumius Albinus, L. Plautius Hypsaeus, L. Baebius Dives.

1. de Histor. Lat. 3. tantum postremum locum memorant, in quo praenomen illius mendose legatur *M.* qui si hic quoque et cap. 50. *M.* pro *Q.* scriptum invenissent, idem de his locis dicturi fuisse videntur. Deinde, ut jam ubique in antt. edd. Livii sit *M. Fabius Pictor*, tamen hic et cap. 50. pro *M.* non *N.* sed *Q.* scribendum esse, firmissimo hoc argumento evinci potest, quod Livius dicit, *duos Q. Fabios* Labeonem et Pictorem praetores factos. Nam hinc necessario consequitur, utrumque idem praenomen habuisse; quemadmodum quum 34, 42. scribit: *Creati* praetores duo *Cn. Cornelii, Merenda et Blasio*, non potest negari, utrique horum praenomen Cneio fuisse. Jam vero certissimum est, Fabium Labeonem, hujus anni praetorem, non *Numerium*, sed *Quintum Fabium* fuisse. Ita constanter nomen illius exhibent libri Livii infra c. 50. 60. et 38, 39. 47. Polyb. quoque Legat. 35. *Κόϊντον Φάβιον* vocat, nec non Fasti triumphales, in quibus ad A. V. ıɔLXIV. ita scriptum est: *Q. FABIVS. Q. F. Q. N. LABEO. PR. NAVALEM.* triumphum. *EGIT. EX. CRETA*; ac denique nummus apud Goltzium, Ursinum, et Spanhemium pag. 57. in memoriam hujus triumphi, Livio quoque 37, 60. et 38, 47. memorati, signatus; cujus in altero latere legitur *ROMA. LABEO*, in altero *Q. FABI.* Nec dubium mihi est, quin, quod Sigonius et Pighius tradunt, idem Fabius Labeo deinde A. V. ıɔLXX. cum M. Claudio Marcello consul fuerit: non solum ob id, quod nullius alterius Fabii Labeonis, aliqua re tam clari, ut ad consulatum adspirare potuerit, his temporibus in Livio mentio est: sed etiam quod Livius 39, 32. eum *veterem candidatum consulatus* fuisse dicit; quod in hunc solum, qui jam praetor fuerat, convenire potest. Hic autem in Livio 39, 45. est *Q. Fabius Labeo*, et in Fastis Capitolinis *Q. FABIVS. Q. F. Q. N. LABEO*, itidem ut in triumphalibus praetor. Et ad eumdem pertinere puto omnia alia loca Livii, in quibus *Q. Fabius Labeo* nominatur, 39, 44. 55. et 40, 42. et, non addito cognomine, *Q. Fabius* 40, 1. Ex his quum manifestum sit, Fabio Pictori idem, quod Labeoni, praenomen *Q.* fuisse, idque neque hic, neque cap. 50. in *N.* mutari posse, quae ratio reddi potest, cur, quod jam ante Spanhemium putabat Fulvius, sed eo nomine a Pighio ad A. V. ıɔLXIV. notatus, 45, 44. ubi certum est, vett. edd. habere *flamen Quirinalis M. Fabius Pictor*, pro *M.* scribi debeat *N*? Nulla alia excogitari potest, quam ut quis dicat, Q. Fabium Pictorem forsitan inter A. V. ıɔLXIV. et ıɔLXXXVI. fato functum fuisse, et in locum illius N. Fabium Pictorem venisse, qui A. V. ıɔLXXXVI. diem obierit. Sed hoc quam probabile sit, aliis judicandum relinquo. Plerisque longe verosimilius, quam tale commentum, visum iri credo, quod Pighius et Ursinus voluerunt, ibi pro *M.* non *N.* sed *Q.* scribendum, et omnia loca Livii, quibus Fabius Pictor flamen Quirinalis memoratur, de uno eodemque Q. Fabio Pictore accipienda esse. Quae de librariorum sive inscitia sive negligentia dicit vir summus, vera sunt. et proclivis est lapsus ex *N* in *M.* Sed haec ad conje-

Digitized by Google

XLVIII. M. Fulvio Nobiliore et Cn. Manlio Vulsone consulibus, Valerius Antias auctor est, rumo- 1

cturam illius stabiliendam non sufficiunt. Nam quoties iidem, quod nemo in lectione scriptorum veterum vel mediocriter versatus ignorat, non vel in notissimis praenominibus aberrarunt, et *M.* pro *Q.* et contra scripserunt? Quod ergo multis aliis locis factum est, hic quoque fieri, et *M.* pro *Q.* poni potuit. Nec juvat conjecturam nummus ab eo pag. 86. ex Ursino relatus, in quo est inscriptio *N. FABI. PICTOR.* cum apice flaminis, et in clypeo *QVIRINVS.* Nam ex eo summum nihil aliud effici potest, quam aliquem *N. Fabium Pictorem* flaminem Quirinalem fuisse; non eum, qui in Livio *Q.* et *M.* appellaretur eumdem esse, cui in nummo praenomen est *N.* et Livium ex nummo emendandum. Fabiae gentis familiam Pictorum usam fuisse praenomine *Numerii* non solum ex hoc denario, verum etiam aliunde constat; de quo legi possunt, quae Pighius ad A.V.cccclxxxvii. idemque et alii ad Valer. Max. 4, 3, 9. scripserunt. Sed non minus certum est ex Livii 22, 57. 23, 11. Dionys. Hal. 1, 79. et Appiano in Annibal. pag. 329. quae loca adnotavit Vossius 1. de Hist. Lat. 3. in eadem etiam praenomen *Quintus* fuisse. Itaque hoc quoque non satis valet ad persuadendum, in Livio 45, 44. praenomen *M.* in *N.* mutandum esse. Fulvius scribit esse, qui denarium hunc ad Q. Fabium Pictorem, de quo hic agit Livius, referant, et ab eo in N. Fabii Pictoris, quem A. V. cccclxxxvii. in consulatu de Saffinatibus triumphasse Fasti triumphales testantur, memoriam cusum putent. Pighius ad A. V. 1011. eum ad hujus filium, quem hoc anno quaestorem provincialem facit, refert. Sed haec in conjectura posita sunt. Illud solum pro certo, mea sententia, haberi potest, alium esse N. Fabium Pictorem, cujus nomen in vetere nummo extat, alium Q. Fabium Pictorem, flaminem Quirinalem apud Livium. DUKER. In praenomen duorum Fabiorum Q. consentiunt omnes quum c[illegible]. tum edd. non tantum hoc [illegible], verum etiam infra cap. 50. et cap. 51. Quae igitur Inlustriss. Spanhemius de editionibus, *Marci* praenomen Fabio Pictori flamini Quirinali tribuentibus, monet, referenda erant ad Livii 45, 44, 4. Verius tamen esse, ut tribus illis Livii locis *Q. Fabius* vocetur, egregie Clariss. Dukerus evicit. Ceterum *duo Q. Fabius Labeo et Pictor* Voss. Lov. 5. 6. et Gaertn. *duo Q. Fabius et Labeo Pictor* Lov. 3. *duo Q. Fabii F. Labeo et Pictor* Lov. 4. et Mead. ambo. *duo Q. Fabii facti Labeo et Pictor* Lov. 2. *duo Q. Fabii frater Labeo et Pictor.* Videri posset, Livium scripsisse, *duo Q. Fabii Pictor et Labeo* (*Pictor flamen Quirinales eo anno* etc. At, reliquis nihil mutantibus, vulgatum servo: neque opus judico, ut, quod Cl. Crevierio visum est, quo clarior oratio foret, *hic flamen Quirinalis* legamus: per se enim patet, ultimo loco memoratum Fabium Pictorem intelligi. De similibus parenthesibus vide ad 40, 57, 3.

Sp. Postumius Albinus, L. Plautius Hypsaeus, L. Baebius Dives) *M. Postumius* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *L. Postumius* Voss. Lov. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. ante Frob. qui anno 1535. *Sp. Postumius* dedit.

Digitized by Google

rem celebrem Romae fuisse, et pene pro certo habi-
2 tum, recipiendi Scipionis adolescentis caussa, con-
sulem L. Scipionem, et cum eo P. Africanum, in
conloquium evocatos regis, et ipsos comprehensos
3 esse; et, ducibus captis, confestim ad castra Romana
exercitum ductum, eaque expugnata, et deletas omnes
4 copias Romanorum esse. Ob haec Aetolos sustulisse
animos, et abnuisse imperata facere, principesque
eorum in Macedoniam, et in Dardanos, et in Thracia-
nos ad conducenda mercede auxilia profectos.
5 Haec qui nunciarent Romam, A. Terentium Varro-
nem

Similiter reliqui codd. nisi quod *S. Postumius* sit in Lov. 1. Per literam autem *S.* praenomen *Spurius* indicari, docet Aegyptius ad SCtum de Bacchanalibus p. 144. *Spurius* autem praenomen de gente Postumia est frequentissimum; et quidem hic indicatur is Sp. Postumius, qui quadriennio postea consul Bacchanalia sustulit. Tum voces *L. Plautius Hypsaeus* desunt in Lovel. 1. 6. et Voss. [Bamb.] *L. Plautius Baebius Dives*, reliquis omissis, legit Harl. *ipsius*, pro *Hypsaeus*, Gaertn. Illustr. N. Heinsius ad Nason. 17. Her. 232. melius *Ypsaeus*, quam *Hypsaeus*, scribi, contendit auctoritate nummi, quem laudavit Sigonius ad Livii 8, 1, 1. Similes alii exstant apud Ursin. in Fam. Rom. in gente Plautia: ubi quum etiam memoretur nummus, in quo scribitur *HVPSAEVS*, altera orthographia forte referenda est ad prisci temporis morem, quem memorat Quinctil. 1. Instit. 5. *Parcissime ea* (litera H.) *veteres usi etiam in vocalibus, cum oedos ircosque dicebant.*

§. 1. *Cn. Manlio Vulsone*] *M. Manlio* Voss. *C. Manlio* Lov. 1. 3. et 6. Vide ad cap. praec. §. 7. Tum *Volsone* omnes scripti, et edd. vett. [Bamb.] Vide ad 22, 35, 1. Mox vocem *adolescentis* non agnoscit Harl. Dein *ad colloquium evocatos* Lov. 1.

§. 3. *Deletas omnes copias*] *dejectas* Voss. Lovel. 1. 5. 6. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. solito errore. V. ad 31, 29, 11. Mox *τὸ esse* non adparet in Gaertn.

§. 4. *Ob haec Aetolos sustulisse animos, et abnuisse imperata facere*] Pall. et vet. ed. *imperia facere.* GEBH. *Ob hoc* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Tum *imperia facere* omnes Mssi nostri, Hearnii L. 1. et vett. edd. Princeps Aldus, sed auctoritate cod. Mog. *imperata* recepit. [*imperta* Bamb.] Supra 37, 16, 2. *imperata enise fecerunt.* 38, 14, 4. *Paratum esse tyrannum imperata facere.* Mox *in Chreciam* Voss. *in Threciam* Lovel. 4. et Mead. 1. V. ad cap. 33, 3.

Digitized by Google

nem et M. Claudium Lepidum ab A. Cornelio propraetore ex Aetolia missos esse. Subtexit deinde fa- 6
bulae huic, legatos Aetolos in senatu inter cetera hoc quoque interrogatos esse; unde audissent, imperatores Romanos in Asia captos ab Antiocho rege, et exercitum deletum esse? Aetolos respondisse, ab 7
suis legatis se, qui cum consule fuerint, certiores factos. Rumoris hujus quia neminem alium auctorem habeo, neque adfirmata res mea opinione sit, nec pro vana praetermissa.

XLIX. Aetoli legati in senatum introducti, quum 1
et caussa eos sua et fortuna hortaretur, ut confitendo

§. 5. *A. Terentium Varronem*] *L. Terentium* Lov. 6. *Cn. Terentium*, et mox *Cn. Cornelio* Lov. 2. et Harl. Sed postea cap. seq. *A. Terentius Varro* sive idem, sive ab hoc diversus memoratur. Cornelius vero *Aulus* passim vocatur 35, 24, 6. 36, 2, 6. et 37, 2, 7.

§. 6. *Subtexit deinde fabulae huic*] MS. *Subjecit deinde fabulae*. MOD. Vulgatum tuentur omnes scripti et editi nostri, nisi quod *Subcessit*, vel *Successit* sit in Lov. 1. 2. 6. *Subrexit* in Lov. 5. et ed. Camp. Eodem verbo Nepos eleganti hac translatione etiam utitur in Attic. 18. *Quod difficillimum est, sic familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere.* et Tibull. 4, 1, 211.

Inceptis de te subtexam carmina chartis.

ubi vide Broukh. Quod tamen nunc secundum cod. Mog. *Subjecit fabulae* dicitur, *adjicere fabulae* effertur 5, 22, 5. *Inde fabulae adjectum est, vocem quoque dicentis, Velle, auditam. addere fabulae* 1, 11, 8. *Additur fabulae, pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberent.*

In senatu inter cetera hoc quoque interrogatos] *in senatum* Voss. Lovel. sex, Gaertn. Mead. ambo, omnesque edd. ante Frob. anni 1531. Tum *haec quoque* Lov. 3. et 6. Mox copulativa *et* non comparet in Lovel. 5. et edd. ante Aldum.

§. 7. *Aetolos respondisse, ab suis legatis se, qui cum consule fuerint, certiores factos*] *et Aetolos* Lovel. 6. Sed particula perperam adsumta est ex initio vocis sequentis, quae sine diphthongo more sui seculi a librariis scripta est *Etolos*. V. ad 10, 15, 3. Mox pronomen *se* neglegit Voss. quod trajicit Lov. 6. *se certiores* legens. Dein *qui secum consules fuerunt* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. *fuerunt* etiam Lov. 4. et Mead. ambo. Mox *neque pro vana* Gaertn. Sed vide ad 9, 9, 14.

Digitized by Google

seu suae culpae seu errori veniam peterent suppli-
2 ces; orsi a beneficiis in populum Romanum, et pro-
pe exprobrantes virtutem suam in Philippi bello, et
3 obfenderunt aures insolentia sermonis: et eo, vete-
ra et obliterata repetendo, rem adduxerunt, ut haud
paulo plurium maleficiorum gentis, quam beneficio-
rum, memoria subiret animos Patrum, et, quibus
misericordia opus erat, iram et odium irritarent.
4 Interrogati ab uno senatore, *permitterentne arbitrium
de se populo Romano?* deinde ab altero *habiturine
eosdem, quos populus Romanus, socios et hostes es-
sent?* nihil ad ea respondentes, egredi templo jussi
5 sunt. Conclamatum deinde prope ab universo se-
natu est, *Totos adhuc Antiochi Aetolos esse, et ex*

§. 1. *Hortaretur, ut confitendo seu suae culpae seu errori veniam peterent supplices*] *hortaretur, confitendo seu culpae, seu errori supplices peterent veniam* Harl. *hortaretur, confitendo seu culpae, seu errori veniam supplices peterent* Lovel. 1. 3. 4. 6. et Mead. ambo. *hortaretur, confitendo seu culpae, seu errori veniam supplices petere* Voss. Lovel. 2. et Gaertner. [*se sculpae* pro *seu suae culpae* Bamberg.] Vulgatum in solo Lov. 5. inveni. *To suae* omitti potest. Modo enim praecessit, neque necessarium est. Non displiceret etiam *hortaretur petere*, si plures codd. in eam lectionem consentirent. Vix certe verisimile videtur, sponte in eam librarios incidisse. Ita loquitur Nepos in Phocione cap. 1. *Hic quum a rege Philippo munera magnae pecuniae repudiaret, legatique hortarentur accipere.* ubi vide Doctiss. van Staver. Justin. 12, 5. *Hortaretur milites suis scribere.* Adde viros doctos ad Val. Max. 3, 3. in princ. Ejusdem generis apud Livium est 31, 7, 4. *Philippum pactum jam per legatos literasque cum Hannibale in Italiam trajicere.* 37, 53, 25. *Dicere utique volentibus vobis parandum est*, pro volentibus, ut dicam. 40, 38, 3. *Edixerunt, Ligures ab Anido montibus descendere cum liberis conjugibusque.* 42, 63, 8. *Tantus repente effusus est imber, ut nec accendi facile pateretur.* 44, 14, 7. *Petere, si possent inducere in animum, ut finiant iram, se quoque in gratia reconciliatae pacis posse uti.* pro ut posset uti. Plura similia apud eum obcurrent, si Mstis fides habenda est. V. ad 3, 4, 9. 27, 3, 4. 29, 4, 9. 32, 13, 5. et Epit. Liv. 50. Similiter Sall. Jug. 17. *Res postulare videtur, Africae situm paucis exponere.* ubi vide Cort. cap. 19. *Alio properare tempus*

Digitized by Google

unica ea spe pendere animos eorum. Itaque bellum cum haud dubiis hostibus gerendum, perdomandosque feroces animos esse. Etiam illa res accendit, 6
quod eo ipso tempore, quo pacem ab Romanis petebant, Dolopiae atque Athamaniae bellum inferebant. Senatusconsultum in M.' Acilii sententiam, qui 7
Antiochum Aetolosque devicerat, factum est, *Ut Aetoli eo die juberentur proficisci ab urbe, et intra quintumdecimum diem Italia excedere.* A. Terentius Var- 8
ro ad custodiendum iter eorum missus, denunciatumque, *Si qua deinde legatio ex Aetolis, nisi permissu imperatoris, qui eam provinciam obtineret, et cum legato Romano, venisset Romam, pro hostibus omnes futuros.* Ita dimissi Aetoli.

monet. Vide Barthium ad Rutil. 1. Itin. 210. et Cel. Burm. ad Phaedri 1, 15, 6. et ad Gratii Cyn. 289.

§. 2. *Et prope exprobrantes*] *prole* Lov. 1. *probre* Lov. 3. *probe* Lov. 2. et Harl. Solent autem *prope* et *probe* in Mstis confundi. V. ad 6, 23, 2. 9, 36, 3. 21, 43, 15. 23, 15, 8. 30, 37, 9. et alibi. Error hic ortus est ex minus adcurata pronunciatione verba praeeuntis, qui literas *b* et *p* sono similes non satis aperte distinxit. Hinc confunduntur *bene* et *pene*. V. ad 4, 60, 6. *suberat* et *superat*. Vide Jos. Scalig. ad Virg. Culic. vers. 146. *bacchatus* et *pacatus*. V. Broukh. ad Prop. 3, 15, 2. Alia vide apud Nic. Heins. ad Nas. 7. Met. 56. Paullo ante *in populo Ro.* Lovel. 3. *in repub*ca Gaertn. Vide ad 8, 58, 6.

§. 3. *Misericordia opus erat, iram et odium irritarent*] Pall. pr. *opus fuerat, odium et iram irritarent.* GEBH. *opus fuerat* etiam Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertner.

§. 4. *Permitterentne arbitrium de se populo Romano*] Pall. pr. *an permitterent arbitrium populo Romano.* GEBH. Pariter Lovel. 3. neque aliter Voss. et Gaertn. nisi quod *de se* servent. *ne permitterent* Harl. *permitterent*, omissa interrogandi particula, Lov. 1. 4. et Mead. 2. Mox *egredi ex templo* Lov. 3. 6. et Gaertn. Vide ad cap. 30, 9. Sed reliqui praepositionem nesciunt. [*habiturosne* Bamb.]

§. 5. *Conclamatum deinde prope ab universo senatu est*] Transposite Pal. pr. *Conclamatum ab universo deinde probe senatu est.* GEBH. Eodem modo voces transponunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Mox *regendum*, pro *gerendum*, trajectis literis Lov. 1.

Digitized by Google

1 L. De provinciis deinde consules retulerunt: sor-
2 tiri eos Aetoliam et Asiam placuit. qui Asiam sortitus esset, exercitus ei, quem L. Scipio haberet, est
3 decretus, et in eum supplementum quatuor millia peditum Romanorum, ducenti equites, et sociorum ac Latini nominis octo millia peditum, et quadringenti equites: his copiis ut bellum cum Antiocho gereret.
4 Alteri consuli exercitus, qui erat in Aetolia, est de-

4. Mead. 2. et Lov. 3. inter versus. V. ad 27, 40, 2.

Perdomandosque feroces animos esse] MS. *perdomandos animos feroces esse.* MOD. *perdomandos* sine copulativa etiam Lovel. 1. 2. et Harl. *perdomandumque* Lov. 5. et edd. principes. Mox §. seq. *Illa etiam res* omnes, quos vidi, codd. [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1535. Tum *peterent* Gaertn.

§. 7. *Senatusconsultum in M'. Acilii sententiam*] *Senatus contulit haec* pessime Voss. Mox *Aetoli uno die* Lov. 4. et Mead. ambo. Sed *eo die* est in margine Mead. 1. Deinde §. seq. *Si qua legatio* Harl. *Si quae deinde legatio* Mead. 2. Tum *Ità Aetoli dimissi* Lov. 6.

§. 1. *Sortiri eos Aetoliam et Asiam placuit. qui Asiam*] *Tò placuit* desideratur in omnibus nostris libris, et praefigunt *et qui Asiam sortitus esset.* GEBH. Eadem obcurrit lectio in Lov. 3. sed *Aetoliam et Asiam sortitus esset* legunt Lov. 1. 4. Harl. et Mead. uterque. Media omittuntur ob repetitam vocem *Asiam.* Vide ad 9, 11, 11. Sola vox *placuit* deest in Lov. 2. 5. 6. Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. quam Aldus fide cod. Mog. restituit.

§. 3. *Et in eum supplementum quatuor millia peditum Romanorum, ducenti equites*] Vet. lib. *et in ejus supplementum.* SIGON. Sic Sigonius. Nos invenimus in scriptis, quod antea edebatur, *et in eum supplementum.* Sic lib. 24, [44, 7.] *Duabus urbanis legionibus scriptis, supplementoque in alias lecto.* J. FR. GRON. Variant libri scripti et editi. Sigonio consentiunt Lovel. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. in margine, et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et plures usque ad Frob. Contra cum Gronov. faciunt Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 1. in contextu, Mead. 2. Gaertn. Hearnii Oxonn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum Frob. anni 1535. usque ad Sigonium. Liv. 33, 43, 6. *In eas legiones si quid supplementi opus esset.* Tum *quatrigentos equites* Lovel. 1. *quadringentos equites* Lov. 6. *quingentos equites* Voss. *quingenti equites* Gaertner. Verum is equitum numerus pro peditum portione nimis magnus est, et hinc vulgatum servandum puto. Id autem inde firmatur, quod mox in supplemento sociali octo peditum millibus adduntur quadringenti equites. Error inde ortus est, quod per notas *IIC* scriptum fuerit, idque in *VC* facile mutari potuerit. V. ad 35, 2, 4. et 37, 22, 4.

Digitized by Google

cretus; et, ut supplementum scriberet, permissum, civium sociorumque eumdem numerum, quem colle-
ga. naves quoque idem consul, quae priore anno 5
paratae erant, ornare jussus, ac ducere secum: nec cum Aetolis solum bellum gerere, sed etiam in Cephalleniam insulam trajicere. Mandatum eidem, ut, 6
si per commodum reipublicae facere posset, ut ad comitia Romam rediret. nam, praeterquam quod 7

Et sociorum ac Latini nominis octo millia peditum, et quadringenti equites] Omnes libri MSS. et cusi *sex millia peditum*. GEBH. Omnia haec vocabula desunt in Lov. 1. ob vocis *equites* repetitionem. Vide ad 9, 11, 11. Duo priora exsulant ab Harl. Tum *VII millia* Lov. 6. *sex millia* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harlej. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui *octo millia* ex membranis Mog. recte admisit. Eadem portione enim quatuor millibus peditum legionariorum in praecedentibus adduntur ducenti equites. Tum copulativa *et* omittitur in Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. Praeterea voces *Romanorum ducenti equites et sociorum ac Latini nominis octo millia* non comparent in Hearnii L. 1. et N. nisi quod sola vox *Romanorum* adsit in eorum posteriori. Mox *his copiis bellum gereret*, reliquis neglectis, Lov. 5. et edd. vett. Vocula *ut* deest etiam in ceteris scriptis meis, et Hearnii L. 1. [Bamb.] Quod nunc vulgo editur, Aldus ex cod. Mog. probavit.

§. 4. *Et, ut supplementum scriberet*] Vet. lib. *et ut in supplementum scriberet*] Sic ubique Livius. SIG. Sic ubique Livius, inquit Sigonius. At non lib. 26, [1, 11.] *Supplementum, si opus esset, consules scribere jussi.* Lib. 27, [22, 11.] *Supplementum, quo opus esset, scriberent consules, permissum.* Deleatur igitur praepositio, quam ignorant meliores codices. J. FR. GRON. *in supplementum* Lov. sex, Harl. et Mead. 2. Reliqui cum Gronovianis praepositionem nesciunt. Lib. 42, 10, 12. *Postulantibus deinde, ut novos exercitus scribere, aut supplementum veteribus liceret, utrumque negatum est.* Utramque lectionem Hearnius ex L. 1. laudat. Paullo ante τὸ *est* non adparet in Lovel. 1. contra mox *permissum est* legit Gaertner. Hinc *collegae* Lov. 3. [v. *eundem numerum* non habet Bamb.]

§. 5. *Naves quoque idem consul, quae priore anno paratae erant, ornare*] *inde consul* Lov. 4. V. ad 31, 38, 9. Tum *erant paratae* Lov. 6. qui etiam *onerare* praefert in contextu. V. ad 32, 11, 2. *ordinare* a manu sec. inter versus. Vide ad 24, 48. 7.

§. 6. *Si per commodum reipublicae facere posset*] MS. *si per commodum populi Romani f. p.* qui est frequens admodum in libris manu exaratis error ex notis natus, ut hae voces invicem substituantur, et locum alterae alterarum occupent. MOD.

Digitized by Google

magiſtratus annui subrogandi eſſent, censores quoque placere creari. si qua res eum teneret, senatum certiorem faceret, se ad comitiorum tempus obcur-
8 rere non posse. Aetolia M. Fulvio, Asia Cn. Manlio sorte evenit. Praetores deinde sortiti sunt, Sp. Poſtumius Albinus urbanam et inter peregrinos, M. Sempronius Tuditanus Siciliam, Q. Fabius Pictor flamen Quirinalis Sardiniam, Q. Fabius Labeo classem, L. Plautius Hypsaeus Hispaniam citeriorem, L.
9 Baebius Dives Hispaniam ulteriorem. Siciliae legio una et claſſis, quae in ea provincia erat, decreta; et ut duas decumas frumenti novus praetor impera-

populi Romani, pro *reipublicae*, Lov. 3. *p. Ro.* Gaertn. *p. R.* Voſſ. V. ad 38, 58, 6. Praeterea *Mandatum eidem et*; *si per commodum* Lov. 3. *Mandatum eidem*, *ut*, *si per commodum* Mog. codex, Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] bis posita vocula *ut*; quod Livio frequens eſſe, vidimus ad 22, 11, 4. Horum igitur Mſtorum, sed inprimis integerrimi, fide in contextum recepi. *ut si per commodum* quidem Lov. 2. sed mox in sequentibus *τὸ ut* neglexit.

Ad comitia Romam rediret] Omnes libri MSS. et cusi *ad comitia Romam veniret*. Similiter omnes mei, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui, cod. Mogunt. secutus, primus *rediret* vulgavit. Innumeris locis haec verba a scribis commutantur. Vide ad 1, 32, 10. 3, 28, 8. 6, 15, 1. 9, 4, 5. et alibi. Adde N. Heins. ad Nason. 1. Her. 116. et 2. Her. 24. Utraque lectio defendi potest. Nam proprie dicendum erat *rediret*; solet tamen *venire* pro redire usurpari. Vide ad 38, 44, 1. Quid verius sit, haereo. *rediret* tuetur bonitas integerrimi Mſti; *veniret* mos librariorum, qui potius *venire* per *redire*, quam contra, exposuiſſe videntur. Perperam Lovel. 2. *ut*, *si per commodum reipublicae facere posset comitia*, *Romam veniret*. Mox §. seq. *se* deeſt in Mead. 2. et *concurrere* legit Lov. 3. Male. V. ad 36, 24, 4. [*facere* pro *faceret* Bamb.]

§. 8. *Aetolia M. Fulvio*, *Asia Cn. Manlio sorte evenit*] Perperam Pal. prior, *Etholia M. Fulvio*, *C. Manilio Asia evenit*. GEBH. *C. Manilio*, *Manlio*, vel *Malio* Lov. 1. 3. et 6. Vide ad cap. 47, 7. Mox *Sempronius Postumius Albinus* mendose Lovel. 2. Harl. et Gaertn. *L. Postumius Albinus* Lov. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. Vide ad cap. 47, 8.

Q. Fabius Pictor] V. ad cap. 47, 8. In praenomen *Q.* omnes codd. et edd. consentiunt. *Q. Fabius praetor* perperam legunt Voſſ. et Lov. 3. Vide ad c. 51, 1.

Digitized by Google

ret Siculis, earum alteram in Asiam, alteram in Aetoliam mitteret. Idem ab Sardis exigi, atque ad eos- 10
dem exercitus id frumentum, ad quos Siculum, deportari jussum. L. Baebio supplementum in Hi- 11
spaniam datum mille Romani pedites, equites quinquaginta, et sex millia peditum Latini nominis, ducenti equites. Plautio Hypsaeo in Hispaniam cite- 12
riorem mille Romani dati sunt pedites, duo millia sociùm Latini nominis, et ducenti equites. cum his supplementis ut singulas legiones duae Hispaniae haberent. Prioris anni magistratibus, C. Laelio cum 13
suo exercitu prorogatum in annum imperium est. pro-

L. Plautus Hypseus] *Hypsaeus* ex nummis argenteis et Graecis libris. SIG. Vide ad 8, 1, 1. *Hysaeus* Voss. et Lov. 1. *Hyspaeus* Lovel. 5. *L. Plancius* Mead. 2. omnia errore scribarum.

L. Baebius Dives Hispaniam ulteriorem] Vet. lib. *L. Baebius Dives ulteriorem*. recte; praecessit enim *Hispaniam citeriorem*. SIG. Eamdem vocem expellit Harl. V. ad 34, 55, 5.

§. 9 *Et ut duas decumas frumenti novus praetor imperaret*] Ita membranae Mog. Antea edebatur *et ut duas decimas frumenti praetor imperaret*. Aldus admisit vocem *novus*, quae deest in omnibus scriptis. Gruterus deinde in ed. postrema *decumas*, ut in multis est codd. Vide ad 5, 25, 5 Tandem *P. R.* id est *populus Romanus*, pro *praetor*, Voss. et Lov. 1. ac 3. V. ad 31, 10, 4. Mox *alteram earum* Gaertner. Tum §. seq. *Idem et ab Sardis* Gaertn.

§. 11. *Latini nominis, et ducenti equites*] Illud *et* rejiciunt membranae. MOD. Earum fide etiam expunxi. *ducentos* perperam Voss. et Lov. 3. Paullo ante *in Hispania* Lovel. 6. et Harl. Male. Vide Gronov. ad 42, 1, 2. Deinde *equites D.* pro *quinquaginta*, Hearnii L. 1. Similem errorem habuimus ad 4, 32, 8. eodem modo etiam *quadringenti* et *quadraginta* commutantur supra cap. 45, 15.

§. 12 *Plautio Hypsaeo* etc. *Latini nominis, et ducenti equites*] Tota haec periodus deest in scriptis nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antt. quia praecedens periodus iisdem verbis, quibus haec, finitur. Vide ad 9, 11, 11. Aldus, quae deficiebant, ex auctoritate Mog. cod. primus interposuit. Vide ad 36, 19, 13. Mox *et in singulas legiones* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *ut in singulas legiones* Lov. 3.

§. 13. *Prorogatum et P. Junio propraetori in Etruria*] Pal pr. *P. Iunio pro praetore in Etruria*. GEBH. Ita et Lov. 3. nisi quod insuper legat *in Etruriam*. Praeterea *prorogatum* deerat in

Digitized by Google

rogatum et P. Junio propraetori in Etruria eum eo exercitu, qui in provincia esset; et M. Tuccio propraetori in Bruttiis et Apulia.

1 LI. Priusquam in provincias praetores irent, certamen inter P. Licinium pontificem maximum fuit et Q. Fabium Pictorem flaminem Quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellum et Postumium Albi-
2 num fuerat. Consulem illum, cum C. Lutatio colloga in Siciliam ad classem proficiscentem, ad sacra
3 retinuerat Metellus pontifex maximus; praetorem

Lov. 5. et 6. quemadmodum etiam paullo ante *in annum* in Voss. et Lov. 3. [Bamb.] Vide ad 38, 35, 3.

Et M. Tutio propraetori in Bruttiis et Apulia] Initio hujus libri [cap. 2.] non *M. Tutius*, sed *Cn. Fulvius* praetor sortitus est (ut quidem habent codices) Apuliam ac Brutios, ut hoc anno idem *Fulvius*, non *Tutius*, sit propraetor Apuliae ac Brutiorum, cui prorogatum imperium sit: nisi *Fulvio* mortuo priore anno subrogatum hunc *Tutium*, (sive *Tuccium*) intelligamus, quod mihi vix verisimile videtur. Quidam utroque in loco legunt *M. Tuccium*. GLAR. *M. Tutio* Lov. 3. et 6, *M. Tuctio* Lovel. 4. Harl. et Mead. 1. *M. Tucco* Gaertn. *M. Tucio* Lov. 2. 5. et edd. principes, quod in edd. Venetis demum in *M. Tutio* mutatum vidi. Ex hoc igitur loco patet, recte *Tuccium*, pro *Fulvio*, substitutum esse 36, 45, 9. et 37, 2, 1. Deinde *praetori* ed. Gruteri ultima, et recentiores omnes; quod et in uno vel altero codicum, unde nihil notatum invenio, superfuisse videtur. Prioris excusi *pro praetore*, vel *propraetori*, quod posterius superest in Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Lectio Gruteri Cl. Perizon. de Praetor. p. 26. displicuit, ubi existimat, Junium et Tuccium, qui ejusdem conditionis et muneris erant, haud dubie a Livio eodem modo memoratos fuisse; sive *propraetores*, sive *praetores* earum regionum adpellare maluerit. Ego priscam lectionem *propraetori* revocavi.

§. 1. *Inter P. Licinium pontificem maximum fuit et Q. Fabium Pictorem flaminem Quirinalem*] *maximum pontificem* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde in Fabii praenomine iterum non variant scripti. Vide ad cap. 47, 8. Sed *Fabium praetorem* perperam legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 1. et edd. vett. Vide et supra ad cap. 50, 8. Insuper ultima vox deest in Lov. 6. at duae ultimae in Lov. 2. et Harl. Quae ad haec verba notarat Modius, descripsit ex Lipsio ad Taciti 3. Ann. 58. Mox §. seq. voces *in Siciliam* exsulant a Lovel. 1. *in Sicilia* legunt Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§. 3. *Et in senatu, et ad populum magnis contentionibus*

Digitized by Google

hunc, ne in Sardiniam proficisceretur, P. Licinius tenuit. Et in senatu, et ad populum magnis contentionibus certatum est; et imperia inhibita ultro 4
citroque, et pignora capta, et multae dictae, et tribuni adpellati, et provocatum ad populum est. Re- 5
ligio ad postremum vicit, ut dicto audiens esset flamen pontifici; et multae ex jussu populi remissae. Ira pro- 6
vinciae ereptae praetorem magistratu abdicare se conantem Patres auctoritate sua deterruerunt: et, ut jus inter peregrinos diceret, decreverunt. Delecti- 7

certatum est] Pal. pr. *Et in senatum, et ad populum magnis cont. certatum.* GEBH. Similiter Lov. 3. *Et in senatum* etiam Lov. 6. Verbum autem *est* omittit quoque Voss. [Bamb.] Verum id excidisse videtur ob sequentem particulam *et*. V. ad 21, 28, 8. et 36, 35, 5. hoc lib. cap. 52, 2. [*proficiscetur* Bamb.] Dein §. seq. *et pugnora capta, multae indictae* Harl. Sed omnia illa desunt in Voss. et Lov. 1.

§. 6. *Et dicto audiens esse flamen pontifici jussus*] Pall. utorque, *ut dicto audiens esset flamen pontifici jussus*. vet. ed. *zó jussus* aspernatur. GEBH. *ut dicto audiens esset* omnes nostri, (nisi quod *esset audiens* unus legat Lov. 6) et editi ante Froben. qui anno 1535. *et dicto audiens esse* dedit; cujus loco Gronov. priscam lectionem revocavit. Tum *flamen pontifici jussus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *flamen jussus* Gaertn. *flamen pontifici jussum* Lov. 6. *Tò jussus*, quod Frob. demum anno 1535. addidit, Gronov. iterum expunxit; idque etiam deest in Lov. 5. [*ad* ante *postremum* deest in Bamb.]

Et multae ex jussu populi remissae] MS. Longobardicus omnino melius longe: *et mulcta ei jussu populi remissa.* MOD. Immo codicem Mog. legere *et multa jussu populi ei remissa* testantur viri docti, qui nobis excerpta ejus dederunt. Vocula initialis *et* non adparet in Lov. 6.

§. 6. *Ita provincia erepta praetorem magistratu*] *Ita provincie erepte* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Ira provinciae ereptae* Mead. 2. [Bamb.] et membranae Mog. quod Aldus earum fide recepit, et per reliquas edd. propagatum est usque ad Elzevir. qui errore, ut videtur, operarum dedit *Ita provinciae ereptae*. Idem Gronovius in ed. prima retinuit, sed postea *Ita provincia erepta* substituit. Contra integerrimi cod. lectionem, quo etiam reliquorum vestigia manifeste ducunt, revocandam duxi. Voces *ira* et *ita* saepissime in Mstis confundi, vidimus ad 24, 16, 1. Id autem proclive erat ob literarum *r* et *t* similitudinem in scriptura Longobardica. V. ad 5, 55, 3. *Ira ereptae provinciae* est ira propter ereptam provinciam. Supra 4, 50, 7. *Metu quaestionum plebs iraque tribunos militum ex ple-*

Digitized by Google

bus deinde intra paucos dies (neque enim multi milites legendi erant) profectis, consules praetoresque
8 in provincias proficiscuntur. Fama deinde de rebus in Asia gestis temere vulgata sine auctore: et post dies paucos nuncii certi literaeque imperatoris Ro-

be crearet. ubi alia notantur. 27, 7, 13. *Ob similis iram fugae missi eo ab senatu fuerant.* et hic etiam quaedam notavi. Ovid. 4. Met. 236. *stimulataque pellicis ira Vulgat adulterium.* ubi vide Cel. Burm. *Mox auctoritate sua decreverunt* Voss. et Gaertn. Ita variant etiam scripti cap. 13, 10. Verba *et, ut jus inter peregrinos diceret, decreverunt* desunt in Lov. 3. et Harl. [*sed ut jus* Bamb.]

§. 7. *Delectibus deinde intra paucos dies* etc. *perfectis*] *Dilectibus* Lov. 1. Harl. Mead. ambo. et Gaertn. Ita passim in decem prioribus Livii libris exhibent Msti optimi, Flor. ac Leid. pr. et saepe bonitate iis proximi Voss. 1. Fragm. Hav. et Harl. 2. Alibi etiam alii codd. Vide Juret ad Paullini vit. B. Martini 1, 27. Gebh. ad Liv. 9, 17, 15. Celeb. Burm. ad Nas 10. Met. 324. 14, 678. Gratii Cynег. 127. Suet. Calig. 43. Corte ad Plinii 2. ep. 13. et quae notavi ad Silii 7, 43. Similiter *diligere* pro *deligere.* V. ad 2, 33, 7. 10, 14. 1. et pluribus locis. Dein *profectis* Voss. et Lov. 6. Vide ad cap. 6, 7. *prefectis* Mead. 2. et Gaertn. Vide ad 9, 10, 7.

§. 8. *Fama deinde de rebus in Asia gestis*] *Fama deinde rebus* Voss. Lov. 1. 2 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Sed praepositionem elisit syllaba finalis vocis proximae. V. ad 3, 30, 3. et 28, 7, 3. Nisi potius ex eorum fide scribendum sit *Fama dein de rebus.* V. ad 2, 33, 1. De τοῖ *dein* v. ad 3, 3, 6.

§. 9. *Desierant enim victum in Aetolia metuere*] Legendum est *victum Aetoliam.* GELEN. Hic male interpolavit Gelenius, dubium ex ingenio, an ex libro ante malam manum passo. Verum est, quod habent omnes nostri scripti et editi olim: *desierant enim victum in Aetolia metuere.* De solo enim hic Antiocho sermo est: neque erat ea tum reipublicae Romanae conditio, ut isto bello valde timerent Aetolos: itaque nec timere eos desierant. Quin etiam non soli Aetoli (fuerant eorum tantum quatuor millia) ad Thermopylas ab Acilio Glabrione consule erant divicti, sed maxime Antiochus tota Graecia expulsus. Deceptus videtur auctor illius lectionis Livii verbis, quae sunt prope finem hujus libri [c. 58, 8.] *Caeterum vere aestimanti Aetolicum magis ad Thermopylas bellum, quam regium, fuit. quota enim parte virium marum ibi dimicavit Antiochus?* Sed tamen haec ipsa non Aetolos modo, verum etiam regem in parte virium devictum indicant. P. Scipio apud Appianum [B. Syr. pag. 3.] ad legatos Antiochi: ἐς τε τὴν Ἑλλάδα διελθὼν ἐδουλούτο τοὺς Ἕλληνας ὑπὸ Ῥωμαίων ἄρτι ἀυτονόμους ἀφειμένους, μέχρι περὶ Θερμοπύλας ἡττήθη μάχῃ. Caeterum suspectum illud *averterunt famam:* praesertim si contra aestimes conjecturam Alb. Rube-

Digitized by Google

mam adlatae; quae non tantum gaudium ab recenti 9
metu adtulerunt, (desierant enim victum in Aetolia
metuere) quam averterunt famam: quod incuntibus
id bellum gravis hostis et suis viribus, et quod Han-
nibalem rectorem militiae haberet, visus fuerat. nihil 10

mii. *quae non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt, (desierant enim victum in Aetolia metuere) quam a vetere fama, quod ineuntibus id bellum gravis hostis et suis viribus, et quod Annibalem rectorem haberet, visus fuerat.* Valde placet. neque aliter scripsit Livius. J. FR. GRON. Recte priscam lectionem *victum in Aetolia metuere* adversus Gelenium Gronovius tuetur, quam servant Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Id vero, quod Gelenius repositum voluit, potius ex libro interpolato, quam ex ingenio ejus deprompsum videtur. Certe *victam Aetoliam metuere* praefert etiam Lovel. 3. *victam Aetoliam et uere* Voss. *vietum in Aetoliam et uere* Lov. 1. *victum in Aetolia et uere* Lov. 6. *victum in Aetoliam metuere* Lov. 5. et quaedam ex edd. principibus. Praeterea Rubenii conjectura, *quam a vetere fama*, et Cl. Crevierio placuit, et mihi admodum probabilis videtur. Eam nonnihil juvat, quod *averterunt fama* legat Lov. 1. [Bamb.] *adverterunt fama* Voss. *averterat fama* Lov. 6. In ea autem locutione, *ab recenti metu* et *a vetere fama*, praepositio *a* ponitur pro *ob*. Vide ad 26, 1, 3. Observa etiam *non tantum, quam*, pro *non tantum, quantum* poni, ut ex glossa hic praefert Lov. 6. vel *non tam, quam*. Ita 6, 9, 9. *Non tanta spe scalis capi urbem posse, quam ut* etc. *spatium intrandi sine certamine moenia haberet.* 26, 1, 3. *Non ab ira tantum*, etc. *quam quod urbs* etc. *recepta inclinatura rursus animos videbatur.* Ter. Hec. 3, 4, 2.

Non, Hercle, verbis, Parmeno, dici potest
Tantum, quam re ipsa navigare incommodum est.

Statius 5. Silv. 3, 212.

... nec enim mihi sidera tantum
Aequoraque, et terras, quam vos debere parenti.

Auctor Dialogi de Causs. corr. eloq. 6. *Ullane tanta ingentium opum ac magnae potentiae voluptas, quam spectare homines veteres et senes?* etc. Quod an recte soloecismi accusetur in Supplem. Actor. erudit. Lipsiens. tom. 10. pag. 228. ex adlatis aliorum exemplis judicari potest. Mox *Hannibalem terrorem rectorem* Voss. Sed media vox ex sequenti perperam nata videtur. Tum *vis fuerat* Lov. 1. *jussus fuerat* Lov. 3. Vide ad 9, 24, 4. *usus fuerat* Mead. 1. Alibi haec vocabula commutantur. V. ad 7, 34, 7. Ampliss. Boubier. ad Cic. 1. de N. D. 5. et viros doctos ad Suet. Aug. 43.

§. 10. *Aut minuendas eas copias*] Ita primus Gruterus edidit; incertum tamen, qua auctoritate. Antea legebatur *ejus copias*, quod servant Voss. Lov. sex, Harlej. et Gaertn. quorum fide id revocavi.

§. 1. *Haud multo post M. Aurelius Cotta, legatus L. Scipionis*] *Haud multo tempore post*

Digitized by Google

tamen aut de consule mittendo in Asiam mutandum, aut minuendas ejus copias, censuerunt; metu, ne cum Gallis foret bellandum.

1 LII. Haud multo post M. Aurelius Cotta, legatus L. Scipionis, cum Antiochi regis legatis, et Eume-
2 nes rex Rhodiique Romam venerunt. Cotta in senatu primum, deinde in concione jussu Patrum, quae acta in Asia essent, exposuit. Supplicatio inde in triduum decreta est, et quadraginta majores hostiae
3 inmolari jussae. Tum omnium primum Eumeni senatus

Voss. Sed vox addita est ab interprete. Vide Cort. ad Sall. Jug. 13, 1. Scipionis praenomen *L.* quod ab omnibus codd. nostris, et edd. antt. exsulat, Aldus ex cod. Mog. recepit. Voces *L. Scipionis, cum Antiochi regis legatis* desunt in Lov. 1. culpa librarii ob repetitionem vocis *legatus, legatis.* V. ad 9, 11, 11. *Τὸ Ρωμαϊκὸν* mox non extat in Lov. 6. Ceterum cum his et seqq. conferendus est Polyb. in Exc. Legat. num. 25.

§. 2. *Supplicatio inde in triduum decreta est, et quadraginta*] *supplicatio in triduum* Harl. Sed vocula *inde*, sive, ut per compendium scribitur, *in̄*, elisa est a sequenti *in.* V. ad 1, 54, 1. 3, 44, 9. 10, 4, 5. 26, 25, 6. 28, 11, 15. et Cel. Burm. ad Suet. Caes. 35. Contra *inde* vel *in̄* interdum repetitum est ex sequenti *in.* Vide ad 36, 21, 6. *supplicatio inde triduum* Lov. 5. 6. et ed. Camp. ubi vicissim *τὸ inde* vel *in̄* sequentem praepositionem *in* intercepit. Vide ad cap. 81, 4. Praeterea *est* neglegitur in Lov. 3. quod verbum excidit ob voculam sequentem *et.* Vide ad cap. praec. §. 3. [*contentione* pro *concione* Bamb.]

§. 3. *Tum omnium primum Eumeni*] Pall. uterque, et vet. ed. exhibent *Omnium primum Eumeni senatus datus est*, excluso *τῷ Tum.* Statim Pal. pr. et vet. ed. *Is cum breviter egisset gratias Patribus.* GEBH. Voculam *Tum*, quae omittitur etiam in omnibus Mstis nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vetustis, Aldus ex fide cod. Mog. adposuit. Deinde *breviter egisset gratias* Lov. 1. 2. 3. 5. et edd. antt. Particulam *et* idem Aldus ex eodem cod. adscivit, adstipulantibus ceteris nostris.

Quod obsidione se ac fratrem exemissent] Hoc loco *fratrem* singulari inquit numero, cum paulo post [hoc et seq. cap.] ter dicturus sit *fratres* plurativo numero. et lib. 38, [12. 13.] praeter Attalum etiam Athenaeum Eumenis fratrem Livius nominat. Quanquam hunc locum adjuvare potest locus ille, cujus mentionem lib. 33, [21.] fecimus, ubi de Attalo hujus Eumenis parente, *uxorem* (inquit Livius) *ac liberos duos superstites habuit.* Sed eum locum, ut hunc, corruptum puto. Tres item Attali, et duo Eumenes multum negotii facessunt lectori in horum

Digitized by Google

datus est. Is quum breviter et egisset gratias Patribus, *quod obsidione se ac fratrem exemissent, regnumque ab injuriis Antiochi vindicassent:* et gratulatus esset, *quod mari terraque prospere res gessissent; quodque regem Antiochum, fusum fugatumque* 4
et exutum castris, prius Europa, post et Asia, quae cis Taurum montem est, expulissent: sua deinde *me-* 5
rita malle eos ex imperatoribus suis legatisque, quam se commemorante, cognoscere, dixit. Haec adpro- 6
bantibus cunctis, jubentibusque, dicere ipsum, omis-

regum genealogia, de quibus obiter in Horatium diximus libro 1. carm. od. 1. GLAR. Vide Rupert. ad Besoldi Synops. min. c. 12. et Spanh. de Praest. et us. num. Diss. 8. pag. 511. Mox *regnum ab injuriis*, expuncta copulativa *que*, Lov. 5. et 6.

Quod mari terraque prospere res gessissent] Pal. alter *res prospere gessissent*. GEBHARDUS. *res prospere gessissent* Lov. 1. 2. 3. Harl. et Mead. 1. *res prospere cessissent* Lov. 4. et Mead. 2. Ita Epit. Liv. 130. *Bellum Parthis intulit: et quum, duabus legionibus amissis, nulla re prospere cedente, retro rediret.* Sallust. Catil. 26. *Catilinae neque petitio, neque insidiae prospere cessere.* ubi vide Cort. Ovid. 8. Her. 101.

Res haec una mihi conjux
bene cessit Orestes.

ubi vide Heins. Potius tamen existimo, lectionem hanc natam esse errore scribarum, qui *τὰ gessi* et *cessi* saepissime commutarunt. V. ad 4, 44, 9. 6, 27, 6. 8, 33, 8. 9, 17, 12. 27, 22, 1. Viros doctos ad Curtii 5, 2, 3. Salmas. ad Flori 1, 1, 3. Nic. Heins. ad Nason. 2. Fast. 380. et Bentl. ad Hor. 1. sat. 1, 31. Ratio est similitudo literarum *C.* et *Θ.* V. ad 6, 25, 6. Insuper *terra marique* Lov. 6.

§. 4. *Prius Europa, post et Asia, quae cis Taurum montem est*] MS. *prius Europa, postea Asia.* MOD. *post Asia* Lov. 5. Harl. et edd. ante Aldum, qui vulgatum primus recepit, adstipulantibus reliquis meis Mssis. Tum *montem Taurum* Gaertn. Paullo ante vox *Antiochum* non est in Lov. 6. [*post* omittit Bamb.]

§. 5. *Quam se commemorante cognoscere*] Libri omnes continent *cognosci*. GEBH. Omnes ante Curionem *cognosci*. Fuit *cognosse*. J. FR. GRON. Non primus Curio *cognoscere* edidit, sed diu ante Frob. anno 1535, quae editio quum ad mentem Gelenii emendata sit, ejus etiam forte consilio haec lectio recepta est. Interim non soli typis exarati vetustiores *cognosci* praeferunt, sed etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] De *τῷ cognosse*, quod ejus loco reponendum conjicit Gron. v. ad 22, 3, 2. In praecedentibus *sua inde merita* Lov. 6.

Digitized by Google

sa in id verecundia, *quid sibi a senatu populoque Romano tribui aequum censeret: propensius cumulatiusque, si quo possit, prout ejus merita sint, sena-*
7 *tum facturum;* ad ea rex: *Si ab aliis sibi praemiorum optio deferretur, libenter, data modo facultate consulendi senatum Romanum, consilio amplissimi ordinis usurum fuisse, ne quid aut inmoderate cupis-*
8 *se, aut petisse parum modeste videri posset: verum enimvero, quum ipsi daturi sint, multo magis munificentiam eorum in se fratresque suos ipsorum arbi-*
9 *trii debere esse.* Nihil hac oratione ejus Patres conscripti deterriti sunt, quo minus dicere ipsum juberent. et quum aliquamdiu, hinc indulgentia, hinc modestia, inter permittentes in vicem, non magis mu-

§. 6. *Jubentibusque dicere ipsum, omissa in id verecundia, quid sibi a senatu*] Polyb. Exc. Leg. num. 25. *Λέγειν ἠξίουν μετὰ παῤῥησίας, ὧν βούλεται τυχεῖν παρὰ τῆς συγκλήτου.* Ceterum *ipsum dicere* Gaertn. Tum vox *omissa* deest in Lov. 5. Praeterea *quicquid a senatu* Lov. 6. *quid ab senatu* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et omnes edd. usque ad Paris. anni 1573. quae prima dedit *a senatu.* Mox *si quoque possit* Harl. *quo possit* Voss. et Gaertn. *in quo possit* Lov. 2. et 6. Deinde *τὰ prout ejus merita sint* Cl. Crevierius interpretatur, quum tanta ejus merita sint: magis tamen ipsi placebat, si legeretur *quam ejus merita sint.*

§. 7. *Ne quid aut inmoderate cupisse aut petisse parum modeste videri posset*] Pal. pr. talem ingerit lectionem, *ne quid aut immoderata cupisse parum modeste videri posset.* GEBH. Polyb. ibid. *πρὸς τὸ μήτ' ἐπιθυμεῖν μηδενὸς παρὰ τὸ δέον, μήτ' ἀξιοῦν μηδὲν πέρα τοῦ καθήκοντος.* Ceterum *aut immoderata* etiam Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. [Bamb.] et edd. principes. Tum *videri possit* cod. Mog. Mox §. seq. *ipsorum arbitrium debere esse* Voss. *ipsorum arbitria debere esse* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Male. 21, 44, 5. *Sua omnia suique arbitrii facit.* 25, 29, 4. *Quum primum nostri arbitrii esse coepimus.* 39, 53, 6. *Vix sui arbitrii fore, quem haeredem regni relinqueret.*

§. 9. *Inexplicabili facilitate certatum esset*] Pal. pr. *inexspectabili.* GEBH. Similiter Lovel. 3. qui etiam inter versus exhibet *felicitate*, ut Lov. 1. *facultate.*

§. 10. *In eadem perstare sententia, ut absurdum esse diceret*] Impense placeret legi, *in eadem perstare sententia, et absurdum esse dicere.* 38, 14, 13.

Digitized by Google

tua, quam inexplicabili facilitate, certatum esset, Eumenes templo excessit. Senatus in eadem perstare 10
sententia, ut *absurdum esse* diceret, *ignorare regem, quid sperans, aut petens venerit. quae adcommodata regno suo sint, ipsum optime scire: Asiam longe melius, quam senatum, nosse. revocandum igitur et cogendum, quae vellet, quaeque sentiret, expromere.*

LIII. Reductus a praetore in templum rex, et di- 1
cere jussus: *Perseverassem*, inquit, *tacere, Patres conscripti, nisi Rhodiorum legationem mox vocaturos vos scirem: et, illis auditis, mihi necessitatem fore dicendi. Quae quidem eo difficilior oratio erit, quod* 2
ea postulata eorum futura sint, ut non solum nihil, quod contra me sit, sed ne quod ad ipsos quidem

Hac denunciatione conterritus perstare tamen in pertinaci simulatione inopiae, et paulatim illiberali adjectione ad centum talenta est perductus. Omnino sic scripsit Livius. JAC. GRON. Juvat nonnihil Gronovii conjecturam codex Lov. 3. qui legit *ut absurdum esse dicere.*

Quae commoda regno suo sint, ipsum optime scire] Pal. pr. et ed. vet. *quae accomodata.* alter *quae adcommoda.* GEBH. Sic primus vel Curio, vel Gryphius. In Frobenio legitur *accommoda.* Ante hunc éditi et scripti *accommodata*, vel *adcommodata*, quod pudentius non mutassent. Cic. 3. famil. 3. *Te quoque confido ea esse facturum, quae mihi intelliges maxime esse accommodata.* Et ejusdem lib. ep. 5. *Perfore accommodatum tibi, si ad Sidam maritimam partem provinciae navibus accessissem.* Nofter 38, [59, 1.] *At, hercule, in Scipione ipsas pacis leges. ut nimium accommodatas Antiocho, suspectas esse.* J. FR. GRON. *accommodata* edd. principes. Aldus deinde dedit *accommoda:* quod non Curio vel Gryphius, sed Frob. anno 1535. in *commoda* mutavit. Sed ex scriptis nullus ei consentit. Nam *accommoda*, vel *adcommoda* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *accommodata* Lov. 1. 5. Harl. et Hearnii N. De qua varietate v. ad 10, 37, 2. Tum *regno suo sunt* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *revocandum esse igitur*, addita media voce, Lov. 1. Tandem *exponerent* Lovel. 2. *exprimerent* Lov. 6. V. ad 7, 31, 8. De verbo *expromere* v. ad 39, 12, 4.

§. 2. *Eo difficilior oratio erat, quod ea postulata eorum futura sunt*] Pal. pr. *quo postulata eorum futura sint.* GEBH. *difficilior erit*, omissa media voce, Hearnii L. 1. Tum *quidem po-*

Digitized by Google

3 *proprie pertineat, petere videantur. Agent enim caussam civitatium Graecarum, et liberari eas dicent debere. quo impetrato, cui dubium est, quin et a nobis aversuri sint non eas modo civitates, quae liberabuntur, sed etiam veteres stipendiarias nostras;*
4 *ipsi autem tanto obligatos beneficio verbo socios, re vera subjectos imperio et obnoxios habituri*
5 *sint? Et, (si Diis placet) quum has tantas opes adfectabunt, dissimulabunt, ulla parte id ad se pertinere: vos modo id decere, et conveniens esse antefactis,*

stulata Mead. 1. *quidem ea postulata* Lov. 2. *quod postulata* Voss. Lovel. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. pronomen *ea* medium interposuit. *quo postulata* Lov. 3. et Harl. Sed vide ad 36, 33, 3. Insuper *futura sint* cod. Mog. Utrumque ferri potest; vel *sunt*, ut 2, 5, 5. *Conspectius eo, quod inposuit.* 30, 14, 3. *Eo foediora, quod pepulerat.* 36, 36, 7. *Eo cum majore religione, quod instabat.* 39, 6, 5. *Eo infensioribus in se judicibus, quod corruperat.* 40, 26, 2. *Eo majorem, quod spem ademit.* 45, 22, 13. *Eo gloriosior est, quod ausi sumus.* vel *sint*, ut 5, 1, 6. *Eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas.* Sequor igitur cod. optimum. Paullo ante §. praec. *legationem vocaturos*, neglecto τῷ *mox*, Harl. [*et ne quod* Bamb.]

§. 3. *Quin et a nobis aversuri sint non eas modo civitates*] Vocula *et* omittitur in Lov. 2. et Harlej. Tum *adversuri* legit Voss. quod posset accipi pro ad se versuri. Verum id mox sequitur verbis proximis: *Ipsi autem tanto obligatos beneficio, verbo socios, re vera subjectos imperio, et obnoxios habituri sint.* Nihil itaque muto, et lectionem hanc erranti librario tribuo. V. ad 6, 23, 8. Paullo ante *civitatium* ed. Mediol. anni 1480. Vide ad 33, 20, 11. [*a vobis* Bamb.]

§. 4. *Sibi autem tanto obligatos beneficio*] Lege *ipsi autem.* GELEN. *sibi* tuentur Voss. Lov. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] Ejus loco *si* est in Lov. 6. quod prima vel τοῦ *sibi*, vel ultima τοῦ *ipsi* syllaba haberi potest. Ex Lov. 1. et 2. nihil in excerptis notatur; unde verisimile fit, eos a Gelenio stare. Utrumque commodum sensum praebere potest.

§. 5. *Si Diis placet*] *displicet* Voss. et Lov. 1. Eodem errore peccarunt librarii supra 4, 3, 9. Similiter autem dederunt *distrahendo* pro *Diis* vel *Dis trahendo* supra 22, 2, 1. et in Mstis *dissimillimum* pro *Diis* vel *Dis simillimum* 26, 50, 13. De formula hac indignantis *si Diis pla-*

Digitized by Google

ctis, dicent. Haec vos ne decipiat oratio, providendum vobis erit; neve non solum inaequaliter alios nimium deprimatis ex sociis vestris, alios praeter modum extollatis; sed etiam, ne, qui adversus vos arma tulerint, in meliore statu sint, quam socii et amici vestri. Quod ad me adtinet, in aliis rebus cessisse intra finem juris mei cuilibet videri malim, quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse; in certamine autem amicitiae nostrae, benevolentiae erga vos, honoris, qui a vobis habebitur, minime aequo animo vinci possum. Hanc ego maximam haeredi-

6 7

cet v. ad 34, 32, 17. Mox *affectabant* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertner.

Dissimulabunt, ulla parte id ad se pertinere] Pal. pr. *et dissimulabunt*. GEBH. Similiter Lov. 3. Tum *ulla pro parte* Lov. 6. Pronomen autem *id* exsulat a Lovel. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox *vos modo id dicere* Lov. 1. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *vos id decere* Voss. *vos non id decere* Harl. V. ad 34, 40, 5.

§. 6. *Ne, qui adversus vos arma tulerint, in meliore statu sint, quam socii et amici*] Uterque Pall. et vet. ed. *meliore statu sint*, spreta vocula *in*. GEBH. *Tò in* Mog. allitum a mala manu est, quod priores nulli habebant. Genus id loquendi jam compluries adseruimus nostro. J. FR. GRON. *adversus suos arma tulerint* Lov. 1. Sed prima litera τῶν *suos* adcrevit perperam ex fine vocis praecedentis. Vide ad 36, 44, 3. *adversus vos arma tulerunt* Lov. 3. Deinde praepositionem *in*, quam Aldus fide codicis Mog. adoptavit, deest etiam in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N. Verum esse profiteor, Livium in hac locutione saepe praepositionem omisisse; sed nec minus verum esse contendo, eumdem illam interdum addere solitum fuisse. V. ad 35, 8, 2. Quum igitur integerrimi cod. auctoritas *tò in* tueatur, et facilius praepositio haec ob primam vocis sequentis literam intercidere potuerit, (vide ad cap. 1, 2.) quam addi, eam etiam revocandam putavi. Tum *socii aut amici* Voss. Lov. sex, Mead. sec. Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. pro quo Aldus *et amici*. Et recte. Sollemnem enim hanc formulam fuisse, constat ex illis, quae notat Brisson. 2. de Form. pag. 233. Paullo ante vox *oratio* deest in Mead. 2. Videri igitur posset, legendum esse *Haec vos ne decipiant*. Sed nihil muto.

§. 7. *In aliis rebus cessisse intra finem*] *in his*, [Bamb.] vel *in hiis rebus* omnes Msti, ut et editi ante Aldum, qui *in aliis rebus* ex cod. Mog. adscivit. Mox *videri mallem* idem cod. Mog.

Quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse] Palat. prior *contendisse*. GEBH. Vul-

Digitized by Google

tatem a patre accepi, qui primus omnium Asiam Grae-
8 *ciamque incolentium in amicitiam vestram venit, eam-*
que perpetua et constanti fide ad extremum finem vi-
9 *tae perduxit: nec dumtaxat animum vobis bonum ac*
fidelem praestitit, sed omnibus interfuit bellis, quae
in Graecia gessistis, terrestribus, navalibus; omni
genere commeatuum ita, ut nemo sociorum vestrorum

gatam lectionem demum inveni in ed. Ven. anni 1495. eaque fuisse videtur in Lov. 2. et 6. unde in excerptis nihil notatur. *in obtinendo contendisse* in nullo quidem meorum codd. obvium fuit; sed tamen in edd. Ven. anni 1498. et Mediol. anni 1505. *in obtinendo tetendisse* praefert Lov. 3. *in obtinendo eo tendisse* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. modo memoratis priores. [*eos tendisse* Bamb.] Id videri posset inde natum esse, quoniam olim *cōtendisse* per compendium scriptum fuisset, pro *contendisset*. Praestat tamen, ut putemus, librarios duarum priorum literarum geminationem neglexisse; quomodo etiam errarunt supra 10, 6, 11. Similiter datum est *seitari*, pro *sciscitari*, 1, 54, 5. *addit*, pro *addidit*, 2, 24, 6. ubi plura vide. *remisse*, pro *remisisse*, 35, 5, 5. *tum*, pro *tutum*, 35, 12, 11. *poscerit*, pro *poposcerit*, 36, 7, 10. *paullum*, pro *paullulum*, 36, 9, 8. *deterret*, pro *deterreret*, 36, 34, 4. et alia innumera. Solet autem *tendere* passim pro contendere usurpari. V. ad 32, 32, 7.

In certamine autem amicitiae vestrae, benevolentiae erga vos] *Τὸ autem*, quod deest in Lov. 5. et edd. prioribus, Aldus auctore cod. Mog. adjecit: neque aliter ceteri Msti nostri. Insuper Moguntini se in fidissimis membranis suis *amicitiae nostrae* invenisse testati sunt. Passim has voces commutari a librariis, vidimus ad 34, 2, 2. Quamvis autem mox sequatur §. proximo *in amicitiam vestram venit*, codici tamen integerrimo obsecutus sum. Similiter enim Polybius, quem Livius Latine reddidit, in Exc. legat. num. 25. *Περὶ δὲ τῆς ΗΜΕΤΕΡΑΣ φιλίας καὶ τῆς εἰς ὑμᾶς ἐυνοίας ἁπλῶς ὀυδέποτ' ἂν ὀυδενὶ τῶν ὄντων ἐκχωρήσαιμι κατὰ δύναμιν.* Mox *haberetur* Harl. Tum *minime a quoquam aequo animo* Lov. 1. et ita Polyb. addit *ὀυδενὶ τῶν ὄντων*. Denique *vinci possim* Voss. Lov. 3. et 6. Similiter optative Polyb. *ἐκχωρήσαιμι*. Et praecessit etiam modo *malim*.

§. 8. *In amicitiam vestram venit*] Uterque Pall. *in amicitiam venit vestram*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ita mox, *cum turma equitum in castra confugit vestra*. Paullo ante *Hanc ego hereditatem maxime* Lov. 6. Tum *accepi a praeside* Gaertner.

Eamque perpetua et constanti fide ad extremum finem vitae perduxit] *eamque perpetuam constanti fide* Voss. Dein *ad extremum vitae perduxit* Harl. *ἕως τῆς τελευταίας ἡμέρας* dixit Polyb. loco laud. Sed nihil

Digitized by Google

aequari ulla parte posset, vos adjuvit. Postremo 10
quum Boeotos ad societatem vestram hortaretur, in ipsa concione intermortuus, haud multo post exspiravit. Hujus ego vestigia ingressus, voluntati quidem 11
et studio in colendis vobis adjicere (etenim inexsuperabilia haec erant) nihil potui: rebus ipsis meritisque 12
et inpensis officiorum ut superare possem, fortuna,

muto. *Extremus finis*, ut *extremi fines*, voce licet alio sensu accepta, infra 39, 28, 2. *Sunt enim et parva oppida, et in extremis finibus posita.* 40, 16, 5. *Ad extremum finem provinciae Galliae venerunt.* 45, 29, 14. *Praesidia armata in finibus extremis haberent.* Similiter *ultimus finis.* 45, 9, 6. *Qua terrarum ultimus finis rubrum mare amplectitur.* ubi vide Gronov. Eodem cap. §. 7. *A summo culmine fortunae ad ultimum finem.* Ita contra *primum initium.* V. ad 6, 12, 10.

§. 9. *Nec dumtaxat animum vobis bonum ac fidelem praestitit*] MS. *nec animum duntaxat in vos fidelem ac bonum praestitit.* MOD. Vet. ed. *bonum et fidelem.* GEBH. Immo vulgo edebatur *nec animum duntaxat*; at Mog. codex praefert *nec duntaxat animum.* Tum *fidelem vobis ac bonum* est in Lov. 6. *vobis fidelem ac bonum* in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. *vobis bonum et fidelem* in Lov. 5. et ed. Campani.

Omnibus interfuit bellis, quae in Graecia gessistis, terrestribus navalibusque] Sine copula omnes nostri libri *terrestribus, navalibus.* GEBH. Copulam itidem ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Ramb.] quod Livianum ac recipiendum esse, patet ex illis, quae notantur ad 24, 16, 9. Mox vocula *ita* exsulat a Lov. 3. Tum *ulla parte aequari* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tandem *possit* Lov. sex, Harlej. Mead. uterque, et editi ante Aldum, qui *posset* substituit.

§. 10. *Hortaretur, in ipsa concione intermortuus*] Livius 33, 2. scribit, verba in concilio Boeotorum facientem obmutuisse et concidisse, ac parte membrorum captum fuisse. *Intermortuus* ergo ita adfectus, ut mori videretur: nam cui hoc accidit, *vivit, et est vitae nescius ipse suae.* V. Manut. ad Cic. pro Milon. cap. 5. DUK. *adhortaretur* Gaertn.

§. 11. *Hujus ego vestigia ingressus. voluntati* etc. *adjicere* etc. *nihil potui*] *Hujus ergo* Lov. 1. 2. 4. 6. et Harl. sed errore scribarum. Similiter enim Polyb. Exc. legat. num. 25. ΕΓΩ δὲ διαδεξάμενος τὴν ὀρχὴν, τὴν μὲν προαίρεσιν τὴν τοῦ πατρὸς διεφύλαξα. Solent autem passim *ego* et *ergo* a librariis confundi. V. ad 2, 34, 9. 3, 68, 9. 4, 20, 7. 5, 18, 5. 6, 12, 3. c. 15, 5. 7, 10, 3. c. 35, 7. 9, 9, 4. c. 34, 14. 10, 28, 13. 22, 13, 2. c. 21, 3. 23, 13, 5. 36, 7, 7. 39, 37, 11. 40, 8, 11. aliisque locis. Tum *voluntate* omnes scripti, omnesque editi ante Frob. qui anno 1531. *voluntati* substituit.

Digitized by Google

tempora, Antiochus, et bellum in Asia gestum prae-
13 *buerunt materiam. Rex Asiae et partis Europae An-*
tiochus filiam suam in matrimonium mihi dabat; re-
stituebat extemplo civitates, quae defecerant a nobis;
spem magnam in posterum amplificandi regni facie-
14 *bat, si secum adversus vos bellum gessissem. Non*
gloriabor eo, quod nihil in vos deliquerim. illa potius,
quae vetustissima domus nostrae vobiscum amicitia

§. 12. *Meritisque et inpensis officiorum*] Est, ni fallor, rarum genus loquendi. Puto autem *impensas officiorum* dici operam, curas, et labores, quae impendenda ac sustinenda sunt iis, qui in praestatione multorum ac magnorum officiorum adsidui esse volunt. quomodo fere accipi videtur *impendium* in rescripto Severi et Antonini apud Ulpianum l. 6. D. de Legation. *In impendiis legationum, quae solo ministerio obeuntur;* quibus ibi opponuntur honores, qui sumtum habent. Vide Cujac. 10. Observ. 36. Vel impensas et sumtus, sine quibus officia, quae se Romanis tribuisse jactat, praestari non poterant. DUK. *vetitisque impensis* perperam Lov. 1. Videndum autem, an *inpensis officiorum* dictum sit pro inpensis officiis, ut *tarda nomina* [*num*] ac similia plura, de quibus v. ad 7, 21, 8. Mox *sperare posset* Lov. 1. *superare possim* Lov. 3. Hinc *fortunae tempora* Lov. 2. *fortunam tempora* Lovel. 4. *fortuna ipa* Lov. 6. Insuper *bellum gestum* Lov. 6. *bellum in Asiam gestum* Voss. Vide ad Epit. Liv. 21.

§. 13. *Spem magnam in posterum amplificandi regni faciebat*] Vet. lib. *ampliandi*. SIG. Pall. et vet. ed. *ampliandi regna*. GEBH. Est a Mog. Alii et olim editi *ampliandi*, quod et ex suo notat Sigonius. Justinus lib. 35, [1.] *Ampliare fines regni, et opes augere finitimorum bellis statuit*. J. FR. GRON. *amplificandi regni* primus Aldus ex cod. Mog. contextui inseruit. Antea edebatur *ampliandi regna*, quod superest in omnibus nostris Mssis, et Hearnii L. 1. cujus N. etiam *ampliandi* praeferebat. Ego membranis Mog. adhaereo. Quae enim haec foret invidia, ei parere *regni* pro *regna* exhibenti, (nam, *regna* etiam in illis, quos viri docti laudant, exstare, meorum fide arbitror) ejusdem vero *amplificandi* pro *ampliandi* legendum ostendentis auctoritatem rejicere? *Ampliare* hoc sensu apud plurimos scriptores reperiri, confiteor; apud Livium tamen nondum inveni: at τῷ *amplificare* utitur 39, 28, 10. *Amplificare et augere regnum meum munificentia vestra oportebat*. Alibi simili modo variant codices. Vide Cel. Burm. ad Suet. Caes. 44. In praecedentibus *in matrimonio mihi dabat* Lov. 3. et 6. In sequentibus *si secus bellum adversus vos* Lov. 5. *si secum bellum adversus vos* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *si secum vos adversus bellum gessissem* Aldus aperto operarum

Digitized by Google

digna sunt, referam. Pedestribus navalibusque co- 15
piis, ut nemo vestrorum sociorum me aequiparare posset, imperatores vestros adjuvi; commeatus terra marique suppeditavi; navalibus proeliis, quae multis locis facta sunt, omnibus adfui; nec labori meo, nec periculo usquam peperci. Quod miserrimum est in 16
bello, obsidionem passus sum, Pergami inclusus cum discrimine ultimo simul vitae regnique. Liberatus 17

errore. Quod nunc exstat, primum vidi in ed. Sobii Colon. anni 1525.

§. 14. *Non gloriabor eo, quod nihil in vos deliquerim*] *Non gloriabor in eo* Lov. 3. et 6. Ita supra 30, 14. olim edebatur, multique codd. praeferunt: *in qua ego aeque gloriatus fuerim:* ubi viri docti recte expunxerunt praepositionem, quam neque hic admittendam censeo. Tum *quod in vos non deliquerim* Gaertn. *quod nil in vos deliquerim* Lovel. 6.

§. 15. *Terrestribus navalibusque copiis, ut nemo vestrorum sociorum*] Omnes libri *Pedestribus.* GEBH. In Frobenio sic [*Terrestribus*] invenio primo. Scripti omnes et pressi ante, ipse etiam Moguntinus: *Pedestribus navalibusque copiis.* Cujus illud est interpretamentum. Nostter lib. 26, [51, 3.] *Ipse paucos dies, quibus morari Carthagine statuerat, exercendis navalibus pedestribusque copiis absumsit.* Quae non sunt aliae, quam terrestres, equitatu comprehenso. Epitome l. 93. *Apparatus deinde regiarum copiarum pedestrium navaliumque.* Amavit et Cornelius Nepos. Alcibiade [8.] *Lacedaemonios eo nolle confligere classe, quod pedestribus copiis plus, quam navibus, valerent.* Conone [1.] *Nam et praetor pedestribus exercitibus praefuit, et praefectus classis res magnas mari gessit.* Dione [6.] *Quorum consensu praeerat classi, quum Dion exercitum pedestrem teneret.* Et alibi subinde. Curtius lib. 4, [2.] *Vos quidem fiducia loci, quod insulam incolitis, pedestrem hunc exercitum spernitis: sed brevi ostendam, in continenti vos esse.* Latinus Pacatus in Paneg. [5.] *Attritam pedestribus proeliis Bataviam referam? Saxo consumtus bellis navalibus efferetur?* Sic Graecis πεζικαὶ δυνάμεις, πεζὴ δύναμις, πεζικὸς στρατὸς, et his opponuntur ναυτικὴ καὶ πεζικὴ στρατιὰ, στρατόπεδον πεζὸν καὶ ναυτικόν. Polyb. [2, 11.] Γάϊος μὲν Φουλούϊος ἐξέπλει ναυσὶ διακοσίαις ἐκ τῆς Ῥώμης. Αὔλος δὲ Ποσούμιος τὰς πεζικὰς ἔχων δυνάμεις ἐχώρμα. Res est frequentissima et notissima. J. FR. GRON. Non primus Frobenius, sed undecim annis antea Aldus *Terrestribus* edidit, pro quo recte Gronovius priorum edd. lectionem *Pedestribus* revocavit, quam praeferunt omnes Mssi nostri, et Hearnii L. 1. ac N. ubique vox *pedestris* eo sensu usurpatur, ut τῷ *navalis* opponatur. Supra 35, 37, 8. *Quum pedestres copias adpropinquare jam Aulidi atque Euripo sensisset.* ubi pede-

Digitized by Google

deinde obsidione, quum alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcem regni mei castra haberent, relictis rebus, tota classe ad Hellespontum L. Scipioni consuli vestro obcurri, ut eum in trajiciendo exercitu
18 *adjuvarem. postquam in Asiam exercitus vester est transgressus, numquam a consule abscessi: nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego fratresque mei. nulla expeditio, nullum*
19 *equestre proelium sine me factum est. In acie ibi steti, eam partem sum tutatus, in qua me consul esse voluit. Non sum hoc dicturus, Patres conscripti, quis hoc bello meritis erga vos mecum comparari potest?*

stres copiae complectuntur equites et pedites antea memoratos. Cic. de Senect. 5. *Ut pedestres navalesque pugnas, ut bella a se gesta, ut triumphos recordentur.* Ita *pedestre proelium* est terrestre, apud Frontin. 1, 3, 6. hinc *equitum pedestre proelium* memoratur supra 22, 49. Eodem modo *iter pedestre* est, sive quis pedibus, sive equo, sive curru iter faciat, et opponitur itineri maritimo vel navali, supra 36, 21. et 37, 45. (* Suet. in Claud. 17. quem locum male exponunt docti in Hist. de l' Acad. des Inscript. T. 5. p. 218.) Ita *pedes* apud Melam 2, 2. *Ex Asia in Graeciam pedes et non navigata maria transgressus est.* V. Gronov. epistolis ad Nic. Heinsium, quas edidit Celeb. Burm. tom. 3. Syllog. epist. num. 121. et tribus seqq. Apud Graecos ita pariter Demosth. Philipp. 2. circa finem. *Οὔτε γὰρ ναυσὶ δήπου κρατήσας εἰς τὴν Ἀττικὴν ἦλθεν ἄν ποτε εἰλῳ Φίλιππος, οὔτε πεζῇ βαδίζων ὑπὲρ τὰς Πύλας καὶ Φωκέας.* Ex innumeris, quae apud Polyb. obcurrunt, duo tantum loca ex ipso illo fragmento, quod Livius hic Latine reddidit, proferam pag. 1140. *Καὶ πλείστας μὲν εἰς τούτους πεζικὰς καὶ ναυτικὰς παρέσχετο τῶν ἄλλων συμμάχων.* Et paullo inferius. *Ἃς πλείσαις μὲν καὶ πεζικαῖς καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι τῶν ἀλλων συμμάχων ἡγωνισάμεθα μεθ' ὑμῶν πρὸς Ἀντίοχον.* Quae ipsa verba hic Livius in Latinum vertit. Tum *ut vestrorum sociorum nemo* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertner. *ut nemo sociorum vestrorum* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. 2.

Omnibus adfui; nec labori meo, nec periculo peperci] Pal. pr. et ed. vet. *interfui.* GEBH. Prima vox non adparet in Lov. 2. *omnibus interfui* legunt Lov. 3. 5. et ed. Camp. Tum *nec labori meo* deest in Lov. 1. *ac periculo* obfert Voss. *nec labori aut periculo meo* Gaertn. *usque* etiam idem codex cum Lov. 1. Mox §. seq. *Quod miserum est* Voss.

§. 17. *Regni mei castra haberent, relictis rebus meis*] Vox ultima mihi suspecta est, tum

Digitized by Google

Ego nulli omnium neque populorum, neque regum, 20
quos in magno honore habetis, non ausim me comparare. Hostis Masinissa ante vobis, quam socius, 21
fuit: nec incolumi regno cum auxiliis suis, sed extorris, expulsus, amissis omnibus copiis, cum turma equitum in castra confugit vestra. tamen eum, quia 22
in Africa adversus Syphacem et Harthaginienses fideliter atque inpigre vobiscum stetit, non in patrium solum regnum restituistis, sed, adjecta opulentissima parte Syphacis regni, praepotentem inter Africae reges fecistis. Quo tandem igitur nos praemio atque ho- 23
nore digni apud vos sumus, qui numquam hostes,

quia paullo ante adhibita, tum quia illud *relictis rebus* per se sensum efficit ampliorem. J. FR. GRON. *relictis meis rebus* Voss. Lov. 2. 4. et Gaertn. Vox *meis*, quam ex conjectura expungit Gronov. exsulat etiam a Lov. 1. et 6.

§. 18. *Numquam a consule abscessi*] *ab consule* Voss. Mox alio ordine *in castris fuit vestris* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo.

§. 19. *Quis hoc bello meritis erga vos mecum comp. p.*] Pal. pr. *Qui in hoc bello.* GEBH. [*sum* ante *tutatus* omissum in Bamb.]

§. 21. *Masinissa hostis vobis ante, quam socius, fuit*] MS. concinniore, ut arbitror, ordine verborum: *Hostis Masinissa ante vobis, quam socius, fuit.* MODIUS. Ordinem etiam verborum, quem voluit cod. Mog. recepi. Mox *cum turma hostium* perperam Voss. Polyb. inquit Exc. leg. num. 25. pag. 1141. καταφυγόντα πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἱππέων.

§. 22. *Tamen eum, quia in Africa*] Uterque Pall. *tamen eum, quod in Africa.* GEBH. Similiter Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. *tamen quom quidem Africa* Gaertn. *tamen eo, quod in Africa* Lovel. 4. et Mead. 2. *tamen eum, qui in Africa* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. vett. Ita variasse librarios, vidimus ad 36, 33, 5. Sed nihil mutandum. Polyb. ibid. ὅτι παρ' ἕνα πόλεμον τὸν πρὸς Καρχηδονίους ἐτήρησε τὴν πίστιν. Mox *steterit* Lov. 6. Vide ad 40, 14, 10.

§. 23. *Quo tandem igitur nos praemio*] *Quo igitur*, omissa media voce, Harl. Male. Elegantem enim vim habet hic vocula *tandem*, de qua v. ad 3, 9, 9. Ita supra 6, 18, 5. *Quousque tandem ignorabitis vires vestras.* 40, 47, 6. *Sciscitaremur, qua tandem re fretus arma nobis inferres?* 42, 41, 11. *Quid tandem me facere decuit?* 44, 38, 7. *Parvum hoc tandem esse credimus?*

§. 24. *Pater, ego, fratresque mei non in Asia tantum*] Sine co-

Digitized by Google

24 *semper socii fuimus? Pater, ego, fratresque mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo in Peloponneso, in Boeotia, in Aetolia, Philippi, Antiochi, Aetolico bello, terra marique pro vobis arma tulimus.*
25 *Quid ergo postulas? dicat aliquis. Ego, Patres conscripti, quoniam dicere utique volentibus vobis parendum est, si vos ea mente ultra Tauri juga emostis Antiochum, ut ipsi teneretis eas terras, nullos adco-*
26 *las, nec finitimos habere, quam vos, malo; nec ulla alia re tutius stabiliusque regnum meum futurum*
27 *spero. Sed si vobis decedere inde, atque exercitus deducere in animo est; neminem digniorem esse ex sociis vestris, qui bello a vobis parta possideat, quam*
28 *me, dicere ausim. At enim magnificum est liberare*

pula Pall. uterque *Pater, ego, fratres mei.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. quomodo mox verbis sequentibus *procul ab domo in Peloponneso, in Boeotia, in Aetolia, Philippi, Antiochi, Aetolico bello.* Insuper *non Asia tantum* codd. nostri, et priscae edd. *non Asiam tantum* edd. proximae. *non in Asia tantum* primus Aldus dedit.

§. 25. *Quoniam dicere utique volentibus vobis parendum est*] Nisi sit figura Graeca *dicere* pro *ut dicam*, quam non usque adeo refugêre plerique Latinorum, ego hunc quoque locum corruptum puto. GLAR. V. ad cap. 49, 1. *Τὸ utique* nescit Gaertn. quemadmodum paullo ante voces *dicat aliquis* Lov. 1.

Ultra Tauri juga Antiochum emovistis] MS. *ultra Tauri juga emostis Antiochum.* Placet et hoc. MOD. Sic [*emovistis*] primus Frobenius, interpolata scriptura Mag. codicis, quae erat *emostis.* Antea publice legebatur *ejecistis.* Sed servanda fuit inviolata manus antiqua *emostis*, quam et nos in scriptis invenimus. Sic *cognosse, decresse*, et similia. Lib. 38, [12.] *Nec quicquam Antiochus emotus ultra juga Tauri montis esset.* J. FR. GRON. *ejecistis*, quod erat in edd. antt. mihi in solo tantum Lov. 5. obvium fuit. *emovistis*, quod Frob. anno 1531. substituit, in Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. Gaertner. et Lov. 1. a manu 2. *emovissetis* in Lovel. 6. *emestis* in Voss. *emostis*, ut praefert cod. Mog. in Lov. 4. Mead. 2. Hearnii L. 1, N. et Lov. 1. a manu 1. quod recte probavit Gronov. et Crevierius in contextum recepit. *Emovere* enim in hac re usitatum esse, videbimus ad 42, 50, 6. Solet etiam Livius verbum ita contrahere. lib. 38, 45, 3. *Admosse tamen exercitum, et prope ipsis jugis ad divortia aquarum castra posuisse.* Verba et-

Digitized by Google

civitates servas. Ita opinor, si nihil hostile adversus vos fecerunt: sin autem Antiochi partis fuerunt; quantó et vestra prudentia et aequitate dignius, sociis bene meritis, quam hostibus, vos consulere?

LIV. Grata oratio regis Patribus fuit: et facile 1
adparebat, munifice omnia et propenso animo factu-
ros. Interposita Smyrnaeorum brevis legatio est, 2
quia non aderant quidam Rhodiorum. Conlaudatis
egregie Smyrnaeis, quod omnia ultima pati, quam
se regi tradere, maluissent, introducti Rhodii sunt.
quorum princeps legationis, expositis initiis amici- 3
tiae cum populo Romano, meritisque Rhodiorum
Philippi prius, deinde Antiochi bello: *Nihil*, inquit, 4
nobis tota nostra actione, Patres conscripti, neque dif-

iam fide Moguntini Msti transposui. Mox §. seq. *nec ulla re alia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn.

§. 27. *Atque exercitus deducere*] *exercitum deducere* Gaertner. *deducere exercitum* Lov. 6. *deducere exercitus* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et omnes editi ante Aldum. In sequentibus *digniorem neminem esse* Harl. Tum *a vobis bello parta* Lov. 6. *in bello a vobis parata* Voss. *parata* etiam Lovel. 1. et Gaertn. Sed vide ad 5, 6, 1. [*in bello* Bamb.]

§. 28. *Sin autem Antiochi partis fuerint*] Omnia haec verba desunt in Lov. 1. τὸ *autem* in Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Tum *Antiochi in parte* legit Lov. 6. Tandem *fuerunt* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. omnesque edd. ante Heinsii Elsevir. Recte verò priscam lectionem Crevierius revocavit, quia altera indicare videtur dubitationem, quae hic nulla est.

§. 2. *Ultima pati, quam se regi tradere, maluissent*] Vet. ed. *voluissent*. Pal. pr. *mallent*. GEBH. *voluissent* Lov. 5. omnesque typis exarati usque ad Moguntinenses, qui ex cod. suo dederunt *maluissent*. Neque ab eo dissentiunt reliqui Msti, nisi quod unus Lov. 3. *mallent* praeferat. Alteram lectionem probari posse, docent, quae notantur ad 3, 68, 11. At *maluissent* auctoritas codd. praeferendum extorquet. Solent autem *malle* et *velle* commutari a librariis. V. ad 3, 68, 11. 4, 44, 8. 6, 20, 11. 7, 30, 10. 31, 31, 20. et alibi. Etiam *regi se tradere* Gaertn. Insuper §. praec. voces *Patribus fuit* desunt in Harl. Tum *munifice omnia propenso animo* sine copula Lovel. 6. In verbis hujus §. sequentibus *introducti regii sunt* legit Voss. Sed vide ad hujus libri cap. 30, 2.

§. 4. *Molestius est, quam quod cum Eumene nobis disceptatio*

Digitized by Google

ficilius, neque molestius est, quam quod cum Eumene
5 *nobis disceptatio est: cum quo uno maxime regum*
et privatum singulis, et, quod magis nos movet, pu-
6 *blicum civitati nostrae hospitium est. Ceterum non*
animi nostri, Patres conscripti, nos, sed rerum na-
tura, quae potentissima est, disjungit; ut nos liberi
etiam aliorum libertatis caussam agamus; reges ser-
7 *va omnia et subjecta imperio suo esse velint. Utcum-*
que tamen res se habet, magis verecundia nostra ad-
versus regem nobis obstat, quam ipsa disceptatio aut
nobis inpedita est, aut vobis perplexam deliberatio-
8 *nem praebitura videtur. Nam, si aliter socio atque*

est] Utroque loco *τὸ est* exsulat ab Harl. at *quod* a Voss. et Gaertner. Unde effingi posset *quam cum Eumeni nobis disceptatio.* Potius tamen credo, illud *quod* intercepitum esse a praecedenti *quam*; qualia exempla v. ad 3, 8, 7. 4, 7, 5. 6, 24, 7. 8, 8, 1. c. 22, 2. 10, 9, 4. 37, 39, 13. 40, 22, 5. aliisque locis. Paullo ante *tota nostra oratione* Lov. 1.

§. 5. *Et privatum singulis et* etc. *publicum civitati nostrae*] *privatim singulis* Lov. 6. *privatis singulis* Voss. Tum *civitatis nostrae* Lov. 2. 3. et Mead. 1. Sed, qualibet harum lectionum admissa, omnis loci elegantia peribit. *Τὸ nos* deest in Lov. 1.

§. 6. *Subjecta imperio suo esse*] Pronomen ignorat Harl. Male. Polyb. Exc. leg. num. 25. pag. 1142. *Ζητεῖν δὲ πάντας, εἰ δὲ μήγ', ὡς πλείους, ὑπηκοόυς εἶναι ΣΦΙΣΙ καὶ πειϑαρχεῖν.*

§. 7. *Utcumque tamen res se habet*] Pall. et vet. ed. *utcumque tamen res sese habet.* GEBHARD. Similiter omnes scripti nostri, et edd. principes. Sed pronomen *sese* omiserunt edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utrique, et proximae usque ad Frob. qui anno 1535. ejus loco *se* substituit, praeeunte cod. Mogunt. Sane, pronomen in hac locutione omitti, vel addi posse, vidimus ad 22, 39, 9. Hic tamen servandum esse, codicum auctoritas docet.

§. 8. *Nisi liberas civitates ei in servitutem traderetis*] Pall. et vet. ed. *civitates traderetis ei, esset deliberatio anceps.* GEBH. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes quomodo etiam Polyb. ibid. p. 1143. *Εἰ μὲν γὰρ μὴ δυνατόν ἦν ἄλλως Ἐυμένει Χάριν ἀποδοῦναι Ῥωμαίους, εἰ μὴ παραδοῖεν ἀυτῷ τὰς ἀυτονομουμένας πόλεις, ἀπορεῖν εἰκὸς ἦν περὶ τῶν ἐνεστώτων.* Nihilominus tamen nunc lectionem vulgo receptam, quam Aldus ex Mog. cod. adoptavit, repudiare nequeo ob Msti fidem. Cic. de Provinc. consul. 5. *Publicanos miseros tradidit in servitutem Judaeis et Syris.*

Digitized by Google

amico regi, et bene merito hoc ipso in bello, de cujus praemiis agitur, honos haberi nullus posset, nisi liberas civitates ei in servitutem traderetis, esset deliberatio anceps; ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis instituto vestro, et gloriam, Philippi bello partam, nunc servitute tot civitatium deformaretis. Sed ab hac necessitate, aut gratiae in amicum minuendae, aut gloriae vestrae, egregie vos fortuna vindicat. Est enim Deûm benignitate non gloriosa magis, quam dives, victoria vestra: quae vos facile isto velut aere alieno exsolvat. nam et Lycaonia, et Phrygia utraque, et Pisidia omnis, et Chersonesus,

9 10 11

§. 9. *Et gloriam, Philippi bello partam*] Voculam *et* nesciunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. et Gaertner. et edd. vett. quam Ascens. anno 1513. primus adjecit. Insuper *paratam* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. 2. et Lovel. 6. in margine. Sed v. ad 5, 6, 1. Mox *civitatium* Lov. 4. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. [*rege amicum*. mox pro *et gloriam gloriamque* Bamb.]

§. 10. *Gratiae in amicum minuendae*] *eminendae* Voss. *imminuendae* Gaertn. Ea voce Livius usus est 3, 38, 1. *Neque animis ad imperium inhibendum inminutis*. 6, 40, 4. *Ut per nos aucta potius, quam inminuta, majestas earum gentium dici vere posset*. et alibi. Sed reliqui codd. stant pro vulgato. Mox *Etenim Deûm benignitate* Lov. 3. *Est enim Deûm bonitate* Lov. 2. et Mead. 1.

§. 11. *Pisidia omnis, et Chersonesus, quaeque circumjacent Europae*] Sed neque hoc plane intelligo. Sunt, qui intelligant *insulae*, quanquam obscurum est, de quibusnam loquatur: ut, obscurius, si absque additione intelligamus. GLAR. Palat. prior, *et Pisida omnes, Chersonesus quoque, quae circumjacent Europae*. GEBH. Copulam *et* ignorant Voss. Lov. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Tum *quaeque circumjacerent Europae* Voss. *quoque circumjacerent Europae* Lov. 1. *quoque, quae circumjacent Europae* Lov. 3. Gronovius in pr. ed. notar. ut Glareano, qui se haec non intelligere fatetur, subveniret, existimavit, proximam vocem *Chersonesus* dividendam, ejusque partem posteriorem intelligendam esse in illis, quae adduntur, *quaeque circumjacent Europae*, νῆσοι puta, seu insulae. Verum hanc observationem recte in repetitis curis omisit. Non enim intelligi insulas, quae circumjacent regioni Europae, sed partem Europae, quae circumjacet regionibus Asiae memoratis, indicat Polybius, quem Livius hic Latine reddidit, in Exc. Legat. num. 25. pag. 1143. *Καὶ γὰρ Λυκαονίαν, καὶ Φρυγίαν, τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντου, καὶ*

Digitized by Google

ficilius, neque molestius est, quam quod cum Eumene
5 *nobis disceptatio est: cum quo uno maxime regum*
et privatum singulis, et, quod magis nos movet, pu-
6 *blicum civitati nostrae hospitium est. Ceterum non*
animi nostri, Patres conscripti, nos, sed rerum na-
tura, quae potentissima est, disjungit; ut nos liberi
etiam aliorum libertatis caussam agamus; reges ser-
7 *va omnia et subjecta imperio suo esse velint. Utcum-*
que tamen res se habet, magis verecundia nostra ad-
versus regem nobis obstat, quam ipsa disceptatio aut
nobis inpedita est, aut vobis perplexam deliberatio-
8 *nem praebitura videtur. Nam, si aliter socio atque*

est] Utroque loco *τὸ est* exsulat ab Harl. at *quod* a Voss. et Gaertner. Unde effingi posset *quam cum Eumeni nobis disceptatio.* Potius tamen credo, illud *quod* interceptum esse a praecedenti *quam*; qualia exempla v. ad 3, 8, 7. 4, 7, 5. 6, 24, 7. 8, 8, 1. c. 22, 2. 10, 9, 4. 37, 39, 13. 40, 22, 5. aliisque locis. Paullo ante *tota nostra oratione* Lov. 1.

§. 5. *Et privatum singulis et* etc. *publicum civitati nostrae*] *privatim singulis* Lov. 6. *privatis singulis* Voss. Tum *civitatis nostrae* Lov. 2. 3. et Mead. 1. Sed, qualibet harum lectionum admissa, omnis loci elegantia peribit. *Τὸ nos* deest in Lov. 1.

§. 6. *Subjecta imperio suo esse*] Pronomen ignorat Harl. Male. Polyb. Exc. leg. num. 25. pag. 1142. *Ζητεῖν δὲ πάντας, εἰ δὲ μήγ', ὡς πλείους, ὑπηκόους εἶναι ΣΦΙΣΙ καὶ πειθαρχεῖν.*

§. 7. *Utcumque tamen res se habet*] Pall. et vet. ed. *utcumque tamen res sese habet.* GEBHARD. Similiter omnes scripti nostri, et edd. principes. Sed pronomen *sese* omiserunt edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et proximae usque ad Frob. qui anno 1535. ejus loco *se* substituit, praeeunte cod. Mogunt. Sane, pronomen in hac locutione omitti, vel addi posse, vidimus ad 22, 39, 9. Hic tamen servandum esse, codicum auctoritas docet.

§. 8. *Nisi liberas civitates et in servitutem traderetis*] Pall. et vet. ed. *civitates traderetis et esset deliberatio anceps.* GEBH. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes quomodo etiam Polyb. ibid. p. 1143. *Εἰ μὲν γὰρ μὴ δυνατὸν ἦν ἄλλως Εὐμένει Χάριν ἀποδοῦναι Ῥωμαίους, εἰ μὴ παραδοῖεν ἀντὶ τῶν αὐτονομουμένας πόλεις, ἀπορεῖν εἰκὸς ἦν περὶ τῶν ἐνεστώτων.* Nihilominus tamen nunc lectionem vulgo receptam, quam Aldus et Mog. cod. adoptavit, repudiare nequeo ob Mssti fidem. Cic. de Provinc. consul. 5. *Publicanos miseros tradidit in servitutem Judaeis et Syris.*

Digitized by Google

amico regi, et bene merito hoc ipso in bello, de cu
praemiis agitur, honos haberi nullus posset, nisi lib
ras civitates ei in servitutem traderetis, esset delibe
ratio anceps; ne aut regem amicum inhonoratum di
mitteretis, aut decederetis instituto vestro, et gloriam,
Philippi bello partam, nunc servitute tot civitatum
deformaretis. Sed ab hac necessitate, aut gratiae in
amicum minuendae, aut gloriae vestrae, egregie vos for
tuna vindicat. Est enim Deûm benignitate non gloriosu
magis, quam dives, victoria vestra: quae vos fame
isto velut aere alieno exsolvat. nam et Lycaonia, et
Phrygia utraque, et Pisidia omnis, et Chersonesus,

§. 9. Et gloriam, Philippi bellо partam] Voculam et nesciunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. et Gaertner. et edd. vett. quam Ascens. anno 1513. primus adjecit. Insuper paratam Voss. Lov. margine. Sed v. ad 5, 6, 1. Mox civitatium Lov. 4. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. [rege amicum. mox pro et gloriam gloriamque Bamb.]

§. 10. Gratiae in amicum minuendae] eminendae Voss. imminuendae Gaertn. Ea voce Livius usus est 3, 38, 1. Neque animis ad imperium inhibendum inminutis. 6, 40, 4. Ut per nos auctа potius, quam inminuta majestas earum gentium diceretur posset. et alibi. Sed vetus codd. stant pro vulgato. Mox Eum Deûm benignitate Lov. 1. Est enim Deûm bonitate Lov. 2. et Mead. 1.

§. 11. Pisidia omnis, et Chersonesus, quaeque circumjacent Europae] Sed [illegible] intelligo. Sunt [illegible] insulae, quae [illegible]

de quibusnam loquatur: et obscurius, si absque additione intelligamus. GLAR. Palat. prior. et Pisida omnes, Chersonesus quoque, quae circumjacent Europae. GEBH. Copulam et ignorant Voss. Lov. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Tum quaeque circumjacerent Europae Voss. quoque circumjacerent Europae Lov. 3. Groenovius in ph. quoque, quae circumjacent Europae Lov. 5. ed. notat: ut Glareanus, qui ut hace non intelligere [illegible] veniret, existimavit [illegible] vocem Chersonesus [illegible] ejusque [illegible] tellegendam [illegible] adhaerent [illegible]

quaeque circumjacent Europae, in vestra sunt pote-
12 *state. quarum una quaelibet regi adjecta multiplicare*
regnum Eumenis potest: omnes vero datae maximis
13 *eum regibus aequare. Licet ergo vobis, et praemiis*
belli ditare socios, et non decedere instituto vestro, et
meminisse, quem titulum praetenderitis prius adver-
14 *sus Philippum, nunc adversus Antiochum, belli: quid*
feceritis, Philippo victo; quid nunc a vobis, non ma-
gis quia fecistis, quam quia id vos facere decet, de-
sideretur atque exspectetur. Alia enim aliis et ho-

τὴν Πισιδικήν, πρὸς δὲ τούταις Χερρόνησον, καὶ τὰ προσορούντα ταῦτα τῆς Εὐρώπης ἔξεσιν ὑμῖν, οἷς ἂν βούλησθε δωρεῖσθαι. Ita enim ex prima Ursini editione restituendum, quum in Gronoviana, sive operarum culpa, sive dedita opera, legatur *ταύταις* pro *ταῦτα*. Intelliguntur igitur Aenus et Maronia, Thraciae urbes, unde Q. Fabius praetor praesidia Antiochi deduci jussit, ut in libertate essent, infra cap. 60. Chersonesus in Europa, et Lysimachia, quas Romani Antiocho ereptas regi Eumeni donarunt infra 38, 39.

§. 12. *Quarum una quaelibet regi adjecta*] Pal. pr. *quarum unaquaeque regi adjecta.* GEBHARD. Similiter Lovel. 3. Sed male. V. supra ad 9, 17, 12.

Maximis eum regibus aequare] Pal. et vet. ed. *regibus praeferre.* GEBH. Non aliter cum Hearnii L. 1. et priscis editis, omnes Msti nostri, nisi quod *praefertis* sit in Harl. *aequare* autem Aldus ex cod. Mog. adscivit; quae lectio magis convenire videtur verbis Polyb. ibid. *Πάντων δὲ τούτων ἢ τῶν πλείστων ἀυτῇ προσμεριθέντων, ὀυδεμιᾶς ἂν γένοιτο τῶν ἄλλων δυνασειῶν καταδεεσέρα.*

§. 13. *Licet ergo vobis, et praemiis belli ditare socios et non decedere instituto vestro, et meminisse*] Pall. et vet. ed. *Debetis et* (vet. ed. *etiam*) *meminisse.* GEBH. *Et praemiis ditare socios, et n. d. i. vestro debetis, et meminisse*, tribus prioribus vocibus omissis, Voss. neque aliter Lov. 1. et 6. nisi quod prior *Et praemiis belli ditare.* posterior *In praemiis ditare* legant. *vestro. Debetis et meminisse* praeferunt reliqui mei, Hearnii L. 1. et edd. vett. nisi quod Lov. 5. et excusi habeant *Debetis etiam.* Quae nunc obtinet lectio, demum obvia fuit in ed. Frob. anni 1535.

§. 14. *Quam quia id vos facere decet*] Pal. pr. *quam quod id vos facere decet.* GEBH. Similiter Lov. 3. sollemni scribarum commutatione. Vide ad 38, 36, 4. *quam quod vos* Lov. 2. Alibi quidem in altero membro orationis *quia*, in altero *quod* adhiberi solet, ut vidimus ad 6, 15, 6. hic tamen nihil mutandum ceterorum codd. consensus docet. Mox *alitis honesta et probabilis est, τῷ* et priori loco omisso,

Digitized by Google

nesta est et probabilis caussa armorum. Illi agrum, hi vicos, hi oppida, hi portus, oramque aliquam maris ut possideant. Vos nec cupistis haec, antequam haberetis: nec nunc, quum orbis terrarum in ditione vestra sit, cupere potestis. Pro dignitate et gloria apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperiumque juxta ac Deos inmortales jam pridem intuetur, pugnastis. quae parare et quaerere arduum fuit, nescio an tueri difficilius sit. Gentis vetustissimae nobilissimaeque, vel fama rerum gestarum, vel

15 16 17

Lov. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. Id ex cod. Mog. Aldus adscivit, adstipulantibus reliquis Mstis. Vide ad 2, 44, 3. Insuper *aliis et honesta est, et probabilis* idem cod. Mog. Mox §. seq. *Illi agros* Lovel. 3. [*horamque* pro *oram* Bamb.]

§. 16. *Vestrum nomen imperiumque juxta ac Deos*] *vestrum numen* legendum esse, conjicit Freinsh. ad Flori 2, 7, 5. Saepissime ea vocabula in Mstis confundi, vidimus ad 7, 30, 20. Hic tamen vulgatum, in quod omnes libri conspirant, servandum esse, mecum judicat Cl. Dukerus *vestrum nomen* est vos Romanos. Vide, quae dixi ad Silii 14, 70. et Cort. ad Sall. Jug. 39, 2. Ovid. 2. Her. 112.

Nomine femineo vix satis apta regi.

Paullo ante *humanum genus* omnes codd. et edd. usque ad Moguntinos, qui ordinem vocum mutarunt. Eos tamen cod. sui auctoritatem secutos esse, non constat. Praeterea *juxta Deos*, omissa media particula *ac*, legendum opinatur Crevierius, et *juxta* exponit secundum, non minus quam. Sed omnes codd. nostri vulgatum tuentur. *juxta ac* eodem modo, ut *juxta atque*; de quo v. ad 1, 54, 9. [*pugnatis* Bamb.]

Quae parare et quaerere arduum fuit, nescio an tueri difficilius sit] *parare ac quaerere* Lov. 3. Tum *facilius sit* Harl. Non intellexit librarius haud protritum loquendi genus *nescio an*, quod adfirmative pro fortasse usurpatur, et hinc *difficilius* perperam mutavit in *facilius*. Supra 2, 2, 2. *Nescio an nimis undique eam minimis quoque rebus muniendo modum excesserint.* 3, 60, 2. *Si extemplo rem fortunae commisisset, haud scio an magno detrimento certamen staturum fuerit.* 23, 16, 15. *Ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello gesta sit.* 21, 43, 3. *Nescio an majora vincula vobis, quam captivis vestris, fortuna circumdederit.* 42, 41, 2. *Partim ea sunt, quibus nescio an gloriari debeam; partim, quae fateri non erubescam.* Cic. 5. de Fin. 3. *Aristotelem, excepto Platone, haud scio an recte dixerim principem philosophorum.* de Senect. 16. *Mea quidem sententia haud scio an ulla beatior esse possit.* de Amic.

Digitized by Google

omni commendatione humanitatis doctrinarumque, tuendam ab servitio regio libertatem suscepistis. hoc patrocinium receptae in fidem et in clientelam vestram
18 *universae gentis perpetuum vos praestare decet. Non, quae in solo modo antiquo sunt, Graecae magis ur-*

6. *Qua quidem haud scio an, excepta sapientia, quidquam melius homini sit a Diis inmortalibus datum.* Val. Max. 3, 6, 1. *Nec hac re segniores Punicis exercitibus manus intulit; sed nescio an ideo alacriores, quia* etc. Formulam hanc, praeter viros doctos a Cl. Dukero ad Flori 3, 12, 6. laudatos, inlustrarunt Vorst. ad Val. Max. 1, 1, 14, et 2, 1, 6. ac Corte ad Plinii 4, 11, 8. Eamdem hanc sententiam per adfirmationem profert Polyb. in Exc. Legat. num. 25. pag. 1144. *Ἃ καὶ κτήσασθαι μὲν ἐστι δυσχερέστερον, κτησαμένους δὲ διαφυλάξαι χαλεπώτατον.* Paullo ante *pugnatis* codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Primus Aldus *pugnastis* ex libro Mog. admisit.

§. 17. *Receptae in fidem et clientelam vestram*] MS. *et in clientelam vestram.* MOD. Eam cod. Mog. lectionem recepi, licet dissentiant reliqui omnes. V. ad 6, 28, 6. In praecedentibus vocem *omni* ignorant Lov. 2. et Harl.

Universae gentis perpetuum vos praestare decet] *Τὸ gentis* admissum est ex Moguntino. Ego, si vel omnes haberent libri, non dubitarem inducere, utpote, quod palam praeferat interpretis ineptam sollicitudinem: nedum ut uno codice inculcari patiar. J. FR. GRON. Deest etiam eadem vox in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N. quam Aldus adscivit auspiciis Msti Mog. [concin. Bamb.] qui quum reliquis hujus partis Livianae codicibus longe integrior sit, et omnium instar esse possit, ei fidem habere haud facile abnuam; praesertim quum Livium vocem, quam modo adhibuit, repetere solitum fuisse, supra dictum sit ad 1, 3, 9.

§. 18. *Non, quae in solo modo antiquo sunt, Graecae magis urbes sunt*] Sententia postulare videtur, ut legamus *Non, quae in solo modo Attico sunt.* URSIN. Pal. pr. *antico sunt.* Ursinus legit *Attico.* GEBH. *in solo modo quo sunt* Voss. *in solo modo antiquae sunt* Harl. Prius *sunt* deest in Mead. 1. et Gaertn. Cl. Crevierius *modo* interpretatur *etiamnum;* vel vocem illam omnino recidit, quae tamen in omnibus scriptis constanter superest. Neque probanda videtur Ursini conjectura. *solum antiquum* Graecarum urbium, in quo antiquis temporibus exstiterunt, obponitur Asiae, in quam earum coloni postea commigrarunt. Praeterea *Graeciae magis urbes sunt* Lovel. 2. 4. 6. et Gaertn. *Graeciae magis urbes sint* Voss. et Lov. 3. *Graecae magis urbes sint* Lov. 1. et Harl.

§. 19. *Certare pio certamine cujuslibet bonae artis ac virtutis ausi sumus cum parentibus quaeque civitas et conditoribus suis*] Quae praecedunt verba, satis lucida sunt; at haec non item. Credo illum velle dicere, quanque civitatem cum suis conditoribus contendere audere pio certamine cujuslibet bonae ar-

Digitized by Google

bes sunt, quam coloniae earum, illinc quondam profectae in Asiam. Nec terra mutata mutavit genus 19
aut mores. certare pio certamine cujuslibet bonae artis ac virtutis ausi sumus cum parentibus quaeque civitas et conditoribus suis. Adistis Graeciae, adistis 20

tis ac virtutis. quasi dicat, metropoles non superant colonias. GLAR. Obscurum hunc locum et fere vitiatum esse, non scripsisset Glareanus, si Priscianum legisset, virtutem hujus loci ostendentem lib. 17, [1103.] ubi de diversis personis agit, ut Virgilius [2. Aen. 434.] *Divellimur inde Iphitus, et Pelias mecum.* SIGON. Liber MS. Prisciani (cujus mihi copiam fecit doctus juvenis Jac. Schegkius, Schegkii illius magni philosophi nepos) *certare pio certamine cujuslibet bonae artis et virtute ausimus cum parentibus, quia quaeque civitas ausit a suis.* aliter in excusis *et virtutis ausi sumus, cum parentibus quoque civitas suis.* Lego: *certare pio certamine cujuslibet bonae artis ac virtutis ausimus cum parentibus, et civitas quoque conditoribus suis.* vel, *parentibus, civitas quoque* etc. KLOCK. in Syllog. epist. quam edidit Cel. Burm. tom. 1. pag. 396. Non tu, Klocki, male ad mentem Prisciani conjecisti. *Ausimus* antique, pro *ausi sumus.* Sic Cato oratione pro L. Antonio *Ausi*, pro *ausus sum.* Sic alii *gavisi* pro *gavisus sum.* Exempla compluria suppeditat Priscianus lib. 9. SCHEGK. in Praemess. Epist. 15. *bono certamine*, pro *pio*, ex glossa interpretis inter versus praefert Lov. 3. Tum *ausi simus* Lov. 4. At exsultassent Klockius et Schegkius, si *ausimus*, quod ex Prisciano amplectuntur, firmari vidissent fide Lovel. 2. et Mead. 1. Sed, ea forma id verbum protulisse Catonem aliosque ejus aetatis scriptores, libenter concedimus; idem vero etiam Livium fecisse, nemini in ejus scriptis versato persuadebunt. Si diligenter ad Prisciani verba adtendissent, et non quaevis obsoleta optimi aevi scriptoribus invitis obtrudendi libidine obcaecati fuissent, ipsi aliter sensissent. Recte enim Prisc. 9. pag. 868. *vetustissimi tamen et* ausi, *pro* ausus sum, *et* gavisi, *pro* gavisus sum, *protulerunt.* Vetustissimis autem Livius adnumerandus non est. Potius igitur existimo, in codd. illis Livii et Prisciani, quum antea unico contextu *ausisumus* scriptum fuisset, librariorum vel neglegentia, vel dedita opera, syllabam *su* excidisse: pari ratione, qua *reliquerat*, pro *reliqua erat*, ac similia multa passim data esse, vidimus ad 23, 29, 16. Verum neque iidem viri docti sensum Livii adsecuti sunt. Videntur enim existimasse, eum dicere velle, ut filii pio certamine cujuslibet bonae artis et virtutis certare audent cum parentibus, ita et coloniae cum urbibus, a quibus conditae sunt. Huic autem eorum expositioni favet paucorum codd. lectio. nam *cum parentibus nostris, quaeque civitas et conditoribus suis* legunt Harl. et Gaertn. *cum parentibus, quaeque civitas conditoribus suis* Lov. 3. *cum parentibus, quaeque civitas cum conditoribus suis* Lov. 5. et ed. Camp. quae pro librariorum commentis habenda esse, reliquor

Digitized by Google

Asiae urbes plerique. nisi quod longius a vobis abs
21 *mus, nulla vincimur alia re. Massilienses, quos,*
natura insita velut ingenio terrae vinci posset, ja
pridem efferassent tot indomitae circumfusae gent
in eo honore, in ea merito dignitate audimus ap
vos esse, ac si medium umbilicum Graeciae inco
22 *rent. non enim sonum modo linguae vestitumque*
habitum, sed ante omnia mores, et leges, et ingeniu
sincerum integrumque a contagione adcolarum, serva
23 *runt. Terminus est nunc imperii vestri mons Taurus.*
quidquid intra eum cardinem est, nihil longinquum
vobis videri debet. quo arma vestra pervenerunt, te
24 *dem jus hinc profectum perveniat. Barbari, quibus*
pro

in vulgatum consensus evincit. Ordo verborum est, quaeque civitas ausi sumus certare cum parentibus et conditoribus suis. *quaeque civitas ausi sumus*, pro cujuslibet civitatis incolae ausi sumus. V. ad 38, 29, 11. Deest etiam pronomen, pro *nos quaelibet civitas*. Vide ad 32, 21, 16. Per vocem autem *conditoribus* exponit praecedentem *parentibus*. Urbes enim ratione coloniarum a se deductarum, earum *parentes* vocantur. Ita Alba *parens* Romae dicitur apud Flor. 1, 3, 9. ubi vide Clariff. Duker. (a Georgius de Antiq. Ital. Metropol. c. 1.) Hinc et *Metropoles* vocantur. Vide Spanhem. de Praest. et usu numism. Diss. 9. pag. 575.

§. 20. *Adistis Graeciae, adistis Asiae urbes*] Duae priores voces desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et priscis edd. quae culpa scribarum exciderunt ob repetitionem *τοῦ Adistis*. V. ad 9, 11, 11. Recte eas Moguntini et cod. sui ab interitu vindicarunt.

§. 21. *In ea merito dignitate audimus apud vos esse*] in ea *merita dignitate* Lov. 4. et Mea 2. Tum *audivimus* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Mox §. seq. *servaverunt* Voss. *servaverunt* Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn. Sed ar potius Livius contractiones in h temporibus. V. ad 21, 44, 7. *jam pridem* Bamb. idem a omi tit §. 22.]

§. 23. *Terminus est nunc im perii vestri mons Taurus. quid quid intra eum cardinem es* Lege *Taurus, et quicquid*. TA FABER. Videat igitur Faber, qu ratione, quidquid *intra mont* Taurum est, terminus imperii Ro mani vocari possit. Verisimil est, non cogitasse virum doctum *nihil longinquum* in verbis seq

pro legibus semper dominorum imperia fuerunt, quo gaudent, reges habeant: Graeci suam fortunam, vestros animos gerunt. Domesticis quondam viribus 25 *etiam imperium amplectebantur; nunc, imperium ubi est, ibi ut sit perpetuum, optant. libertatem vestris tueri armis satis habent, quoniam suis non possunt. At enim quaedam civitates cum Antiocho senserunt.* 26 *Et aliae prius cum Philippo, et cum Pyrrho Tarentini. Ne alios populos enumerem, Karthago libera cum suis legibus est. Huic vestro exemplo quantum* 27 *debeatis, videte, Patres conscripti. Inducetis in animum negare Eumenis cupiditati, quod justissimae vestrae negastis. Rhodii et in hoc, et in omnibus* 28 *bellis, quae in illa ora gessistis, quam forti fidelique*

poni pro non longinquum. Ita 4, 9, 8. *Nihil Romanae plebi similis.* c. 33, 8. *Ea species nihil terruit equos.* 5, 27, 2. *Nihil eo more intermisso.* c. 31, 1. *Nihil certatum est.* 7, 5, 7. *Nihil a pietate avertisset.* 22, 45, 5. *Nihil consulto collega.* ubi quaedam vide. 25, 7, 3. *Militibus, senatum nihil videre, cur resp. committenda sit.* hoc lib. c. 60, 5. *Nihil magnopere ea Cretenses moverunt.* et saepe alibi. Insuper *imperii vestri monstraturus*, pro *mons Taurus*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *mons Tauri* Lov. 5. et ed. Camp. Sed vide ad 40, 29, 9.

Longinquum vobis videri debet] Leg. *decet*. Id probant postrema orationis verba: *consilium afferimus*, etc. TAN. FABER. Neque hic caussam mutandi video. Omnes etiam codd. in vulgatum consentiunt; nisi quod *vidit* sit in Gaertn. Mox *τὸ vestra*, quod deest in scriptis nostris, et edd. prioribus, Aldus auspicio cod. Mog. addidit.

§. 24. *Quo gaudent, reges habeant*] *quae gaudent* Voss. cujus librario forte displicuit *reges*, *quo*. Sed v. ad 33, 24, 6. Paullo ante *τὸ fuerunt* non adparet in Voss.

§. 26. *Karthago libera cum suis legibus est*] Vocem *libera* male omittit Voss. Supra 25, 16, 7. *Liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos.* c. 23, 24. *Liberos eos ac suis legibus victuros esse.* 30, 37, 2. *Conditiones pacis dictae, ut liberi legibus suis viverent.* 31, 31, 7. *Suaque omnia cum libertate legibusque Rheginis reddidimus.* 38, 44, 4. *Ut Ambraciensibus omnes suae res redderentur; in libertate essent, ac legibus suis uterentur.* Duplex est privilegium; Graecis alterum ἐλευθερία, alterum αὐτονομία vocatur. De

Digitized by Google

opera vos adjuverimus, vestro judicio relinquimus. nunc in pace id consilium adferimus; quod si comprobaveritis, magnificentius vos victoria usos esse, quam vicisse, omnes existimaturi sint. Apta magnitudini Romanae oratio visa est.

1 LV. Post Rhodios Antiochi legati vocati sunt. Ii, vulgato petentium veniam more, errorem fassi
2 regis, obtestati sunt Patres conscriptos, *Ut suae potius clementiae, quam regis culpae, qui satis superque poenarum dedisset, memores consulerent. postremo pacem datam a L. Scipione imperatore, quibus*
3 *legibus dedisset, confirmarent auctoritate sua.* Et senatus eam pacem servandam censuit, et paucos

utroque vide Spanhem. de Praest. et usu numism. Diss. 9. pag. 674. et seqq. Mox §. seq. *negatis* Voss.

§. 28. *Rhodii et in hoc, et in omnibus bellis, quae in illa ora gessistis*] *Rhodii et in omnibus bellis* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Rhodii in omnibus bellis* Lovel. 2. et 3. Tum *quae in ora illa gessistis* Gaertn. *quae ora illa gessistis* Voss. *quae illa ora gessistis* Lov. 1. 3. et 6. Mox *fideliqua vos opera* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque.

Nunc in pace id consilium adferimus; quod si comprobaveritis] Ne hic quidem dicto audientes esse oportuit uni Magontiacensi. Recte priores et alii scripti *comprobaritis*. Qualia complura redonavimus Livio. J. FR. GRON. Similiter Lovel. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Hearnii N. *comprobaretis* Voss. et Lov. 1. 3. et 6. a manu 1. *comprobetis* a manu 2. *comprobaveritis*, ut Aldus ex Mog. edidit, etiam Gaertn. et Hearnii L. 1. In his temporibus Livium saepissime contractiones amasse, dictum est ad 21, 44, 7. At saepe etiam easdem neglexit. V. ad 29, 37, 1. Ita *obligaverat* infra est in Mog. cod. cap. 57, 11. ubi tantum non omnes legunt *obligarat*. Praeterea *consilium id* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. Mox *extimaturi sunt* Lov. 3.

§. 1. *Errorem fassi regis, obtestati sunt Patres conscriptos*] Verbum *sunt* deest in omnibus scriptis nostris, [Bamb.] et edd. antt. quod Aldus ex Mog. cod. adscivit. sed *obtestari Patres conscriptos* Voss. Lov. 5. Gaertn. et ed. Camp. quod Livianum videri posset. Vide ad 1, 50, 5. Invito tamen Moguntino, nihil mutare audeo. Paullo ante *petentium more veniam* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. [§. 4. *est* post *datum* non reperitur in Bamb.]

§. 5. *Summam tamen hanc fore*] Pal. pr. *Summam autem*

Digitized by Google

post dies populus jussit. Foedus in Capitolio cum Antipatro principe legationis, et eodem fratris filio regis Antiochi, est ictum. Auditae deinde et aliae 4
legationes ex Asia sunt. Quibus omnibus datum est responsum, *Decem legatos more majorum senatum missurum ad res Asiae disceptandas componendasque. Summam tamen hanc fore: ut cis Taurum mon- 5
tem, quae intra regni Antiochi fines fuissent, Eumeni adtribuerentur, praeter Lyciam Cariamque usque ad Maeandrum amnem. ea civitatis Rhodiorum essent. Ceterae civitates Asiae, quae Attali stipendiariae fuis- 6
sent, eaedem Eumeni vectigal penderent: quae vectigales Antiochi fuissent, eae liberae atque inmunes essent. 7*

hanc fore. GEBH. Similiter Lovel. 3. *Summam enim hanc fore* Mead. 1. Mox *infra regni Antiochi* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. et edd. antt. frequenti scribarum errore. V. ad 34, 50, 3.

Usque ad Maeandrum amnem. eae civitates Rhodiorum essent] Vetus lectio *ea civitatis Rhodiorum essent.* GELEN. Lectio a Gelenio rejecta in multis meorum superest. Sed *eae civitatis Rhod. essent* legit Mead. 2. *aut civitates Rhod. essent* Lovel. 1. *aut civitatis Rhod. essent* Voss. *ut civitatis Rhod. essent* Lov. 3. An forte legendum *Ea ut civitatis Rhodiorum essent?* Certe *ea* firmatur verbis Polyb. qui similiter ταῦτα dixit in Exc. Leg. num. 25. pag. 1145. Πλὴν Λυκίας καὶ Καρίας, τὰ μέχρι τοῦ Μαιάνδρου ποταμοῦ. Ταῦτα δὲ Ῥοδίων ὑπάρχειν. Voces *Rhodiorum essent. Ceterae civitates* desunt in Voss. et Lov. 1. scribarum neglegentia ob vocum *civitatis, civitates* repetitionem. V. ad 9, 11, 11. [*essent* omittit Bamb.]

§. 6. *Civitates Asiae, quae Attali stipendiariae fuissent, eaedem Eumeni*] Vox *Asiae* exsulat ab Harl. Tum *Attalo* Lov. 6. *Actalis* Voss. pro quo pessime *Etholis* in margine legitur. Deinde *eidem Eumeni* Harl. et Mead. 1. quorum etiam mox τό *eae* omisit. Male. Polyb. ibid. Τῶν πόλεων τῶν Ἑλληνίδων ὅσαι μὲν Ἀττάλῳ φόρον ἐπετέλουν, ΤΑΥΤΑΣ τὸν αὐτὸν Εὐμένει τελεῖν. ὅσαι δὲ Ἀντιόχῳ μόνον, ΤΑΥΤΑΙΣ ἀφεῖσθαι τοῦ φόρου. [*eadem* Bamb.]

§. 7. *Decem legatos hos decreverunt*] Horum plerosque consulares, quosdam praetorios fuisse, ipsa eorum nomina fidem faciunt. Neque enim dubito, quin iidem sint, quorum honores in libris superioribus ab A.U. ,ιοιεvii. usque ad ,ιοιεxiii. relati sunt; nisi quod duo ex iis, si modo iidem

Digitized by Google

Decem legatos hos decreverunt, Q. Minucium Rufum, L. Furionem Purpureonem, Q. Minucium Thermum, Ap. Claudium Neronem, Cn. Cornelium Merulam, M. Ju-

sunt, quod mihi quidem videtur, *P. Cornelius Lentulus* A. U. ıɔl. et *P. Aelius Tubero* A. U. ıɔlıı. praetores fuerunt. 29, 38. et 30, 40. P. Cornelius Lentulus etiam A. U. ıɔlvı. inter decem legatos ad Quintium in Macedoniam missos, e quorum sententia Philippo leges pacis diceret, fuerat 33, 35. Si quis putat, verum esse, quod Sigonio ad 29, 39. et aliis placuit, praetorem, qui ibi vulgo *P. Cornelius Lentulus* est, non *P.* sed *Cn.* fuisse, de quo ad locum illum actum est, ei hic *Cn.* vel *L. Cornelius Lentulus* scribendum censeo: quorum ille A. U. ıɔlıı. hic biennio post consul fuit. 30, 40. et 31, 49. DUKER.

Cn. Cornelium Merulam] *L. Cornelius Merula*, non *Cn.* consul fuit anno octavo hujus belli. Itaque cum alii plerique consulares sint, fortassis pro *Cn.* legendum *L.* quamquam nihil assevero. GLAR. Nullum circa hoc tempus *Cn. Cornelium Merulam*, qui honoribus usus fuerit, ac ne quidem ullum alium *Cornelium Merulam* praenomine *Cn.* memorari invenio. Nam quod Pighius *Cn. Cornelium Merulam* inter quaestores provinciales A. U. ıɔlv. numerat, nihil nisi conjecturam illius esse puto, nulla auctoritate scriptorum veterum subnixam. Glareanus non absurde suspicatur, praenomen corruptum, et *L. Cornelium Merulam* scribendum esse, qui A. U. ıɔlıx. cum Q. Minucio Thermo consul fuit 34, 54. Licet etiam suspicari, in cognomine erratum esse, et hunc non *Cn. Cornelium Merulam*, sed *Merendam* fuisse, qui A. U. ıɔlıx. praetor Sardiniam provinciam habuit, 34, 42. et 43. Idque mihi probabilius videtur. DUKER. *C. Cornelium* Lov. 1. 3. 6. ubique obvia librariorum aberratione. V. ad 7, 3, 3. Ex decem his legatis tres priores fuerunt consulares; quartus, sextus, et septimus praetorii; inter quos medium *C.* vel *Cn. Cornelium Merulam* Livius alio, quam hoc loco, non memorat: neque aliunde constat, ipsum ad ullos honores pervenisse. Non videtur autem Livius, qui alibi ordinem justum ac naturalem, quantum potuit, in recensendis legatis observavit, hic tantopere a consuetudine abiisse, ut nullis honoribus insignem inter praetorios memorarit. Licet igitur in hanc lectionem conspirent omnes libri, videtur tamen, iis invitis, cum Cl. Dukero legendum *Cn. Cornelium Merendam*: ut librarii minus frequens cognomen *Merenda* in notius ac magis obvium mutarint. Ratio autem, cur ita sentiam, non modo est, quia et ipse praetorius fuit, sed etiam quia ita Livius et amplitudinem ac gradum honoris, et seriem temporis, quo quisque dignitatem adeptus est, in enumerandis legatis observavit. Nam Q. Minucius Rufus consul fuit anno ıɔlvı. supra 32, 27. L. Furius Purpureo anno ıɔlvıı. lib. 33, 24. et Q. Minucius Thermus anno ıɔlıx. lib. 34, 54. Ap. Claudius Nero praeturam obtinuit anno ıɔlvııı. lib. 33, 42. Cn. Cornelius Merenda anno ıɔlıx. lib. 34, 42. M. Junius Brutus anno ıɔlxıı. lib. 35, 24. L. Aurunculejus ıɔlxıı. l. 36, 45. Et hinc adsentior iterum Clariss. Dukero, qui mox adversus Sigonium docebit, *L. Aemilium Paullum* non *M. F.* sed *L. F.* fuisse. Is enim eodem, quo

Digitized by Google

nium Brutum, L. Aurunculejum, L. Aemilium Paullum, P. Cornelium Lentulum, P. Aelium Tuberonem.

LVI. His, quae praesentis disceptationis essent, 1

Aurunculejus, anno praeturam obtinuit. Duo autem ultimi, P. Cornelius Lentulus et P. Aelius Tubero, hoc tempore aut nullis magistratibus fuucti erant, aut tantum minoribus, quorum Livius non nisi data occasione meminisse solet, et vel postea ad majores non fuerunt promoti; vel, si praeturam unus ambove consecuti sunt, eorum nomina perierunt apud Livium lib. 41. in prine. Ex his etiam refellitur Glareani conjectura *L. Cornelium Merulam* legentis. Is enim cum Q. Minucio Thermo consul fuit, et ita consularis medius inter duos praetorios relatus foret. Ceterum praecedentis Neronis praenomen *Ap.* deest in Lovel. 2. 4. Harl. et utroque Mead. at sequentis Junii cognomen *Brutum* in Lov. 1. 3. 6. et Voss.

L. Aemilium Paullum] De L. Aemylio Paulo id admirandum, quomodo in Asiam legatus mitti potuerit, qui in Hispaniis erat, ut et ante et paulo post patebit. Nisi quis duos L. Aemylios Paulos faciat, aut corrupta esse nomina credat, quod verisimile est, et nimium saepe apud hunc authorem contigit. GLAR. Hic non est L. Aemilius Paullus L. F. in Hispania proconsul, sed L. Aemilius Paullus M. F. de quo meminit in anno DXLIX. SIGON. Meminit 34, 45. ubi L. Aemilium Paullum triumvirum coloniam Crotonem deduxisse scribit. Sed nullum est idoneum argumentum, quo demonstrari possit, hunc alium fuisse ab eo, qui anno U. IOLX. aedilis curulis fuit 35, 10. 39, 56. et biennio post A.U. IOLXII. praetor eo et sequente anno Hispaniam ulteriorem provinciam habuit 35, 24. 36, 2. 37, 2. ac deinde 11. consul Persen regem Macedoniae vicit. Sigonius videtur putasse, eum, quum decem hi legati decreti sunt, Romae non fuisse, ob eamque causam inter illos esse non potuisse, eo quod cap. 57. cum Lusitanis in Hispania prius aliquanto, quam ei successor venisset, pugnasse dicitur. Is autem demum A.U. IOLXIV. in provinciam venit. Et jam ante eum Glareanus dixit, admirandum, quomodo in Asiam mitti legatus potuerit, qui in Hispania erat. Verum quum ex cap. 52. constet, Eumenem et alios legatos ex Asia post sortitionem novorum A. U. IOLXIV. praetorum Romam venisse, et e cap. 56. senatusconsultum de decem legatis aliquanto post factum fuisse, L. Paullus ante hoc senatusconsultum in urbem redisse potuit. Quin et si certum esset, eum tum nondum e provincia reversum fuisse, tamen non sine ratione dici posset, eum, quum reditus illius in propinqua exspectatione esset, non minus, quam illos, qui Romae erant, in his legatis, qui non ante A. U. IOLXV. in Asiam profecti videntur, nominari potuisse. Nam Polyb. Legat. 35. cum quo satis consentit narratio Livii 38, 37. tradit, eos post Gallos a Manlio (qui consul A. U. IOLXIV. bellum adversus eos gessit, et confecit) victos, et acta ab hoc Ephesi hiberna, ineunte jam aestate, cum Eumene Ephesum venisse. DUKERUS.

§. 2. *Lycaoniam omnem, et Phrygiam utramque, et Mysias*] Plerique ex *Mysias* plurativo fecerunt *Mysiam* singulare. Atqui

Digitized by Google

libera mandata. de summa rerum senatus constitui
2 *Lycaoniam omnem, et Phrygiam utramque, et Mysiam, regias silvas, et Lydiae Iöniaeque, extra oppida, quae libera fuissent, quo die cum rege Antiocho pugnatum est, et nominatim Magnesiam ad Sipylum, et Cariam, quae Hydrela adpellatur*
3

Ptolemaeus etiam in Asia duas facit Mysias. Sed hoc magis turbat lectorem, cum hic Lycaoniam nominet, et haud dubie Phrygiam, quae Pysidiae proxima, quaenam sit haec Mysia, cujus hic fit mentio? vix enim ea erit, quae ad Troadem. Adeo obscure haec distincta sunt apud Livium, ut nihil ego definiam. GLAR. *Mysias* vel *Myssias* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Moguntinos, qui *Mysiam* ex cod. suo substituerunt. Consentire videntur Lov. 4. et Harl. unde nihil notatur. Et eam lectionem firmat Livius lib. 38, 39, 15. *Et Mysiam, quam Prusias rex ademerat, ei* Eumeni decem legati *restituerunt.* Polyb. vero in Exc. Legat. num. 86. Eumeni inter alia datos refert *Μυσούς, ὅυς πρότερον ἀυτὸς παρεσκευάσατο.* Non dubito autem, quin indicetur, quae vulgo Mysia minor vocatur, quam *ἐφ' Ἑλλησπόντῳ* esse dicit Ptolem. 5, 2. Haec enim Straboni 12, 571. *συνεχής τῇ Βιθυνίᾳ* dicitur.

Et Lydiae Ioniaeque, extra ea oppida, quae libera] Quid hic supplendum est ad voces *Lydiae Ioniaeque*? utrum *oppida*? ex eo, quod sequitur *extra ea oppida.* an *partem*? ut deinde, *ea quoque his data pars Cariae.* Videtur etiam *ἀνακόλουθον* esse in hoc sermone *Lycaoniam, Phrygiam, Mysiam* etc. *haec omnia regi Eumeni jussa de*[illegible] DUK. *oppida* supplendum, etiam Cl. Crevierius opinatur, vel *et Lydiam Joniamque* [illegible] censet. Quum tamen [illegible] mutent, prius malo. De [illegible] tho infra vide ad §. 4. [illegible] pronomen *ea* deest in [illegible] scriptis nostris, Hearnii L. [illegible] [Bamb.] et edd. antiquis. Primus id Aldus ex cod. Mag. [illegible] cepit.

§. 3. *Magnesiam ad Sipylum* [illegible] *Magnesiam et Aspilum* Lov. [illegible] *Magnesiam et Asipylum*, [illegible] *Asipilum*, vel *Assipillum*, [illegible] *Asipylium* Voss. Lovel. 1. 3. [illegible] Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [illegible] *Magnesiam et Sipylum* Lov. [illegible] et edd. principes. Proximae [illegible] *Cypilum.* Froben. anno 154[illegible] lud substituit, quod nunc [illegible] obtinet.

Et Cariam, quae Hydrela adpellatur, agrumque Hydrelitanum] Strabo lib. 14, (650.) ubi [illegible] Nyssa vicina Trallibus ita habet: *Ἰσοροῦσι δὲ τρεῖς ἀδελφοὺς, Θυμβρόντε, καὶ Ἀθυμβράδ[illegible] καὶ Ὑδρηλον, ἐλθόντας ἐκ Λακεδαίμονος, τὰς ἐπωνύμους ἑαυτοῖς κτίσαι πόλεις.* id est: *Memoriae proditum est, tres fratres Thymbrum, Athymbradum, Hydrelum, e Lacedaemone profectos, de suis nominibus condidisse urbes.* Haec ille. Pau[illegible] alioqui de Hydrelis reperi[illegible] Nam Nyssam postea omnes hi [illegible] cessere habitatum, ut idem [illegible]

Digitized by Google

agrumque Hydrelatanum ad Phrygiam vergentem, et castella vicosque ad Maeandrum amnem, et op- 4
pida, nisi quae libera ante bellum fuissent; Telmissum item nominatim, et castra Telmissium, praeter agrum, qui Ptolemaei Telmissii fuisset: haec omnia, quae supra scripta sunt, regi Eumeni jussa

thor est Strabo eodem in loco. Caeterum pejus me urget, quod Livius subjungit *agrumque Hydrelatanum ad Phrygiam vergentem.* De qua enim Phrygia loquatur, non admodum certum; ut de Mysiis quoque jam diximus. GLAR. Primam voculam ignorant Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Hinc *Hydrella* Voss. Lov. 5. Gaertner. et edd. principes. *Ydrella* Lov. 6. *Ydrela* Lov. 2. et 3. *Hyderla* Lov. 1. Tum *appellantur* Harl. Denique *Hydreletanum* Lov. 4. [*Hydrelatenum* Bamberg.] Harl. Mead. 2. omnesque ante Sigon. editiones, praeter Camp. quae *Hydrelitanum* cum Lov. 5. praefert; quomodo populos *Hydrelitas* memorat Plin. 5, 29. *Hyderlethanum* Lov. 1. *Hydelatranum* Lov. 2. *Ydroletanum* Lov. 3. *Ydrelatanum* Lov. 6. Utrum per *Cariam* regio, an urbs hujus nominis intelligenda sit, non convenit inter geographos recentiores. Ortelius in Thes. Geogr. in voce *Caria* intelligit urbem: at in voce *Hydrela* tradit, Hydrelam Cariae urbem esse: quomodo Ὕδρηλα τῆς Καρίας est apud Steph. Byz. Pro urbe iterum accipit Cellar. 3. Geogr. ant. 4, 99. eo usus argumento, quod hoc loco non inter regiones, sed inter oppidorum castellorumque nomina est constituta. Adde, teste Livio, Cariam appellari Hydrelam, et hinc, si Caria regionis nomen est, idem etiam de Hydrela dicendum esse: jam vero Hydrela pro regione, et quidem ab agro Hydrelatano, unde hoc loco distinguitur, diversa alibi non obcurrit.

Castella vicosque ad Maeandrum amnem, et oppida, nisi quae libera] MS. *castella vicosque trans Maeandrum amnem.* MOD. Cod. Mog. lectio *trans Maeandrum* verior videtur. Unum enim illorum oppidorum erat Telmissus; id autem trans Maeandrum in confiniis Lyciae et Cariae situm erat. Praeterea voces *et oppida* desunt a Mstis nostris, [Bamb.] et edd. antt. quas recte Aldus ex cod. Mog. adscivit. Licet enim Liviano loquendi modo conveniat *castella vicosque, quae libera*, velim tamen mihi hac Asiae parte castella vicosque libera monstrari. Signate autem mox hoc cap. Livius ait: *Oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisidiam vergunt,* (Rhodiis dantur) *nisi quae eorum oppida in libertate fuissent.*

§. 4. *Thelmessuntem nominatim, et castra Thelmessium, praeter agrum, qui Ptolemaei Thelmessii fuisset*] *Telmissus* absque aspiratione, et *i* in media syllaba, urbs est Lyciae. *Termessus* vero per *e* in medio, et *r* in prima syllaba, *Τερμησσός*, Pisidiae est civitas, ut author est Strabo lib. 12, [570.] item 13. ad finem, [p. 631.] Hic igitur lector dispiciat, quid legendum putet: nam non minus haec confusa

Digitized by Google

5 *dari. Rhodiis Lycia data, extra eumdem Telmissum, et castra Telmissium, et agrum, qui Ptolemaei Telmissii fuisset: haec et ab Eumene, et ab Rhodiis*
6 *excepta. Ea quoque his pars data Cariae, quae propior Rhodum insulam trans Maeandrum amnem est; oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisidiam vergunt: nisi quae eorum oppida in libertate fuissent, pridiè quam cum Antiocho rege in Asia pugnatum*

sunt, quam priora. GLAR. Illustr. Spanh. de Praest. et usu num. diss. 9, 564. *Termessum*, *Termessium*, et *Termessii* scribendum conjicit. Verum, quum supra ad cap. 16, 13. dictum sit, urbem Pisidicam vel Pamphylicam *Termessum*, Cariae autem vel Lyciae *Telmissum* vocatam esse, hic etiam *Telmissum*, *Telmissium* et *Telmissii* scribendum existimo. Intelligitur enim nunc Lyciae vel Cariae urbs, ut patet ex 38, 39. ubi inter Rhodiis tributa memorantur *Lycia et Caria datae usque ad Maeandrum amnem praeter Telmissum*. Inter illa vero, quae Eumeni concessa sunt, Livius refert *nominatim urbes Tralles, atque Ephesum et Telmissum*. V. etiam lib. 38, 39, 3. Ceterum *Telmesontem*, *Telmessontem*, vel *Thelmessontem* scripti et editi usque ad Aldum, qui *Telmessum item* ex cod. Mog. admisit. [*Telmessonitem* Bamb.] Dein *castra Telmensium*, vel *Telmessium*, vel *Thelmessium* iterum scripti, et edd. vett. nisi quod *castra Soliensium* sit in Lov. 6. An scribendum *Telmissiûm*, id est *Telmissiorum*? Tandem *Ptolemaei Telmensi*, vel *Telmessi* plerique scripti: *Telmensis* Lov. 6. *Pthelmesi* Lov. 3. *Selmessi* Gaertner. [*nominati* Bamb.]

Haec omnia, quae supra scripta sunt, regi Eumeni jussa dari] Pal. pr. *Haec omnia, quae supra dicta sunt scripta, regi Eumeni jussere dari*. GEBH. In hac locutione ἀνακόλουθον agnoscit supra Clariss. Duker. ad §. 2. Ea figura displicuit librario Pal. pr. cum quo si legas *jussere dari*, nempe *senatus*, quod praecessit, vel *Patres*, recte omnia procedunt. Nec aliter est in Lov. 3. *jussi dari* legunt Lov. 2. et Mead. 1. unde videri posset legendum *jussi dare*, nempe decem legati. At reliqui *jussa dari* constanter servant; quibus invitis haud temere mutandum. Vulgatum igitur potius per κατὰ, vel *quod ad* exponendum videtur: *quod ad Lycaonem, Phrygiam* etc. *haec omnia regi Eumeni jussa dari*. Vide Sanctii Minerv. 4, 11. pag. 726. Ceterum *quae supra dicta sunt scripta* Lov. 3. Vox *regi* deest in Lov. 6.

§. 5. *Extra eumdem Telmissum, et agrum*] Vet. lib. *extra eundem Telmissum, et castra Telmissium, et agrum*. SIGON. Voces *et castra Telmissium* primus editorum Froben. anno 1535. omiserat, quae etiam desunt in Lov. 1. 2. et 6. [*castra vel messium* Bamb.]

Haec et ab Eumene, et ab Rhodiis excepta] Eumenes accepit Telmissum. V. infra 38, 39.

Digitized by Google

est. Pro his quum gratias egissent Rhodii, de Sô- 7
lis urbe, quae in Cilicia est, egerunt: *Argis et illos, sicut sese, oriundos esse. ab ea germanitate fraternam sibi cum iis caritatem esse. Petere hoc extraordinarium munus, ut eam civitatem ex servitute regia eximerent.* Vocati sunt regis Antiochi 8
legati, actumque cum iis est: nec quidquam impetratum, testante foedera Antipatro, adversus quae

et Polyb. Exc. Leg. num. 36. ac Strab. 13, 665. Eamdem autem fortunam Telmissum et castra Telmissium, diversam vero ab iis agrum, qui Ptolemaei Telmissii fuerat, expertum fuisse, modo dixerat. Colligo igitur, praeter Telmissum Eumeni etiam data fuisse castra Telmissium: at agrum, qui Ptolemaei Telmissii fuerat, solum et ab Eumene et a Rhodiis exceptum, atque imperii eorum inmunem relictum esse: quomodo igitur nunc dicit Livius *haec excepta*, perinde ac si praeter agrum illum plura excepta fuissent? aquam sibi etiam hic haerere testatus est Cl. Dukerus. Neque ullum in Mstis praesidium, licet tamen nonnihil varient. Nam *haec ab Eumene et Rhodiis excepta* legunt Voss. et Lov. 3. ac 6. *haec et ab Eumene et Rhodiis*, [Bamb.] vel *Rhodis, excepta* Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Videant igitur alii. [*Telmessi* Bamb.]

§. 6. *Quae propior Rhodum insulam*] MS. *quae prope Rhodum insulam*. MOD. Pal. prior, *quae prope Ortorum insulam*. alter *prope Orchorum insulam*. GEBH. *quae propior Thorum*, vel *Torum*, *insulam* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo, nisi quod in Harl. τὸ *quae* desit. *quae prope Ortorum insulam* Lov. 1. et 3. *quae prope Hortorum insulam* Lov. 6. *quae prope Orchorum insulam* Voss. Lov. 5. Gaertner. et editi usque ad Aldum, qui auspiciis cod. Mog. *quae prope Rhodum insulam* vulgavit: cujus loco Froben. anno 1535. id, quod nunc vulgo exstat, substituit. Mox *in libertatem fuissent* Voss. Lov. 4. 5. Mead. uterque, et edd. vett. De ea locutione v. ad 2, 14, 4. At reliqui codd. servant *in libertate*, quod Moguntini auspiciis cod. sui Livio hic restituerunt. V. ad 34, 50, 3. [*iis pars* omisso v. *data* Bamb.]

§. 7. *Fraternam sibi cum iis charitatem esse*] MS. *fraternam sibi cum iis gratiam esse.* ut respexerit ad illud [Ovid. 1. Met. 145.] *fratrum quoque gratia rara est.* MOD. Pal. pr. *egerunt Argis: et illos, qui se oriundos esse: et ab ea germanitate factam sibi cum his caritatem esse.* GEBH. Sex hae voces desunt in Voss. culpa scribae librarii ob τοῦ *esse* repetitionem. V. ad 9, 11, 11. *et ab ea germanitate factam sibi* Lov. 3. *factam*, pro *fraternam*, etiam Lovel. 1. [*in Lycia* Bamb.]

§. 8. *Vocati sunt regis Antiochi legati, actumque cum iis est: nec quidquam impetratum*] *legati regis Antiochi* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd.

Digitized by Google

ab Rhodiis non Solos, sed Ciliciam peti, et juga
9 Tauri transcendi. Revocatis in senatum Rhodiis, quum, quantopere tenderet legatus regius, exposuissent Patres, adjecerunt; *Si utique eam rem ad civitatis suae dignitatem pertinere censerent Rhodii, senatum omni modi expugnaturum pertinaciam legato-*
10 *rum.* Tum vero inpensius, quam ante, Rhodii gratias egerunt, cessurosque se potius adrogantiae Antipatri, quam caussam turbandae pacis praebituros, dixerunt. ita nihil de Solis mutatum est.

1 LVII. Per eos dies, quibus haec gesta sunt, legati Massiliensium nunciarunt, *L. Baebium praetorem, in provinciam Hispaniam proficiscentem, ab Li-*

ante Aldum. Deinde *actumque cum iis:* [sic Bamb.] *nec quidquam impetratum est* Lovel. 5. et edd. vett. Aldus iterum ordinem verborum dedit, quo nunc obcurrunt, adstipulantibus codd. reliquis. Mox *non Solis urbem, sed Liciam peti* Harl. *non Solos urbem, Siciliam peti, quae juga Tauri montis transcendit* Lov. 1. [*foedere* Bamb.]

§. 9. *Quum, quantopere tenderet legatus regius, exposuissent Patres, adjecerunt*] *quanto opere* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Ita septem codd. mei supra 9, 45, 7. *Quod quanto opere optandum foret.* et octo pariter 4, 3, 2. *Quanto opere vos, Quirites, contemnerent Patres.* ubi vide etiam Gebh. Adde, quae notantur ad 28, 18, 4. Tum *legatus regis* Lov. 2. V. ad 31, 35, 6. Deinde vox *Patres* abest a Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Hearnii L. 1. [Bamb.] et editis ante Aldum. Tandem *addiderunt* Lov. 1. et 6. Vide ad 36, 40, 9.

§. 10. *Quam caussam turbandae pacis praebituros, dixerunt. Ita nihil de Solis mutatum est*] Pall. *quam caussas turbandae pacis praebituros.* Amplius prior, *et nihil de Solis mutatum est.* GEBH. *quam caussas* etiam Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. Hearnii L. 1. [Bamb. qui et *turbandas paucis* legit] et edd. ante Aldum, qui *caussam* ex auctoritate membranarum Mog. adoptavit. Tum *et nihil de Solis* Lov. 3. *sed nihil de Solis urbe* Harl.

§. 1. *Nunciaverunt, L. Baebium praetorem, in provinciam Hispaniam proficiscentem*] *nunciarunt* scripti [Bamb.] et edd. veteres. Princeps Aldus *nunciaverunt* procudit: sed qua auctoritate? Certe Moguntini ex cod. suo, quem sequi solet, nihil monuerunt. Priscam igitur lectionem revocavi, quia Livius in perfectis verborum primae conjugationis contractionibus saepissime uti consuevit. V. ad 21, 44, 7. Tum *L. Baebium Divitem*

Digitized by Google

guribus circumventum; magna parte comitum caesa, 2
vulneratum ipsum, cum paucis, sine lictoribus, Massiliam perfugisse, et intra triduum exspirasse. Sena- 3
tus, ea re audita, decrevit, *uti P. Junius Brutus, qui propraetor in Etruria esset, provincia exercituque traditis uni, cui videretur, ex legatis, ipse in ulteriorem Hispaniam proficisceretur, eaque ei provincia esset.* Hoc senatusconsultum literaeque a Sp. Postumio 4
praetore in Etruriam missae sunt: profectusque in 5
Hispaniam est P. Junius propraetor. In qua provincia prius aliquanto, quam successor veniret, L. Aemilius Paullus, qui postea regem Persea magna gloria vicit, quum priore anno haud prospere rem ges-

Gaertn. quod cognomen ipsi c. 48. et 50. tribuitur; hic vero in nullo alio cod. reperitur. Insuper *in provincia proficiscentem* Voss. et Lov. 6. *in provinciam proficiscentem* Lov. 1. *in Hispaniam proficiscentem* Lov. 3. *in provinciam proficiscentem Hispaniam* Gaertn.

§. 2. *Cum paucis, sine lictoribus, Massiliam perfugisse*] Pal. pr. *profugisse.* GEBH. Similiter Lov. 3. 5. et edd. priscae, pro quo Frob. anno 1535. praeeunte cod. Mog. recte elegit *perfugisse.* Neque aliter est in ceteris nostris. 1, 8, 5. *Asylum aperit. eo turba omnis perfugit.* 2, 9, 1. *Ad Lartem Porsenam Clusinorum regem perfugerunt.* 5, 20, 4. *Pars maxima incolumis Romam perfugere.* cap. 38, 9. *Maxima tamen pars incolumis Vejos perfugit.* 43, 10, 6. *Duo millia hominum cum ipso legato in castra perfugerunt.* 44, 42, 7. *Pydnam ex acie perfugerant.* Solent autem haec verba in Mstis commutari. Praeter quaedam locorum laudatorum, v. ad 22, 15, 10. c. 52, 4. 23, 17, 6. 27, 1, 15. et Cortium ad Sall. Jug. 12. Similiter *perfugium* et *profugium.* V. ad 2, 14, 8. 9, 43, 16. 22, 22, 11. 24, 2, 11. 40, 10, 2. et Doctiss. Torren. ad Val. Max. 7, 3, 9. etiam *perfuga* et *profuga.* V. ad 22, 23, 4. Caussam v. ad 9, 10, 7. Insuper *cum paucis lictoribus* perperam Lov. 1.

§. 3. *P. Junius Brutus, qui propraetor in Etruria esset, provincia exercituque traditis*] *P. Brutus* Lovel. 3. Tum *qui pro praetore in Etruria esset provincia, exercitu tradito* Gaertn. *provincia exercituque tradito* Lov. 3. [Bamb.] Mox §. seq. *P. Junius pro praetore* Lov. 5. et 6.

§. 5. *Venisset, L. Aemilius Paullus, qui postea regem Persea magna gloria vicit*] *veniret* codd. nostri, Hearnii L. 1. omnesque edd. ante ultimam Gruteri, quae demum *venisset* substituit. Priscam igitur lectionem

Digitized by Google

sisset, tumultuario exercitu conlecto, signis conla-
6 tis cum Lusitanis pugnavit. Fusi fugatique sunt
hostes. caesa decem et octo millia armatorum;
tria millia trecenti capti, et castra expugnata. Hu-
jus victoriae fama tranquilliores in Hispania res fe-
7 cit. Eodem anno ante diem tertium Kalendas Ja-
nuarias Bononiam Latinam coloniam ex senatuscon-
sulto L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L.
8 Valerius Tappus triumviri deduxerunt. tria millia ho-
minum sunt deducta: equitibus septuagena jugera,

reduxi. [*venit et* Bamb.] Dein *Perseum* Lov. 3. *Perseam* Voss. et Lov. 1. *Persam* Harl. Lov. 2. 6. Mead. 1. et Gaertner. *Persen* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, omnesque proximae, usque ad Frob. qui anno 1535. *Persea* dedit ex cod. Mog. Neque aliter Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 42, 25, 2. Insuper *magna clade vicit* Lov. 2. [*et tumultuario* Bamb.]

§. 6. *Fusi fugatique sunt hostes. caesa decem et octo millia armatorum; tria millia trecenti capti*] Uterque Pall. *Fusi fugatique hostes.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Fusi fugati hostes* Harl. V. ad 38, 53, 2. Dein *XVIII millia armatorum* Voss. et Lovel. 4. *XVIII armatorum millia* Gaertn. *XV millia armatorum* Lov. 1. *XVIIII millia armatorum* Lov. 6. a m. pr. *decem octo millia armatorum* Lov. 2. et Harl. Vide ad 29, 27, 6. Tum *M. CCC capti* Voss. Lovel. 1. 3. et Hearnii L. 1. *M. CCC capta* Mead. 2. *tria millia capti* Lov. 5. et edd. principes. *tria millia trecenti capta* Lov. 4. *II CCC capti* Hearnii N. *trecenti capti*, duabus prioribus vocibus omissis, Gaertn. Mox *tranquillas res Hispanias recepit* Lov. 6. *tranquilliores in Hispania recepit* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. ambo. [*duo millia* Bamb.] *tranquilliores res in Hispania recepit* Lov. 5. et edd. primae. Ceterum alios scriptores secutus est Plutarch. qui Aemilium bis cum hoste acie in Hispania depugnasse eorumque triginta millia interfecisse refert in vita Aemil. Paulli pag. 257. *Μάχη μὲν οὖν δὶς ἐκ παρατάξεως ἐνίκησε τοὺς βαρβάρους, περὶ τρισμυρίους ἀνελών.*

§. 7. *Ante diem tertium Kalendas Januarias*] Duae posteriores voces desunt in Hearnii N. relicto spatio, ut aliquid desiderari adpareat. Mox *Tappo* Voss. Lov. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. nonnullae. *Tapo* Lov. 1. 2. 3. 4. *Trapo* Lov. 5. et edd. principes. Vide ad cap. 46, 11.

§. 8. *Septuagena jugera, ceteris colonis quinquagena sunt data*] *quinquaginta septuaginta jugera* Voss. *L. septuagena jugera* Lov. 1. et Gaertn. *L. septuaginta jugera* Hearnii L. 1.

Digitized by Google

ceteris colonis quinquagena sunt data. Ager captus de Gallis Bojis fuerat: Galli Tuscos expulerant. Eodem anno censuram multi et clari viri petierunt. quae res, tamquam in se parum magni certaminis caussam haberet, aliam contentionem multo majorem excitavit. Petebant T. Quinctius Flamininus, P. Cornelius Cn. F. Scipio, L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, M. Claudius Marcellus, M. Acilius Glabrio, qui Antiochum ad Thermopylas Aetolosque devicerat. in hunc maxime, quod multa congiaria habue-

9 10 11

septuaginta jugera Harlej. et Mead. ambo. *septingena jugera* Lovel. 6. *septingena*, omissa sequenti voce, Lov. 2. Dein *quinquaginta sunt data* Lov. 3. et Mead. 1. *L. sunt data* Hearnii L. 1. Mox *fuerat* deest in Lov. 6. Tum *expulerunt* legunt Lov. 1. et Gaertner. [§. 9. *contentionem aliam majorem* Bamb.]

§. 10. *M. Claudius Gelo*] Vetus lectio est *M. Claudius Marcellus*, non *Gelo*. GELEN. Hunc Claudium perpetuo post *M. Claudium Marcellum* vocat. *Gelonis* cognomen in Claudiorum familia, haud scio, an usquam legerim: ergo *M. Claudius Marcellus* legendum. Hujus filius anno sequenti fit praetor, consul autem anno ab urbe condita 1DLXXI. Quod ideo admonemus, nam in chronologia nostra olim hoc neglectum fuerat. GLAR. Vet. ed. *Gelo*. Pal. pr. *Gelius*. alter *Gellius*. GEBH. *Gellius* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *Gelius* Lov. 3. *Gelo* Lovel. 5. et edd. vett. *M. Gellius Claudius* Lov. 5. *et Gelius Claudius* Gaertn.

§. 11. *In hunc maxime, quod multa concilia habuerat*] In veteri cod. legitur *multa congiaria*. GELEN. Videtur scribendum *exhibuerat*, non *habuerat*. URSIN. Pal. pr. *in hunc, quod maxime multa consilia habuerat*. GEBH. Hoc Gruchius 1. de Comit. 3. in fin. refert ad congiaria populo ab Acilio in triumpho de Antiocho et Aetolis, de quo cap. 46. dixit Livius, data. Non suppetunt exempla hujus moris, nisi ex posterioribus temporibus apud Plin. 14. Hist. Nat. 14. et alios. Congiariorum inter populum divisionem hac aetate nondum valde frequentem fuisse credo; sed tamen exemplum est in Livio 25, 2. de Scipione, postea Africano, et Cethego, qui in aedilitate curuli congios olei in vicos singulos dederunt. Eoque etiam referri possunt visceationes et epulae, in funeribus et ludis funebribus datae. 8, 22. 39, 46. et 41, 28. Venebat aliquando in mentem, locum fortassis intelligendum esse de praemiis militaribus, quibus milites interdum per ambitionem ducum levissimis de causis donatos fuisse indicat Gellius 6, 5. Sed ea *congiaria* vocari non invenio, nec cum, qui illa dat, illa *habere* dici posse puto. Ursinus, pro *habuerat*, hic conjicit *exhi-*

Digitized by Google

rat, quibus magnam partem hominum obligaverat
12 favor populi se inclinabat. Id quum aegre paterentur tot nobiles, novum sibi hominem tantum praeferri; P. Sempronius Gracchus et C. Sempronius Rutilus, tribuni plebis, ei diem dixerunt, quod pecuniae regiae praedaeque aliquantum, captae in Antiochi castris, neque in triumpho tulisset, neque in

buerat; sed non dicit, quando, et ob quam causam ea ab Acilio exhibita putet. DUK. *consilia* Voss. Lov. 1. 3. 6. *concilia* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Insuper *in hunc, quod maxime multa* Voss. et Lovel. 6. *in hunc, quod multa maxime* Gaertner. Mox *obligaverat* cod. Mog. et Lov. 3. Vide ad c. 54, 28.

§. 12. *Novum sibi hominem tantum praeferri, P. Sempr.*] Vet. lib. *novum sibi hominem praeferri, tantum P. Sempronius*, hoc sensu: cum tot nobiles aegre ferrent honorem novi hominis, nemo tamen, nisi tribuni plebis duo, diem ei dixerunt. SIG. Sic [*praeferri, tantum P. Sempronius*] Sigonius hoc sensu, cum tot nobiles aegre ferrent honorem novi hominis, nemo tamen, nisi tribuni plebis duo, diem ei dixerunt. Ratus scilicet, *tantum* esse tantummodo, aut solummodo. At Livius *tantum* dixit pro eo, quod alibi dixit *in tantum*. Ut lib. 22, [27, 4.] *In tantum virtutem suam enituisse.* Hoc igitur vult, quum viderent nobiles, tanto majorem esse gratiam hominis novi, ut solus videretur certo futurus, cum ipsi satagerent, dubiamque fiduciam haberent; suborna-runt duos tribunos plebis, qui diem ei dicerent, nec vexare hominem desisterent, priusquam ille petitioni renunciaret. J. FR. GRON. Omnes etiam nostri stant pro prisca lectione. 25, 35, 4. *Ab sociis se desertum, hostium tantum auctas copias sentiebat.*

C. Sempronius Rutilius] *Rutilus* ex ratione cognominum. SIGON. Pari modo in nonnullis codd. [Bamb.] et omnibus edd. vetustioribus peccabatur infra 39, 9, 2. Eodem errore etiam Virginii, Nautii, et Marcii, cognominabantur *Rutilii*, qui dicendi erant *Rutili*. V. ad 3, 7, 6. 4, 35, 4. et 7, 17, 6. Tum voces *tribuni plebis* ignorant Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

Neque in triumpho tulisset, neque in aerarium detulisset] MS. *neque in aerarium retulisset.* quorum utrumvis rectum cum sit, hoc magis proprium est. MODIUS. Omnes nostri *detulisset*, at cod. Mog. *retulisset*. Utrumque recte dicitur. *Deferre* 28, 38, 14. *Ex ea pecunia, quam ipse in aerarium detulisset.* 39, 4, 8. *Per infrequentiam furtim senatusconsultum factum ad aerarium detulerit. Referre* 45, 4, 1. *Ad summam sestertii decies in aerarium retulit.* 38, 54, 3. *Quod ejus* [pecuniae] *in publicum relatum non est.* Eodem cap. §. 5. *Quaerere de pecunia non ralata in publicum.* c. 55, 7. *Plus accepisse, quam in aerarium retulerit.* Similiter *fer-*

Digitized by Google

ærarium retulisset. Varia testimonia legatorum tri- 13
bunorumque militum erant. M. Cato ante alios te-
stes conspiciebatur: cujus auctoritatem, perpetuo te-
nore vitae partam, toga candida elevabat. Is testis, 14
quae vasa aurea atque argentea, captis castris, in-
ter aliam praedam regiam vidisset, ea se in triumpho
negabat vidisse. Postremo in hujus maxime invidiam 15

re in aerarium 28, 9. 31, 49. et 32, 7. *inferre in aerarium* 39, 29. Quum itaque et *detulisset* et *retulisset* defendi possit, optimi potius Mog. Msti lectionem recepi. Solent autem haec verba saepe confundi. V. ad 21, 6, 5. Insuper *neque in triumphum tulisset* Lov. 3. *neque triumpho tulisset* Harl. [v. *neque — retulisset* desunt in Bamb.]

§. 13. *Ante alios testes conspiciebatur*] *testis conspiciebatur* Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] quod more antiquo pro *testes* scriptum esse, existimari debet. De verbo *conspicere* v. ad 4, 13, 3. Mox §. seq. *regiam praedam* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et editi ante Aldum.

§. 15. *Quandoquidem taciti indignarentur nobiles homines, ideoque novus*] Sincera lectio: *quando, quod taciti indignarentur nobiles homines, id aeque novus* etc. GELEN. Pal. prior *quando taciti quidem indignarentur nobiles homines. ideoque novus.* GEBH. *quanto citati quidem indignarentur n. h. ideoque novus* Lov. 1. *quando taciti quidem indignarentur n. h. ideoque novus* Voss. Lov. 3. et 6. *quandoquidem taciti indignarentur n. h. ideoque novus* Lov. 4. 5. Harl. Mead. 2. et Gaertner. *quandoquidem* etiam Mead. 1. et *id novus* Lov. 2. Sed verum Gelenius restituit. *quando* hic est, quoniam, quandoquidem; ex cujus forte glossa vulgatum natum est. Ita 7, 10, 3. *Quando adeo ferox praesultat hostium signis.* 9, 4, 8. *Quando nec fossa valloque clausi essent.* 10, 14, 8. *Quando in apertum semel discrimen evasura esset res.* 39, 51, 9. *Quando mortem senis exspectare longum censent.*

Inaestimabili perjurio incesseret] Ita quidem ultimum verbum emendarunt, pro *intercesserit*, ut alii codices habebant. Puto autem Glabrionem loqui de Catone. Verum sensus obscurus est propter verbum *inaestimabili perjurio.* GLAR. Scribe *inexpiabili*, aut *intestabili.* Tacitus lib. 15, [55.] *Accusat ultro intestabilem et consceleratum tanta vocis ac vultus severitate, ut labaret indicium.* Plinius lib. 30, 2. *magicam* dicit *intestabilem, irritam, inanem esse.* Nisi malis *inexcusabili.* J. FR. GRON. *inaestimabili*, vel *inextimabili*, omnes nostri. [*intestabili* Bamb.] *detestabili perjurio* se in N. reperisse, Hearnius testatur. Cl. Clericus, si vulgatum servandum, significari existimat, perjurium Catonis deterius esse omni distributione pecuniae, quae aestimari poterat; cum perjurium quo Cato caput suum obstringebat, ejusmodi pretium censurae esset, quod aestimari non

Digitized by Google

desistere se petitione Glabrio dixit; quando, quod taciti indignarentur nobiles homines, id aeque novus competitor inaestimabili perjurio incesseret.

1 LVIII. Centum millium multa inrogata erat. bis de ea re certatum est. tertio, quum de petitione destitisset reus, nec populus de multa suffragium ferre
2 voluit, et tribuni eo negotio destiterunt. Censores T. Quinctius Flamininus, M. Claudius Marcellus crea-
3 ti. Per eosdem dies L. Aemilio Regillo, qui classe prae-

poterat. Doujatius Livium respicere putat ad multam, qua dignum innueret Glabrio perjurium Catonis. Eodem fere modo Crevierius exponit, perjurio, cui satis digna multa dici non potest. Alterutra tamen Gronovii conjectura magis ipsi placeret. Sed *inaestimabile perjurium*, ut *inaestimabile gaudium* 29, 32, 1. *Id vero inaestimabile gaudium fore*. Deinde *intercesserit* Lov. 5. et edd. vett. Primus Aldus *incesseret*, auctoritatem cod. Mog. secutus, vulgavit. Neque aliter reliqui nostri, nisi quod aperto errore *incenserit* sit in Voss. *incesseret* est peteret. Cato, aeque, ac Glabrio, novus homo, incessebat censuram inaestimabili perjurio. Supra 26, 10, 7. *Vagosque in viis suos pro hostibus lapidibus telisque incessebant*. 36, 18, 3. *Ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserent*. 38, 29, 4. *Saxis globosis, funda mare apertum incessentes, exercebantur*.

§. 1. *Bis de ea re certatum est*] *de ea certatum* codd. nostri, et edd. priores, id est, de ea multa. *de ea re* Aldus edidit, praeeunte cod. Mog. Crevierius *ad re* fide cod. Victor. iterum expunxit. Verum ita mox, *Tribuni eo negotio destiterunt*. Mox *suffragia ferre voluit* Lov. 6. *suffragium voluit erre* Gaertn.

§. 2. *M. Claudius Marcellus*] Hunc Marcellum Marcelli quinquies consulis filium fuisse, tradit Plutarch. in censura Quintii [pag. 379.] SIG. Etiam id colligi videtur ex fastis Capit. ubi non modo hoc anno in censura, sed etiam septem annis antea in consulatu vocatur *M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS*. et Marcellus quinquies consul in priori consulatu anno IDXXXI. in iisdem Fastis, ut et in Fast. Triumph. itidem vocatur *M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS*.

§. 3. *Per eosdem dies L. Aemilio Regillo*] *Per eos dies* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Harl. [Bamb.] V. ad 10, 10, 6. Mox *rebus ab eo gestis*, pro *rebus gestis ejus*, Lov. 3. Tum *et quot inde naves* Gaertn. ubi copulativa *et* nata videtur ex ultimis literis vocis praecedentis. Vide ad 39, 18, 8.

§. 4. *Pecunia nequaquam tanta, pro specie regii triumphi*] Vocem *tanta*, quae non modo superflua est, sed et deformat

Digitized by Google

praefectum Antiochi regis devicerat, extra urbem in aede Apollinis quum senatus datus esset, auditis rebus gestis ejus, quantis cum classibus hostium dimicasset, quot inde naves demersisset aut cepisset, magno consensu Patrum triumphus navalis est decretus. Triumphavit Kalendis Februariis. in eo triumpho undequinquaginta coronae aureae translatae sunt: pecunia nequaquam tanta, pro specie regii triumphi; tetradrachma Attica triginta quatuor millia septingenta, cistophori centum triginta unum millia tre- 4

orationem, expungo. J. FR. GRONOV. Gronovio adsentitur Crevierius. Neque ego adversor, licet omnes scripti eam vocem tueantur. Paullo ante *in eo triumpho M. L. coronae* Lov. 3. *in eo triumpho M. Lutio coronae* Lov. 3. *in eo triumpho M. Lutio coronae* Hearnii L. 1. *in eo triumpho una de quinquaginta coronae* Mead. 1. *in eo triumpho una et quinquaginta coronae* Lov. 2.

Tetradrachma Attica triginta quatuor millia septingenta, cistophori centum triginta unum millia trecenti] Numeros, qui excurrant, *DCC* et *CCC* in primo reperio Curione: priores omnes ignorant. Videntur tamen e scriptis additi. Primum Voss. *XXXII. CC. Cistophori CXXXII. CCC.* Deinde id ostendunt vocabula *tetradrachma Attica* et *cistophori.* Sic enim omnes, quos habeo, ante Modianam, quae *cistophorum* fecit. Ista autem sic prolata non fert Latinus sermo sine numero excurrente. J. FR. GRON. Vocem *tetradrachma* nescit Lov. 3. Ejus loco *rectatina* est in Voss. *terracina* in Gaertn. *thetracina* in Harl. *tetracina* in Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. utroque, et edd. antt. [*tetracma* Bamb.] pro quo Budaeus 2. de Asse p. 256. emendavit *tetradrachma*, quod Ascens. recepit. Eam lectionem nemo postea in dubium vocavit praeter Hearnium, qui, ad J. Graevii librum Anglice scriptum de Rom. denario provocans, ex nummo, qui cum hac inscriptione *ΑΘΕ ΤΙΝΑΡΝΙΚΑ ΑΡΧΕ* in Ponto Euxino inventus est, constare opinatur, *Tinarnica* legendum esse; eum autem nummum quartam partem tetradrachmi constituere, et hinc melius cohaerere partim cum verbis praecedentibus, *pecunia translata nequaquam tanta pro specie regii triumphi*, partim cum sequentibus cistophoris, qui dimidio circiter Tinarnicis Atticis minores erant; quum e contra tetradrachma illis octuplo fuerint majora. Multa adferri possent, quae conjecturam hanc rejiciendam probarent, si ratio adnotationum permitteret. Nunc dixisse sufficiat, ex triumphis circa haec tempora de regibus Macedoniae, Syriae, aliisque actis patere, recte Livium dicere, *pecuniam nequaquam pro specie*

Digitized by Google

5 centi. Supplicationes deinde fuerunt ex senatusconsulto, quod L. Aemilius in Hispania prospere rem-
6 publicam gessisset. Haud ita multo post L. Scipio ad urbem venit. qui, ne cognomini fratris cederet, Asiaticum se adpellari voluit. Et in senatu, et in con-

regii triumphi fuisse, etsi *tetradrachma* legamus; deinde aeque *tetradrachma* cum *cistophoris* hic cohaerere, ac supra cap. 46. et infra cap. 59. et 39, 7. In tetradrachmûm et cistophorûm numero mire variant codices. Priorem *XXXIII. CC* efferunt Voss. et Mead. 2. quod positum pro *XXXIV. CC*, sive, *triginta quatuor millia, ducenta*, per errorem scribarum *IV* in *III* corrupto; de quo vide ad cap. 30, 1. *CXXXIII CC* Mead. 1. *XXXII. CC* Hearnii L. 1. *XXXIIII. CC.* Lov. 3. 4. et Hearnii N. *CCC. III. CC.* Lov. 1. *ducenta* Lov. 2. *CCXXXIII. millia* Lov. 5. cum editionibus antt. nisi quod quaedam earum *CCCXXXIII. millia* praeferant. Posteriorem numerum *CXXXII. CCC* efferunt Voss. Lov. 6. Mead. ambo, Gaertner. et Hearnii N. *XXXII CCC* Lov. 3. 4. et Hearnii L. 1. *trecenti* Lovel. 2. *C. XXXII.* Lov. 1. *CCC XXXII millia* Lov. 5. et edd. princ. [*C.C.* pro *septingenta* Bamb. pro *unum* idem *II.*] Utrumque numerum, ut nunc editur, emendavit, addito numero excurrente, non Curio, sed Frobenius anno 1535. Numerum autem excurrentem requiri, inde optime Gronovius probavit, quod casu recto dicatur *tetradrachma*, non *tetradrachmûm*; de quo vide ad 39, 7, 1. Plerosque etiam codd. numerum hunc supra millia excurrentem, licet justo minorem (omiserunt enim notam sibi incognitam *IↃ*, de quo dictum ad cap. 40, 11.) agnoscere, eorum laudata excerpta probant. Et hinc quoque recte idem Gronov. *cistophori* legendum docuit, non *cistophorûm*, quomodo non primus Modius, sed ante eum Vascos. ediderat. Licet vero interim Basil. anno 1554. 1555. ac Sigonius *cistophori* revocarint, nulli tamen editorum ante Gronov. eos audire dignati sunt.

§. 5. *L. Aemilius Paullus in Hispania prospere rempublicam gessisset*] Vet. lib. *quod L. Aemilius Paullus in Hispania prospere rem gessisset.* SIGONIUS. Pall. *quod L. Aemilius in Graecia in et Hispania prospere rem gessisset.* Vet. ed. *quod L. Emilius in Hispania prospere remp. g.* GEBH. *prospere rem gessisset* est a Sigonio, qualia et superius peccavit. Antea editi, *ut* et scripti: *prospere rempublicam gessisset.* J. FR. GRON. *L. Aemilius in Graecia, Hispania prospere rempublicam g.* Voss. Lov. 1. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Ab illis non aliter differunt Lov. 3. et 6. nisi quod hic *in Graecia et Hispania*, ille *in Graecia et in Hispania* praeferant. *L. Aemilius in Graecia, in Hispania prospere rem Paullus gessisset* Lov. 2. et Mead. 1. neque aliter Harl. nisi quod *in Graecia, in Hispania* legat. In similes forte codd. incidit Sigonius, ex quibus *L. Aemilius Paullus in Hispania prospere rem gessisset* probavit, et edi-

Digitized by Google

cione. de rebus ab se gestis disseruit. Erant, qui 7
fama id majus bellum, quam difficultate rei, fuisse interpretarentur; uno memorabili proelio debellatum, gloriamque ejus victoriae praefloratam ad Thermopylas esse. Ceterum vere aestimanti Aetolicum 8

dit. Sed recte Gronov. *rempublicam gessisset* revocavit; de qua locutione vide ad 2, 64, 5. Repudiata vero Sigonii lectione, repudianda etiam erat vox *Paullus*, quam nullae ante Sigonium edd. habent, nulli etiam codd. [nec Bamb. in *Graecia* idem.] qui *rempublicam* praeferunt. Forte addita est, ne confundatur cum L. Aemilio Regillo ante hoc cap. memorato; et addidit etiam ipse Livius cap. praec. Verum invitis codd. haud magis necessaria est, quam supra c. 46. Quum enim subjungatur *in Hispania*, non alius, quam *Paullus*, qui Hispaniam ulteriorem 36, 2. sortitus est, intelligi potest.

§. 6. *Ne cognomine fratri cederet, Asiaticum se adpellari voluit*] Barb. Petav. Naud. *cognomini fratris*. Et Livii puto. Est enim simile illis, quae notavimus ad *succedenti tantae caritati Hieronis* lib. 24, 5. Nec secus Andreas, et omnes usque ad ultimos Mogontiacenses. Aldus primus mutavit. J. FR. GRON. *cognomen fratri* Lov. 1. *cognomine fratris* Harl. *cognomini fratris* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. Si Aldus, *cognomine fratri* substituens, codices secutus est, quomodo ex meis, nisi fallant excerpta, legunt Voss. Lov. 6. et Gaertn. inter eos tamen non videtur fuisse optimus Mog. ex quo nihil notatur. Tum *Asiaticum* servant omnes nostri, et Hearnii Oxonn. Vide ad 39, 44, 1. Mox *Et in concione, et in senatu* Lov. 3. 6. et Gaertn. *Et concione, et in senatus* Lov. 1

§. 7. *Gloriamque ejus victoriae defloratam ad Thermopylas esse*] MS. *gloriamque ejus victoriae praefloratam ad Thermopylas esse*. quod malim. *praefloratam* autem dixit, quasi *praelibatam*: ususque hac voce et Noctium auctor, sive ille Agillius, sive A. Gellius est. MOD. Recipiamus ex Mog. *praefloratam*. Plinius Paneg. [58.] *Summumque illud purpurae decus non nisi praecerptum praefloratumque transmittere*. Gellius l. 14, 1. *Et exspectatio te spe suspensum fatigabit, et futurum gaudii fructum spes tibi jam praefloraverit*. Appulejus in Apol. [p. 332. ed. Elm.] *Vidua qualis nuptiis venit, talis divortio digreditur, ab alio praeflorata*. ita hoc potius verbum formandum extra controversiam est, quam *deflorare*, quo sequior aetas usa: multo minus *reflorare*, quod venditant dubiae semper, ubi scriptorum deest auctoritas, Glossae. J. FR. GRON. Ultimis verbis Gronov. refellit Pricaeum, qui in notis ad Appul. Apol. apud Gell. loc. laud. legendum existimabat *refloraverit*, eamque emendationem Glossarum auctoritate adstruere conatus est. Quid vero sentiendum de Scip. Gentile? qui ad Appul. Apol. pag. 443. testatur, se nescire, utrum *praeflorare* satis probum et antiquum verbum sit, idque potius inter sordida illius aevi nu-

Digitized by Google

magis ad Thermopylas bellum, quam regium fuit. Quota enim parte virium suarum ibi dimicavit Antiochus? in Asia totius Asiae steterunt vires, ab ultimi Orientis partibus omnium gentium contractis auxiliis.

merandum videri; quum tamen in sequentibus agnoscat, nonmodo Gell. sed forte etiam Livium eo usos esse. Paullo ante vox *rei* deest in Harl.

§. 8. *In Asia totius Asiae steterunt vires*] *exstiterunt*, vel *exsteterunt* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn. Male. *Stare* est in acie consistere. Justin. 2, 14. *Quum classe ex adverso starent.* Hinc *stare in acie*, de quo vide ad 22, 60, 25. Eodem refer locutiones *stare cum aliquo, pro aliquo, in aliquem*, et *adversus aliquem*; quae apud Livium et alios passim obcurrunt. Paullo ante *verum existimanti* Lov. 2. *verum extimanti* Lov. 3. a m. 1. *vero* inter versus. *vero existimanti* Gaertn. *extimanti* Lov. 1. et 4. De locutione *vere aestimare* v. ad 34, 27, 1. de commutatis verbis *aestimare, extimare*, et *existimare* ad 34, 2, 5. [*vere* omissum in Bamb. paulo post *partae.*]

Ab ultimi Orientis partibus omnium gentium contractis auxiliis] Sincera lectio *ab ultimis orientis.* Haec vox *partibus* non additur in veteri scriptura. GELEN. *ab ultimis orientis omnium* debetur Gelenio. Sed omnino revocandum, quod obtinebat prius: *ab ultimis orientis partibus omnium gentium contractis auxiliis.* Cicero 12, Fam. 5. *Ut ab istis orientis partibus virtutis tuae lumen eluceat.* Primo in Verrem [59.] *Quaerimus etiam, quid iste in ultima Phrygia, quid in extremis Pamphyliae partibus fecerit.* In Pison. [13.] *Qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat.* J. FR. GRON. Similiter idem Cic. Somn. Scip. 6. *Quis in reliquis orientis, aut obeuntis solis ultimis, aut aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet?* Ex his ita Ciceronem locutum esse evincitur; nondum tamen constat, eamdem loquendi formulam etiam Livio placuisse: nisi forte ei conferre velles, quod obcurrit 21, 43, 13. *Ab oceano terminisque ultimis terrarum.* et 35, 48, 8. *Ab ultimis orientis terminis.* Certe lectio, quam Gronov. recepit, *ab ultimis orientis partibus*, in nullo vel cod. vel ed. vetustiore mihi obvia fuit. Testatur quidem Cl. Hearnius, se ita in L. 1. et N. reperisse: verum in codd. scriptorum lectionibus enotandis nonnihil remissior fuisse videtur, quam in his oporteat. Ante Gelenium edebatur *ab ultimi orientis partibus*, quod et ipsum in uno tantum Lov. 5. vidi. Reliqui licet varie dissentiant, id tamen inter eos convenit, vocem *partibus* rejiciendam esse. Nam *ab ultimo orientis* habet Harl. quod pro *ultimo oriente* eodem modo dictum foret, quo *multum diei* inlustratur supra 27, 2, 9. Similiter *ultimum dimicationis* Livius dixit 2, 56, 5. et 8, 29, 10. *nimium juris* [*imperii*] 3, 26, 12. *ultimum inopiae* 23, 19, 2. et 31, 38, 1. Verum ani

Digitized by Google

LIX. Merito ergo et Diis inmortalibus, quantus 1
maximus poterat, habitus est honos, quod ingentem victoriam facilem etiam fecissent, et imperatori triumphus est decretus. Triumphavit mense interca- 2
lario pridie Kalendas Martias. qui triumphus spe-

huic codici credere nimis temerarium videtur. *ab ultimi orientis omnium* legunt Voss. Lov. 1. 4. et ambo Mead. *ab ultimis orientis omnium* Lovel. 2. 3. et reliqui; quod et se in suo cod. et quidem forte Mog. invenisse Gelenius monuit. Est autem genus loquendi, quo Livius admodum delectatus fuit. Non memoro nunc *tarda nominum*, vel *ultimae terrarum*, de quibus vidimus ad 7, 21, 8. et 28, 39, 14. Excipi enim posset, adjectivis pluralibus neutris vel femininis jungi substantiva itidem pluralia neutra vel feminina casu secundo, quum in hoc exemplo adjectivum plurale regat casum genitivum substantivi singularis. Similiora igitur sunt 27, 20, 5. *In ultima Hispaniae amoti*. 40, 47, 1. *In ultima Celtiberiae penetraret*. Ejusdem generis sunt 35, 51, 1. *Minus quatuor millium inde in proxima Euboeae est mari trajectus* ubi alia vide. 33, 19, 1. *Superiora Macedoniae evastare*. 9, 37, 1. *Conciveratque Umbriae finitima*. 31, 27, 2. *Extrema Macedoniae populatus*. 36, 11, 10. *Tuenda mediterranea Acarnaniae esse*. 38, 10, 1. *Profectus in mediterranea Aetoliae*. Neque hinc diversa sunt *subita belli*, de quo v. ad 6, 32, 6. *extrema agminis*, de quo v. ad 21, 34, 7. *media urbis*, de quo v. ad 26, 40, 9. Pariter *extrema agri* 4, 1, 4. *obliqua campi* 9, 35, 7. *obliqua tumuli* 27, 18, 10. *eminentia rupis* 28, 20, 3. *infima clivi* 28, 33, 6. *infrequentissima urbis* 31, 23, 4. *proxima continentis* 31, 46, 12. *quassata muri* 33, 17, 10. et plura alia. Quamvis vero satis placeat Gelenii lectio, non ausus tamen τὸ *partibus* ex contextu expellere, id quod ante eum exstitit revocavi.

§. 1. *Quantum maximus poterat, habitus est honos*] Praefero *quantus*, quod in aliis esse scribit Hearnius. Vide ad 10, 10. DUK. *quantum* primum vidi in Gronovii ed. anni 1665. operarum, ut videtur, errore, sed quem in syllabo erratorum omissum etiam Clericus emendare neglexit. Certe omnes nostri, et Hearnii L. 1. [Bamb.] *quantus maximus* praeferunt: qua locutione Livius plurimum delectatus est. Vide ad 42, 15, 1.

Facilem etiam fecissent, et imperatori] *etiam facilem fecissent* Gaertn. *facilem esse fecissent* Harl. *facilem fecissent* Lov. 6. Tum vocula *et* deest ab omnibus scriptis nostris, et edd. vett. quam elisit ultima syllaba proximae vocis *fecissēt*. Alia exempla hujus erroris v. ad 3, 37, 2. c. 68, 4. 4, 8, 5. 6, 9, 4. 10, 36, 4. 24, 5. 3. 35, 27, 2. c. 41, 7. 36, 35, 12. 37, 4, 2. 39, 25, 5. 40, 9, 4. Epit. Liv. 120. et aliis locis. Primus Frob. recte anno 1531. addidit: propter praecedens enim *Merito ergo et Diis* est orationi necessaria.

§. 2. *Mense intercalario pridie Kalendas Martias*] Consules bel-

Digitized by Google

ctaculo oculorum major, quam Africani fratris ejus fuit; recordatione rerum et aestimatione periculi certaminisque non magis comparandus, quam si imperatorem imperatori, aut Antiochum ducem Han-
3 nibali conferres. Tulit in triumpho signa militaria ducenta triginta quatuor; oppidorum simulacra

li Macedonici anni primi atque secundi Idibus Martiis dicuntur iniisse magistratum: quod verisimile est, et hic observatum. Recte ergo postea [in fin. cap.] de L. Scipione dictum est: *Triumphavit anno fere post, quam consulatu abiit.* Convenit autem et haec supputatio in annis cum Plinio, qui libro 33. c. 11. hunc triumphasse ait anno ab urbe condita quingentesimo sexagesimo quinto. Eo enim anno fuere consules M. Fulvius Nobilior, Cn. Manlius Volso, quanquam jam abituri magistratu. GLAR. Ad voces *mense intercalario* Doujatius notavit: „nempe Februa„rio. siquidem hic jam usus a„pud Romanos unum diem in„tercalandi, non mensem inte„grum, ut primis temporibus." Ne quid gravius dicam, praestitisset, ut regiorum professorum primicerius a Livio manus abstinuisset. Ceterum, si Livium rationem scribendi suo aevo usitatam secutum statuere volumus, per literam Graecam scripsit *mense interkalario.* Ita enim ter scriptum reperimus in Fastis Capit. Triumph. ad annos CDXCIII. DXVI. et DXXCVII. Insuper *Kalendas Marcii*, vel *Martii*, Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Sed v. ad 4, 37, 3. Mox *Africani fratris fuit* Gaertn. *Africani fratris sui fuit* Lov. 6. Tum *existimatione periculi* Lov. 2. Harl. et Gaertn. *extimatione periculi* Lov. 1. 3. et 6. Vide ad 34, 2, 5. Denique *comparandus illi* Voss. et Gaertner. [*Africanus* Bamb.]

§. 3. *Signa militaria ducenta triginta quatuor*] *signa militaria CCXXIV* cusus Moguntinus. MOD. *ducenta triginta quatuor* ex cod. Mog. vulgavit Aldus, quod et in Mead. 2. fuisse videtur, quia nihil ex eo notatur. *CCXXIV* reliqui mei, et Hearnii N. qui se *CCXXXI* in L. 1. invenisse testatur. Mox quinque sequentia vocabula *oppidorum simulacra centum triginta quatuor* deerant in Voss. oscitantia librarii. Vide ad 9, 11, 11. *centum viginti tria* legit Harl. *centum XXIIII* Hearnii L. 1. *centum triginta tria* Lov. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn.

Eburneos dentes mille ducentos viginti] *mille ducentos triginta unum* Voss. Lov. sex, Harlej. Mead. ambo, Hearnii L. 1. [CCXXXI Bamb.] et edd. antt. neque aliter exhibet Hearnii alter, nisi quod nesciat vocem *mille*, lacuna tamen post τὸ *dentes* relicta. Primi Paris. anno 1573. edidorunt *mille CCXXI.* Gruterus tandem in postrema *mille ducentos viginti.* Priscam igitur lectionem revocavi. Omnia haec verba cum quinque sequentibus deerant in Gaertn.

Aureas coronas ducentas viginti quatuor] Hic etiam ex omnibus nostris, Hearnii L. 1. N.

Digitized by Google

centum triginta quatuor; eburneos dentes mille ducentos triginta unum; aureas coronas ducentas triginta quatuor; argenti pondo centum triginta se- 4
ptem millia et quadringenta viginti; tetradrachmùm Atticorum ducenta viginti quatuor millia; cistophorùm trecenta triginta unum millia et septua-

et edd. antt. edidi *triginta quatuor*. Numerum denario minuit ultima iterum Gruteri ἔκδοσις, quod non modo a posterioribus editoribus inultum tulit, sed illos etiam in eumdem errorem pertraxit.

§. 4. *Argenti pondo centum trigenta septem millia et quadringenta viginti*] Scriptus Moguntinus habet *argenti pondo centum quadraginta septem millia*. MOD. Pro septem ultimis vocibus nihil aliud, quam *CCCXXX*, exhibet Lov. 2. *centum tricenta XX* Harl. *centum triginta septem* Hearnii L. 1. *CXXXVII et CCCCXX* ejusdem N. cum Lov. 1. et 3. Lacuna tamen in N. ante τὸ *et* relicta erat. *centum triginta septem*, *CCCCXX* Gaertn. *centum triginta septem millia CCCCIX* Voss. *centum triginta septem millia CCCCXX* Lov. 4. 5. et Mead. 2.

Tetradrachmûm Atticorum ducenta viginti quatuor millia] *Cetratinum Atticorum* Voss. *Terrenium Atticorum* Gaertn. *Tetragnium Atticorum* Lov. 3. *Teracinum Atticorum* Lov. 1. 2. 4. *Tetracinum Atticorum* Lov. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. vet. pro quo Budaeus 2. de Asse pag. 256. emendavit *tetradrachmûm*. et ita Ascens. anno 1513. edidit. Deinde *CCXIIII millia* Lovel. 5. Mead. 1. et edd. antt. *CCXIIII*, τῷ *millia* omisso, Lov. 4. Mead. 2. Harl. et Hearnii N. [Bamb.] *CCXXIV* Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hearnii L. 1. Quod nunc exstat, apud primum Aldum inveni. neque aliter erat in Voss. et Lov. 6.

Cistophori trecenta triginta unum millia et septuaginta] Budaeus lib. 2. de Asse [p. 256.] *cistophorûm* legendum putat hoc loco, etiamsi in praecedenti Aemilii triumpho *cistophori* in nominandi casu legendum. Ex Festo autem idem colligit, quod paulo ante etiam admonuimus, denarium Romanum ad cistophorum habere rationem sesquiquartam, ut 5 ad 4; quarta enim parte superabat. Ut igitur denos denarios in coronatum supputamus, ita duodenos cum dimidio cistophoros. Budaeus autem toto illo de Asse opere, quantum memini, de Philippeis nullum habet verbum: quod equidem miror. Est apud me Alexandri illius magni, Philippi filii, aureus nummus, sed circuncisus, cum genio alato, et ab ea parte hac inscriptione ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. quanvis in utroque nomine ultima terminatio vix legi queat. Ab altera parte ipsius Alexandri facies cum galea sursum inclinata, et cristis in tergum pendentibus, nullis insignita literis. Eum nummum olim dd. nobis D. Erasmus Roterod. parens ac praeceptor noster cum Divi Trajani altero aureo nu-

Digitized by Google

ginta; nummos aureos Philippeos centum qua
5 ginta millia; vasorum argenteorum (omnia cae
erant) mille pondo et quadringenta viginti qua
aureorum mille pondo viginti quatuor. et duce
gii, praefecti, et purpurati duo et triginta ante
6 rum ducti. Militibus quini viceni denarii dati,

mismate. Memini eximium virum D. D. Bonifacium Amerbacchium, praeter juris utriusque prudentiam, absolutum omnis eruditionis exemplar, mihi dicere, vidisse se Philippeum apud inclytum virum D. Jacobum Sadoletum, episcopum Carpentoracti, ingens seculi hujus ornamentum, quem ipse Sadoletus tribus ducatis, ut nunc vocant, aestimarit: quod videtur verisimile: nam ejus ponderis propemodum est numisma meum. Videbatur enim (siquidem concisum non esset) tres aequare posse ducatos. Id etiam vero non absimile, filium neutiquam cedere patri magnificentia voluisse: alio sane, atque nunc sunt quidam principes, ingenio. Nomen tamen his aureis a patre primum datum mansit, ut hac quoque aetate servari videmus. GLAR. *cistophori* omnes scripti nostri, [Bamb.] et edd. principes. Vascosanus demum *cistophorûm*, ut Budaeus conjecerat, recepit. At Gronov. ad Liv. 39, 7, 1. *cistophoros* legendum docuit; ratio ibi latius videri potest. Alterutrum, vel *cistophorûm*, vel *cistophoros*, verum est; *cistophori* ferri nequit, quia praecedit *Tulit in triumpho*, unde sequentia omnia pendent. Deinde in numero mire iterum variant codices. *CCC. XX. LXX* legit Lov. 1. *CCCXXI. LXX* Lov. 3. et 4. *CCCXXI LXXI* Gaertner. *CCCXXI millia LXX* Voss. et Lov. 6. *CCCXXI millia* e Mead. 1. *CCCXI millia* e Mead. 2. *CCCXXI et LX* nii N. *CCCXXI*, reliqui sis, Hearnii L. 1. Voces *ta triginta unum millia* sunt in Harl. et Lov. 2. F demus, plerosque codd consentire, ut *trecenta unum*, pro *trecenta tri num*, legant.

Nummos aureos Ph *centum quadraginta nummorum aureorum peorum* legendum mon Gronov. ad Livii 39, 7, vide, quae Clariss. Peri tavit ad Sanctii Min. 4 ubi et vulgatum defen docet. Cl. Crevierius ad *tum* supplendum censet tasse haec notis numero vio scripta librarios p minibus expressisse: q riori quid velit, non *To millia* deest in Harl. cer. [Bamb.]

§. 5. *Vasorum arg (omnia caelata erant* do *et quadringenta* vi tuor, *aureorum mille ginti quatuor*] Plini cap. 11. ita habet: Si *Scipio transtulit in argenti caelati pon quadringenta L. et va reorum pondo C. mi* ille. Sed lector judic ex altero emendandu

plex centurioni, triplex equiti. et ſtipendium militare et frumentum duplex poſt triumphum datum. proelio in Asia facto, duplex dederat. Triumphavit anno fere poſt, quam consulatu abiit.

LX. Eodem fere tempore et Cn. Manlius consul 1
in Asiam, et Q. Fabius Labeo praetor ad classem

cum. Ingens enim discrimen eſt *C. millia* et *mille pondo*. Sed ex numerorum characteribus haec omnia acciderunt, quod optimo jure in Plinii codice queritur Budaeus. Non minus autem in aliis evenit authoribus, ut id nunc multis oſtendimus locis. At in hunc librum satis ineptivimus, nunc ad alia properamus. GLAREAN. Et hic iterum inter codd. de numero non convenit. *mille pondo CCXXIII* exhibet Voſſ. *mille pondo XX et CCCC* Harl. et Mead. 1. *mille pondo et CCCC* Mead. 2. *mille pondo et CCCCXX* Lov. 4. *mille pondo CCCCXX* Gaertn. *mille pondo et CCCCXXIII* Lov. 1. [et Bamb.] *mille pondo et quatuor centum XXIII* Lovel. 3. Voces *mille pondo et quadringenta viginti quatuor*, *aureorum mille* deſunt in Hearnii L. 1. et N. in poſteriori tamen relicta erat lacuna. Deinde *aureorum pondo viginti quatuor* legit Lov. 2. *aureorum mille pondo XXIII* Lovel. 3. et 6. [et Bamb.] *XXIII* etiam Hearnii L. 1. Quod ad discrimen circa numerum utrumque inter Livium et Plinium, videndum monuit etiam Pighius in Ann. Rom. ad A. V. ıɔLXIV. pag. 293. in utro loco lateret error, qui librariis in numerorum notis facile obrepit. Eum tamen potius Plinii codicibus insidere existimo, quia numerus ab eo editus omnem fidem excedere videtur. Harduinus edidit, *argenti caelati pondo MCCCCL. et vasorum aureorum pondo MD.* quae summa magis convenit illi, quam Livius proponit. Nondum tamen locum vitio carere arbitror; vix enim verum videtur, plus ponderis in vasis aureis, quam caelatis argenteis translatum eſſe. Mox *duo et CXX ante currum ducti* Hearnii L. 1.

§. 6. *Militibus quini viceni denarii dati, duplex centurioni, triplex equiti*] Haec eſt prima mentio *denariorum*, militibus ab imperatoribus triumphantibus divisorum; quod deinde fere semper sic factum eſt. Ante hoc tempus iis certus numerus *aeris* vel *assium* datus dicitur. Ita Perizon. de Aere gravi §. 19. DUKERUS. Voces *centurioni*, *triplex* deſunt in Voſſ. sola *triplex* in Lov. 3. V. ad 34, 46, 3. Mox poſt voces *proelio in Asia facto* excidiſſe aliquam particulam, ut *quoque*, vel *itidem*, vel *jam*, conjicit Clariſſ. Crevierius, quae jungatur τῷ *duplex*. At in codd. noſtris nullum ejus vestigium. Contra voces *duplex dederat* deſunt in Lovel. 3. De hoc loco v. Cel. Burm. ad 39, 7, 2.

Quam consulatu abiit] *consulatum abiit* Lovel. 1. [*abit* Bamb.] *consulatum habuit* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. *consulatu habuit* Lov. 4. et Mead. 1. Alibi etiam haec verba in Mſs. confunduntur. Vide ad 6, 2, 6. 7,

Digitized by Google

2 venit. Ceterum consuli non deerat cum Gallis belli materia. mare pacatum erat, devicto Antiocho. Cogitanti Q. Fabio, cui rei potissimum insisteret, ne otiosam provinciam habuisse videri posset, opti-
3 mum visum est, in Cretam insulam trajicere. Cydoniatae bellum adversus Gortynios Gnossiosque gerebant, et captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse per to-
4 tam insulam dicebatur. Classe ab Epheso profectus, quum primum Cretae litus adtigit, nuncios

3, 9. cap. 22, 3. 8, 9, 2. et alibi.

§. 1. *Et Cn. Manlius consul in Asiam*] *Τὸ et* deest in Lov. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiquis; quod primus addidit Frob. anno 1535. Sed v. ad 2, 44, 3. Similiter *consul* exsulat a Lovel. 1. et 3. Male. Mox enim additur Q. Fabio *praetor*. Deinde *in Asia* legunt Lov, 3. Harl. et Mead. 1.

§. 2. *Cogitantique Fabio*] Sensus postulat, ut legas, *Cogitanti itaque Fabio*. Cujus erroris causa perspicua satis est. Sic saepe alias. SIGON. Pal. prior, *maxime pacatum erat, devicto Antiocho. Cogitanti Fabio* etc. Reliqui duo, Pal. alter, et vet. ed. *Cogitantique Fabio*. GEBH. *Cogitanti Fabio* Lov. 3. *Cogitantique Fabio*, ut ante Sigonium edebatur, reliqui nostri [et Bamberg.] *Cogitanti Q. Fabio*, quod Crevierio in mentem venit, cod. Mog. cujus fide recepi. Alibi saepe praenominis nota Q. errore scribarum abiit in *que*. Vide ad 22, 31, 7. De *τῷ itaque*, quod Sigonius restitutum voluit, vide ad 27, 22, 7. *maxime*, pro *mare*, etiam male Lov. 3. Mox *τὸ est* deest in Lov. 1.

§. 3. *Cydoniatae bellum* etc.] In insula Creta res hac et proxima tempestate admodum erant turbatae propter bellum intestinum, quod variae ejus urbes inter se gerebant; quarum quaedam Aetolorum, aliae Philippi regis Macedoniae et Achaeorum, qui Aetolis bellum intulerant, auxilium inplorarunt. Inprimis autem Gortynii et Cnossii, inita societate, ceteras urbes sibi subjicere conati erant. Vide Polyb. 4, 53. et seqq. Postea quidem Philippus, ab omnibus Cretensibus *προστάτης* electus, eorum res composuit, teste Polyb. in Exc. Peiresc. pag. 14. deinde tamen novas turbas exortas esse, et bellum recruduisse, ex hoc loco constare potest.

Adversus Gortynios Gnossiosque] *Cryosiosque* Voss. et Lov. 1. quod ansam dare posset conjiciendi, Livium *Cnosiosque* scripsisse. Certe *Gnosiosque* praeferunt Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et edd. ante Gronovianam anni 1665. V. etiam ad Epit. Liv. 99. Graeci scribere solent *Κνωσσός*, vel *Κνωσός*, quae posterior orthographia nummorum auctoritate firmatur. Si tamen fides habenda Hardui-

Digitized by Google

circa civitates misit, ut armis absisterent, captivosque in suis quaeque urbibus agrisque conquisitos reducerent, et legatos mitterent ad se, cum quibus de rebus ad Cretenses pariter Romanosque pertinentibus ageret. Nihil magnopere ea Cretenses 5 moverunt, captivos, praeter Cortynios, nulli reddiderunt. Valerius Antias ad quatuor millia capti- 6 vorum, quia belli minas timuerunt, ex tota insula reddita scripsit: eamque caussam Fabio, quum rem nullam aliam gessisset, navalis triumphi impetrandi

no in Numm. Popul. et Urb. exstant et alii cum inscriptione ΓΝΩΣΙΩΝ, et inprimis unus Augusti cum inscriptione ΓΝΩΣΣΙΩΝ, ut adpareat, Livium etiam Augusti tempore *Gnossiosque* scribere potuisse: quod et suo tempore in usu fuisse, docet Maurus Terent. pag. m. 870.

N Tertia uda sic videtur posse
G mutam sequi,
Graja verba quando in usum
sermo noster suscipit,
Gnosios si dicere arcus, insulam aut Gnidum velis.

Quater ea vox apud Virg. obcurrit, sed in adcuratissima ed. quae ex mente N. Heinsii anno 1704. Trajecti prodiit, non eadem ubique scribendi ratio observatur. *Cnossia* est 3. Georg. 222. *Cnossius* 9. Aen. 305. at *Gnosia* 3. Aen. 115. *Gnossius* 6, 566. Verum in Ovid. idem Heins. semper *Gnosus* unico sibilo scripsit.

§. 4. *Ut armis absisterent, captivosque in suis quaeque urbibus agrisque conquisitos reducerent*] Pal.pr. *abstinerent*. Idem *in suis quaeque urbibus agrisque exquisitos*. GEBH. *absisterent* constanter omnes nostri. V. ad 21, 6, 8. Mox *captivosque suis quaeque* Harl. Deinde *exquisitos* Lovel. 3. et 6. *compositos* Gaertn.

§. 5. *Captivos, praeter Gortynios, nulli reddiderunt*] *Cortynios* [Bamb.] vel *Cortynos* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. qui id nomen similiter supra scriptum exhibent. Verum urbs illa semper, tum apud scriptores Graecos, tum in nummis per Γ scribi solet Γορτὺς vel Γορτύνη. Paullo ante *magno opere* Lov. 1. 2. et Harl. V. ad 28, 18, 4.

§. 6. *Navalis triumphi impetrandi ab senatu fuisse*] V. supra ad cap. 47. et 38, 47. DUK. *triumphi navalis* Lov. 2. 4. Harlej. et Mead. ambo. Tum *fecisse* Gaertn. Vide ad 40, 50, 5.

§. 7. *A Creta Ephesum Fabius rediit*] Ita Moguntini ex cod. suo restituerunt. Antea edebatur *Ac Ephesum Fabius rediit*, consentiente uno Lov. 5. *Ac Ephesum* etiam Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. Sed vide ad 10, 36, 17. *Hac Ephesum* Lov. 2. et Mead. 1. *At*

Digitized by Google

7 ab senatu fuisse. A Creta Ephesum Fabius rediit: inde tribus navibus in Thraciae oram missis, ab Aeno et Maronea praesidia Antiochi deduci jussit, ut in libertate eae civitates essent.

Ephesum Lov. 6. et Gaertn. *Ad Ephesum* Lovel. 3. *Hinc Ephesum* Harl. Tum *Bebius*, pro *Fabius*, Voss. et Lov. 1. Postea *redit* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Mead. uterque. Vide ad 36, 35, 2. *dedit* Lov. 4.

Tribus navibus in Thraciae oram missis] Pal. pr. *praemissis*. GEBHARD. Similiter Lov. 3. et 6. Insuper *Craeciae oram* Lov. 1. *Threciae oram* Mead. 1. Vide supra h. lib. cap. 33, 3.

Ab Aeno et Maronia] *ab Eris* Harl. *ab Herno* Lov. 6. *ab Etis* Gaertn. Deinde *Maronia* omnes scripti et editi, quae urbs supra et infra semper *Maronea* vocatur. Graecis nempe est Μαρωνεία, quod non tantum Latine *Maronea*, sed etiam *Maronia* efferri potest. Vide ad 31, 43, 5.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google